11. Scientia Adæ erat ejusdem rationis cum scientia nostra, licet esset per species infusas. 1.ª q. 94. 3 ad 1.

12. Adam indigebat phantasmate in considerando, non autem in acquirendo scientiam. 1.ª q. 94. 2. c.

13. Adam in primo statu non acquirebat cognitionem ex sensibilibus per medium argumentationis. 1.ª q. 94. 1 ad 3.

14. Adam non poterat decipi. 1.ª q. 94. 4. o.

15. Nihil poterat impedire contrarie cognitionem Adæ, sed negative tantum. 1.ª q 94. 1. 2. o.

16. Adam proficiebat scientia naturali quoad modum, scilicet per experientiam, non autem quoad numerum scitorum, sed in supernaturali, utroque modo. 1.ª q. 94. 3 ad 3.

17. Adam non cognoscebat naturaliter futura contingentia. 1.ª q. 94. 3. c.

18. Adam non cognovit cogitationes cordium, nec quælibet singularia. 1.ª q. 94. 3. c.

19. Adam fuit creatus in gratia. 1.ª q. 95. 1. o. et q. 100. 1 ad 3. et 1-2. q. 5. 1. c.

20. Adam habuit omnes virtutes. 1.ª q. 95. 3. o.

21. Adam habuit fidem. 1.ª q. 95. 3. c. et 2-2. q. 5. 1. c.

22. Adam in primo statu poterat mereri, non tamen sine gratia. 1.ª q. 94. 3 ad 3. et q. 95. 4 ad 1. et 1-2. q. 109. 2. 5. o. et q. 114. 2. o. et 3.ª q. 61. 2 ad 1.

23. Adam in primo statu genuisset filios cum originali justitia, et gratuita, et cum gratia. 1.ª q. 100. 1. o. et 1-2. q. 81. 2. c. fi.

24. Adam non fuit perfecte beatus. 1.ª q. 94. 1. c. ad 1. et q. 95. 3. c.

25. Passio. Adam erat immortalis et impassibilis secundum corpus passione proprie dicta. 1.ª q. 76. 5 ad 1. et q. 97. 1. o.

26. Differentia immortalitatis et impassibilitatis Adæ et resurgentium. 1.ª q. 97. 1. o. et 3 ad 1. et q. 102. 2. c.

27. Corpus Adæ erat impassibile passione corruptiva, sed passibile passione perfectiva. 1.ª q. 95. 2 ad 2. et q. 97. 2. o.

28. Immortalitas et impassibilitas Adæ non erat ex principiis naturæ, sed ex beneficio Dei. 1.ª q 76. 5 ad 1. et q. 97 1. o. et 2 ad 3. et 3 ad 1. et q. 102. 2. c. ad 2. et 4. c.

29. Si Adam comedisset de ligno vitæ, non fuisset immortalitatem consecutus, nisi frequenter sumendo. 1.ª q. 97. 4. c. fi.

30. Adam mortuus fuisset, si non comedisset. 1.ª q. 97. 3 ad 3.

31. Adam indigebat cibo ad restaurationem deperditi. 1.ª q. 97. 3. o.

32. Adam dormisset. 1.ª q. 94. 4 ad 4. et q. 97. 2 ad 2.

33. Adam somniasset, nec habuisset liberum usum rationis in somno. 1.ª q. 94. 4 ad 4.

34. In anima Adæ fuissent passiones animales, sed non afflictivæ. 1.ª q. 95. 2. o. et 3 ad 2.

35. Adam non potuit primo peccare venialiter. 1-2. q. 89. 3 ad 3.

36. Imo in hominibus contingit esse peccatum veniale sine mortali. 1-2. q. 72. 5. c.

37. Adam per liberum arbitrium sine gratia poterat vitare peccatum. 1-2. q. 109. 8. c.

38. Peccatum Adæ fuit superbia. 1-2 q. 89. 3 ad 2. et 2-2. q. 105. 2

ad 3. et q. 163. 1. o. et 3. 4. c. et 3.ª q. 1. 5. c.

39. In peccato Adæ fuit multiplex deformitas, scilicet superbiæ, inobedientiæ, gulæ et alia hujusmodi. 1-2. q. 82. 2 ad 1. et 2-2. q. 63. 1. o.

40. Adam peccavit principaliter, appetendo similitudinem Dei, quantum ad scientiam boni et mali, sicut serpens ei suggessit, ut scilicet per virtutem propriæ naturæ determinaret sibi quid esset bonum, et quid malum ad agendum, vel etiam ut per seipsum præcognosceret quid sibi boni vel mali esset futurum. Et secundario peccavit appetendo similitudinem Dei, quantum ad propriam potestatem operandi, ut scilicet virtute propriæ naturæ operaretur ad beatitudinem consequendam. 2-2. q. 163. 2. o.

41. Peccatum Adæ fuit gravius nostris secundum circunstantiam personæ, non autem secundum speciem. 1-2. q. 89. 3. c. princip. et 2-2. q. 163. 3. o.

42. Eva gravius peccavit quam Adam. 2-2. q. 163. 4. o.

43. Si Adam non comedisset, peccasset contra præceptum Dei et legis naturalis. 1.ª q. 97. 3 ad 3.

44. Si Adam primo non peccasset, etiam non statim confirmatus fuisset in gratia sive in originali justitia 1.ª q. 100. 1. o. q. 5. 1. c.

45. Si Adam fuisset confirmatus, non tamen genuisset filios confirmatos, sed potuissent peccare, et filii eorum habuissent peccatum originale. 1.ª q. 100. 2. o.

46. Si Eva peccasset et non Adam, filii eorum non habuissent peccatum originale. 1-2. q. 81. 5. o.

47. Si Eva peccasset et non Adam, filii eorum non habuissent defectus secutos peccatum, scilicet passibilitatem et mortalitatem. 1.ª q. 99. 1. o. et 1-2. q. 81. 5 ad 2.

48. Tantum primum peccatum Adæ traducitur ad posteros. 1-2. q. 81. 1-2. o. et 3.ª q. 19. 4 ad 1.

49. Peccatum originale in Adam derivatum est ad nos a peccato actuali ejus. 3.ª q. 8. 5 ad 1.

50. Peccati originalis infectio fuit in Adam dupliciter; scilicet per modum actualis peccati, inquantum contraxit esse per propriam voluntatem ejus, et per modum peccati quasi naturalis, inquantum tota natura in eo infecta est. In aliis autem tantum secundo modo. 3.ª q. 8. 5 ad 1.

51. Adam fuit principium naturæ humanæ, et principium peccati ejus per traductionem. 1.ª q. 92. 2. c. et q. 94. 3. c. et q. 101. 5 ad 1. et 2-2. q. 164. 1 ad 3.

52. Adam efficacius meruisset quam nos modo. 1.ª q. 95. 4. o.

53. Adam obtulit sacrificium Deo, sicut alii justi. Sed non est scriptum, ne origo peccati videatur esse origo gratiæ. 2-2. q. 85. 1 ad 2.

54. Adam non poterat se transferre in aliam formam. 3ª q. 13. 3 ad 2.

55. Adam habuit angelum custodem. 1ª q. 113. 4 ad 2.

56. PRODUCTIO. Anima hujus hominis non fuit in Adam sicut in principio effectivo, sed sicut in principio dispositivo secundum rationem seminalem. 1-2. q. 83. 1 ad 3.

57. Anima Adæ fuit producta in actu sexta die simul cum angelis. Non autem corpus ejus, sed tantum secundum causales rationes secundum Augustinum. Secundum alios autem utraque simul in actu producta sunt. 1.ª q. 90. 4. c. et q. 91. 4 ad 5.

58. Corpora Adæ et Evæ fuerunt immediate producta a Deo. 1.ª q. 91. 2. o. et q. 92. 4. o

59. Formatio corporis Adæ ex terra fuit supernaturalis et miraculosa. 1.ª q. 91 2 ad 1 et ad 3.

60. Materia totius naturæ humanæ non potuit esse in Adam. 1.ª q. 119. 2. o.

1. ADDERE aliquid super alterum potest tripliciter, scilicet naturam extraneam, determinans reale, et aliquid rationis. 1.ª q 5. 3 ad 1.

2. Non addere aliquid dupliciter dicitur, scilicet quia de ratione ejus est, nihil sibi posse adpi, ut Deus, vel quia non est de ratione ejus additio ut ens. 1.ª q. 3. 4 ad 1.

3. Quæ absolute dicuntur, quolibet addito remanent talia, non autem relativa. 1.ª q. 6. 6 ad 2.

4. ENS. Aliqua addunt differentiam supra ens, et aliqua rationem, diversimode. 1.ª q. 5. 3 ad 1. et q. 13. 11. c.

5. Bonum addit supra ens respectum rationis ad appetitum. 1.ª q. 5. 1 ad 1. et 3 ad 1. et q. 16. 3. c.

6. Verum addit supra ens respectum rationis ad intellectum tantum. 1.ª q. 16. 3. c.

7. Unum transcendens addit supra ens, indivisionem tantum. 1.ª q. 6. 3 ad 1. et q. 11. 1. o. et 2. c. et q. 30. 3. o.

8. Unum quod est principium numeri, addit supra ens et supra unum transcendens rationem mensuræ. 1.ª q. 11. 1. o. et 2. c. et q. 3. 3 o.

9. Multitudo transcendens, supra ens addit tantum rationem divisionis. 1.ª q 30. 3 o.

1. ADEPS in veteri lege prohibetur comedi Primo quia non generat bonum nutrimentum, sicut nec sanguis. Secundo propter idololatriam. Tertio quia erat pro sacrificio. Quarto propter sensualitatem. 1-2 q 102. 3 ad 8. et 6 ad 1.

2. Adeps comburebatur Deo, a quo est omnium bonorum sufficientia, et pro charitate Christi in passione. 1-2. q. 102. 3 ad 8. et 6 ad 1.

1. ADÆQUARI et assimilari important motum ad æqualitatem et similitudinem, non autem æquale, et simile. Ideo Filius Dei est similis et æqualis Patri, et e converso, et adæquatur et assimilatur ei, sed non e converso. 1. q. 42. 1 ad 3

1. ADJECTIVA significant per modum accidentis, substantiva vero per modum substantiæ. 1.ª q. 39. 3. c.

2. Nomina collectiva substantiva prædicantur de multis suppositis in singulari, non autem adjectiva, sed tantum in plurali. 1.ª q. 39. 3. c.

3. Adjectiva non secum ferunt suppositum sicut substantiva, sed significatum suum ponunt circa subjectum. 1.ª q. 39. 5 ad 5.

4. Adjectiva numerantur secundum supposita, substantiva vero secundum formam sui significati. 1.ª q. 36. 4 ad 7. et q. 39. 3. c.

5. Adjectiva non supponunt. 1.ª q. 39. 5 ad 5.

6. Adjectiva copulant. 1.ª q. 39. 5 ad 5.

7. Adjectiva essentialia prædicantur de personis divinis pluraliter, substantiva vero tantum singulariter. 1.ª q. 39. 3. o.

8. Substantiva notionalia prædicantur de essentia, non autem adjectiva, nisi mediante substantivo notionali. 1. q. 39. 5 ad 5. et 6. c.

1. DOLOR, tristitia, et delectatio intense impediunt actum addiscendi, sed moderate adjuvant. 1-2. q. 57. 1. o.

2. Apertio aditus regni cœlorum est remotio impedimenti gloriæ. 3.ª q. 39. 5. o. et q. 49. 5. o. et q. 69. 7. o.

1. ADJURARE est ordinare aliquid ad aliquid per divina. 2-2. q. 90. 1. c.

2. Modus adjurationis duplex, scilicet coactivus, et deprecativus. 2-2 q. 90. 1. 2. c.

3. Adjurare subditos licet utroque modo, sed pares vel superiores tantum secundo modo. 2-2. q. 83. 17 ad 1. et q. 99. 1. o.

4. Non licet adjurare dæmones deprecando, sed compellendo ne noceant, non ut prosint. 2-2. q. 90. 2. o.

5. Adjurare licet creaturas irrationales, ne per eas nobis dæmon noceat. 2-2. q. 90. 3. o.

6. Summus pontifex Judæorum adjurando Christum coactive, peccavit. 2-2. q. 90. 1 ad 1.

7. Simon et Judas leguntur adjurasse dracones, et eis præcepisse, ut in desertum locum discederent. 2-2. q. 90. 3. b.

ADJUVARI dicitur aliquis dupliciter, scilicet per ministerium, et per virtutem. Primum convenit Deo, non autem secundum. 1.ª q. 23. 8 ad 2.

1. ADMIRATIO est species timoris, et principium philosophiæ. 1-2. q. 41. 4. o. et 2-2. q. 18. 3 ad 3.

2. Admiratio est causa delectationis ratione spei, et actus connaturalis, scilicet collationis. 1-2. q. 32. 8. o.

3. Admiratio consequitur apprehensionem alicujus excedentis nostram facultatem. 1.ª q. 105. 7. c. et 1-2. q. 41. 4. c. et 2-2. q. 180. 3 ad. et 3.ª q. 15. 8. c.

4. Admiratio fuit in Christo. 3.ª q. 15. 8. o.

1. ADMONITIO pertinet ad correctionem fraternam. 2-2. q. 33. 7. o.

2. Admonitio prævia secreta est de præcepto ante publicam denunciationem in judicio. 2-2. q. 33. 7. o.

3. Admonitio coram testibus debet præcedere accusationem. 2-2. q. 33. 8. o.

4. Admonitio prævia fratris de re quæ dicitur prælato, extra judicium existenti, tanquam personæ quæ potest prodesse et non obesse, non est de præcepto. 1-2. q. 33. 8. c. ad 4.

1. ADOPTIO. In communi est extraneæ personæ in filium vel nepotem et deinceps, legitima assumptio. 3.ª q. 3. 5 ad 2.

2. Adoptare est admittere ex gratin ad participandum hæreditrtem. 3.ª q. 23. 1. c.

3. DEUS. Adoptare homines convenit Deo. 3.ª q. 23. o.

4. Adoptare convenit toti Trinitati, licet possit appropriari Patri. 3.ª q. 3. 4 ad 3 et 5 ad 2. et q. 23. 2. o.

5. Adoptare appropriatur Patri, ut auctori, Filio ut exemplari, et Spiritui sancto, ut imprimenti. 3.ª q. 3. 5 ad 2. et q. 23. 2 ad 3.

6. Adoptatio Dei facit adoptatum esse idoneum, sed adoptatio hominis præsupponit idoneum. 3.ª q. 23. 1. c.

7. Sola creatura rationalis adoptatur a Deo, non ex creatione, sed ex dono Spiritus sancti. 3.ª q. 23. 3. o.

8. Adoptari convenit etiam angelis. 3ª. q. 23. 3 ad 2.

9. Adoptio filiorum Dei est per conformitatem imaginis ad filium naturalem, imperfecte quidem per gratiam viæ, sed perfecte per gloriam. 1.ª q. 93. 4 ad 2. et 2-2. q. 45. 6. c. ad 1. et 3.ª q. 3. 5 ad 2. et 8. c. et q. 39. 8 ad 3. et q. 45. 4. c.

10 Christus non est filius Dei adoptivus. 3.ª q. 23. 4. o. et q. 32. 3. c. et q. 43 1. c.

11 Christus fuit filius adoptivus Joseph. 3.ª q. 28. 1 ad 1.

12 Adoptio est extraneæ personæ in filium seu filiam vel neptem legitima assumptio. Suppl. q. 57. 1. c.

13. Humanis legibus jure decretum est, et ab Ecclesia approbatum, ut legalis cognatio matrimonium impediat. Suppl. q. 57. 2. c.

14. Legalis cognatio omnium descendentium et per modum cujusdam affinitatis contracta, perpetuo matrimonium impedit, ea autem quæ est inter filium adoptivum et naturalem filium, tamdiu impedit, quamdiu manserit in adoptantis potestate. Suppl q. 57. 3. o.

1. ADORATIO Dei est actus latriæ. 2-2 q. 84. 1. o.

2. Adoratio Dei duplex, scilicet interior devotio mentis, et exterior humiliato corperis. Prima est principalior, ad quam et propter quam secunda fit. 2 2. q. 84. 2. 3. o.

3. Adoratio exhibita Deo et creaturæ non dicitur univoce, sed analogice. 2-2. q. 84. 1 ad 1. et q. 94. 1 ad 2.

4. Adoratio requirit actum corporalem. 2-2. q. 81. 7. o. et q 84. 2. o.

5. In adoratione genuflectimus, nostram infirmitatem designantes respectu Dei, sed prosternimur quasi profitentes nos nihil esse ex nobis. 2-2. q. 84. 2 ad 2

6. Adoratio requirit locum determinatum, non de necessitate, sed ad decentiam ex parte adorantium, triplici ratione, scilicet propter loci consecrationem, propter sacra mysteria, et alia sanctitatis signa quæ ibi continentur, et propter concursum multorum adorantium. 2-2 q. 84. 3. o.

7. Judæi adorant ad occidentem, ut vitent idololatriam, et significent mor'em Cristi. 1-2. q 102. 4 ad 5.

8. Christiani adorant ad orientem, propter lumen mentis, et quia ibi est nobilior pars, et nobiliora opera. 2-2. q. 84. 3 ad 3

9. Adoratio latriæ fit ratione principii, creationis, et gubernationis. 2-2 q. 81. 1 ad 3 et ad 4. et 3. o. et q. 84. 1 ad 3.

10. Deo debetur latria propter deitatem, et dulia propter dominium. 3.ª q. 25. 2. c.

11. Tota Trinitas est adoranda una tantum latria. 2-2. q. 81. 3 ad 1. et q. 84. 1 ad 3. et 3.ª q. 25. 1 ad 1.

12. Relationes divinæ debent adorari latria 1.ª q. 28. 2. b.

13. CHRISTUS Deitas et humanitas Cristi sunt adorandæ una adoratione latriæ. 3.ª q. 25. 1. o. et q 58. 3. c. fi. et ad 1.

14. Persona Cristi adorari debet latria ratione deitatis, et dulia ratione humanitatis, perfectiorum munere gratiarum. 3.ª q. 25. 2. c.

15. Humanitas Christi, ut unita Verbo, debet adorari latria, non autem secundum se, sed hyperdulia. 3.ª q. 25. 2. o.

16. Caro Christi adoranda est latria. 3.ª q. 25. 3. o. et q. 54. 3 ad 1.

17. Hostia debet adorari latria sub conditione in habitu 3.ª q. 80. 6 ad 2.

18 Imago Christi adorari debet latria. 2-2. q. 3 ad 3. et q. 94. 2 ad 1. et 3.ª q. 25. 3. o. et 4. c. et 5 ad 2.

19. Adoratio imaginis Christi tradita est ab apostolis. Et Lucas depinxit imaginem Christi, quæ est Romæ. 3.ª q. 25. 3 ad 4.

20. Ponere imagines Christi, et sanctorum, et adorare eas licet nunc, non autem in veteri testamento. 3.ª q. 26. 3 ad 1.

21. Crux propria Christi ut repræsentans Christum, et ut tetigit Christum, et perfusa Christi sanguine, debet eadem adoratione latriæ cum Christo adorari. Sed imago crucis ejus in alia materia debet adorari latria, ut imago Christi tantum 2-2 q. 103. 4 ad 3 et 3.ª q. 25. 4. o.

22. Omnia alia Christi, ut clavi, lancea, corona, vestes, et hujusmodi, adorantur ratione contactus tantum. 3.ª q. 25. 4 ad 3.

23. Mater Christi adorari debet hyperdulia, non auten latria. 2-2. q 103. 4 ad 2. et 3.ª q. 25. 5. o.

24. Viri sancti debent adorari dulia tantum. 2-2 q. 84 1 ad 1.

25. Reliquiæ sanctorum sunt adorandæ dulia tantum. 3.ª q. 25. 6. o.

26. Creatura non potest adorari latria sine peccato. 2-2. q. 84. 1 ad 1. et q. 94. 2. 3. o. et q. 161. 3 ad 1. et 3.ª q. 25. 5. 6. 7. o.

1. ADVENTUS Christi duplex, scilicet in carne, et ad judicium. 3.ª q. 1. 6 ad 3. et q. 36. 1 ad 1 et ad 3.

2. Adventus primus fuit ad manifestandum veritatem, ad liberandum a peccatis, et ad trahendum ad Deum. 3.ª q. 40. 1. c.

3. Adventus tertius erit dissimilis primo dupliciter, scilicet quia manifestus, et quia terribilis. 3.ª q. 36. 1 ad 3.

1. ADULATIO excedens in delectando alios verbis et laudibus prop-

ter delectationem solam, vocatur placidus; si vero causa lucri, vocatur adulator, quod tamen communiter dicitur etiam primo modo. 22. q 115. 1. c.

2. Adulatio est excessus delectandi alios verbis laudis causa lucri, ideo est peccatum. 2-2. q 115. 1. o.

3. Adulatio est peccatum mortale tantum, quando est contra charitatem, scilicet de peccato, intentione nocendi, vel cum scandalo. 2-2. q. 115. 2. o.

4. Adulatio secundum se est turpius peccatum et verecundius litigio, quia quæ ex dolo fiunt, videntur esse ex infirmitate et falsitate rationis. Sed est levius, quia minus contrariatur amicitiæ, id est affabilitati occultæ, sine vi, et minus cum contemptu. 2-2. q. 116. 2. o.

5. Adulatio et litigium contrariantur amicitiæ, id est, affabilitati. Primum secundum excessum in delectando, sed secundum, secundum defectum in contristando, secundum vero e converso. 2-2. q. 114. princip. et q. 115. princip. et 1. c. et 116. q. 1. o.

1. ADULTERIUM est species determinata luxuriæ. 2-2. q. 154. 1. c. et 8. o.

2. Adulterium est gravius stupro. 2-2. q. 164. 1. 2. c. et q. 170. 1 ad 2.

3. Ardentior in propria conjuge est aliqualiter magis adulter quam cum alia. 2-2. q. 154. 8 ad 2.

4. Nulla species luxuriæ, vel gulæ, vel vitiorum contra fortitudinem, ita directe contrariatur dilectioni proximi, sicut adulterium. 2-2. q. 170. 1 ad 1 et ad 2.

5. Deus in adulterio juste infundit animam, quia cooperatur naturæ, cujus operatio est generatio, non autem peccato. 1.ª q. 118. 2 ad 5.

6. Concupiscentiæ motus, tendens in adulterium, videtur aliqualiter nobis a natura inesse. 1-2. q. 108. 3 ad 1.

1. ADVOCATUS. Peccatum. Advocatus scienter defendens causam injustam peccat, et tenetur ad restitutionem. 2-2. q. 71 3. o.

2. Advocatus tenetur subvenire causæ pauperum in necessitate, si per alium nec per se possit. 2-2. q. 71. 1. o. et 4. c. ad 1.

3. Advocatus auxilium et consilium præstat ei cujus causæ patrocinatur. 2-2. q. 71. 3. c.

4. Advocatus suscipiens scienter causam injustam, injuste lædit eum contra quem injuste patrocinium præstat. 2-2. q. 71 c. ad 1.

5. Advocatus suscipiens causam injustam, quamvis laudabilis videatur quantum ad peritiam artis, tamen peccat, quantum ad injustitiam voluntatis qua abutitur arte ad malum. 2 2. q. 71 3 ad 1.

6. Si in processu perpendit advocatus causam esse injustam, non prodat, sed cesset inducens ad concordiam sine damno alterius. 2-2. q. 71. 3 ad 2.

7. LICITA. Advocato defendenti causam justam licet prudenter occultari ea quibus impediri possit processus ejus, non autem aliqua falsitate uti. 2-2. q. 71. 3 ad 2.

8. Advocato licet accipere præmium moderatum, secundum laborem, personas, negotia, et consuetudines. 2-2. q. 71. 4. o.

9. PROHIBITIO. Advocare prohibentur furiosi, amentes, impuberes, surdi, muti, in qualibet causa. Clerici in causa seculari, sacerdos, monachus, cæcus, infamis, nisi in necessitate pro se, vel sibi conjunctis. 2-2. q. 71. 2. o. et q. 188. 3 ad 2.

AER secundum inferiorem partem est locus avium 1.ª q. 71 ad 3.

1. Aves sunt productæ principaliter ex aere inferiori, secundum considerationem motus. 1.ª q. 71 ad 3.

2. Aer densatus potest figurari, et colorari. 1.ª q. 51. 2 ad 3.

3. Aer et ignis non describuntur in principio Bibliæ, quia sunt insensibilis. 1.ª q. 66. 1 ad 5. et q. 68. 3. c. ad 3. et q. 71 ad 3. et q. 74. 1 ad 2. et q. 91. 1 ad 4.

4. AFFABILITAS sive amicitia non est specialis virtus distincta ab aliis, sed est aliquid consequens omnes virtutes. 2-2. q. 23. 3 ad 1. et q. 114. 1 ad 1.

1. Affabilitas sive amicitia est pars annexa justitiæ. 2-2. q. 114.2. o.

2. Affabilitati opponitur litigium. 2-2. q. 116. 1. o.

1. AFFECTUS delectatio magis afficit quam tristitia, sed minus percipitur. 1-2. q. 35. 6. o.

2. Affectus est virtus benevolentiæ faciens placere superioribus bona inferiorum. 2-2. q. 80 ad 2.

3. Affectum hominis per se quidem solus Deus vidit, sed secundum quod per aliqua signa manifestatur, potest etiam ipsum homo cognoscere. 1-2 q. 112. 5. c. et 2-2. q. 106. 5 ad 3.

4. Passio divinorum dicitur affectio ad divina, et conjunctio ad ipsa per amorem Dei, et per gustum spiritualem divinorum. 1-2. q. 111. 5. c. et 2-2. q. 100. 12. 50. et 2-2. q. 45. 2. c. ad 1. et q. 97. ad 2. et q. 154. 2 c. et q. 162. 3 ad 1. fin.

1. AFFINITAS. Sicut ex naturali generatione efficitur consanguinitas, ita ex matrimonio et carnali copula contrahitur affinitas inter viri et uxoris consanguineos. Suppl. q. 55. 1. o.

2. Ex morte viri et uxoris non tollitur affinitas. Suppl. q. 55. 2. c.

3. Fornicarius concubitus, inquantum aliquid de carnali conjunctione participat, affinitatem causat sicut licitus matrimonii concubitus. Suppl. q. 55 3. o.

4. Publicæ potius quædam honestatis justitia ex sponsalibus contrahitur quam aliqua affinitas. Suppl. q. 55. 4. c.

5. Affinitas affinitatem non causat, Suppl. q. 55. 5. o.

6. Affinitas matrimonium præcedens non modo contrahendum, sed contractum dirimit. Suppl. q. 55, 6 c.

7. Tot sunt gradus affinitatis. quot sunt consanguinitatis. Suppl. q. 55. 8. o.

8. Conjugium inter consanguineos et affines contractum semper dirimendum est. Suppl. q. 55. 9. c.

9. Graduum distinctio per se consanguinitati convenit, affinitati vero, non nisi mediante consanguinitate, ut quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attineat mihi uxor. Suppl. q. 55. 7. o.

10. Per viam accusationis procedendum est ad separationem matrimonii inter consanguineos et contracti affines. Suppl. q. 55. 10. o.

11. Procedendum est per testes in matrimonii contracti separatione inter consanguineos et affines. Suppl. q. 55. 11. c.

1. AFFIRMATIO. In omni affirmatione subjectum et prædicatum sunt idem re, et differunt ratione. 1.ª q. 13. 12. c. et q. 85. 5 ad 3.

2. Affirmatio naturaliter prior est negatione, quia simplicior, et significat compositionem priorem divisione, et significat esse quod est prius quam non esse. 2-2. q. 122. 2 ad 1.

3. Ad affirmationem semper sequitur negatio oppositi, non autem e converso, quia ad plura se extendit negatio quam affirmatio. 1-2. q. 100. 7 ad 1.

AGATHA non utens medicinis, sed exspectans hoc a Deo, non tentavit Deum. 2-2. q. 97. 1 ad 5.

1. AGENS. Divisio triplex, scilicet univocum, analogum, et æquivocum. 1.ª q. 13. 3. o. et 1-2. q. 60. 1. c.

2. Agens quintuplex, scilicet adjuvans, consulens, disponens, perficiens principale, et perficiens instrumentale. 1-2 q. 17. 1 ad 1.

3. Agens duplex, scilicet naturale et voluntarium. 1.ª q. 19. 4. c. et q.

41. 2. c. et q. et 47. 1 ad. 1-2. q 10. 1 ad 1.

4. Agens duplex, scilicet in esse, et in fieri. Primum conservat effectum in esse et fieri, secundum tantum in fieri. 1. a q. 104. 1. c. ad 2. et 2-2. q. 52. 5. c.

5. Agens duplex, scilicet principale, et instrumentale 3 ª q. 48. 6. c. et q. 62. 1. c.

6. Agens analogum est causa universalis totius speciei, non autem univocum, sed tantum individui. 1.ª q. 13. 5 ad 1. et 104. 1. c

7. Agentia differunt dupliciter, scilicet secundum naturam, et secundum virtutem activam. 1-2. q. 23. 4. c.

8. Agens univocum est proportionatum, passo, ideo facit effectum ejusdem speciei vel rationis, non autem æquivocum 1 ª q 13. c. ad 1. et 1-2. q. 60 1. c.

9. Agens voluntarium determinat sibi finem, non autem agens naturale. 1.ª q. 19. 4. c

10. Agens naturale determinatur ad unum effectum, non autem agens per intellectum. 1.ª q. 19 4. c. et q. 41. 1-2. c. et q 47. 1 ad 1. et q. 116. 1. c. et 1-2 q. 10. 1 ad 1.

11. Actio naturalis agentis proportionatur naturæ ejus non actio agentis per intellectum. 1.ª q. 41. 2. c.

12. Agens naturale est causa in fieri tantum, sed agens divinum est causa in esse et fieri. 1.ª q. 104. 1. c.

13. Agens naturale agit per motum, ideo requirit materiam, non autem agens divinum. 1.ª q. 90. 3. c. et 2-2. q. 173. 3. c.

14. De ratione agentis instrumentalis est, esse movens motum. 3.ª q. 19 1 ad 2.

15 Agens secundarium non agit sine principali, sed cooperatur principali agenti. 3.ª q 71. 4. c.

16. In omnibus agentibus ordinatis, secundum agit in virtute primi, quod movet secundum ad agendum. 1.ª q. 105. 5. c fi.

17. Omne agens instrumentale exequitur actionem principalis agentis, per aliquam actionem propriam et connaturalem sibi. 1.ª q. 45. 5. c. et 3.ª q. 62 1 ad 2.

18. Agens instrumentale non agit per virtutem suæ formæ sicut agens principale, sed solum per motum a principali agente. 1 ª q. 18. 3. c. et 1-2 q. 112 1 ad 1. et 3 ª q. 62 1. 4. c. et q. 64. 5 c.

19. Agens principale agit secundum exigentiam suæ formæ Ideo virtus ejus activa habet esse completum, non autem instrumentale, quia agit ut motum ab alio. 3 ª q. 63. 5 ad 2.

20. Omne agens inquantum agens est nobilius passo non autem simpliciter. 1 ª q 39. 2 ad 3 et q. 79. 2 ad 3 et 1-2. q. 100. 7 ad 1.

21. Idem secundum idem non potest esse agens et patiens. 2-2. q. 59 3. c.

22. Agens naturale inducit in patiente duplicem effectum, scilicet formam, et motum consequentem formam. 1-2. q. 26. 2. c.

23. Impressio agentis in passum est duplex, scilicet per modum qualitatis, et per modum passionis. 2-2. q. 171. 2. c. et q. 174. 5 ad 1. et q. 175. 3 ad 2.

24. Cujuslibet agentis sine medio nulla distantia est ad passum. 1.ª q. 8. 1. c.

25. Materia corporalis reducitur ad actum imperfectum, sola virtute agentis universalis, non autem ad perfectum, nisi mediante agente particulari. 1.ª q. 79. 4. c. et ad 1.

26. Materia non coincidit cum agente, cujus actio est transiens, nec movet se. Sed contrarium est in voluntate. 1-2. q. 74. 1 ad 3.

27. Nullum agens præter Deum attingit materiam primam, sed præsupponit eam. 3.ª q. 75. 4. c.

28 Agens infinitæ virtutis non requirit materiam, nec dispositionem materiæ, nisi ratione effectus, nec hoc ab alio agente. 1-2. q. 112. 2 ad 3. et q. 113. 7. c. et 2-2. q. 72 3. c.

29. Omne agens quanto perfectius habet formam qua agit, tanto major est ejus potentia in agendo. 1.ª q. 25. 2. c.

30. Forma effectus est in agente naturali secundum similitudinem naturæ, sed in artificiali est secundum eamdem rationem, non autem secundum eumdem modum essendi. 1.ª q. 15. 1. c.

31. Agens non ageret propter formam, nisi inquantum similitudo formæ esset in eo secundum esse naturale vel intelligibile. 1.ª q. 15. 1. c.

32. Forma subsistens Platonica non potest esse agens. 1.ª q. 15. 4. c. et ad 2. et q. 91. 2 c.

33. Omne agens cum motu prius est duratione suo effectu, non autem agens quodlibet sine motu. 1.ª q. 42. 2. c. et q. 46 2 ad 1.

34. Omne agens intendit facere aliquod finitum. 1.ª q. 7. 4. c. et q. 23. 7. c. et q. 47. 3 ad 2. et q. 62. 9 c.

35. Omne agens agit sibi simile. 1.ª q. 115 1. c.

36. Effectus dupliciter assimilatur agenti, scilicet secundum speciem, et secundum virtualem continentiam. 1.ª q. 13. 5. c. et q. 105. 1 ad 1. et q. 110. 2. c. et q. 115. 3 ad 3. et q 117. 3. c.

37. Tota potentia agentis univoci manifestatur in suo effectu, non autem potentia æquivoci. 1.ª q. 25 2 ad 2 et ad 3.

38. Agens per eadem virtutem potest producere multos effectus se invicem consequentes. 2-2. q. 29. 4. c.

39. Plura agentia subordinata possunt producere eumdem effectum. 3.ª q. 82. 2. c. et ad 2.

40. Omne agens secundum præsupponit aliquid a primo. 1.ª q 90. 3. c.

41. Quanto virtus agentis ad plura et remotiora extenditur, tanto est potior in iis quæ propter se quæruntur, sed in iis quæ quæruntur propter aliud est e converso. 2-2. q. 174. 2 ad 2.

42. Agens univocum reducitur ad æquivocum, non autem e converso. 1.ª q. 13. 5 ad 1.

43. Nullum agens ex necessitate naturæ potest esse primum agens, cum ei determinetur finis ab alio. 1.ª q. 13. 4. c. et 1-2. q. 1. 3 ad 2.

44. Deus, natura, et omne agens, agit semper quod melius est toti, non autem parti. 1.ª q. 47. 2 ad 1. et q. 48. 2 ad 3. et q. 91. 3. c.

45. In communi. Omne agens, inquantum hujusmodi, est in actu. 1.ª q. 2. 3. c. et q. 4. 1. c. et q. 25. 1. c. ad 1. et q. 76. 1. c. et q. 89. 1. c. et q. 115. 1. c. et 1-2. q. 79. 2. c. et 3.ª q. 8. 5. c. et q. 75. 4. c. et q. 77. 3. c.

46. Omne agens creatum agit potentia differenti ab essentia ejus. 1.ª q. 54. 1. 2. 3. c.

47 Nullum agens agit, nisi in virtute Dei. 1.ª q. 105. 5. c.

48. Aliquid agit virtute alterius dupliciter, scilicet ut motum a virtute ejus, et ut utens virtute ejus, 1.ª q. 36. 3 ad 4.

1. AGERE. Agens omne agit propter finem. 1.ª q 44. 4. c. et 1-2. q. 1. 2. c. et q. 6. 1. c. et q. 9. 1. c. et q. 12. 1. c et 5. c. et q 17. 8. c. q. 38. 6. c. et q. 94. 2. c. et q. 109. 6. et 2-2. q. 45, 1 ad 1.

2. Agere propter finem dupliciter, scilicet a se, vel ab alio directum, primum convent solis rationalibus, secundum vero carentibus ratione et brutis. 1.ª q. 2. 3. c. fi. et ad 2. et q. 44. 4 ad 3. et q. 59. 3. c. et q. 103 ad 1. et 1-2. q. 1. 2. c. et q. 12. 5. c. ad 3. et q. 17. 2 ad 3. et q. 93. 5. c. et y 114. q. c. fi. et 2-2. q. 50. 2. c. et. q. 64. 1 ad 2.

3. Diversarum actionum sunt diversi fines proximi, sed est tantum unus ultimus. 1-2. q. 1. 3 ad 3.

4. Finis est causa tantum, ut est in voluntate agentis. 1-2. q. 1. ad 1.

5. Omne agens agit propter bonum. 1.ª q. 105. 5. c.

6. Deus. Deus agit propter finem communicandum aliis scilicet se, non autem propter finem sibi acquirendum. 1.ª q. 44. 4. o.

7. Omnia quæ sunt in toto mundo, aguntur, præter primum agens, quod nullo modo ab alio agitur. 1.ª q. 60. 1 ad 2.

8. Omne agens aliud a Deo, agit propter alium finem a se, ideo agit ex indigentia. 1.ª q. 44. 4. c. ad 1.

9. Agere propter indigentiam, est agentis imperfecti, quod natum est agere et pati, ideo non convenit Deo. 1.ª q. 44. 4. c. ad 1.

10. Ut Deus vel charitas sit finis actionis, requiritur quod ratio prius cogitans de eis, ordinaverit eam in Deum. 1-2. q. 1. 6 ad 3.

11. Non oportet quod agens semper cogitet de ultimo fine. 1-2. q. 1. 6 ad 3.

12. Quicquid homo faciat, verum est dicere quod homo agat propter finem, etiam agendo actionem quæ est ultimus finis. 1-2. q. 1. 1 ad 2. fin.

13. Omnia quæ agit homo, agit propter ultimum finem. 1-2. q. 1. 6. o.

14. Divisio In communi. Agere tripliciter dicitur, scilicet *effective, formaliter*, et *finaliter*. 1.ª q. 48. 1 ad 4,

15. Agere tripliciter contingit. scilicet *per se primo, per partem*, et *per accidens*. 1.ª q. 76. 1. c.

16. Agere, mediante alio, tripliciter sumitur, scilicet virtute ejus, et supposito vel instrumento, et principio formali. 1.ª q. 36. 3 ad 4.

17. In agentibus ordinatis, secundum potest dupliciter agere vel moveri, scilicet secundum propriam naturam, vel secundum naturam superioris. 2-2. q. 2. 3. c.

18. Aliquid agere potest ultra speciem suam in virtute agentis superioris, non autem in virtute propria. 1-2. q. 109 1. c. et 3 ad 2. et q. 112. 1. c. et q. 114. 2. c. et 3.ª q. 77. 3 ad 3.

1. Agile corpus gloriosum erit agile sicut anima, ut ei sit habile ad obediendum. Suppl. q. 84. 1. c.

2. Corpora gloriosa movebuntur agilitate sua ut eis libitum fuerit. Suppl. q. 84. 2. o.

3. Corpora gloriosa movebuntur in tempore sed imperceptibili propter brevitatem. Suppl. q. 84. 3. c.

1. Aggravatio animi est effectus doloris. 1-2. q. 37. 2.

1. Agiographæ dicuntur, qui supranaturaliter solum visiones intellectuales habuerunt, quoad judicium tantum vel quoad acceptionem. 2-2. q. 174. 6 ad 3.

2. Plures agiographæ sæpius loquebantur de cognoscibilius humana ratione, non quasi ex persona Dei, sed propria, tamen cum adjutorio divini luminis. 2-2. q. 174. 2 ad 3.

1. AGNUS jugiter oblatus mane et vespere, erat principale sacrificium veteris legis. 3.ª q. 22. 3 ad 3.

2. Agnus paschalis erat præcipuum sacramentum repræsentativum passionis Christi. 3.ª q. 43. 5. c.

3. Christus dicitur agnus tripliciter, scilicet propter vitæ puritatem, mortis mansuetudinem, et peccati expiationem. 1-2. q. 102. 3 ad 2.

4. Esus agni paschalis præfigurabat esum corporis Christi. Unde significabatur quod oblatio agni veri id est Christi, esset sacrificium consumptivum omnium aliorum. 3.ª q. 22. 3 ad 3.

1. Agonia est timor mali extrinseci, cui resisti non potest, propter improvisionem 1-2. q. 41. 4. c.

2. Agonia fuit in Christo, secundum partem sensitivam, non autem secundum rationem. 3.ª q. 18. 6 ad 3.

1. Agresta est in via ad generationem vini, ideo non est vinum. 3.ª q. 74. 5 ad 3.

Agrestes et duri dicuntur, secundum philosophiam, qui in ludo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquid ridiculum, et dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. Et ideo vitiosi sunt. 2-2. q. 168. 4. c

1. AGRICULTURA in statu innocentiæ fuisset delectabilis, et non laboriosa. 1.ª q. 102. 3. c.

2. Agricultura habebatur inter res sacras ab Ægyptiis et paganis. 1-2. q. 102. 3 ad 2.

Licet vendere argentum vel aurum alchimicum, si sit verum. 2-2. q. 77. 2 ad 1.

ALEA est species avaritiæ. 2-2. q. 118. 8 ad 4.

1. ALEATOR quadrupliciter tenetur ad restitutionem accepti per ludum, scilicet si lucretur ab iis qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt minores, et furiosi, et similes; si alium trahat ad ludum ex cupiditate lucrandi; si alium trahat ut fraudulenter ab eo lucretur; et si lusit contra prohibitionem legis civilis. 2-2. q. 32. 7 ad 2.

2. Aleator si tractus lusit, et amisit, potest repetere. 2-2. q. 32. 7 ad 2.

3. Aleator si tractus lucratus est, non tenetur restituere: quia ille qui amisit, non meretur recipere. 2-2. q. 32. 7 ad 2.

ALEXIUS omnibus suis propter Christum dimissis, mendicus gaudebat eleemosynam a servis suis se accepisse. 2-2 q. 187. 5. c.

1. ALIENUM quod est extraneum, et disimile, sed hoc non importatur, cum dicitur alius. 1.ª q. 31. 2 ad 3.

2. Ne tollatur æqualitas vel similitudo in divinis, vitandum est nomen alieni, et discrepantis. 1.ª q. 31. 2 c.

3. Dicimus Filium Dei alium a Patre, licet non dicamus alienum. 1.ª q. 31. 2 ad 3.

Alietus paciscitur minutis avibus, et significat molestos pauperibus. 1-2. q. 102. 6 ad 1. co. 2.

1. ALIMENTUM pertinet ad veritatem humanæ naturæ. 1.ª q. 119. 1. o

2. Alimentum corporale convertitur in substantiam aliti, sed alimentum spirituale e converso. Ideo spirituale conservat, licet non sumatur realiter, non autem corporale. 3.ª q. 73. 3 ad 2.

1. ALIUS significat diversitatem personarum, sed aliud diversitatem simpliciter, id est, essentiæ. 1.ª q. 31. 2. c. fin. et ad 4.

2. Diversitas accidentis facit alterum simpliciter, sed diversitas substantiæ facit aliud secundum quid, id est secundum essentiam, nisi adsit diversitas suppositorum. 3.ª q. 17. 1 ad 7.

3. Filius Dei est alius a Patre, non autem aliud. 1.ª q. 31. 2. o. et 4. c.

1. ALTARE debet esse lapideum multiplici ratione, scilicet quia altare lapideum significat Christum, et corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum, et quoad usum sacramenti, lapis solidus est, et de facili potest inveniri ubique. 3.ª q. 83. 3 ad 5.

2. In veteri lege erat tantum unum altare, ad unum effectum deputatum, ideo erat aureum, vel terreum, vel ligneum. 1 2. q. 102. 4 ad 7. et 3.ª q. 83. 3 ad 5.

3. Ratio omnium pertinentium ad altare tabernaculi. 1 2. q. 102. 4 ad 6 et ad 7.

4. Altare significat Christum. 1-2. q. 102. 4 ad 6. fin. et 3.ª q. 83. 3 ad 2 et ad 4 et ad 5. et 4 ad 9. et 5 ad 2.

5. Altare significat crucem Christi 3.ª q. 83. 1 ad 2.

6. Altare constituitur angelis et sanctis. 2-2. q. 85. 2 ad 3.

1. Alteratio est in prima specie qualitatis, consequenter tantum. 1-2. q. 50. 1 ad 3. et q. 52. 1 ad 3.

2. Alteratio proprie fit tantum secundum qualitates sensibiles. 1-2. q. 50. 1 ad 3. et q. 52. 1 ad 3.

3. Alteratio requirit subjectum subsistens, corpus, naturam subjectam contrarietati, expulsionem unius qualitatis, et introductionem alterius. 1-2. q. 22. 1 ad 1

Amalecitæ, Ammonitæ, et Moabitæ, erant exclusi in æternum a civitate Judæorum: sed Ægyptii et Idumæi per triennium tantum. 1 2. q. 105. 3. c. ad 1.

1. Amaritudo est effectus rancoris, et filia accidiæ. 2 2. q. 35. 4 ad 3.

2. Ambitio est peccatum oppositum magnanimitati secundum excessum, quia est inordinatus appetitus honoris. 2-2. q. 131. 2. o.

3. Appetitus dignitatum inordinatus, ratione honoris pertinet ad ambitionem, sed propter debitum dignitatis usum ut excedentem facultatem appetentis, pertinet ad præsumptionem. 2-2. q. 131. 2. c ad 2.

Ambitio non est circa vestes, et exteriorem cultum, nisi secundum quod ad honorem pertinent. 2-2. q. 131. 2 ad 3.

1 Ambrosius in Ecclesia Medionalensi cantum instituit, secundum Augustinum. 2-2. q. 91. 2. c.

1. Amicitia quid. Est amor mutuæ benevolentiæ, fundatus super aliquam communicationem. 1-2. q 65. c. et 2-2. q. 23. 1 c. et 5. c.

2. Amicitia quæ est affabilitas non habet perfectam rationem amicitiæ, sed similitudinem ejus, scilicet ad decentem conversationem in dictis et factis delectabiliter ad omnes, non æqualiter. 2-2. q. 114. o.

3. Amicitia utilis et delectabilis deficit a ratione veræ amicitiæ, inquantum trahitur ad amorem concupiscentiæ. 1-2. q. 26. 4 ad 3. et 2-2. q. 189. 10 ad 2.

4. Amicitia non est virtus specialis distincta ab aliis, sed est aliquid consequens omnes virtutes. 2-2. q. 23. 5 ad 1. et q. 114. 1 ad 1.

5. Species amicitiæ dupliciter distinguuntur, scilicet secundum fines, et sic sunt tres, scilicet amicitia honesti, utilis, et delectabilis. Et secundum communicationes. 2-2 q. 23. 1. a 3. et 5. c. ad 3.

6. Amicitia duplex, scilicet in conversatione, et in effectu. 2-2. q. 114. 1 ad 1.

7. Amicitia non est ejusdem ad seipsum, quia est unio, ideo est inter plures. 2-2. q. 25. 4. o.

8. Amicitia est ad aliquos dupliciter, scilicet per se, id est ad amicos tantum, et propter aliud, et sic est ad inimicos. 2-2. q. 23. 1 ad 2 et ad 3. et q. 25. 8. c.

9. Amicitia non est ad irrationalia. 1 ª q. 20. 2. ad 3. et 2-2. q. 23. 1. c. et q. 25. 3. o.

10. Amicitia non potest esse ad virtutes, nec ad aliqua alia accidentia. 2 2. q. 25. 2. c.

11. Amicitia honesti non est ad vitiosum per se, sed propter aliud. 2-2. q. 23. 1 ad 3.

12. Amicitia conservatur et augetur per exercitium operum amicabilium, et meditationem. 2-2. q. 82. 2 ad 2.

13. Cum vera amicitia supra virtutem fundetur, quicquid in amico contrariatur virtuti impeditivum est amicitiæ, et quicquid est virtuosum, est provocativum amicitiæ. 2-2. q. 106. 1 ad 3.

14. Per recompensationem bene-

ficiorum, amicitia conservatur. 2-2. q. 106. 1 ad 3.

15 Amicitia vera facit desiderium videndi amicum, et mutuis colloquiis gaudere. 1-2. q. 28. 1. 2 ad 2.

16. Propria amicitiæ sunt quinque, scilicet velle amicum esse et vivere, velle ei bona, operari ei bona, conversari cum eo delectabiliter, et concordia. 2-2. q. 25. 7. c. et q. 27. 2. a. 3. et q. 31. 1. c.

17. Amicitia principaliter intendit conviventes delectare. Sed quando oportet, non veretur contristare eos, propter bonum promovendum, vel propter malum vitandum. 2-2. q. 114. 1 ad 3. et 2 ad 1. et q. 115. 1. c. et q. 116. 2. c. et q. 168. 1 ad 3

18. Delectationes et utilitates, provenientes ex amicitia, possunt dici merces, non autem amicus proprie, sed causaliter. 1-2. q. 114. 6 ad 3.

19. Homo debet pati detrimenta corporalia propter amicum, non autem spiritualia. 2-2. q. 26. 4 ad 2.

20. Amicis peccantibus magis auxiliandum est ad recuperationem virtutis quam ad recuperationem temporalium, quæ diu est spes de salute eorum, nec tamen amplius est habenda familiaritas sic ad eos. 2-2 q. 125. 6 ad 2.

21. In communi. Amicus magis debet subvenire in damnis virtutum, quam rerum exteriorum. 2-2. q. 25. 6 ad 2. et q. 33. 1. c.

22. Discordia opinionum potest esse inter aliquos, cum amicitia et pace. 2-2. q. 28. 3 ad 2. et q. 37. 1. c.

23. Amidum fit de farina per attaminationem et exhalationem, et vaporis admixtionem. 3.ª q 74. 3 ad 4.

1. AMOR notionalis in divinis sumitur tripliciter, scilicet essentialiter. notionaliter, et personaliter. 1.ª q 37. o.

2. Amor in divinis est subsistens. 1.ª q. 37 1 ad 2.

3. Amor ut Dei communicat naturam, non autem ut amor 1.ª q. 27. 4 ad 3.

4. In divinis non est amor ex amore, quia illi est unus tantum amor perfectus. 1.ª q. 27. 5 ad 3. et q. 37. 1 ad 4. et q. 41. 6. o.

5. Amor est proprium nomen Spiritus sancti 1.ª q. 37 1. o.

6. Spiritus sanctus ut amor, et ut nexus, est media persona, sed est tertia, secundum ordinem numeri et originis. 1.ª q. 37. 1 ad 3.

7. Spiritus sanctus procedit per modum amoris. 1.ª q 27. 3. 4. 5. o. et q. 37. 1. o. q. 45. 7. c.

8. Spiritus sanctus ex suo modo procedendi est amor Patris in Filium, et e converso. 1.ª q. 37. 1. ad 2. et 3.ª q. 32. 1. c.

9. Pater amat Filium et e converso, Spiritus sanctus, per modum effectus formalis. 1.ª q. 37. 2. o.

10. Pater amat se Spiritu sancto, non autem generat se Filio, nec spirat se Spiritu sancto. 1.ª q. 37. 2 ad 2 et ad 3.

11. Pater et Filius amant nos Spiritu sancto. 1.ª q. 37 2 ad 3.

12. Essentialis. Deus amat omnia quæ ab eo sunt. 1.ª q. 20. 2. o. et q. 23. 3 ad 1. et 12. q. 110. 1. c.

13. Amor transfert Deum et omne amans extra se. 1.ª q. 20. 2 ad 1.

14. Dilectio Dei duplex, scilicet communis, qua diligit omnem creaturam; alia specialis, qua trahit creaturam rationalem supra conditionem ejusdem naturæ, ad participationem sui. 1-2. q. 110. 1. c.

15. Amor ut passio, secundum suum materiale, non est in Deo, sed tantum secundum suum formale. 1.ª q. 20. 1. o. et q. 82 5 ad 1

16. Amor Dei causat bonitatem in rebus, sed amor noster causatur ab eo. 1.ª q. 20 2. c. et q. 23. 4. c. et 1-2. q. 110. 1. c. ad 1. et 3.ª q. 86. 2. c.

17. Deus ab æterno dilexit creaturas in propriis naturis, et voluit eas esse, non autem tunc. 1.ª q. 20. 2 ad 2.

18. Deus amat creaturas irrationales, non amore amicitiæ, sed quasi amore concupiscentiæ. 1.ª q. 20. 2 ad 3. et 2-2. q. 25. 3. c. ad 1.

19. Deus diligit peccatores et damnatos 1.ª q. 20. 2 ad 4. et q. 23. 3 ad 1 et ad 2.

20. Deus diligit damnatos quoad naturam, sed odit eos inquantum sunt mali, et inquantum non vult eis bonum vitæ æternæ nisi voluntate antecedente. 1.ª q. 20. 2 ad 4. et q. 23. 3 ad 1. et 2-2. q. 83. 16. c. et 3.ª q. 49. 4 ad 1.

21. Deus plus amat aliqua quam alia, ex parte boni voliti, sed æqualiter ex parte actus. 1.ª q. 20. 3. o.

22. Deus semper plus amat meliora. 1.ª q. 20. 4. o.

23. Deus plus amat Christum quam omnes creaturas. 1.ª q. 20. 4 ad 1 et ad 2.

24. Deus plus amat angelos quam homines quoad esse naturæ, sed quoad esse gloriæ, aliquos plus, aliquos minus vel æqualiter. 1.ª q. 20. 4 ad 3.

25. Deus plus amat innocentem quam pœnitentem æqualis charitatis quoad præmium accidentale tantum. 1.ª q. 20. 4 ad 4.

26. Deus plus simpliciter amat peccatorem prædestinatum quam justum præscitum, sed ut nunc e converso. 1.ª q. 20. 4 ad 5.

27. Deus potest immediate amari a nobis in hac vita. 2-2. q. 27. 4. o.

28. Omnis creatura naturaliter plus diligit Deum quam se. 1.ª q. 60. 5. o. et 1-2. q. 109. 3. c. et 2-2. q. 26. 3. c.

29. Modus amandi Deum non potest determinari. 2-2. q. 27. 6. o.

30. Deus potest a creatura diligi totaliter ex parte Dei, et parte sui, non ex parte actus. 2-2. q. 27. 5. o.

31. Amor quo diligimus Deum, non est infinitus. 2-2. q. 27. 5. c.

32. Homo et angelus in puris naturalibus, id est, sine gratia, potest amare Deum super omnia. 1.ª q. 60. 5. o. et 1-2. q. 109. 3. o.

33. Dilectio Dei est finis omnis actionis hominis, et summa perfectionis ejus. 2-2. q. 27. 6. c. ad 3.

34. Deus diligitur propter aliud non formaliter, nec effective, nec ut finis, sed dispositive vel materialiter. 2-2. q. 27. 3. o.

35. Antecedentia dilectionem Dei in via, sunt tria, scilicet apprehensio Dei per auditum, per visum, et per gustum. Primum est in incipientibus, secundum in perficientibus, et tertium in perfectis. 2-2. q. 24. 9. o.

36. Amor Dei est congregativus, sed amor sui est disgregativus. 1-2. q. 73. 1 ad 3.

37. Esse, vivere et intelligere, est appetibile et amabile omnibus, ideo Deus inquantum est causa horum non potest ab aliquo haberi odio. 2-2. q. 34. 1. o.

38. Dilectio Dei includitur in dilectione proximi virtute, sicut causa in effectu, et e converso sicut effectus in causa. 1-2. q. 99. 1 ad 2.

39. Amare Deum est magis meritorium quam amare proximum. 2-2. q. 27. 8. o. et q. 182. 3. c.

40. Diversæ opiniones de Petro, et Joanne apostolo in dilectione Christi activa et passiva. 1.ª q. 20. 4 ad 3.

41. Angeli in statu naturæ amabant Deum super omnia. 1.ª q. 60. 5. o. et q. 62. 2 ad 1. et q. 63. 1 ad 3.

42. Angeli naturaliter plus diligunt Deum quam se. 1.ª q. 60. 5. o. et 1-2. q. 109. 3. o. et 2-2. q. 26. 3. c.

43. In angelis est dilectio naturalis, et electiva. 1.ª q. 60. 1. 2. 3. o.

44. Angelus et homo diligunt se dilectione naturali et electiva. 1.ª q. 60. 3. o.

45. Quilibet angelus diligit alium sicut seipsum, dilectione naturali, etiam malus bonos. 1.ª q. 60. 4. o.

46. In angelis beatis perseverat dilectio naturalis. 1.ª q. 62. 7. o.

47. *Charitate.* Deus est ex charitate amandus super omnia. 2-2. q. 44. 8 ad 2.

48. Quilibet debet ex charitate plus diligere Deum quam se. 2-2. q. 26. 3. o. et q. 44. 8. c.

49. Angeli sunt a nobis ex charitate amandi. 2-2. q. 25. 10. o.

50. Deus debet ex charitate magis amari quam proximus. 2-2. q. 26. 2. o.

51. Tantum quatuor debent ex charitate amari, scilicet Deus, proximus, anima, et corpus. 2-2. q. 25. 12. o. et q. 44. 3 ad 1. et 8 ad 2.

52. Homo potest ex charitate se diligere. 2-2. q. 25. 4. o.

53. Quilibet ex charitate debet magis se amare quam proximum. 2-2. q. 26. 4. o. et q. 44. 8 ad 2.

54. Proximus debet amari ex charitate propter Deum, non autem principaliter. 2-2. q. 25. 1. o. et 2 ad 1. et 8. c. et q. 103. 3 ad 2. et q. 188. 2. c.

55. Corpus debet ex charitate diligi. 2-2. q. 25. 5. o.

56. Proximus debet ex charitate magis diligi quam proprium corpus. 1-2. q. 73. 5. c. et 2-2. q. 26. 5. o. et q. 44. 8 ad 2.

57. Peccator debet diligi ex charitate quoad naturam, non autem quoad culpam. 2-2. q. 25. 6. o. et 11. c. et q. 64. 6.

58. Amare inimicum ut sic, est perversum, sed quoad naturam in commuui, est de præcepto cuilibet, non autem in particulari, nisi in præparatione animi, sed est de perfectione. 2-2. q. 25. 8. o. c. et 9. et q. 34. 3 ad 3. et q 83. 8. c. et q. 108. 1. c.

59. Signa amoris oportet inimicis ostendere in communi, non autem in speciali, nisi in præparatione animi, sed est de perfectione. 2-2. q. 25. 9. o.

60. Virtutes debent amari ex charitate. 2-2. q. 25. 2. c.

61. Charitas amari debet ex charitate. 2-2. q. 25. 2. o.

62. Aliquid potest diligi ex charitate dupliciter, scilicet amore amicitiæ, et amore concupiscentiæ, et sic amari potest accidens, et res irrationales, non autem primo modo. 2-2. q. 25. 2. 3. o. et 11. c.

63 Dæmones et cæteri damnati quoad naturam sunt ex charitate amandi, non autem quoad gloriam, nisi voluntate antecedente. 2-2. q. 24. 11. o.

64. *Ordo.* Omne ens naturaliter plus diligit se quam alterum. 1.ª q. 60. 4 ad 2. et 5 ad 1.

65. Deus plus amat nos quam e converso. 2-2. q. 26. 12 ad 3.

66. Quodlibet singulare plus naturaliter diligit bonum speciei quam bonum proprium. 1.ª q. 60. 5. o. et 1 2. q. 109. 3. c.

67. Omnis pars naturaliter plus diligit totum quam se. 1.ª q. 60. 5. o et 1-2. q. 19. 10. c. et q. 109. 3. c. et 2-2. q. 26. 3. c. et 4 ad 3.

68. In patria nullus est ordo dilectionis, nisi secundum propinquitatem ad Deum. 2-2. q. 26. 1 3. c.

79. In patria quilibet plus amat se post Deum quam alium. 2 2. q. 26. 13. o.

70. Beati voluntate consequente volunt majus bonum alteri meliori quam sibi, sed intensius sibi. Antecedente vero etiam majus bonum volunt sibi. 2 2. q. 26. 1. 3. c.

71. In amore est duplex gradus, scilicet inter diligibilia et diligentis ad dilectum. Primum attendit amans, non autem secundum, quoad affectum, sed tantum quoad affectum. 2-2. q. 9. 10. 11. 12. 13. o.

72. Omnes homines æqualiter sunt amandi respectu objecti, non autem respectu actus. 2-2. q. 26. 6 ad 1.

73. Unus proximus est magis amandus quam alius, secundnm majorem unionem. 2-2. q. 26. 6. o. et q. 44. 8 ad 2.

74. Propinquiores debent plus amari quam meliores, et firmius, et multiplicius. 2-2. q. 26. 7. 8. o. et q. 32. 9. o. et q. 44. 8 ad 2 et ad 3.

75. Parentes debent plus filiis

amari ratione objecti, sed e converso ratione amantis. 1.ª q. 96. 3 ad 2. et 1-2. q. 100. 5 ad 4. et 2-2. q. 26. 9. o. et 1-2. ad 3 et q. 31. 3 ad 4.

76. Parentes debent uxores plus amari ratione objecti, sed e converso ratione diligentis. 2-2. q. 26. 11. o.

77. Consanguinei debent plus aliis amari. 2-2. q. 26. 8. o.

78. In naturalibus quilibet tenetur magis amare consanguineos, et in civilibus concives, et in militaribus commilitones. 2-2. q. 26. 8. o. et q. 31. 3. c. ad 2.

79. Filii debent plus amari quam fratres. 1.ª q. 96. 3 ad 2.

80. Mater plus amat quam pater qui debet plus amari quam mater. 2-2. q. 26. 10. o.

81. Filii fontis debent plus amari in spiritualibus quam filii carnis, non autem in aliis. 2-2. q. 26. 8 ad 2.

82. Benefactor plus diligit quam beneficiatus. 2-2. q. 26. 12. o.

83. Dilectio inimicorum est perfectior et magis meritoria quam dilectio amicorum. 2-2. q. 27. 7. o. et 8 ad 2.

84. Amor naturalis non est passio, sed connaturalitas rei. 1-2. q. 26. 1. 2. o.

85. Amor naturalis est inclinatio, ad aliquid. 1.ª q. 60. 1. o et 1-2. q. 26. 1. 2. o.

86. Amor naturalis nihil aliud est quam inclinatio naturæ indita ab auctore naturæ. 1.ª q. 60. 1 ad 3.

87 Dilectio naturalis est respectu finis, sed electiva est respectu eorum quæ sunt ad finem. 1.ª q. 60. 2. c. et 4 ad 3.

88 Dilectio naturalis est principium electivæ. 1.ª q. 60. 2. c. et q. 62. 2. c. et q. 82. 1. c. fin. et 1-2. q. 10. c. et q. 17. 9 ad 2. et q. 41. 3. c. et q. 91. 2 ad 2. et 2-2 q. 154 12. c. et q. 155. 2. c.

89. Omnis dilectio naturalis est recta non rectitudine charitatis, licet una rectitudo perficiat aliam, sed rectitudine naturali. 1.ª q. 60. 1 ad 3.

90. Amor naturalis est triplex, scilicet in appetitu naturali, sensitivo, et intellectivo. 1.ª q. 60. 1. c.

91. Amor naturalis est in omni re, in omni potentia, et membro. 1.ª q. 60. 1. c. et 1-2. q. 26. 1 ad 3.

92. Quælibet res naturali dilectione amat se, et quidquid est idem ei in natura. 1.ª q. 60. 3. 4. c. et 1-2. q. 10. 1. c et q. 77. ad 4 et 1. et 2-2. q. 67. 5 ad 1. et q. 126. 1. c.

93. Amor sui tripliciter se habet ad charitatem, scilicet contrarie, inclusive, et concomitanter. 2-2. q. 19. 6. o.

94. Amare se dicitur aliquis tripliciter, scilicet juste, injuste, et indifferenter. 2-2. q. 25. 7. c.

95. Amor sui est vituperabilis. quando est nimius respectu sui vel exteriorum. 1-2. q. 29. 4 ad 3. et q. 77. 4 ad 1.

96. Amor sui inordinatus est causa omnis peccati. 1-2. q 77. 4. o. et 5. c. et q. 84. 2 ad 3. et 2-2. q. 25. 7 ad 1. et q. 153. 5 ad 3.

97. Amare se secundum substantiam convenit omnibus, secundum carnem principaliter, vel secundum sensum peccatoribus tantum, sed secundum spiritum bonis tantum. 2-2 q. 25. 4 ad 3. et 7. o. et q. 117. 1. ad 1.

98. Unio quadruplex, scilicet realis, similitudinis, affectus, et substantialis. Prima est effectus amoris. Secunda et quarta est causa ejus. Tertia est amor. 1-2. q. 28. 1 ad 2.

99. Unio amantis ad amatum duplex, scilicet realis et affectus. 1-2. q. 25. 2 ad 2. et q. 28. 1. c.

100. Amor triplex scilicet *naturalis, sensitivus*, et *intellectivus*. 1.ª q. 60. 1. c. et 1 2. q. 26 1. c. et q. 28. 6 ad 1. et q. 41. 3. c. et 2-2. q. 26. 3. c.

101. Amor duplex, scilicet *amicitiæ*, et *concupiscentiæ*. 1.ª q. 60. 3. c. et 4 ad 3. et 1-2. q. 26. 4. o. et q. 28. 1. c. et 2-2. q. 17. 8. c. et q. 23. 1. c.

102. Amor est inæqualis dupliciter, scilicet secundum inæquale bonum, et secundum magis et minus. 1.ª q. 20. 3. o. et 2-2. q. 26. 6.

103. Dilectio est tantum in voluntate, sed amor proprie in sensitivo, li cet transferatur etiam ad voluntatem. 1-2. q. 26. 3. o.

104. Dilectio addit supra amorem electionem, sed charitas æstimationem magni pretii. 1 2. q. 26. 3. c.

105. Amor intellectualis addit supra benevolentiam unionem affectus. 2 2. q. 27. 2. c. ad 2. et q. 31. 1. c.

106. Amor ut passio est semper cum impetu et consuetudine, sed benevolentia quandoque subito et sine impetu. 2-2. q. 27. 2. c.

107. Amor est boni in communi, sive habiti sive non: sed gaudium et delectatio est de præsenti et habito, desiderium vero et spes est de non habito. 1.ª q 20. 1. c. et q. 34. 3 ad 1. et 1-2. q. 28. 1 ad 1. et 2-2. q. 4. 1 ad 3.

108. Actus amoris semper tendit in duo, scilicet in bonum volitum, et in eum cui vult bonum. 1.ª q. 20. 1 ad 3. et 1-2. q. 26. 4. c.

109. Amor est unio amantis ad amatum. 1.ª q. 20. 1. c. ad 3. et 1-2. q. 25. 2 ad 2. et q. 28. 1. o.

110. Amor non est unio secundum rem, sed secundum affectum. 1 2. q. 25. 2 ad 2. et q. 28. 1. c. ad 2.

111. Amor est motus appetitus quo immutatur ab appetibili ut ei complaceat, non autem ut tendens in appetibile, quia hoc est desiderium. 1 2. q. 26. 2. c. ad 3.

112. Amor est complacentia amantis in amatum. 1-2. q. 25. 2. c. et q. 26. 1. 2. c. et q. 27. 1. c.

113. Amor importat convenientiam et connaturalitatem ad amatum. 1-2. q. 23. 4. c. et q. 25. 2. c. et q. 26. 1. c. et q. 27. 1. c. et 4. c. et q. 28. 5. c. et q. 29. 1. 2. c. et q. 32. 3 ad 3.

114. Amor est passio proprie secundum quod est in concupiscibili, communiter autem ut est in voluntate. 1-2. q. 26. 2. o. et 3 ad 3. et ad 4. et q. 28. 6 ad 1

115. Amor, gaudium, et delectatio, ut sunt in appetitu sensitivo, passiones sunt, non autem ut sunt in voluntate. 1.ª q. 20. 1 ad 1.

116. Amor ponitur pro omni passione. 2 2. q. 162 3 ad 4.

117. Amor est prima omnium passionum. 1 ª q. 20. 1. c. et 1-2. q. 25. 2. o. et 3. c. fin. et q. 27. 4. c. et q. 56. 3 ad 1. et q. 70. 3. c. et 2-2. q. 28. 4. c. et q. 47. 1 ad 1. et q. 162. 3 ad 4.

118. Amor qui est in appetitu sensitivo, est passio quædam. 2-2. q. 27. 2. c.

119. Amor non est passio læsiva, sed perfectiva, nisi ratione transmutationis corporalis, vel objecti inconvenientis, scilicet peccati. 1-2. q. 28. 5. o.

120. Amor non determinatur ad aliquod genus virtutis vel vitii, sed ordinatus includitur in qualibet virtute, et inordinatus in quolibet peccato 2-2. q. 125. 2. o.

121. Amor est naturaliter prior odio, sed sunt simul secundum rationem. 1-2. q. 29. 2. o.

122. Amor est fortior odio, licet quandoque videatur e converso, quia odium est sensibilius, et majus odium comparatur minori amori. 1-2. q. 29. 3. o.

123. Aliquid est causa amoris dupliciter, scilicet ut ratio, et ut via. 2 2. q. 26. 2 ad 1.

124. Nulla passio est causa omnis amoris, sed aliqua est causa alicujus amoris. 1-2. q 27. 4 o.

125. Bonum est causa amoris propria, ut proprium ejus objectum. 1-2 q. 27. 1. o. et 2. c. e. q. 29. 1. o.

126. Bonum ut conformat sibi appetitum causat amorem, ut absens concupiscentiam, et ut præsens delectationem. 1 ª q. 20. 1. c. et 1-2. q. 23. 4. c et q. 26. 2. c. et q. 28. 1 ad 1. et q. 28. 1 ad 1. et q. 30. 2. c.

127. Objectum amoris est simpliciter bonum, ideo bonum augmentatum simpliciter auget amorem. Sed non est sic in audacia, quia objectum ejus est compositum ex bono et malo, et motus ejus in malo præsupponit motum spei in bonum. Ideo, si addatur tantum de arduo quod excedat spem, non sequitur motus audaciæ, sed minuitur. 1-2. q. 45. 4 ad 2.

128. Novitas et absentia amati facit perfectionem amoris, licet non semper augeat ipsum. 1-2. q. 29. 3. c. et q. 35. 6. c. et q. 48. 2. ad 1.

129. Sicut ex delectatione causatur amor, sic ex tristitia odium, quia sicut movemur in amorem delectantium, sic in odium tristantium. 2-2. q. 34. 6. c. et q. 36. 4 ad 3. et q. 15. 7 ad 2.

130. Odium potest esse per accidens causa amoris, inquantum aliqui conveniuntin odio alicujus. 1-2. q. 32. 4 ad 3.

131. Amor et odium circa idem sunt contraria, non autem de contrariis, sed se invicem consequentia. 1-2. q. 29. 2 ad 2.

132. Apprehensio unitatis est causa amoris, quia si aliquid apprehenditur ut pertinens ad bene esse amantis, causat amorem concupiscentiæ. Si vero ut alterum se, causat amorem amicitiæ. 1-2. q. 28. 1. c.

133. Similitudo est per se causa amoris. Sed per accidens, scilicet ut impedit proprium bonum, est causa odii. 1-2. q. 27. 3. o. et q. 29. 2 c.

134. Similitudo in actu est causa amoris amicitiæ, sed similitudo in potentia est causa amoris concupiscentiæ. 2-2. q. 27. 3. c.

135. Similitudo est causa odii, et dissimilitudo est causa amoris per accidens tripliciter, scilicet ratione displicentiæ propriæ conditionis, ratione impedimenti, vel ratione cognitionis amoris sequentis. 1-2. q. 99. 2. c.

136. Delectatio, ut intenta, causat desiderium et amorem, sed in exequendo est e converso. 1-2. q. 25. 2. c. ad 3. et q. 27. 4 ad 1. et q. 34. 1. c. ad 1.

137. Spes respectu ejus, per quem fit possibile, causat amorem; sed respectu boni sperati, est e converso. 1-2. q. 27. 4 ad 3. et q. 40. 7. o. et q. 62. 4 ad 3. et 2-2 q. 17. 8. c. et q. 66. 6 ad 2.

138. Spes causat amorem vel auget ratione delectationis, quia delectationem causat, vel ratione desiderii, quia spes desiderium fortificat. 1-2. q. 27. 4 ad 3.

139. Amor carnalis cognoscitur per frequentem familiaritatem, et per nimia colloquia cum mulieribus, et cum ab invicem invitæ et tristes discedunt. 1-2. q. 28. 5 ad 1.

140. Si bonus cantor amat bonum scriptorem, attenditur ibi similitudo proportionis secundum quod uterque habet quod convenit ei secundum suam artem. 1-2. q. 27. 3 ad 2.

141. Licet non omnes homines habeant aliquas virtutes secundum habitum completum, habent tamen eas secundum quædam seminalia rationis, secundum quæ qui non habet virtutem, diligit virtuosum tanquam suæ naturali rationi conformem. 1-2. q. 27. 3 ad 4. fin.

142. Amari propter aliud contingit secundum quatuor genera causarum, scilicet secundum causam finalem, formalem, efficientem et materialem. 2-2. q. 27. 3. c.

143. Amor est causa omnium passionum et affectionum. 1.ª q. 20. 1. c. et q. 60. princip. et 1-2. q. 26. 1 ad 2. et 2 ad 1. et q. 27. 4. c. et q. 28 6 ad 2. et q. 41. 2 ad 1. et q. 46. 1. c. et q. 62. 3 ad 3. et q. 70. 3. c. et 2-2. q. 17. 8. c. ad 2. et q. 19. 9. ad 3. et q. 162. 3 ad 4.

144. Unio secundum rem amantis ad amatum, est effectus amoris. 1.ª q. 20. 1 ad 3. et q. 60. 3 ad 2. et 1-2. q. 28 1. o.

145. Mutua inhæsio triplex, scilicet secundum vim apprehensivam, appetitivam, et redamationem, est

effectus amoris. 1-2. q. 28. 2. o. q. 66. 6. c.

146. Extasis est effectus amoris. 1.ª q. 20. 2 ad 1. et 1-2. q. 28. 3. o. et 2-2. q. 175. 2. o.

147. Amor facit fervere, et ebullire, id est, ferri extra se in amatum. 1-2. q. 57. 2. c.

148. Amor liquefacit, id est facit non continere amantem intra se. 1-2. q. 28.

149. Proprii effectus amoris sunt quatuor, scilicet liquefactio, id est mollificatio affectus, ut faciliter penetretur ab amato; fruitio, id est, delectatio; languor, id est, tristitia, et fervor, id est, intensum desiderium. 1-2. q. 28. 5.

150. Amor languere facit, id est, tristari de absentia amati. 1-2. q. 28. 5 ad 1.

151. Amor movet inferiora in superiora, ut ab eis perficiantur, et superiora in inferiorum provisionem. 2-2. q. 3. 1 ad 1.

152. Amans agit omnia quæ agit ex amore. 1-2. q. 28. 6. o.

153. Zelus est effectus amoris. 1-2. q. 28. 4. o.

154. Ex amore procedunt gaudium et tristitia, contrario modo. 2-2. q. 38. 1. c.

155. Ex amore inordinato procedit cupiditas inordinata. 2-2. q. 25. 2. c.

156. Odium est effectus amoris. 1-2. q. 28. 6 ad 3. et q. 29. 2. o. et 3. c.

157. *Cognitio.* Cognitio est causa amoris. 1-2. q. 27. 2. o. et 2-2. 26. 2 ad 1.

158. In his quæ sunt supra hominem, amor est nobilior cognitione, sed in aliis est e converso. 1.ª q. 82. 3. c. ad 3. et q. 108. 6 ad 3. et 1-2. q. 66. 6 ad 1. et 2-2. q. 23. 6 ad 1. et q. 29. 4 ad 2.

159. Amor est altior cognitione in movendo, sed in attingendo est e converso. 1-2 q. 3. 4 ad 4.

160. Cognitio perficitur per hoc quod cognitum est in cognoscente, sed amor, secundum quod amans trahitur ad amatum. 1.ª q. 16. 1. c. et q. 19. 3 ad 6. et 6 ad 2. et q. 59. 2. c. et 3 ad 2. et q. 60. 2. c. et q. 78. 1. c. ad 3. et q. 81. 1. c. et q. 82. 3. c. et q. 108. 6 ad 3. et 1-2. q. 5. 1 ad 3. et q. 22. 2. c. et q. 40. 2. c. et q. 66. 6 ad 1. et q. 86. 1 ad 2. et 2-2. q. 23. 6 ad 1. et q. 26. 1 ad 2. et q. 27. 4. c.

161. Aliquid perfecte amatur, quod non perfecte cognoscitur. 2-2. q. 27. 2 ad 2. et 2-2. q. 27. 4 ad 1.

162. Nihil amatur nisi cognitum. 1-2. q. 3. 4 ad 4. et q. 27. 2. c. et 4 ad 1.

163. Deus per essentiam visus necessario amatur, sed per effectus cognitus potest odiri. 1.ª q. 60. 5 ad 5. et 2-2. q. 34 1. o.

164. Subjectum amoris sensibilis est concupiscibilis, intellectualis vero est voluntas. 1.ª q. 82. 5 ad 3. et 1-2. q. 23. 1. 2. c. et q. 26. 1. o. et 2 ad 2.

165. Amor mundanus semper est malus. 1-2. q. 19. 3. c.

166. Amor mercenarius est semper malus. 2-2. q. 19. 4 ad 3.

167. AMPLEXUS, oscula, tactus, et hujusmodi ex libidine, sunt peccata mortalia, non autem secundum se, scilicet vel propter consuetudinem patriæ, vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam. 2-2. q. 154. 4. o.

1. ANALOGIA duplex, scilicet secundum quod aliqua participant aliquid, secundum prius et posterius, vel secundum quod unum imitatur alterum. Secunda est in divinis, non autem prima 1.ª q. 13 5. c.

2. In analogis prius dicitur dupliciter, scilicet secundum rem, et secundum impositionem nominis. 1.ª q. 13. 6. o. et q. 33. 2 ad 4.

3. Omnia dicta de Deo et creatura dicuntur analogice, non autem univoce, nec pure æquivoce. 1.ª q. 3. 6 ad 1. et

q. 13. 5. 6. 10. c. et q. 25. 2 ad 2. et q. 29. 4 ad 4. et q. 32. 1 ad 2. fin.

4. Analogum est medium inter univocum et æquivocum. 1.ª q. 13. 5. 10. c.

5. Analogata dicuntur ad unum numero, et non secundum rationem tantum, sicut univocum. 1-2. q. 20. 3 ad 3.

6. Analogum est tantum in uno analogato secundum propriam rationem, univocum autem est in quolibet. 1.ª q. 16. 6. c. et 1-2. q. 20. 3. c. ad 3.

7. Omnia analogata necessario dicuntur per respectum ad unum primum. 1.ª q. 13 6. c. et 10. c.

8. Primum in analogis oportet poni in deffinitione omnium aliorum. 1.ª q. 13. 6. c. et 10 c.

ANDRAGATHIA, id est, strenuitas, est virtus viri, communicabilium operum adinventiva, et pars fortitudinis potentialis pertinens ad liberalitatem, vel potius ad magnificentiam, licet magis conveniat cum justitia ratione materiæ. 2-2 q 128 ad 6. fin.

1. ANGELUS Necesse est angelos esse. 1.ª q. 50 1. o

2. Angeli non fuerunt ante mundum, id est, ante corpora. 1 ª q 61. 2. 3. o et q 102. 2 ad 1. et 4 ad 1.

3. Angeli potuerunt esse ante mundum 1.ª q 61. 3 o. et 4 ad 1.

4. *Esse* angeli est infinitum secundum quid inquantum non est in materia, non autem simpliciter, quia finitur per essentiam a qua est 1.ª q. 7 2. o. et q 50. 2 ad 4 et q 52. 2. c.

5 *Esse* angeli est accidens. 1.ª q. 50 2 ad 3 et q 61. 1. c.

6. *Esse* angeli non est ejus essentia. 1.ª q 12. 4. c. et q 47 1. c. et q. 50 2 ad 3 et q. 61. 1. c.

7. *Esse* angeli non est suum intelligere 1 ª q. 54 2. o. et 3 c.

8. *Esse* angeli non est ejus operatio. 1.ª q. 54. 2. o. et 3. c.

9. Angeli sunt creati a Deo. 1.ª q. 61. 1. o.

10. Angeli sunt creati inmediate a Deo. 1.ª q 45. 5 ad 1.

11. Angeli fuerunt creati in cœlo empyreo 1 ª q 61 4 o. et q. 102. 2 ad 1. et 4 ad 1.

12. Angeli non sunt facti propter hominem principaliter. 1.ª q. 50 3 ad 2.

13. Angeli fuerunt creati in gratia. 1.ª q. 63 3. o. et q 62. 5 ad 4. et 6. c et q 67. 4 ad 4. et q. 95. 1 ad 3. et q. 109. 1 c. et 2-2. q. 5. 1. c

14. Angeli sunt creati in beatitudine imperfecta. 1.ª q. 61. 1. o. et q. 67. 4 ad 4.

15 Angelus non est creatus malus 1.ª q. 67. 4 ad 4.

16. Angelus est forma subsistens. 1.ª q. 50. 5. c. et q. 56. 1. c. fin. et 2 ad 3. et q 75. 3. c.

17. Angeli sunt partes universi ejusdem cum creatura corporali, non autem Deus, sed est supra totum universum. 1.ª q. 50. 3. c. et q. 61. 3. 4. o.

18. Quilibet angelus est in genere substantiæ. 1.ª q. 88. 2 ad 4.

19. In angelis genus et differentia sumuntur ab eodem, scilicet ab essentia, sed diversimode. 1.ª q. 50. 2 ad 1.

20. In angelis idem est essentia, et id quod est 1.ª q. 3. 3. c. et q. 39. 1. c.

21. In substantiis separatis a materia, id est, in angelis, idem est suppositum et natura secundum rem, licet differant secundum rationem. 1.ª q. 3. 3. c.

22. Angelus est totaliter intellectualis naturæ, ideo oportet quod omnis ejus actio sit secundum intellectum. Quandoque tamen intellectuales creaturæ quæ sunt angeli, distinguuntur a rationalibus, quandoque autem sub rationalibus comprehenduntur. 1 ª q. 62. 8 ad 2. et 2-2. q. 83. 10 ad 2.

23. Intellectus angeli non est ejus essentia. 1.ª q. 54. 3. o. et q. 77. 1. c. et q. 79. 1. o.

24. Intelligere angeli, non est ejus essentia 1.ª q. 64. 1. o.

25. Essentia angeli individuatur se ipsa. 1 ª q 3. 2 ad 3. et 3. c. et q. 13. 9. c. et 3.ª q. 77. 2. c.

26. Angelus est indivisibilis in essentia, non autem secundum virtutem, id est, secundum objecta, et secundum intensionem et remissionem actus. 1 ª q. 53. 1 ad 1. et 3 ad 3.

27. In angelis est compositio ex *esse* et essentia. 1.ª q. 50. 2 ad 3. et q. 75. 5 ad 4. et q. 88. 2 ad 4.

28. In angelis non sunt partes essentiæ, sed sunt partes secundum potentiam, inquantum intellectus eorum per plures species perficitur, et eorum voluntas se habet ad plura, ut partialitas non referatur ad substantiam angeli, sed ad virtutem ejus, vel ad locum. 1.ª q. 53. 1 ad 1. fin. et 1-2. q. 50. 6 ad 3.

29. In angelis est compositio ex *quo* est, id est, ex *esse*, et quod est. 1 ª q. 50. 2 ad 3. et q. 75 4 ad 5.

30. Angelus componitur ex actu et potentia. 1.ª q. 47. 1. c. et q. 50. 2 ad 3. et q. 75. 5 ad 4. et 1 2. q. 50. 5. c.

31. Quanto angelus est superior, tanto minus habet de potentialitate. 1-2. q. 50. 5. c.

32. In angelis non est materia proprie. 1.ª q. 50. 2. o. et q. 61. 3 ad 3. et q. 85. 1. c.

33. In angelis est compositio subjecti et accidentis. 1.ª q. 50. 6 o.

34. Quilibet angelus differt specie ab alio angelo. 1.ª q. 10. 6. c. fin. et q. 47. 2. c. et q. 50. 4. o. et q. 62. 6 ad 3. et q. 75. 7 c. et q. 76. 2 ad 1. et 3.ª q. 69. 8 ad 3.

35. Impossibile est esse duos angelos unius speciei, quia omnes angeli differunt specie secundum diversos gradus naturæ intellectivæ. 1.ª q. 50. 4. c. et ad 4.

36. Bonum speciei præponderat bono individui. Unde multo melius est quod multiplicentur species in angelis, quam quod multiplicentur individua in una specie. 1.ª q. 50. 4 ad 3.

37. Perfectio naturæ angelicæ requirit multiplicationem specierum, non autem multiplicationem individuorum in una specie. 1.ª q. 50. 4 ad 4.

38. Differentiæ angelorum, ut multi tenent, sumuntur secundum diversos gradus potentialitatis. 1.ª q. 50. 2 ad 1. et 4. o. et q. 56. 2 ad 1. et 1-2. q 50. 5. c.

39. Si tamen angelus haberet materiam, nec sic possent esse plures angeli unius speciei. 1.ª q. 50 4. c

40. Angelus et anima differunt specie. 1.ª q 75. 7. o.

41. Angelus est simpliciter nobilior homine, sed secundum quid est e converso. 1.ª. q. 93. 3. o. et q. 90. 1 ad 1. et 2. c. et q. 108. 2 ad 3. et q. 112. 1 ad 4 et 1-2. q. 5 1 ad 3. et 2-2. q. 172. 2. c.

42. Angeli conveniunt cum substantiis materialibus in genere logico, non autem in genere physico 1.ª q. 88. 2 ad 4

43. Angeli non habent corpora naturaliter sibi unita. 1.ª q. 51. 1. o et q. 54. 5. c. ad 1. et q. 110. 2 ad 1. et 3 ad 3. et q. 115. 5. c. et q. 117. 4 ad 1. et q. 118. 3. c.

44. Angeli possunt assumere corpora. 1.ª q. 51. 2. o.

45. Angelus non indiget corpore assumpto propter se, sed propter nos. 1.ª q 51 2 ad 1.

46. Non omne corpus motum ab angelo, assumptum est ab eo, sed tantum quod repræsentat eum. 1.ª q. 51. 2 ad 2.

47. Corpus assumptum non unitur angelo, ut formæ, sed ut motori repræsentato. 1.ª q. 51. 2 ad 2.

48 Angelus movetur per accidens in corpore assumpto, non autem in aliis. 1.ª q. 51. 3 ad 3.

49. Corpora assumpta ab angelis sunt de aere inspissato. 1.ª q. 51. 2 ad 4.

50. Corpora assumpta ab angelis non habent virtutes naturales quas ostendunt, nèc operationes vitæ, sed

communes etiam inanimatis. 1.ª q. 51. 3 o. et. 3.ª q. 55. 6 ad 1.

51. Angelus potest esse simul cum corpore. 1.ª q. 52. 3 ad 2.

52. In eodem corpore simul sunt anima formaliter dans esse et operans operationes naturales, et angelus operans operationes supernaturales. 1.ª q. 52. 3 ad 3.

53. Angeli administrant et gubernant omnem creaturam corpoream. 1.ª q. 110. 1. o.

54. Deus non produxit corpora mediantibus angelis. 1.ª q. 65. 3. o.

55. Formæ corporum non creantur ab angelis. 1. q. 65. 4 o. et q. 91. 2. c. et q. 110. 2. o.

56. Nec anima creatur ab angelis. 1.ª q. 90. 3. o. et 1-2. q. 3 7 ad 2. et 2-2. q. 85. 2. c.

57. Essentia angeli non indiget loco. 1.ª q. 61. 4 ad 1. et q. 102. 2 ad 2. et q. 112. 1 ad 2.

58. Esse in loco dicitur de angelis æquivoce, respectu corporalium. 1.ª q. 52. 1. c. et q. 63. 1. c.

59. Deus, angelus, et anima non continentur a loco, sicut corpora, sed continent eum. 1.ª q. 8. 1 ad 2. et q. 52. 1. c. fin. et q. 53. 1 c. et 2. c. fin.

60. Angelus non est in loco, nisi secundum contactum virtutis. 1.ª q. 8. 2 ad 1. et ad 2. et q. 52. o. et q. 53. o.

61. Angelus est in loco deffinitive, non autem circumscriptive. 1.ª q. 8. 2 ad 1. et q. 52. 1. 2. o. et q. 53. 1. c. et 1-2. q. 94. 2. c.

62. Locus angeli potest esse divisibilis, et indivisibilis. 1.ª q. 52. 2. c. et q. 53. 1. o. et 2 ad 7.

53. Angelus non est simul in pluribus locis. 1.ª q. 52. 2. o. et q. 53. 1. c. et q. 112. 1. c.

64. Plures angeli non possunt esse simul in eodem loco. 1.ª q. 52. 2. o.

65. Non oportet quod si aliquis angelus movet cœlum, quod sit ubique. 1.ª q. 52. 2. c

66. Operatio angeli deffinita est ad unum locum, respectu operati et operantis, non autem Deus, quia operatio ejus est determinata tantum primo modo. 1.ª q. 52. 2. c.

67. Angelus movetur localiter, tamen æquivoce aliis rebus. 1.ª q. 53. 1. o.

68. Motus angeli in loco nihil aliud est quam diversi contactus diversorum locorum successive. 1. a· q. 53. 1. c.

69. Motus angeli est successio diversarum operationum ejus. 1.ª q. 12. 10 ad 2. et q. 63. 6 ad 4. et q. 53. o. et q. 73. 2. c.

70. Motus angeli non est actus imperfecti, sed existentis in actu. 1.ª q. 35. 1 ad 2 et ad 3.

71. Motus angeli non est propter indigentiam suam, sed nostram. 1.ª q. 53. 1 ad 3. et q. 55. 2 ad 3.

72. Motus angeli potest esse continuus et discontinuus, sicut vult. 1.ª q. 53. 1. o. et 2. c. et. 3. c.

73. Angelus dum movetur partim est in utroque termino. 1. a q. 53. 1 ad 1. et 3 ad 3.

74. Angelus dum movetur motu continuo, in principio est in toto loco divisibili a quo incipit moveri: sed dum est in ipso moveri, est in parte loci quem desserit, et in parte loci quem occupat. 1.ª q. 53. 1 ad 1 et 3 ad 3.

75. Motus continuus angeli necessario est per omnia media, sed discontinuus potest esse sine medio. 1.ª q. 53. 2. o.

76. Motus angeli non est in instanti, sed in tempore. 1.ª q. 53. 3. o. et 3.ª q. 57. 3 ad 3

77. Angelus movetur secundum totam vim suam in id quod agit. 1.ª q. 62. 6. o. et q. 63. 8 ad 3.

78. Motus angeli non habet ordinem ad motum primi mobilis. 1.ª q. 53. 3. c. fin. et q. 63. 6 ad 4. et q. 91. 2 ad 3.

79. Velocitas motus angeli non est secundum quantitatem virtutis

ejus, sed secundum voluntatem ejus. 1.ª q. 53. 3 ad 1.

80. Angeli sunt immutabiles et incorruptibiles. 1.ª q. 92. c. et q. 10. 5. c. et fin. et q. 50. 5. o. et q. 61. 2 ad 3. et q. 75. 6. c. fin. et q. 97. 1. c.

81. Angeli sunt mutabiles tripliciter, scilicet quoad electionem finis, applicationem virtutis ad diversa, et per annihilationem. 1.ª q. 9. 2. c. et q. 10. 5. c.

82. Motus illuminationis angeli plex, scilicet circularis, rectus, et obliquus. 2-2. q. 180. 6 ad 2.

83. Unus angelus agens in virtute imperii Dei est sufficientis virtutis ad educendum in actum totum quod divina virtute operandum est circa corpus aliquod supra actus naturales. 1.ª q. 112. 2. c.

84. Omnia corpora obediunt angelis ad nutum motu locali, non autem formali. 1.ª q. 65. 4. c. fin. et q. 91. 2. c. et q. 105. 1 ad 1. et q. 110. 2. 3. o. et q. 111. 3. c. et q. 114. 4 ad 2. et q. 117. 3 c. ad 3. et 4 ad 1. et 1-2. q. 80. 2. c.

85. Angelus potest immutare omnes sensus hominis interiores et exteriores. 1.ª q. 111. 3. 4. o. et q. 114. 4 ad 2.

86. Angelus non potest aliquam formam imprimere in imaginatione, nisi mediante sensu extrinseco. 1.ª q. 111. 3 ad 2.

87. Angelus immutare voluntatem nostram est omnino hæreticum. 1.ª q. 106. 2. c. et 1-2. q. 80. 3 ad 1. et 2-2. q. 174. 5 ad 4.

88. Angelus potest immutare voluntatem hominis, persuadendo solum, vel concitando passiones. 1.ª q. 106. 2, c. et q. 111. 2. o. et q. 114. 2 ad 3. et q. 115. 4 ad 1. et 1-2. q. 9. 6 ad 2. et q. 75. 3. o. et q. 80. 1. o.

89. Angelus superior movet voluntatem angeli inferioris aliqualiter ut objectum, persuadendo, non autem de necessitate, nec ex parte potentiæ. 1.ª q. 106. 2. o.

90. Angeli dupliciter possunt agere in animas nostras, scilicet, confortando intellectum, et illustrando phantasmata. 1.ª q. 111. 1. c.

91. Boni angeli possunt imprimere in intellectum nostrum, non autem mali. 1-2. q. 80. 2. c. et 2-2. q. 96. 1. c. et q. 172. 2 ad 1.

92. Boni angeli possunt imprimere in intellectum nostrum confortando, non autem imprimendo lumen. 1.ª q. 111. 1. o.

93. Angeli mali imprimunt in phantasmata, applicando ad ea lumen suum. 1-2. q. 80. 2. o.

94. Substantiæ separatæ, id est, angeli, non sunt principia intellectus humani, cum creatio intellectus humani sit immediate a Deo. 1.ª q. 65. 3. c.

95. Bonæ cogitationes attribuuntur altiori principio, scilicet Deo, licet angelorum ministerio procurentur. 1.ª q. 111. 2 ad 2. fin.

96. Angeli sunt supra tempus, et supra motum omnium corporalium, non autem supra tempus successionum *esse* ipsorum, et operationum eorum. 1.ª q. 61. 2 ad 2. et q. 62. 5 ad 2. et q. 84. 4 ad 1.

97. Intelligere angeli est supra tempus. 1-2. q. 113. 7 ad 5.

98. Intelligere angeli est supra tempus corporalium, et est in tempore alio. 1.ª q. 57. 3 ad 2.

99. Tempus angeli est alterius rationis a tempore aliorum. 1.ª q. 53. 3. c.

100. Tempus angeli potest esse continuum, et discretum, sicut et motus ejus 1.ª q. 53. 3. o.

101. Tempus angeli discretum nullam proportionem habet ad tempus aliorum, sed continuum sic. 1.ª q. 53. 3 ad 1.

102. Tempus angeli componitur ex instantibus, quia est discretum. 1.ª q. 63. 6 ad 4. et 1-2. q. 113. 7 ad 4.

103. Operatio angeli successiva, id est, motus, scilicet intellectio et effectio, mensuratur tempore, non autem ævo. 1.ª q. 10. 5 ad 1. et q. 12. 10 ad 2.

104. *Esse* angeli mensuratur sæculo, coguitio naturalis tempore, sed visio beata, æternitate. 1.ª q. 10. 5 ad 1 et ad 3.

105. *Esse* angeli, et substantia ejus mensuratur ævo. 1.ª q. 10. 5 ad 1.

106. Visio beata angeli mensuratur ævo. 1.ª q. 10. 5 ad 1.

107. *Numerus.* Numerus angelorum non est de genere quantitatis, sed est multitudo transcendens et formalis. 1.ª q. 30. 3. c. et q. 50. 3 ad 1.

108. Numerus angelorum excedit omnem numerum corporalium. 1.ª q. 50. 3. o. et q. 112. 4 ad 2.

109. Angeli boni sunt in majori numero quam mali. 1.ª q. 63. 9. o.

110 In angelis sunt tres hierarchiæ secundum triplicem gradum cognitionis eorum. 1.ª q. 108. 1. o.

111. In qualibet hierarchia sunt tres ordines. 1.ª q. 108. 2. o.

112. In quolibet ordine sunt multi angeli. 1.ª q. 108. 3. o.

113. Distinctio hierarchiarum et ordinum in angelis est a natura, sed completur per dona gratiæ. 1.ª q. 108. 4. o. et 8. c. et q. 109. 1. c.

114. Distinctio ordinum in angelis est secundum distinctionem actuum et officiorum. 1.ª q. 108. 2. o. et q. 110. 1 ad 3. fin.

115. Ordines angelorum sunt tantum novem. 1.ª q. 108. 2. c.

116. Gradus in ordinibus angelorum bene ordinantur. 1.ª q. 108. 2 ad 2. et 6. o.

117. Tota ratio ordinis in angelis est ex propinquitate ad Deum. Ideo propinquiores Deo sunt gradu sublimiores et scientia clariores, non autem in hominibus. 1.ª q. 106. 3 ad 1. et q. 107. 2. c.

118. Angeli in confinibus suorum ordinum magis conveniunt quam cum extremis suorum ordinum. 1.ª q 108. 3 ad 3.

119. Angeli unius ordinis non sunt æquales. 1.ª q. 10. 6. c. fin. et q. 47. 2. c et q. 30. 4. c. et q. 108. 3. o. et q. 113. 3 ad 1.

120. Omnes ordines primæ hierarchiæ assimilantur ministris regis circa personam ejus, scilicet cubicularriis, consiliariis, et accesoribus. Secundæ autem officialibus regni in communi, sc. dominis curiæ, principibus militiæ, et judicibus curiæ. Tertiæ vero deputatis ad certas partes regni, scilicet præpositis, balivis, et hujusmodi. 1.ª q. 108. 6. c.

121. Ad primam hierarchiam pertinet consideratio finis. Ad secundam dispositio universalis de agendis. Ad tertiam vero executio operis. 1.ª q. 108. 6. c.

122. Ordines angelorum sunt connexi ad invicem, et ad nostram hierarchiam. 1.ª q. 108. 1. o.

123. Omnes homines, et omnes angelorum ordines sunt una hierarchia. 1.ª q. 108. 1. c. ad 1. et 3. a. q. 8. 4. c.

124. Homines assumentur ad omnes ordines angelorum. 1.ª q. 108. 8. o. et q. 68. 9 ad 3. et 1. 2. q. 4. 5 ad 6.

125. Angelus inferioris ordinis non assumetur ad superiorem ordinem. 1.ª q. 108. 8 ad 1.

126. Quilibet angelus magis habet proprium ordinem et officium quam quæcumque stella. 1.ª q. 108. 3. 5. c. ad 2.

127. Minimus ordo angelorum est superior supremo ordine nostræ hierarchiæ. 1.ª q. 108. 2 ad 3. et q. 117. 2. c. ad 3

128. Proprietates et officia in ordinibus angelorum et Ecclesiæ accipiuntur ex nominibus eorum. 3.ª q. 67. 1. c.

129. Ordines angelorum semper durabunt 1.ª q. 108. 7. c.

130. Excellentia cujuslibet angeli inferioris continetur in excellentia cujuslibet superioris, et non e converso. 1.ª q. 108. 5 ad 6.

131. Omnes perfectiones sunt communes omnibus angelis, sed per-

fectius et abundantius sunt in superioribus quam in inferioribus. 1.ª q. 106. 4. o. et q. 108. 2 ad 2. et 5. c. et 1 2. q. 24. 3 ad 3.

132. Inferiores angeli exercent officia superiorum in virtute superiorum. Ideo infimi possunt arcere dæmones, et facere miracula. 1.ª q. 111. 2 ad 2. et q. 113. 3 ad 3.

133. Essentia superioris angeli est nobilior, et virtus efficacior ad intelligendum et ad agendum in res exteriores, quam essentia et virtus inferioris. 1.ª q. 89. 1. c fin. et q. 106. 1. 3. 4. c.

134 Nihil prohibet dicere inferiores angelos administrare inferiora corpora, et superiores superiora, et summos assistere Deo. 1.ª q. 63. 7. c.

135. Ordo in angelis nunquam a Deo prætermittitur, quia semper inferiora per superiora moveantur, et non e converso. 1.ª q. 106. 3. c. et q. 112. 2. c.

136. Quilibet angelus est simpliciter major quolibet viatore secundum conditionem status, non autem secundum meritum. 1.ª q. 108. 2 ad 3.

137. Formæ superiorum angelorum sunt universaliores formis inferiorum. 1.ª q. 55. 3 o. et q. 89. 1 c. et. q 110. 1. c. et q. 116. 1 c.

138. Scientia superiorum angelorum dicitur esse universalior quoad eminentiorem modum intelligendi. 1.ª q. 106. 4 ad 1.

139 Cognitio superiorum angelorum est perfectior quam cognitio inferiorum. 1.ª q. 89. 1. c. 2 et q. 106. 4. o. et 1-2. q. 150. 5. c. fin.

140. Superiores angeli idem cognitum perfectius et clarius cognoscunt quam inferiores. 2-2. q. 2. 6. c.

141. Pauciores sunt formæ intelligibiles in intellectibus superiorum angelorum, quia lumen intellectuale in eis minus dividitur. 1.ª q. 89. 1. c co. 2.

142. Angelus superior per unam speciem potest plura intelligere quam inferior. 1.ª q. 5. 5. 1. o. et q. 89 1. c. co. 2.

143. Superiores angeli perspicacius divinam sapientiam contemplantes, plura et altiora mysteria gratiæ cognoscunt in visione Dei, quæ inferioribus eos illuminando manifestant. 1.ª q. 57. 5. c.

144. Angelus superior illuminat inferiorem. 1.ª q. 106. 1. 3. o. et q. 107. 2. c. et q. 108 principio et q. 113. 2 ad 2. et q. 117 2. c. et 1-2. q. 112. 1 ad 3. et 2-2. q. 2. 6. o.

145. Angelus superior instruit inferiorem de omnibus quæ scit. 1.ª q. 106. 4. o. et 2 2. q. 81 4 ad 2.

146. Usque ad diem judicii semper nova aliqua supremis angelis revelantur divinitus de iis quæ pertinent ad dispositionem mundi et præcipue ad salutem electorum. Unde semper remanet unde superiores angeli inferiores illuminent. 1 ª q. 106 4 ad 3.

147. Angelus inferior nunquam illuminat superiorem, nec potest 1.ª q. 106 3 o. et q. 107. 2. c. et q. 108. principio. et q. 117. 2. c.

148. *Prælatio* Boni angeli habent prælationem super angelos malos. 1.ª q 109 4. o.

149. Boni angeli inferiores secundum naturam, habent prælationem super angelos malos superiores secundum naturam. 1.ª q 109. 4 ad 3.

150. Superiores angeli mali habent prælationem super inferiores angelos malos 1 ª q. 63. 8. o et q. 109. 2. o.

151. Angeli præsidentiam habent super ista inferiora immediatam. 1.ª q. 110. 1 ad 2 et ad 3.

152. Minimus angelus habet altiorem et universaliorem virtutem, quam aliquod genus corporalium, sed Deus diversos angelos præposuit cuilibet generi corporum. 1.ª q. 110. 1 ad 3.

153. Anima secundum ordinem naturæ non præfertur alteri animæ, sicut dæmones ordine naturæ præferuntur hominibus 1.ª q. 64. 4 ad 2.

154. Prælatio malorum angelorum fundatur super justitiam Dei, non autem super justitiam eorum. 1.ª q. 109. 2 ad 1.

155. Prælatio angelorum post diem judicii cessabit quoad ministeria circa nos. 1.ª q. 64. 4. c.

156. Intellectus angeli est deiformis, quia non habet cognitionem a rebus, nec per sensum, nec cum discursu, sicut in nobis. 1.ª q. 84. 2. c. fin et 2-2. q. 180. 6 ad 2.

157. Intellectus angeli est semper in actu, et nunquam in potentia. 1 ª q. 50. 1 ad 2. et q. 54. 4. c.

158 Intellectus angeli est in potentia essentiali et accidentali respectu revelandorum, sed respectu naturaliter cognitorum est tantum in potentia accidentali. 1.ª q 58. 1. o. et q. 62. 1. c et 1-2 q. 50. 5. c.

159. Intellectus angeli semper est in actu secundo, et in nulla potentia respectu verbi Dei. 1.ª q. 58. 1. c. et 2-2. q. 180. 6 ad 2.

160. In intellectu angeli beati non potest esse falsitas. 1.ª q. 58. 5. o.

161. Intellectus et voluntas in angelis differunt realiter. 1.ª q. 59. 2. o.

162. In angelis sunt tantum duæ potentiæ, sc. intellectus et voluntas. 1.ª q. 54. 5. c. et q. 79. 1 ad 3.

163. Intellectus angeli est medius inter intellectum Dei et hominis virtute et modo cognoscendi, quia similitudo ejus non est essentia ejus sicut in Deo, nec accepta a rebus sicut in nobis, sed per influxum a Deo. 1.ª q. 84. 2. c fin.

164. Intellectus angeli non habet defectum sui generis sicut noster, sed tantum respectu intellectus Dei. 1.ª q. 12. 4 ad 2.

165. In angelis non est intellectus agens, et possibilis. 1.ª q. 54. 4. o.

166. Intellectus possibilis angeli est in potentia respectu luminis divini, noster autem etiam respectu specierum a rebus acceptarum. 1.ª q. 54. 4. o

167. Intellectus angeli est completus per species connaturales omnium quæ naturaliter cognoscere potest, non autem intellectus noster. 1.ª q. 54. 4. o. et q. 55. 2. o. et q. 59. 3 ad 2. et q. 60. 2. o. et q. 76. 5. c. et q. 84. 3 ad 1. et q. 91. 1. o. et q. 109. 3 ad 3.

168. Intellectus Dei et angeli statim totam rei cognitionem habent, intellectus autem noster paulatim. 1.ª q. 54. 5. c. et 1-2. q. 5. 1 ad 1. et 2-2. q. 180. 3. c.

169. In angelis est aliqua nescientia. 1.ª q. 12. 8. o. et qu. 58. 5. o. et q. 101. 1 ad 2. et q. 106. 2 ad 1. et 1-2. q. 76. 2. c. et.- 22 q. 52. 8. c.

170. Angeli ignorant aliqua supernaturalia, non autem aliquid cognoscibile, ab eis naturaliter, sed intellectus noster ignorat utroque modo. 1.ª q. 58. 5. c.

171. Connaturale est intellectui nostro cognoscere naturas in materia, angelico autem sine materia, sed intellectui divino esse subsistens. 1.ª q. 12. 4 c et q. 85. 1. c.

172. Intellectus Dei est sicut actus totius entis, ideo solus est actus purus; angelicus autem est semper in actu suorum intelligibilium, non autem intellectus noster, sed est in potentia. 1.ª q. 79. 2. c. et q. 87. 1. c. et 1-2. q. 49. 4. c. et q. 50. 5. c. et q. 51. 1 ad 2.

173. Intellectus Dei est suum intelligere, non autem intellectus angeli, nec intellectus hominis. 1.ª q. 54. 1. c. et q. 87. 3. c.

174. Angelus dicitur mens et intellectus, quia solam cognitionem intellectivam habet. 1.ª q. 54. 3 ad 1. et 5 o. et q. 79. 1 ad 3.

175. *Objectum.* Objectum primum intellectus angeli est ejus essentia, intellectus vero nostri conjuncti objectum est quidditas rei materialis. 1.ª q. 12. 4. c. et q. 84 7. c. et q. 85. 1. c. et q. 87. 3. c.

176. Angelus uno et eodem actu primo simul intelligit se intelligere, et essentiam suam, non autem homo. 1.ª q. 87. 3. c.

177. Cognitio angeli duplex, s. matutina et vespertina. 1.ª q. 58. 6. 7. o. et q. 64 1. ad 3. et 1-2. q. 67. 3. c. et 3.ª q. 9. 3. c.

178 Nulla cognitio præter matutinam et vespertinam est in angelis. 1.ª q. 58. 6. o.

179. Cognitio vespertina, id est, in propria natura respectu medii, s. per rationes rerum in Verbo, est eadem cum matutina, differens tantum secundum cognita, non autem cognitio per species rerum innatas; sed est diversa realiter. 1.ª q 58. 7. o

180. Angelus dupliciter cognoscit, sc. per species et per verbum. 1.ª q. 57. 5. c q. 58. 6. 7. o.

181. In prima cognitione est vicissitudo, successio, et renovatio operationum, non autem in secunda. 1.ª q. 57. 3 ad 2.

182. Angelus dupliciter cognoscit res in Verbo, scilicet per similitudinem Verbi in sua natura relucentem, et per essentiam verbi Primam habuit in principio suæ creationis, non autem secundam, quæ proprie dicitur matutina. 1.ª q. 62. 1 ad 3.

183. Angelus habet triplicem de rebus cognitionem, s in mente ejus, et in propria natura. Secunda et tertia est vespertina, prima vero matutina. 1.ª q. 12. 10 ad 2. et q. 58. 6. o. et q. 60 2. o.

184. Angelus nunquam cognoscit res in propria natura, nisi per species earum. 1.ª q. 55 1. o.

185 Angelus cognoscit per species innatas, non autem per acquisitas a rebus, sicut homo. 1.ª q. 55. 2. o et q. 57. 1 ad 3. et q. 87. 1. c. et q. 89. 1 2. 3. o. et 1-2. q. 51. 1. c. ad 2. et 2-2. q. 180. 6 ad 2.

186. Quilibet angelus beatus semper videt quemlibet alium angelum in Verbo, et quicquid est in eo ad se ordinatum. 1.ª q 107. 1 ad 3.

187. Intelligere angeli et animæ differunt specie. 1.ª q. 75. 7. o.

188. Angeli non capiunt cognitionem ex sensibilius. 1.ª q. 51. 1. c. et q. 55. 2 o. et 3 ad 1. et q. 57. 1 ad 3. et q. 58. 7 c.

189. Angelus non intelligit componendo et dividendo, sicut homo. 1.ª q. 58 4. o. et 5. c. et q. 85. 5. c.

190 Cognitio angeli non est discursiva, sed tantum nostra. Et tamen angeli syllogizare possunt. Et in substantiis separatis a materia semper res cognoscibilis potest cognosci per certissimam demonstrationem, cum illa non sint subjecta transmutationi. 1.ª q 58. 3. o. et 4. c. et q. 62. 1. c. et 5. c. q. 63. 5 c. et q. 79 8. c. et q. 85. 5. c. et 1-2. q. 89. 4 c. et 2-2. q. 49. 5 ad 2. et q. 180. 6 ad 3. et 3.ª q. 11. 3 ad 3.

191 Cognitio angeli non est causa rerum 1.ª q. 55. 2 ad 1. et 3 ad 1.

192. In angelis perseverat cognitio naturalis. 1.ª q. 62. 7. o.

193. Angeli boni et mali non possunt deponere existimationem semel habitam. 1.ª q. 63. 6 ad 3 et q. 64. 2. c fin.

194. Distantia temporalis impedit cognitionem angelorum. 1.ª q. 47. 3 ad 4. et q. 89. 7 ad 3

195. Distantia localis non impedit cognitionem angelorum. 1.ª q. 55 2 ad 3. et q. 57. 3 ad 4. et q. 107. 4. o

196. Angeli in statu naturæ non viderunt Verbum Dei, nisi per similitudinem. 1.ª q 62. 1 ad 3. et 2-2 q. 5. 1. c.

197. Angeli habuerunt in Verbo cognitionem rerum fiendarum, quæ jam factæ erant. 1.ª q 55. 2. c. ad 1. et q. 56. 2. c. et q. 57. 2. c. fin.

198. Angeli cognoscunt in Verbo mysteria gratiæ, non omnia, nec æqualiter omnes: sed secundum quod Deus vult eis revelare, non autem cognitione naturali 1.ª q 57 5. c. et q. 64 1 ad 4. et q. 106 4 ad 2.

199. Angeli a principio suæ creationis cognoverunt aliqua mysteria, et aliqua post, secundum quod congruit eorum officiis. 1.ª q 57. 5. c et q. 64. 1 ad 4.

200. Angeli omnes a principio suæ

beatitudinis præsciverunt mysterium incarnationis quoad substantiam, non autem quoad omnes circumstantias. 1.ª q. 57 5 ad 1. et q. 64. 1 ad 4. et q. 106. 4 ad 3. et q. 117. 2 ad 1. et 2-2. q. 2. 7 ad 1.

201. Angeli in Verbo simul contemplantur omnia sua cognita, non autem in cognitione naturali, sed tantum quæ per unam speciem repræsentantur. 1.ª q 58. 1. c.

202. Angeli simul cognoscunt res in Verbo, et in propria natura. 1.ª q. 12. 9. c. et q. 58. 6. 7. o. et q. 62. 7 ad 1 et ad 3.

203. Angelus cognoscit res in propria natura dupliciter, id est, per duplex medium, s per rationes rerum in Verbo, et per species rerum innatas. 1.ª q 58. 7. c.

204. Angeli naturaliter cognoscunt Deum, non per essentiam ejus, sed per naturalia eorum. 1.ª q. 56. 3. o.

205. Angeli non possunt per sua naturalia videre essentiam Dei, nec aliqua alia creatura. 1.ª q. 12 4. o. et q. 64. 1 ad 2.

206. Res non cognoscuntur perfecte in angelo, sicut in Deo. 1.ª q. 55. 1. c. ad 3. et q. 84. 2. c. fin. et ad 3.

207. Omnes angeli primæ hierarchiæ accipiunt cognitionem divinorum effectuum in prima causa; secundæ vero in universalibus rerum rationibus, id est, a prima hierarchia: tertiæ autem in propriis rationibus. 1.ª q. 108. 1. 6. c. et q. 112. 3. c. ad 4 et q. 113. 2 ad 2.

208. Angelus non cognoscit res per essentiam, sed per species earum. 1.ª q. 55. 1. o. et q. 84. 2. c. fin. et q. 87. 1. c. et q. 89. 3. o. et 1-2. q. 50. 4. c. et 5 ad 1. et q. 51. 1 ad 2.

209. Angeli cognoscunt se per essentiam suam, et non per speciem suam. 1.ª q. 56. 1. o et 2. 3. c. et q. 87. 1. o.

210. Nihil Deus produxit in rerum natura, quod non impresserit menti angelicæ. 1.ª q. 74. 2 c et q. 89. 3. c. et q. 91. 1. c.

211. Angelus cognoscit alium angelum per speciem tantum 1.ª q. 56. 2. o.

212. Quilibet angelus bonus vel malus cognoscit perfecte et naturaliter species, et quidquid est in intellectu nostro, præter usum specierum qui est actualis cogitatio, dependens ex voluntate. 1.ª q. 111. 1 ad 2.

213. Angeli a principio cognoverunt naturaliter omnia naturalia, per species. 1.ª q. 57. 1. o. et q. 89. 3. o. et q. 109. 3 ad 3.

214. Angeli cognoscunt materialia. 1.ª q. 57. 1. o. et q. 85 1. c.

215. Angeli cognoscunt materialia in immaterialibus, s. in seipsis, vel in Deo. 1.ª q. 85. 1. c.

216. Angeli cognoscunt singularia distincte per similitudines specierum. 1.ª q. 54 5 ad 2. et q. 57. 2. o. et q. 89. 2. c.

217. Angelus quilibet per unam speciem, omnia individua unius speciei cognoscit, quæ sit propria ratio singulorum, secundum proprios respectus ad illa. 1.ª q. 58. 2. c.

218. Angelus intelligendo quidditatem alicujus, simul cognoscit quicquid ei attribui potest vel removeri, vel concludi. 1.ª q. 58. 3. 4. 5. o. et q. 85. 5 c.

219. Angeli possunt cognoscere illud quod est in appetitu vel apprehensione beatorum, non autem motum appetitus sensitivi vel apprehensionem fantasticam hominis, ut moventur a voluntate et a ratione, nisi procedant in actum exteriorem. 1.ª q. 57. 4 ad 3.

220. Substantia immaterialis est proprium objectum intellectus angeli. 1.ª q. 12. 4. c. et q. 54. 4. c. et q. 84. 7. c. et q. 75. 1. c. et q. 87. 3. c.

221. In angelis potuit esse error electionis in particulari, non quidem ex ignorantia, sed ex inconsideratione. 1. q.ª 63. 1 ad 4.

222. Angeli ignoraverunt virtutes suas, et ordinationes, secundum Dionysium, s. non quidem secundum se,

sed quia non comprehendunt eas in Deo. 1.ª q. 56. 1 ad 1.

223. Nostra hierarchia perficitur divino lumine, velato similitudinibus sensibilium, in figuris et sacramentis, angelica vero, lumine simplici et absoluto. 1.ª q. 108. 1. c.

224. Angelus illuminat alium angelum. 1.ª q 106. 1. o.

225. Angelus illuminat alium angelum, id est, manifestat ei veritatem, quam illuminans cognoscit, confortando virtutem intellectivam ejus per conversionem ad eum, et distinguendo universalem scientiam. 1.ª q. 106. 1. o. et q. 111. 1. c.

226. Angelus illuminat angelum de pertinentibus ad præmium accidentale, non autem de pertinentibus ad præmium essentiale. 1.ª q. 106. 1 ad 1. et 2-2. q. 181. 4 ad 2.

227. Illuminatio angelorum non est de volito eorum; sed de volito Dei, et de veritate ut est a Deo. 1.ª q. 107. 2. c. et 5 ad 3. et q. 109. 3. c.

228. Angeli per illuminationem proficiunt in cognitionem, non quidem Dei, sed effectuum ejus. 1 2. q. 5. 6 ad 3.

229. Revelationes factæ dæmonibus per sanctos angelos, ex parte dæmonum non sunt illuminationes, quia non ordinant eas ad Deum. 1.ª q. 109. 4 ad 1.

230. Illuminatio semper erit in angelis usque ad diem judicii. 1.ª q. 106. 4 ad 3. et 2 2. q. 181. 4 ad 2.

231. Actiones hierarchicæ semper erunt in angelis, quia semper unus alium illuminabit, purgabit et perficiet. 1.ª q. 108. 7 ad 2 et ad 3.

232. Actiones hierarchicæ semper erunt in angelis, non quoad novorum cognitionem per modum profectus et motus, sed erit semper continuatio illuminationis, quia inferiores in lumine superiorum rationes divinorum secretorum cognoscent 1.ª q. 3. 7 ad 2.

233. Homines illuminantur ab angelis. 1.ª q. 111 1. o. et q. 112. 1 ad 2.

234. Deus est primum principium creationis et illuminationis animæ; angelus illuminat eam tanquam minister. 1-2. q. 112. 7 ad 2.

235. Homines illuminatur ab angelis, non solum de credendis, sed etiam de agendis. 1.ª q 111. 1 ad 1.

236 Non docentur angeli ab hominibus. 1.ª q 117. 2. o

237. Purgatio, illuminatio, et perfectio in angelis et hominibus, differunt tantum ratione. 1 1 q. 106 2 ad 1. et 1-2 q. 112. 1 ad 3

238 Angelus superior purgat inferiorem, non autem e converso. 1-2. q. 112. 1 ad 3.

239. Minimus ordo angelorum potest perficere, illuminare, et purgare 1.ª q. 108. 2 ad 3.

240. Purgatio in angelis non est a culpa nec ab immunditia; sed a dissimilitudinis confusione, id est, a nescientia. 1.ª q. 106 2 ad 1. et 1-2. q. 112 1 ad 3.

241. Illuminatio proprie est de visis in lumine divinæ essentiæ ab angelo superiori et non ab inferiori; sed locutio est de motibus liberi arbitrii. 1.ª q. 107. 2. o

242. Omnis illuminatio est locutio in angelis, et non e converso universaliter 1.ª q 107. o.

243. Angelus loquitur angelo ex hoc quod ordinat conceptum proprium ad manifestandum volitum suum ei. 1.ª q. 107. 1. o. et 2. c.

244 Superiores angeli possunt loqui inferioribus, et e converso. 1.ª q. 107. 2. o. et q 117. 2. c.

245. Non omnes angeli percipiunt locutionem unius angeli cum alio. 1.ª q. 107. 5 o.

246. Angelus proprie non loquitur per corpus assumptum. 1 q. 51. 3 ad 4.

247. Locutio angeli est in ipso loquente, et est ibi ubi ipse est. 1.ª q. 107. 4 ad 1.

248. Locutio angelorum non impeditur distantia locati. 1.ª q. 107. 4. o.

249. Clamor angeli non est vox; sed est manifestatio rei magnæ, vel magni affectus. 1.ª q 107. 4 ad 2.

250. Verbum cordis loqui, signa nutus, et lingua, differunt in angelis, sicut in nobis 1.ª q. 107. 3 ad 2.

251. Angeli loquuntur Deo non ei aliquid communicando, sed eum consultando, vel excellentiam ejus admirando. 1.ª q 107 5. o.

252. Angeli semper loquuntur Deo laudando eum, non autem semper consulendo eum de agendis 1.ª q 107. 3 ad 2.

253. Omnis locutio Dei ad angelos est illuminatio. 1 ª q. 107. 2 ad 3.

254. APPARITIO. Omnis apparitio angelorum in Veteri Testamento ordinabatur ad apparitionem Filii Dei in carne. 1 ª q 51. 1 ad 2. et 3.ª q 30. 3. c.

255. Angelus apparens Moysi dicitur Deus vel Dominus, quia apparebat in persona Dei 1.ª q. 43. 7 ad 5. et 1 2. q. 98 3 ad 1.

256. Omnis apparitio boni angeli fit ex speciali dispensatione Dei. 1.ª q. 89. 8 ad 2. et q. 113. 1 ad 3.

257. Omnis apparitio angeli in principio est cum terrore; sed bonus tandem consolationem facit, non autem malus. 3.ª q. 30. 3 ad 3.

258. Apparitiones mortuorum quandoque fiunt per operationes angelorum vel dæmonum, et etiam ignorantibus mortuis. 1.ª q. 89 8 ad 2.

259. Ad sepulchrum Christi apparuit primo unus angelus mulieribus, deinde duo. 3 ª q. 55. 6 ad 5.

260. Voluntas est in angelis. 1.ª q. 59. 1. o

261 In angelis est liberum arbitrium. 1 ª q. 59. 3 o. et q 64. 2 c. ad 1.

262. Liberum arbitrium angeli est medium inter divinum et humanum, quia est mobile ante electionem; et non post, humanum autem utrobique, divinum vero nullo modo 1.ª q. 63. 6 ad 3. et q 64. 2. c. fin. et q. 100. 2 ad 4

263. In angelis est electio. 1.ª q. 59. 3 ad 1.

264. Appetitus in angelis non dividitur in multas potentias, ideo totaliter inclinatur in id, in quod tendit; nec inclinatur in contrarium 2-2. q. 24. 3 ad 3.

265. Appetitus in angelis non dividitur per concupiscibilem et irascibilem. 1.ª q. 59. 4. o

266. Desiderium in angelis non ponit imperfectionem, quia est de re habita. 1.ª q 58. 1 ad 2. et 1-2. q. 67 4 ad 3

267. Angeli potuerunt peccare. 1.ª q, 63. 1. o. et 1-2. q. 89. 4 o.

268. Angelus non potuit peccare, in primo instanti. 1.ª q. 63. 5. o. et 3.ª q 34. 3 ad 1.

269. De quolibet ordine quidam peccaverunt 1.ª q 63. 9 ad 3.

270. Supremus omnium ordinum angelorum peccavit. 1.ª q. 63. 7. o. et 9 ad 3.

271. Primus angelus fuit aliis occasio peccandi. 1.ª q. 63. 8. o.

272. Peccatum primi angeli fuit superbia. 1 ª q. 63. 2-3. o. et 7 c. fin.

273. Peccatum inferiorum angelorum fuit superbia 1 ª q. 63. 8 ad 2. et 2-2. q. 162. 3. c.

274. Angeli beati non possunt peccare. 1 ª q. 62. 8. o.

275. Nullus angelus bonus vel malus potest peccare venialiter. 1-2 q 89. 4. o.

276. Angelus peccando non appetiit malum, sed appetiit inordinate bonum. 1.ª q 63 1 ad 4.

277. Peccatum angeli est irremediabile sextuplici ratione, sc. Primo quia angelus malo quod peccando appetiit immobiliter adheret: secundo qui angelorum natura non propagatur ex uno ex quo vitium contrahat: tertio quia potentiam appetiit, nec de venia cogitavit, nec alio suggerente peccavit: quarto quia proprio arbitrio peccavit: quinto quia non in uno primo parente peccavit sicut homo:

sexto quia peccavit in termino viæ, non autem homo. 1.ª q. 64. 2 o. et 1-2 q. 80. 4 ad 3. et 3.ª q. 4. 1. c. ad 3. et q. 6. 2 ad 2. et q. 46. 1 ad 4. et q. 86. 1. c.

278 SACRAMENTUM. Angelus non est minister alicujus sacramenti, nec alicujus rei sacramentalis. 3.ª q. 64. 7. o.

279. Angelo ministranti sacramenta credi debet, non autem dæmoni. 3.ª q 64 7. c.

280. Angelus non potest manducare sacramentaliter eucharistiam, nec spiritualiter, sed Christum. 3.ª q. 80. 2. o.

281. Templa consecrata ab angelis non debent amplius consecrari. 3.ª q. 64. 7. c.

282. Christus, secundum quod Deus et secundum quod homo, est caput angelorum. 3.ª q. 8. 4. o.

283. Christus, secundum humanitatem, illuminat angelos. 3.ª q. 8. 4. c. ad 3. et q. 59. 6. c.

284. Anima Christi potest per propriam virtutem et naturam illuminare omnem creaturam rationalem, et etiam summum angelum, dando ei gratiam, et scientiam. 3.ª q. 13. 2. o.

285. Christus perfectius videt essentiam Dei quam omnes angeli, et homines. 2-2. q. 175. 4 ad 2. et 3.ª q. 10. 4. o. et q. 11. 4. o et q. 34. 4. c. et q. 59. 6. c.

286. Christus nullam scientiam didicit ab angelis. 3.ª q. 12. 4. o. et q. 30. 2 ad 1.

287. Scientia infusa in anima Christi fuit multo excellentior quam in angelis, quoad multitudinem, cognitorum certitudinem, et lumen; sed quoad modum, fuit e converso. 3.ª q. 11. 4. o. et 6 ad 1.

288. Anima Christi est nobilior angelis, corpus Christi animabus nostris; intellectus possibilis Christi intellectu nostro agente; sensus ejus intellectu nostro possibili; non ex natura, sed ex unione Verbi. 3.ª q. 63 ad 2.

289. Omnes angeli cooperabuntur Christo in resurrectione, colligendo partes corporum, sed specialiter Michael et custodes singulorum. 1.ª q. 91. 2 ad 2. et q. 110. 4 ad 1.

290. Angeli indigebant gratia ad hoc quod converterentur in Deum, prout est objectum beatitudinis. 1.ª q. 62. 2. o. et q. 63. 1 ad 3.

291. Angelus et homo possunt se præparare ad gratiam. 1.ª q. 62. 2. o. et 1-2. q. 109. 6. o.

292. Angelus citius confirmatus fuit in gratia quam homo. 1.ª q. 62. 5 ad 1. et q. 100. 2. 4.

293. Esse gratiæ, est supra esse naturæ angeli, et hominis. 1.ª q. 62. 2 ad 2.

294. Gratia et gloria data est angelis, secundum quantitatem naturalium. 1.ª q. 62. 6. o. et q. 108. 4. c. et 8 ad 1. et 2-2. q. 34. 3 ad 3. et 3.ª q. 69. 8 ad 3.

295. Virtutes morales sunt in Deo, et in angelis, exemplariter tantum. 1-2 q. 57 1 ad 1.

296. Ea quæ sunt fidei, sunt supra cognitionem naturalem angelorum et hominum. 2-2. q. 5. 1 c.

297. Angeli habuerunt fidem, et spem, et charitatem ante confirmationem suam. 2-2. q. 5. 1 o.

298. Fides non est in angelis bonis, nec malis. 2-2. q. 5. 2. o.

299. Angeli meruerunt in primo instanti suæ creationis 1.ª q. 63 5 ad 3 et ad 4. et 6. c. et 3.ª q. 34. 3 ad 1.

300. Omnes angeli in primo instanti, quo creati sunt in gratia, meruerunt; sed quidam eorum statim impedimentum præstiterunt suæ beatitudinis, mortificantes præcedens meritum, et tunc beatitudine quam meruerunt privati sunt. 1.ª q. 63. 5 ad 4 et 6. c. ad 3 et ad 4

301. Angeli meruerunt suam beatitudinem 1.ª q 62. 4 o. et q. 63-5 ad 4.

302. Angeli beati non possun. proficere in beatitudine. 1.ª q. 62. 9. ot

303. Præmium accidentale angelorum, et aliorum beatorum, potest augeri usque in diem judicii. 1.ª q. 62. 2. 9 ad 3.

304. Angeli boni statim post primum actum meritorium fuerunt beati. 1.ª q. 62 5. o. et q. 63. 5 ad 4. et 6. c. ad 3 et ad 4. et 7. c. et 1-2. q. 5. 1 ad 1

305. Deus est beatus naturaliter per essentiam, sed angelus et homo, per gratiam, et participative. 1.ª q. 26. 1. 2. o. et 1-2. q. 3. 1 ad 1. et 2 ad 1 et ad 4.

306. Deus per essentiam est beatus, angelus autem per unicam operationem, sed homo per multas in via, et per unam in patria 1-2. q. 3 2 ad 4. et q 5. 1 ad 1. et 7. c.

307. Omnes angeli primæ hierarchiæ assistunt Deo. 1.ª q. 112. 3. o. 4. c. et ad 2.

308. Soli angeli primæ hierarchiæ assistunt Deo. 1.ª q. 112. 3 o. et 4 ad 2.

309. Nullus angelus secundæ hierarchiæ assistit Deo. 1.ª q. 112. 3. c. et 4 ad 2.

310. Omnes angeli beati assistunt semper Deo, inquantum immediate vident Deum 1.ª q. 112. 3. o.

311. Dominationes non mittuntur, nec assistunt Deo, tamen ministrant imperative, non autem executive. 1.ª q. 112. 4. c. ad 1.

312. Numerus angelorum ministrantium, et assistentium Deo, exponitur. 1.ª q. 112. 4 ad 2.

313 Missio angelorum sicut et divinarum personarum, s. invisibilis et visibilis, est duplex, s. interior, id est, ad effectum intellectualem, s. ad illuminationem, et exterior, id est, ad effectum corporalem. Primo modo convenit omnibus angelis, non autem secundo modo. 1.ª q. 112. 2 ad 1.

314. Mitti convenit angelis, inquantum de novo applicantur ad aliquod ministerium. 1.ª q. 112. 1. o.

315. Angeli non mittuntur ad aliquod ministerium, nisi inferiores secundum Dionysium, non autem superiores. 1.ª q. 112. 2. o.

316. Sed Dionysius, c. 13 Cœl. hierarch. dicit expresse et vult quod tantum inferiores angeli mittantur ad nos. Et hoc dicit esse propter ordinem divinæ legis, ut inferiora reducantur in Deum per media. Quod autem dicitur de *Seraphin* misso, dupliciter solvit, scilicet uno modo quod iste angelus purgans, dicatur Seraphin *æquivoce*, scilicet non ordine, sed ab actu quem tunc exercuit, quia igne purgavit et Seraphin dicitur *incendium*. Alio modo solvit, quod dicatur proprie Seraphin ille qui est de ordine illo. Et dicitur purgare, non quia ipse immediate purget, sed quia ejus auctoritate, vel quia percepta ab ipso illuminatione, inferior angelus purgavit. Et ponit exemplum. Sicut dicitur Papa vel Episcopus absolvere quando auctoritate ipsius aliquis absolvit. Et ideo propter reverentiam angelus inferior qui visionem formavit, reducit in Deum primo, et in Seraphin secundo, ac si diceret: *Ego purgo te, per lumen receptum a Deo, mediante Seraphin*. 1.ª q. 112. 2. ad 2.

317. Solis quinque ordinibus inferioribus, convenit mitti in ministerium. 1.ª q. 112. 4. o.

318. Angeli missi non retardantur a contemplatione Dei propter executionem ministerii. 1.ª q. 64. 4 ad 3. et q. 112. 1 ad 3. et 2-2. q. 181. 4 ad 2.

319. Actiones angelorum ministeria vocantur, et propter hoc dicuntur in ministerium mitti. 1.ª q. 112. 2. c. fin.

320. Mitti convenit æquivoce angelis et personis divinis. 1.ª q. 112. 2 ad 3.

321. Divinæ personæ mittuntur ad angelos, et ad alios beatos, per novas revelationes tantum. 1.ª q. 43. 6 ad 3.

322. Angeli formaverunt species visas in missione visibili Spiritus sancti 1.ª q. 43. 8 ad 5.

323. Custos. Custodia angelorum est quædam executio divinæ providentiæ circa homines. 1.ª q. 113. 2. 6 c.

324. Angeli deputantur ad custodiam hominum 1.ª q. 113. 1. o.

425. Deus immediate custodit hominem, quoad effectum inclinandum ad bonum, sed mediantibus angelis, quoad intellectum illuminandum. 1.ª q. 113. 1 ad 2.

326 Superiores angeli custodiunt electos, ad majorem gradum gloriæ. 1.ª q. 113. 2 ad 3. et 3 ad 1.

327. Soli angeli infimi ordinis sunt custodes particularium hominum. 1.ª q. 113. 3. o.

328. Angeli custodiunt particulares homines, archangeli provincias, Principatus totam naturam humanam, Virtutes corpora, Potestates supra dæmones, sed Dominationes supra bonos spiritus habent custodiam. 1.ª q. 113. 3. c.

329. Singulis speciebus rerum corruptibilium deputantur singuli angeli, sicut singulis individuis incorruptibilium, sc hominibus. 1.ª q. 110. 1 ad 3. et q 113 2. c.

330. Quilibet homo habet tantum unum angelum custodem. 1.ª q. 113. 2. o.

331. Singulis hominibus ut sunt singulares personæ, dantur singuli angeli, sed ut partes collegii, habent unum in communi. 1.ª q 113. 2. ad 1. et 3. c.

332. Prælatus custoditur ut persona particularis ab angelo, sed ut prælatus, illuminatur ab archangelo, vel a principe. 1.ª q. 113. 2 ad 1.

333. Custodia angelorum principaliter ordinatur ad illuminationem, secundario vero ad arcendum dæmones et alia hujusmodi. 1.ª q. 113 5 ad 2.

334. Idem angelus custodit matrem et infantem, quamdiu est in utero ejus. 1.ª q. 113. 5 ad 3.

335. Angelus non deserit hominem quem custodit, usque ad mortem. 1.ª q. 113, 4. c. et 6. o.

336 Angeli pugnant ad invicem pro custoditis, non quidem per contrarietatem voluntatum, sed quia contraria sunt merita, de quibus consulunt voluntatem Dei. 1.ª q. 108 6. c. et q. 113. o.

337. Angeli non dolent de damnatione custoditorum, sed gaudent de justitia divina. 1.ª q. 113 7. o.

338 Homo in statu innocentiæ indigebat angelo custode, propter pericula ab extrinseco tantum. 1.ª q. 113. 4 ad 2.

339. Christus non habuit angelum custodem, sed ministrum; et hoc quoad passibilitatem corporis tantum. 1.ª q. 113. 4 ad 1.

340. Damnandis deputantur angeli custodes, qui retrahunt eos a multis. 1.ª q. 113. 4 ad 3. et 5 ad 1.

341. Antichristus habebit angelum custodem, quia hoc auxilium est concessum toti naturæ humanæ. 1.ª q 113. 4 ad 3.

342. Homines vel animæ non deputantur ad custodiam hominum, quia non habent gradus in natura sicut angeli. 1.ª q. 63. 4 ad 2.

343. Nomen. Hoc nomen Angelus est commune omni ordini angelorum, et omni spiritui cœlesti. 1.ª q. 108. 5. c.

344. Nomina ordinum angelorum assignantur et exponuntur. 1.ª q. 108 5. o.

345. Ultimus ordo specialiter nominatur angelus. 1.ª q. 108 5 ad 1. et 2-2 q. 160 1 ad 1.

346. Nomen cujuslibet ordinis significat participationem alicujus perfectionis quæ est in Deo, sicut nomen virtutis significat participationem divinæ virtutis. 1.ª q. 108 5 ad 2.

347. Proprietates, et officia in ordinibus angelorum et Ecclesiæ, accipiuntur ex nominibus eorum. 3.ª q. 67. 1. c.

348. Omnes ordines primæ hierarchiæ nominantur ab operationibus circa Deum; secundæ vero a potes-

tate non limitata; tertia autem ab actibus limitatis ad unum hominem, vel ad unam provinciam 1.ª q. 108. 6. c

349. Dominatio participative est proprium nomen unius ordinis angelorum, sed per excessum convenit soli Deo 1.ª q. 108. 5 ad 2.

350 Virtus est nomen proprium unius ordinis angelorum, et est commune omnibus angelis. 1.ª q. 108. 5 ad 1.

351. Moyses nominavit angelos, nomine lucis, vel cœli, non autem proprie, quia loquebatur populo rudi, s. Judæorum. 1.ª q 61. 1 ad 1. et q. 67. 4. c. et q. 68 2. c. et 3. c.

352. Lex vetus data fuit a Deo per angelos. 1-2. q. 98 3. o. et 6. c.

353. In angelis sunt habitus. 1-2. q. 50. 6. o et q. 51. 1. c.

354. In angelis sunt habitus alterius rationis quam in hominibus. 1-2. q. 50. 6. o. et q. 51. 1. c.

355. In angelis est aliquid de vita activa, sed non distinctum a contemplativa. 2-2. q. 181. 4 ad 2.

356. Angelis convenit orare. 2-2 q 83. 10 ad 2.

357. Angeli Deo comparati, sunt materiales et corporei, non quod in eis sit aliquid de natura corporea. 1.ª q. 50. 1 ad 1.

1. ANIMA non est suum esse. 1.ª q. 77. 1. o.

2. In homine non potest esse alia anima, præter rationalem. 1.ª q. 76. 3. o et 6 ad 1. et q. 118. 2 ad 2.

3. In homine non potest esse alia forma substantialis, præter animam rationalem. 1.ª q. 76. 3. o. et 3.ª q. 75. 6 ad 2.

4. Impossibile est esse simul plures animas in eodem corpore. 1.ª q. 76 3. c.

5. Anima rationalis non recipit esee a Deo, nisi in corpore. 1.ª q. 90. 4, o. et q. 118. 3. o. et 3.ª q. 6. 3. 4. o.

6. Anima rationalis non fuit propucta in esse, ante corpus 1.ª q. 90. 4. o. et q. 91. 4 ad 3 et 2-2. q. 164. 1 ad 4. et 3.ª q. 6. 3. o. et 4. c. ad 2.

7. Corpus adveniens animæ rationali, trahitur ad illud esse, in quo anima subsistit. 1.ª q. 75 2. 3. o. et q. 76. 1 ad 5. et 3.ª q. 15. 4. c.

8. Anima dependet a corpore in esse, quoad principium, non quoad finem. Ideo manet destructo corpore. 1.ª q 76. 1 ad 5 et ad 6. et 2 ad 2. et q. 90. 4 ad 3. et 1-2. q. 2. 5. c. et 4. 5 ad 2.

9. Anima rationalis est tota in toto, et tota in qualibet parte corporis sui. 1.ª q 8. 2 ad 3. et q. 76. 8. o. et q. 93. 3. c. et 3.ª q. 46. 7. c.

10. Ridiculum est dicere quod animæ rationali vel alicui spirituali substantiæ sit locus aliquis naturalis. 1.ª q. 102. 2 ad 3.

11. Anima secundum se est supra tempus; sed actus ejus per accidens mensuratur tempore primi motus, ratione corporis. 1.ª q. 118. 3. c. et 1-2. q. 53. 3 ad 3. et q. 113. 7 ad 5.

12. Anima triplex, sc. vegetativa, sensitiva, et intellectiva. 1.ª q. 78. 1. a.

13. Anima non impeditur a suo corpore, ut est perfectibile ab ea, sed ut habet aliquid repugnans animæ. 1.ª q. 75 3 ad 3.

14. Anima rationalis dupliciter indiget corpore, s. ut objecto, et ut subjecto vel organo. 1.ª q. 75. 3 ad 3.

15. Anima rationalis habet aliquas virtutis, in quibus non communicat corpus. 1.ª q. 70. 3. c. et q. 76. 1 ad 4. et q. 77. 5. o. et q. 118. 2. c.

16. Anima rationalis habet aliquas operationes, in quibus non communicat corpus. 1.ª q. 75. 2. o. et q. 76. 1. c. ad 1. et q. 77 5 o.

17. Una pars corporis dicitur principalior alia, quia est organum principalioris potentiæ animæ, vel quia eidem potentiæ principalius deservit. 1.ª q. 76. 8. ad 5.

18. Anima est causa efficiens finis, et formalis sui corporis 1.ª q. 90. 2 ad 1.

19. Anima rationalis est forma sui corporis. 1.ª q. 76. 1. 7. 8 o. et q 90. 4. c. et q 91. 4 ad 3.

20. Anima non est de essentia Dei. 1.ª q. 90. 1. o.

21. Anima rationalis est forma immaterialis, quoad operationem; sed materialis, quoad esse. 1 ª q. 76. 1 ad 1.

22. Anima magis proprie dicitur rationalis quam intellectualis. 2-2. q. 83 10 ad 2.

23 Intellectivum principium, id est, anima, est propria hominis forma. q. 76. 1. c. 1.ª

24. Anima est quodammodo omnia, quia per sensum est omnia sensibilia, et per intellectum est omnia intelligibilia. 1.ª q. 80 1. c. et q. 84. 2 ad 2

25. Anima per essentiam suam est spiritus, et forma corporis: quia in ea non sunt duæ formæ, sicut nec in corpore ejus sunt duæ formæ: sed anima est forma corporis, dans ei totum ordinem esse perfecti, sc. esse, esse corporeum, et esse animatum, et sic de aliis. 1.ª q. 76 3. c. et 3 ª q. 75. 6 ad 2.

26. Anima est infima in genere intellectualium. 1.ª q 51 1. c. et q. 75 7 ad 3. et q. 76. 5. c et q. 77. 2. c. et q. 79. 2. c. fin. et q. 89. 1. c. fin et 1-2. q. 50. 5. c

27. Anima humana est ultima in nobilitate formarum. 1.ª q. 76. 1. c fin. et ad 1.

28. Anima rationalis est quasi horizon, et confinium corporeorum et incorporeorum. 1.ª q. 77. 2. c.

29. Anima rationalis est incorporea, et subsistens. 1.ª q. 75. 2 o. et 6. c. et q. 90. 2. c. ad 2. et 118. 2. c.

31. Anima rationalis est immortalis. 2-2. q 164. 1 ad 2 et 3.ª q. 2. 8. c. ad 4.

31. Anima rationalis est incorruptibilis. 1.ª q 61 2. 3. et q 75. 6. o. et q. 76. 3 ad 1. et q. 90. 2 ad 1. et q. 98. 1. c. et q. 113. 2. c. et q. 118. 2 ad 2. et 1-2. q. 85. 6 o.

32. Anima est actus corporis organici. 1.ª q 76. 1 ad 1. et 8 ad 2.

33. Anima est primo actu totius corporis, secundario autem partium ejus. 1.ª q. 76. 8. c. ad 2 et ad 3.

34. Anima rationalis per se non habet speciem completam, sed est pars speciei humanæ. 1.ª q. 75. 2 ad 1. et q. 4. o et 7. ad 3. et q. 90 4. o. et 1-2. q. 4. 5 ad 2.

35 Anima non est composita ex omnibus, ut cognoscat omnia. 1.ª q. 84. 2. c.

Anima rationalis componitur ex quo est, id est, ex *esse*, et *quod* est, 1.ª q. 75 5 ad 4. et q. 90. 1 ad 2. et 2 ad 1.

36 Anima non est composita ex materia et forma. 1.ª q 75. 5. o. et q. 76 1. c fin. et q. 90. 1 ad 2. et 2 ad 1.

37. Anima est composita ex materia et forma improprie, id est, ex actu et potentia 1.ª q. 90. 2 ad 1.

38. Anima rationalis habet materiam in qua, non autem materiam ex qua. 1.ª q. 76. 2 ad 1.

39 Anima non habet totalitatem quantitativam per se, nec per accidens, in animalibus perfectis. Ideo est indivisibilis per se, et per accidens 1.ª q 76. 8. c.

40. Anima est primum principium vivendi, in istis inferioribus 1.ª q. 75 1. c.

41. Anima rationalis non est homo, contra Hugonem de Sancto Victore. 1.ª q. 75. 4 o et q. 76. 1. c. co. 1. et q. 118 3. c et 3 ª q. 50, 4 c

42. Anima non est corpus. 1.ª q. 75. 1 o.

43 Individuatio. Individuatio animæ rationalis dependet a corpore in fieri, non autem in esse. 1 ª q. 76. 2 ad 2.

44 Animarum diversitas et multitudo causatur ex multitudine corporum 1 ª q. 76. 2. o.

45. Diversitas in nobilitate animarum sequitur nobilitatem corporum in statu innocentiæ et peccati, non autem in statu gloriæ. 1 ª q. 85. 7. c. et 3. ª q. 55. 1 ad 3.

46. Anima rationalis est hoc aliquid, ut subsistens, non autem ut completum in specie. 1.ª q 75. 2 ad 1

47. Anima non est persona, contra Hugonem de Sancto Victore, et contra Magistrum sententiarum. 1.ª q. 29. 1 ad 5. et q. 7q. 4 ad 2.

48. Animæ rationales multiplicantur secundum numerum in eadem specie. 1.ª q. 76 2. c et q. 79. 5. c.

49 Anima rationalis non traducitur a parentibus. 1.ª q 90. 2. o. et q. 100. 1 ad 2 et q 118. 2. o et 1-2 q. 81. 1. c ad 2.

50. Anima rationalis non educitur de potentia materiæ, sed creatur a solo Deo. 1.ª q. 75. 6 ad 1. et q. 79. 4. c fin. ad 5. et q 90. 2. o. et 3. c et q 98. 1. c. fin. et q. 118. 2. o et 1-2. q. 3. 7 ad 2. et q. 9. 6. c. et 2-2. q. 85. 2. c.

51. Hæreticum est dicere animam intellectivam traduci cum semine. 1.ª q. 118. 2. c. fin.

52. Creatio et infusio sunt simul respectu animæ, sed differunt, quia creatio respicit tantum principiun, sed infusio principiun et naturam quam perficit, scilicet carnem, in qua infunditur. 1-2. q. 83. 1 ad 4.

53. Anima rationalis maculatur in sua infusione causaliter, ratione termini, et concomitanter ratione principii, in creatione vero, tantum secundo modo. 1-2. q. 83. 1 ad 4.

54. Deus infundit animam conceptis in peccato originali, quia melius est sic esse quam simpliciter non esse 1-2. q. 83. 1 ad 5.

55. Non omnes animæ creatæ sunt simul, contra Origenem. 1.ª q. 118. 3. o.

56. Naturale est animæ corpori uniri. 1-2. q. 4. 6. c.

57. Si anima non esset unibilis corpori, esset alterius naturæ. 1.ª q. 75. 7 ad 3.

58. Oportet animam rationalem uniri tali corpori. 1.ª q. 76. 5. o.

59. Anima immediate unitur corpori et non mediantibus quibusdam dispositionibus. 1.ª q. 76. 6. 7. o.

60. Anima immediate unitur materiæ primæ, ut forma. 1.ª q. 76. 4 ad 3. et 6. 7. o.

61. Anima unitur corpori ut forma, et ut motor. 1.ª q. 76. 1. o. et 4 ad 2. et 6 ad 3. et 7 o. et 8. c. et q. 90. 4. c. et q. 110. 2 ad 1 et q. 117. 3 ad 3. et 1-2. qi 83. 2 ad 3. et 3. q. 8. 2. c

62. Anima rationalis ut motor unitur corpori mediantibus viribus sensitivis, sed immediate ut forma. 1.ª q. 76 6. c. ad 3.

63. Anima unitur corpori ut ipsa perficiatur. 1.ª q. 51. 1. c. et q. 55. 2. c. et q 89. 1. o. et q 118 3. c.

64. Anima unita corpori perfectior est quam separata 1.ª q. 89. 1. o. et 2 ad 1. q. 90. 4 c. fin. et q. 118 3. c. et 1-2 q. 4. 5. c. fin.

65. Anima unitur naturaliter suo corpori et secundum rationem suæ naturæ. Sed esse separatam vel separari ab eo, est ei præter naturam. 1.ª q 89. 1. c et q. 118. 3. c. et 1-2. q. 4 6. c.

66. Omnis anima separata habet voluntatem immobilem respectu finis. 3.ª q. 52 6 ad 3. et 7 ad 3. et q. 59. 5 ad 1 et ad 3.

67. Anima separata statim habet statum immobilem. 3.ª q. 59. 5 ad 1 et ad 3.

68. Anima statim post mortem vadit ad paradisum, vel purgationem, vel infernum. 1-2. q. 4. 5. c. et 3.ª q. 59. 5 ad 1.

69. Oppositum hujus est hæreticum. 1.ª q. 64. 4 ad 3.

70. Anima separata habet aptitudinem, et inclinationem naturalem ad sui corporis unionem. 1. q. 76. 1 ad 6. et 1-2. q. 4. 5. 6. o.

71. Quandiu anima fruitur Deo sine corpore, appetitus ejus sic quiescit in eo, quod tamen adhuc ad participationem ejus vellet suum corpus pertingere. 1-2. q. 4. 5 ad 4.

72. Appetit anima sic frui Deo,

quod etiam ipsa fruitio derivetur ad corpus per redundantiam, sicut est possibile. 1-2. q. 4. 5. ad 4.

Separatio animæ a corpore dicitur animam retardare, ne tota intentione tendat in visionem divinæ essentiæ. 1-2. q. 4. 5 ad 4.

73. Anima separata nullum corpus potest movere. 1.ª q. 117. 4. o

74. Animæ separata possunt exire de locis suis et apparere vivis. 1.ª q. 89. 8 ad 2.

75. Apparatio animæ separatæ est miraculosa. 1.ª q. 89. 8 ad 2

76. Anima separata cruciatur igne inferni per tristitiam, non autem per alterationem 1.ª q. 64. 4 ad 1

77. Operationes sensitivæ non manent in anima separata. 1.ª q. 77 8. o.

78. Potentiæ imateriales manent actu in anima separata, non autem organicæ, sed ut in radice. 1.ª q. 77 8. o. et q. 89. 7. c. et 1-2. q. 67. 1 ad 3.

79 Habitus scientiæ hic acquisiti manent in anima separata. 1.ª q 89. 1 ad 3. et 3 ad 4. et 5. o. et 6. c. 1-2. q. 97. 2. o.

80 Actus scientiæ hic acquisiti manent in anima separata. 1.ª q 89 1 ad 3. et 6 o et 1-2. q. 67. 2. o.

81. Anima separata intelligit per species tunc infusas, et per acquisitas hic, non autem per species innatas nec tunc abstractas, nec convertendo se ad phantasmata, sed ad superiora. 1.ª q 75. 6 ad 3. et q. 89. 1. o et 2. 3. 6. 7. c et 1-2. q 5. 1 ad 2. et q. 67. 2. c. ad 1 et ad 3. et 3.ª q. 11. 2. o.

82. Animæ beatorum ante resurrectionem et post, intelligere possunt, non convertendo se ad phantasmata 1.ª q 54. 4. c. et 3.ª q. 11. 2. c.

83. Anima separata cognoscit se per se ipsam. 1.ª q. 89. 2 c.

84 Animæ separatæ cognoscunt se mutuo et angelos. 1.ª q. 89. 2. o. et 3.ª q 11. 1 ad 2.

85. Anima separata intelligit angelos per similitudines divinitus ei impressas. 1.ª q. 89. 2 ad 2.

86. Anima separata habet cognitionem perfectam de aliis animabus separatis, non autem de angelis, sed imperfectam naturaliter. 1.ª q. 89. 2. o. et 3 ad 1 et ad 2. et 3.ª q. 11. 1 ad 2.

87. Animæ separatæ non semper cognoscunt ea quæ hic fiunt. 1.ª q. 89. 8. o. et 2-2. q 83. 4 ad 2

88. Anima separata non cognoscit omnia singularia sibi præsentia, sed tantum ea ad quæ determinatur priori cognitione, affectione, naturali habitudine, vel ordinatione divina. 1.ª q. 89. 4. o. et 7. 8. c.

89. Animæ separatæ possunt cognoscere facta viventium, per animas noviter decedentium, vel per angelos, vel per dæmones, vel Deo revelante. 1.ª q. 89. 8 ad 1.

90. Anima separata naturaliter cognoscit omnia naturalia, sed confuse. 1.ª q. 89. 3. o.

91. Distantia temporalis impedit cognotionem animæ separatæ, non autem distantia localis. 1.ª q 79. 7. o.

92. Uti collatione et discursu et connaturale animabus beatorum. 3.ª q. 11. 3 ad 3.

93. Anima rationalis semper intelligit se et Deum, inquantum ipsa est semper sibi præsens et Deus. 1.ª q. 93. 7 ad 4.

94 Motus cognitionio animæ rationalis triplex scilicet circularis, rectus, et obliquus 2-2. q. 179. 1 ad 3. et q. 180. 1. 8 o. 6. o

95. Cujuslibet potentiæ sensitivæ objectum est forma, prout est in materia corporali, ideo est cognoscitiva particularium tantum. 1.ª q. 35. 1. c.

96. Gradus cognitionis animæ conjunctæ triplex, scilicet respectu corporalium, immaterialium, et Dei. 1.ª q. 94. 2. o.

97. Anima intelligit corpora, et alias res per species, non autem per essentiam. 1.ª q. 84. 1. 2. o.

98. Anima hic nihil cognoscit per species infusas, sed per abstractas a rebus sensibilibus. 1.ᵖ q. 84. 3. 4. o.

99. Anima hic nihil intelligit sine phantasmate. 1.ᵖ q. 84. 7. o. et q. 85. 1 ad 4. et 5 ad 2. et q 86. 1. c. et q. 88. 1. c. et q. 89. 1. 2. o. et q. 111. 2 ad 3. et q. 118. 3. c. et 1-2. q. 5. 1 ad 2. et 2-2. q. 174. 2 ad 4. et q. 175. 4. c. et q. 180. 5 ad 2. et 3.ᵖ q. 11. 1 ad 2. et 2. o.

100. Propria operatio animæ conjunctæ est intelligere cum phantasmate. 1.ᵖ q. 75. 6 ad 3.

101. Anima indiget phantasmate ad duo, scilicet ad acquirendam scientiam et ad considerandum. 1.ᵖ q. 84. 7. c. et 1-2. q. 4. 5. c.

102. Anima non habuit a principio omnes scientias, contra Platonem. 1.ᵖ q. 84. 1. 2. 3. c. et 1-2. q. 172. 1. c.

103. Anima hic non cognoscit substantias separatas quid sunt secundum speciem, sed quia sunt. 1.ᵖ q. 12. 4. c. et 11. c. et q. 50. 2. c. fin. et q. 84. 7 ad 3. et q. 88. o. 1-2. q. 3. 6. c. fin. et 3.ᵖ q. 11. 1 ad 2. et q. 30. 3 ad 1.

104. Anima rationalis cognoscit omnia quæ cognoscit in prima veritate. 1.ᵖ q. 16. 6 ad 1.

105. Anima rationalis cognoscit omnia quæ cognoscit in prima veritate, non secundum essentiam, sed in veritate exemplata a prima veritate. 1.ᵖ q. 12. 11 ad 3. et q. 16. 6 ad 1. et ad 2.

106. Deus est primum objectum intellectus animæ rationalis, quia ratio et causa veritatis alicujus objecti primo apprehenditur a potentia. 2-2. q. 1. 1. c.

107. Anima cognoscit omnia in rationibus æternis. 1.ᵖ q. 12. 11 ad 3 et q. 84. 5. o.

108. Anima cognoscit omnia in rationibus æternis, ut in principio cognitionis, non autem ut in subjecto, vel in speculo. 1.ᵖ q. 12. 11 ad 3. et q 84. 5. o. et q. 4. 2 ad 1.

109. Nulla operatio animæ dicitur proprie motus, nisi operatio appetitus sensitivi. 1.ᵖ q. 81. 1. c.

110. Ab essentia animæ non procedit operatio, nisi mediante virtute ejus vel potentia. 1.ᵖ q. 77. 1. o.

111. Necesse est dicere, id quod est principium intellectualis operationis, quod dicimus hominis animam, esse quoddam principium incorporeum et subsistens. 1. q. 75. 2. c. principio.

112. Si ipsa essentia animæ esset immediatum operationis principium, semper habens animam actu haberet opera vitæ. 1.ª q. 77. 1. c.

113. Anima tripliciter patitur, scilicet a Deo, et a læsione corporis, et a propria operatione. 3.ª q. 15. 4. c.

114. Illud quo anima operatur, differt realiter ab ea. 1.ª q. 77. 1. o.

115. Anima rationalis non habet vim transmutandi materiam corporalem. 1.ª q. 117. 3. o.

116. In actibus et relationibus animæ intellectis, itur in infinitum. 1.ª q. 28. 4 ad 2. et q. 32. 2. c. fin. et q. 87. 3 ad 2. et 1-2. q. 1. 4 ad 3. et 3.ª q. 87. 3 ad 2.

117. Anima est movens mota per accidens. 1.ª q. 75. 1 ad 1.

118. Anima de se nata est movere ad quamlibet partem, sed per corporis gravitatem impeditur, ideo difficile est homini ascendere. 1.ª q. 62. 2 ad 2.

119. Cum superior pars animæ intense movetur in aliquid, sequitur motum ejus pars inferior per redundantiam. 1-2. q. 24. 3 ad 1. et q. 30. 1 ad 1. et q. 31. 5. 6. fin. et q. 38. 4 ad 3. et q. 59. 5. c. et q. 77. 6. c.

120. Potentiæ animæ dupliciter possunt moveri, scilicet quoad exercitium actus, et quoad determinationem ejus. 1-2. q. 9. 1. c.

121. Anima non movetur, nisi per accidens. 1.ª q. 75. 2 ad 1. et 1-2. q. 22. 1 ad 2. et 3.ª q. 59. 5 ad 3.

122. Motus magis est in potentiis animæ appetitivis quam apprehensivis. 1.ª q. 81. 1. c.

123. Omnis motus cognitivæ et appetitivæ virtutis reducitur in naturam, sicut in primum principium. 1-2. q. 10. 1 c. q. 17, 9 ad 2. et q. 41. 3. c.

124. Omnis motus appetitivæ potentiæ reducitur ad prosecutionem boni per se, vel mali per accidens, vel ad fugam mali per se, vel boni per accidens. 1-2. q. 45. 2. c.

125. Anima differt realiter a suis potentiis. 1.ª q. 77. 1. o. et 1-2. q. 110. 4. c.

126 Quandoque dicitur quod anima est suæ potentiæ, et e converso, sed non proprie, sed denominative, quasi a principaliori sua virtute. 1.ª q. 79. 1 ad 1

127. In potentiis unius animæ non potest esse nisi una intentio. 1-2. q. 37. 1. o. et q 77. 1. c.

128. Omnes potentiæ animæ radicantur in una essentia animæ, ideo oportet quod quando intentio animæ vehementer trahitur ad unam operationem unius potentiæ, retrahatur ab operatione alterius, quia unius animæ non potest esse nisi una intentio. 1-2. q. 37. 1. o. et q 77. 1. c. et 3.ª q. 46. 7. c.

129. Omnes potentiæ in eadem essentia animæ radicantur et fundantur, vel ut in principio tantum, ut organicæ, id est, vegetativæ et sensitivæ, vel in essentia etiam ut in subjecto, ut intellectivæ 1.ª q. 77. 8. o.

130 Omnis proprietas naturaliter consequens animam, dicitur potentia ejus. 1. q. 77. 8 ad 2.

131. Nam quandoque dividitur contra rationem et voluntatem, cum tamen ipsa ratio et voluntas ad naturam hominis pertineat. Et cum potentiæ animæ sit naturales proprietates, speciem consequentes, anima non potest sine iis esse. Dato tamen quod sine iis esset, adhuc tamen anima diceretur secundum speciem suam intellectualis vel rationalis, non quia actu haberet has potentias, sed propter speciem talis essentiæ, ex qua natæ sunt hujusmodi potentiæ eluere. 1 ª q. 77. 8 ad 2. et 1-2. q. 51. 1 ad 1. et q. 110. 4 ad 4.

132. Potentiæ animæ sunt accidentia ejus per se, et sunt in secunda specie qualitatis. 1 ª q. 77. 1. ad 5. et 1-2 q. 83. 2 ad 3. et q, 110. 4 ad 3 et ad 4.

133. Capacitas animæ non est nec potest esse infinita in actu, sed potest ampliari in infinitum 2-2. q 24. 7. c. ad 2.

134. Potentiæ animæ fiunt ab ejus essentia. 1.ª q. 77. 1 ad 5 et 6. o. et 1-2. q. 100. 4 ad 1. et 3.ª q. 7. 2. c. et q. 62. 2. c. et q. 89. 1. c.

135. Una potentia fluit ab anima, mediante alia. 1 ª q 77. 7. o. et q. 78. 4 ad 3.

136 Potentiæ organicæ fluunt ab anima, inquantum est actus corporis, aliæ vero ut prædominatur corpori. 1.ª q 76. 8 ad 4.

137. Anima est causa suarum potentiarum tripliciter, scilicet efficiens finalis, et materialis, id est, subjectiva. 1.ª q. 77. 6. o. et 7. c.

138. Potentiæ animæ perfectiores sunt principia imperfectiorum activa et finalia, et etiam priora, sed e converso via generationis, et causæ materialis. 1 ª q. 77. 7. c.

139. Potentiæ non organicæ sunt subjectivæ in anima, organicæ vero in composito. 1.ª q. 77. 5. o. et 6. 8. c.

140. Una potentia animæ est subjectum alterius potentiæ, in virtute animæ. 1.ª q. 77. 7. 2. et q. 78. 4 ad 3.

141. Ordo potentiarum animæ triplex, scilicet perfectionis, generationis, et objetum. 1.ª q. 77. 4. o. et 7. c.

142. Omnes potentiæ animæ necessariam habent habitudinem ad suum proprium et principale objectum. 1.ª q. 9. 3. c.

143. Potentiæ animæ mutuo se impediunt circa diversa objecta, non autem circa idem. 1-2. q. 33. 3 ad 3. et q. 37. 1. o. et q. 77. 1. c. et 2-2. q. 123. 8 ad 1. et q. 153. 5. c et 3.ª q. 15. 9. ad 3.

144. Omnis potentia animæ est quædam forma, seu natura 1.ª q. 80. 1. ad 3.

145. In omni potentia animæ commune est fere, ut eodem nomine, actus et potentia nominetur. 1.ª q. 83 2. ad 1.

146. Appetitus naturalis est in qualibet potentia animæ, et in voluntate, et in omni parte et membro corporis, et in omni re. 1ª q. 78. 1 ad 3 et q 80. 1 ad 3.

147. Anima rationalis habet plures potentias quam aliqua alia res. 1ª q. 77. 2. o.

148. Anima quanto nobilior est tanto plures potentias, operationes, et organa habet 1.ª q. 30. 2. ad 3. et q. 76. 5 ad 3. et q. 77. 2. c.

149. Anima comparatur ad corpus sicut forma ad materiam; ad potentias vero, ut substantiva ad propria accidentia; ideo prior est eis generatione et perfectione, sed corpore, prior est secundo modo, et posterior primo modo. 1-2. q. 83. 2 ad 3.

150. Potentia motiva animæ duplex, scilicet imperans motum et exequens motum. 1.ª q 75. 3 ad 3. et q. 78. 1 ad 4

151. Potentia cujus objectum est patiens ab ea, est activa sicut omnes vegetativæ; si autem ut agens, est passiva, sicut omnes sensitivæ. 1.ª q. 79. 3 ad 1.

152. Omnes potentiæ animæ sunt passivæ, præter intellectum agentem, et vegetativas, quæ solæ sunt activæ. 1.ª q. 79. 3 ad 1.

153. Modi vivendi animæ sunt tres, gradus vero quatuor et quinque genera potentiarum: scilicet vegetativum, sensitivum, motivum secundum locum, appetitivum, et intellectivum. 1.ª q. 18. 2. ad 1. et 3. c. et q. 78. 1. o.

154 Omnes potentiæ animæ intellectivæ et sensitivæ, appetitivæ, et apprehensivæ interiores, ut operantur ex ratione, indigent habitu, non autem ut ex instinctu naturæ. 2-2. q. 49. 4. c et q 50. 3. 4. 5 o.

155 Omnis habitus operativus et culpa prius sunt in potentiis animæ quam in essentia. 1-2. q. 50. 2. o.

156. Gratia est immediate in essentia animæ, non autem in potentiis ejus 1-2. q. 50. 2. c. et q. 110. 4. o. et q. 112. 5 ad 1. et 3.ª q. 2. 10 ad 2. et q. 7. 2. c. et q. 62. 2. c. ad 1.

157. Gratia ponit aliquid creatum in anima. 1-2. q. 110. 1. o.

158. Gratia agit in anima formaliter, non autem effective. 1-2. q. 110. 2. ad 1. et q. 111. 1 ad 1. et 2 ad 1.

159. Anima est simpliciter nobilior gratia, sed secundum quid est e converso 1-2. q. 110. 2 ad 2.

160 Multi habitus possunt simul esse in eadem potentia. 1-2 q. 54. 1. o. et 2-2. q. 57. 5. c.

161. Omne diversificans potentiam diversificat habitum, non autem e converso. 1-2. q. 8. 2 ad 3. et q. 54. 1. o. et q 56. 2. c. et 2-2. q. 47. 5. c

162. In potentiis sensitivis apprehensivis interioribus sunt aliqui habitus, ut in memoria. 1-2. q. 50. 3 ad 3. et q. 56. 5. c

163. In potentiis sensitivis exterioribus non est habitus. 1-2. q. 50. 3 ad 3.

164. In potentiis vegetativis non est habitus. 1-2. q. 53 ad 1. et q. 54. 1. c. et 2-2. q. 158. 1 ad 3.

165. Omnis perfectio potentiæ animæ habet rationem virtutis. 1-2. q. 110. 4. c.

166. Virtutes sunt subjectivæ in potentiis animæ. 1-2. q. 50. 1. o. et q. 56. 1. o. et 3.ª q. 7. 2. c.

167. Virtutes sunt subjectivæ tantum in potentia rationali essentialiter vel participative. 1-2. q. 55. 2. c. et 4 ad 3. et q. 61. 2. c. fin.

168. Una virtus potest esse in

pluribus potentiis non æqualiter, sed ordine quodam, scilic et inuna principaliter, in alia vero per modum diffusionis vel dispositionis, vel directionis, vel motivi 1-2. q. 56. 2. o. et q. 60. 5. c.

169. In nulla potentia sensitiva est virtus nisi in appetitiva. 1-2. q. 56. 5. o.

170. Virtus est necessaria potentiæ sensitivæ appetitivæ, scilicet concupiscibili et irascibili in quibus est subjective, non quidem secundum se, sed ut sunt rationales participative. 1-2. q. 56. 4 o. et 5 ad 1

171. Anima et angelus non conveniunt in ultima differentia. 1.ª q. 75. 7 ad 2.

172. Anima et angelus conveniunt in ultimo fine, non autem in fine proximo. 1.ª q. 75. 7 ad 1.

173. Anima sensitiva in homine est incorruptibilis. 1.ª q. 76. 3 ad 1.

174. Anima sensitiva in homine est nobilior quam in brutis. 1.ª q. 76. 5. c. et q. 91. 3 ad 1. et 1-2. q. 74 3 ad 1. et 3.ª q. 2 ad 2. et 5 ad 1.

175. Anima sensitiva non est subsistens. 1.ª q. 75. 3. o. 6. c. et q. 118. 1. c. ad 1.

176. Anima sensitiva nullo modo est hoc aliquid. 1.ª q. 75. 3. o.

177. Anima sensitiva non est vivens, sed principium vivendi, 1.ª q. 118. 1. c.

178. Anima sensitiva non est per creationem. 1.ª q. 118. 1. o.

179. Anima sensitiva non præ existit actu in semine, nec etiam vegetativa. 1.ª q. 118. 1. o,

180. Anima sensitiva et vegetativa traducitur cum semine. 1.ª q. 118. 1. o. et 2 ad 2.

181. Anima sensitiva prolis producta in partem principalem incipit operari ad complementum proprii corporis per modum nutritionis et augmenti. 1.ª q. 118. 1 ad 4.

182. Anima sensitiva nullam habet operationem per se. 1.ª q. 75. 3. o. et q. 118 1 c.

183. Animæ brotorum desinunt esse, corpore corrupto. 2-2. q. 164. 1 ad 2.

184. Anime vegetativa non creatur. 1.ª q. 118. 1. o.

185. Anima vegetativa non præexistit in semine. 1.ª q. 118. 1. o.

186. Anima vegetativa est in menstruo secundum actum primum, non autem secundum actum secundum qui est operari. 1.ª q. 118. 1 ad 4. et 2 ad 2.

187. Ex anjma vegetativa generantis derivatur quædam virtus activa ad ipsum semem animalis vel plantæ, sicut a principali agente derivatur vis motiva ad instrumentum. 1.ª q. 118. 1. c. ad 3. et q. 119. 1. c. fin et 2. c. ad 1.

188. Anima vegetativa non agit nisa in corpus sibi unitvm. 1.ª q. 78. 1. c. et q. 79. 2 ad 3.

189. Objectum potentiæ vegetativæ est corpus vivens per eam. 1.ª q. 78. 1. 2. c.

190. Potentia vegetativa est triplex, scilicet generativa, augmentativa. et nutritiva. 1.ª q. 78. 2. o.

191. Omnium partium animæ vegetativæ, generativa est finalior, dignior, et perfectior. 1.ª q. 72. ad 1. et q. 78. 2 c.

192. Vires vegetativæ dicuntur naturales, dupliciter, scilicet quia habent effectus similes naturæ, id est esse, quantitatem, et conservationem, et quia per similia instrumenta agunt, id est, per qualitates activas et passivas, sed altiori modo. 1 ª q. 78. 2 ad 1.

193. Vegetativæ agunt per calorem, et per alias qualitates naturales. 1.ª q. 78. 1. c. et 2. o.

194. Potentiæ vegetativæ non obediunt imperio rationis. 1-2. q. 17 8. 9. o. et q. 50. 3 ad 1. et 2-2. q. 148. 1 ad 3. et 3.ª q. 15. 2 ad 1. et q. 19. 2. c.

195. Sicut Deum in cœlo esse dicimus, ita animabus beatis, quæ deitatis perfecte participes sunt, assignari; animabus vero quæ hujus deitatis sunt expertes, contraria loca deputari asserimus. Suppl q. 69. 1 c.

196. Animæ e carcere corporis liberatæ præmio consecuto in cœlum aut pœna debita inflicta, in infernum feruntur Suppl. q. 69. 2. o.

197. Fieri non potest ut animæ vel de paradiso vel de inferno simpliciter exeant. Suppl. q. 69. 3. c.

198 In anima separata potentiæ sensitivæ et aliæ similes non remanent simpliciter, sed secundum quid, hoc est eo modo quo principiata sunt in suis urincipiis. Suppl. q. 70 1. c.

199. Actus sensitivarum potentiarum nullo modo remanent in anima soluta a corpore, nisi fortassis tanquam in radice remota. Suppl. q. 70. 2. c.

1. ANIMAL. Essentia. Animal est quod habet naturam sensitivam rationale vero, quod habet naturam intellectivam. 1.ᵖ q. 3. 5. c. et q. 85. 3 ad 4. et 5 ad 3. et 1-2. q. 67. 5. c.

2. Quædam animalia dicuntur esse ex aqua, quia plus habent de aqua quam alia animalia, licet in omnibus prædominetur terra. 1.ᵖ q. 71. ad 2.

3. Quædam animalia sunt media inter aquatica et terrestria, licet magis conveniunt cum altero, cum quo magis computantur. 1.ᵖ q. 71 ad 4

4. Animalia terrestria sunt perfectiora avibus et piscibus. 1.ᵖ q. 72 ad 1.

5. Non quælibet pars animalis est animal, quia non habet animam primo, sed in ordine ad totum. 1.ᵖ q. 76. 8. c. fin. ad 2 et ad 3.

6. Pars animalis perfecti non est animal, quia non habet distinctionem organorum et operationum quæ requiruntur. 1.ᵖ q. 5. 3 ad 2.

7. Partes animalis non sunt in specie, nec differunt specie, sed sunt diversarum dispositionum. 1.ᵖ q. 76. 5 ad 3.

8. Dextra est nobilior pars corporis animalis. Ideo qui ad dextram alicujus sedet, nobilissimo modo ei conjungitur. 1ᵖ q. 102. 1. c fin.

9 Diversa animalia ad ornatum diversorum elementorum pertinent, scilicet aves aeris, et pisces aquæ, cætera autem terræ. 1.ᵖ q. 71. 72 o.

10. GENERATIO. Animalia quælibet præter perfecta, possunt generari ex semine, et sine semine per putrefacctionem. 1.ᵖ q. 91. 2 ad 2.

11. Virtus cœli loco spermatis cum elementis, sufficit ad generationem animalium imperfectorum, non autem perfectorum. 1.ᵖ q. 45. 8 ad 3. et q. 70. 3. c. et q. 71 ad 1. et q. 91. 2 ad 2.

12. Species animalium de novo generatæ per putrefactionem, fuerunt productæ in primis sex diebus in suis principiis. 1.ᵖ q. 74. 1 ad 3.

13. Generatio hominis et multiplicatio, etiam quoad individua, est de principali intentione naturæ, non autem aliorum animalium, nisi secundum speciem 1.ᵖ q 50. 4 ad 4. et q. 98. 1. o.

14. In generatione animalis, præcipue hominis, sunt necessariæ multæ generationes non continuæ, sicut etiam multæ formæ. 1.ª q. 118. 2 ad 2.

15. Motus sursum est naturalis animali secundum animam, non autem secundum corpus. 1-2. q. 6. 5 ad 3.

16. Motus appetitus animalis prævenitur ab exteriori motu dupliciter, scilicet secundum sensus, et secundum corpus. 1-2. q. 6. 1 ad 2.

17. Quædam animalia mox nata habent movere se, et usum membrorum, non propter nobilitatem, sed propter siccitatem cerebri. 1.ᵖ q. 99. 1 ad 2.

18. Animalia pugnant propter cibum et coitum. 1.ᵖ q. 81. 2. c. fin.

19. Quædam animalia abhorrent coire cum matre, ut equus, et camelus. 2-2. q. 154. 9 ad 2.

20. Animalia bruta non prosequuntur conveniens, nec fugiunt nociva per rationis deliberationem, sed per naturalem instinctum æstimative, similiter et pueri. 1.ª q. 83. 1. c. et 1-2. q. 11. 2. c. et q. 15. 2. c. et q. 16. 2 ad 3. et q. 17. 2 ad 3. et q. 46 4 ad 2. et 7 ad 2.

21. Animalia bruta non intendunt aliquid manifestare, vel repræsentare, quia hoc est proprium rationis conferentis signum ad signatum: sed agunt ex instinctu naturali aliquid ad quod sequitur hoc. 2-2. q. 110. 1. c

22. Aves docent pullos suos volare, et similia: quia mox nata bruta non habent ita perfectum usum industriæ naturalis, sicut postea. 1.ª q. 101. 2 ad 3

23. Animalia bruta sunt sagacia, quia diriguntur a Deo, sicut horologia. 1-2. q. 13. 2 ad 3.

24. Cognitio est in animalibus brutis propter necessitatem actionis tantum. 1.ª q. 91. 3 ad 3. et 1-2. q. 31. 6. c.

25. Homines in statu innocentiæ non indigebant aliis animalibus, nisi ad experimentalem cognitionem eorum 1.ª q. 96. 1 ad 3.

26. Appetitus animalis bruti non est liber. 1.ª q. 59. 3. c. et q. 83. 1. c. et 1-2. q. 11. 2. c. et q. 13. 2 ad 2 et ad 3. et q. 26. 1. c.

27. Electio non convenit animalibus brutis. 1-2. q. 13. 2. o.

28. Intentio proprie non convenit animalibus brutis. 1-2. q. 12. 5. o.

29. Delectatio proprie convenit animalibus brutis, non autem gaudium. 1-2. q. 31. 3 c.

30. Animalia bruta non delectantur visibilibus, odoribus, et sonis, nisi in ordine ad sustentationem naturæ. 1.ª q. 91. 3 ad 3. et 1-2. q. 31. 6. c. et q. 35. 2 ad 3. et 2-2. q. 141. 4 ad 3. et q. 167. 2. c.

31. Omne animal naturaliter abstrahitur a delectationibus venereis, et gustus, per dolores corporis. 1-2. q. 29 3 ad 1. et q. 35. 6. c. fin. ad 1.

32 Animalia ferociora non erant mansueta ante peccatum Adæ, nec comedebant herbas, sed carnes sicut nunc. 1.ª q. 96 1 ad 2.

33. Animalia bruta appetunt excellentiam, et irascuntur contra derogantia ei, non autem honorem. 1-2. q. 47. 2 ad 2.

34. In communi. Homo ex parte suæ temperatissimæ complexionis, non habet superexcellentiam alicujus passionis animæ, quam habent cætera animalia, secundum quod deviant ab hac æqualitate, ut leo in audacia, canis in ira, lepus in timore, et sic de aliis. 1-2. q. 46. 5 ad 1.

35. Quæ tantum vivunt, id est, plantæ, sunt propter omnia animalia, et hæc propter hominem, et omne imperfectius propter perfectius 1.ª q 65. 2. c. et 2-2. q. 64 1. 2. c. et q. 66. 1. c.

36. Omnia animalia sunt subjecta homini, vel totaliter, ut mansueta, vel in parte, ut alia, sed non omnia obediunt ei propter peccatum. 1.ª q. 96. 1. o.

37. Bruta quandoque puniuntur in pœnam dominorum suorum. 2-2. q. 108. 4 ad 3.

38 In brutis est similitudo boni moralis, scilicet virtutum, secundum pasiones tantum 1-2. q. 24. 4 ad 3.

39. Bruta invocant Deum, inquantum naturaliter desiderant bonitatem ejus. Sed obediunt ei, inquantum naturalis instinctus eorum movetur a Deo. 2-2. q. 83. 10 ad 3.

40. Lex. Distinctio animalium immundorum a mundis non erat ante legem Moysi, quoad esum, nisi propter abominationem vel consuetudinem, sed bene quoad sacrificia. 1-2. q. 103. 1 ad 4.

41. Expositio animalium mundorum secundum legem. 1-2. q. 102. 3 ad 2.

42. Expositio animalium immun-

dorum secundum legem 1-2. q. 102. 6 ad 1 et ad 2.

43. Animal sacrificandum debebat habere quatuor, scilicet integritatem, sanitatem, suavitatem, et sal. 1-2 q. 102. 3. c ad 2 et ad 7.

44. Animalia ante octo dies non offerebantur, propter suam teneritudinem. 1-2. q 102 3 ad 7. et 5 ad 1. et 3.ª q. 70. 3 ad 3

45. In lege veteri offerri solebant quinque animalia figurantia eorum sacrificium, id est Christum, scilicet vitulus, capra, ovis, turtur, et columba. 1-2. q. 112. 3 ad 2.

46. Deus providit quod in sacrificiis propter paupertatem non valens offerre animal quadrupes, offerret aves. Si non panes, vel farinam, vel spicas. 1-2. q. 102. 3 ad 12.

47. Quanto gravius est peccatum, tanto vilior species animalis offerebatur in sacrificiis, scilicet capra pro idolatria, vitulus pro ignorantia sacerdotis, et hircus pro negligentia principis. 1-2. q. 102. 3 ad 11.

ANIMATA generant et conservantur a principio motivo intrinseco, sed inanimata tantum ab extrinseco. 1.ª q. 78. 1. 2. o.

1. ANIMUS pro vi irascibili ponitur, ut patet per Philosophum, ubi dicit, quod in sensitivo appetitu est desiderium et animus, id est, concupiscibilis, et irascibilis 2-2. q. 129. 1. a.1 ad 1.

2. Moderatio animi quandoque provenit ex quadam dulcedine affectus, qua quis abhorret omne illud quod potest alium tristare Et ideo dicit Seneca, quod temperantia est quædam lenitas animi. Nam austeritas e contrario animi videtur esse in eo, qui non veretur alios contristare.

Nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando alios utiliter contristare. 2-2 q 114. 2 ad 1. fin. et q. 157. 3 ad 1. fin.

1. ANNEXUM spiritualibus potest esse aliquid dupliciter, scilicet vel sicut ex spiritualibus dependens, sicut habere beneficia ecclesiastica dicitur spiritualibus esse annexum, quia non competit, nisi habenti officium clericale. Unde hujusmodi nullo modo possunt esse sine spiritualibus. Et propter hoc ea nullo modo vendere licet, quia eis venditis, intelliguntur etiam spiritualia venditioni subjici. Quædam autem sunt annexa spiritualibus inquantum ad spiritualia ordinantur, sicut jus patronatus quod ordinatur ad præsentandum clericos ad ecclesiastica beneficia, et sicut vasa sacra, quæ ordinantur ad sacramentorum usum Unde hujusmodi non præsupponunt spiritualia, sed magis ea ordine temporis præcedunt, et ideo aliquo modo vendi possunt, non autem inquantu msunt spiritualibus annexa. 2-2. q. 100. 4. c.

1. ANNIHILATIO. In mutationibus naturalibus terminus a quo, id est, forma annihilatur, nisi inquantum manet in potentia in suo subjecto. 1.ª q. 104. 4 ad 3.

2. Nulla creatura annihilatur, sed quælibet secundum aliquid perseverabit in æternum 1.ª q. 65. 1 ad 1. et q. 103 1 ad 2. et q. 104. 4. c.

3. AGENS. Si Deus subtraheret actionem suam, omnia subito annihilarentur. 1.ª q. 8. 1. c. et q. 9. 2. c. et q. 50. 5 ad 3. ot q. 104. 1. c. et 1-2. q. 109. 2 ad 2. et 8. c.

4. Solus Deus potest aliquid annihilare. 1.ª q. 9. 2. c. et 3.ª q. 13. 2. c.

5. Deus de potentia absoluta potest annihilare omnem creaturam, non autem de potentia ordinaria. 1.ª q. 9. 2. c. et q. 104. 3. 4. o.

6 Deus non annihilat peccatores, ne justitia sit sine misericordia, et ut pœna respondeat culpæ. 1-2. q. 87. 4 ad 1.

1. ANNUNCIATIO Christi convenien-

ter facta fuit beatæ Virgini 3. ᵖ q. 30. 1. o.

2. Annunciatio Christi convenienter facta fuit per angelum. 3. ᵖ q. 30. 2 o.

3. Annunciatio Christi convenienter facta fuit per supremum archangelum. 3. ᵖ q. 30. 2. ad 4.

4. Annunciatio Christi convenienter facta fuit in specie corporali, et visione corporali. 3. ᵖ q. 30. 3. o.

5. Annunciatio Christi convenienti modo et ordine facta fuit. 3. ᵖ q. 30 4. o.

6. Expositio evangelii de anunciatione dominica. 3. ᵖ q. 30. 4. o.

Quando in antecedente est aliquid pertinens ad actum animæ, consequens debet sumi ut est in anima. 1. ᵖ q. 14. 13 ad 2.

1. ANTEQUAM importat ordinem ad futurum vere, vel imaginarie. 3. ᵖ q. 28. 3 ad 1.

ANTIOCHUS non vere pœnituit. 1. ᵖ q. 86. 1 ad 1.

1. ANTICHRISTUS non erit unitus diabolo in persona. 3. ᵖ q. 8. 8. c. ad 1.

2. Antichristus erit caput malorum omnium perfectione malitiæ, non autem ordine vel influxu. 3. ᵖ q. 8. 8. o.

3 In collationibus Patrum introducitur sententia beati Antonii, qui prætulit discretionem per quam aliquis omnia moderatur, et jejuniis, et vigiliis, et omnibus hujusmodi observantiis. 1-2. q. 188. 6. c. ad 3.

ANTONOMASIA est figura qua nomina generalia restringuntur ad aliquid per excellentiam, ut Urbs pro Roma. 2-2. q. 141. 2. c. et q. 186 1. c.

ANTHROPOMORPHITÆ fuerunt hæretici fingentes Deum esse figuratum lineamentis corporis humani. 2-2. q. 188. 5. c.

APIROCALIA est excessus expensarum contra rationem, et opponitur parvificentiæ. 2-2. q. 135. 2. o.

APOCRYPHA Esdræ. 1. ᵖ q. 10. 6. a. 1 et 2-2. q. 34 1. a. 2.

1. APOSTASIA. DIVISIO. Duplex, scilicet aversio a Deo, et nolle subdi Deo et sic est speciale peccatum, scilicet prima species superbiæ, non autem primo modo, sed est generalis conditio omnis peccati. 1-2. q. 84. 2 ad 2.

2. Apostasia, id est, recessus a Deo, est triplex, scilicet a religione vel ordine, a bona vita, et a fide. 2-2. q. 12. 1. o.

3. Apotasia a fide non est species infidelitatis, sed est circumstantia ejus aggravans eam. 2-2. q. 12. 1 ad 3.

4. Apostasia a fide est pessima, et iucludit alias. 2-2. q. 12. 1. c.

5. POENA. Apostata condemnatus ab Ecclesia perdit jus dominii super subditos. 2-2. q. 12. 2. o.

1. APOSTOLI fuerunt perfectiores cæteris sanctis. 1-2 q. 106. 4. c.

2. Apostoli habuerunt omnem scientiam quantum expediebat ad conversionem mundi. 2-2. q. 176. 1 ad 1.

3. Spiritus sanctus docuit apostolos omnem veritatem necessariam ad salutem, non autem omnes futuros eventus. 1-2. q. 106. 4. 2.

4. Verba apostolorum sunt ex familiari revelatione Spiritus sancti et Christi, ideo servanda sunt, quia sunt in canonica scriptura, in qua nefas est credere aliquid falsum ease. 1. ᵖ q. 57. 5 ad 3. et 1-2. q. 100. 8. 5 ad 3. fin. et q. 103. 4. ad 2.

5 Missio visibilis Spiritus sancti facta est ad apostolos in specie flatus, et linguæ igneæ, ad significandum quod gratiam et auctoritatem haberent a capite, it est, Christo, et abundarent verbis et fervore. 1. ᵖ q. 43.

7 ad 6. et 3.ᵖ q. 39. 6 ad 4. et q. 72. 2 ad 1.

6. Deus dedit apostolis scientiam scripturarum, et omnium linguarum, quam homines per studium vel consuetudinem acquirere possuut, licet non ita perfecte. 1-2. q. 51. 4. c.

7. Apostoli loquebantur omnibus linguis, non autem Christus, nec christiani modo. 2-2. q. 176. 1. o.

8. Apostoli relinquentes omnia propter Christum voverunt pertinentia ad perfectionis statum. 2-2. q. 88. 4 ad 3.

9 Apostoli omnes in navicula turbabantur propter peccatum Judæ, ad commendationem unitatis. 2-2. q. 108. 4. 5

10. SACRAMENTUM. Apostoli nullum sacramentum instituerunt. 3.ᵖ q. 64. 2. o. et q. 72. 1 ad 1.

11. Apostoli ministrantes sacramenta utebantur aliqua forma verborum tradita a Christo. 3.ᵖ q. 72. 4 ad 1.

12. Apostoli multa tradiderunt occulte, non in scriptis, ut formas sacramentorum, ne irriderentur ab infidelibus. 3.ᵖ q. 25. 3 ad 4. et q 64. 2 ad 1. et q. 72. 4 ad 1. et q. 78. 3 ad 9. et q. 83. 4 ad 2.

13. Omnes apostoli sunt baptizati baptismo Christi a Christo. 3.ᵖ q. 38. 6 ad 2. et q. 72. 6 ad 2. et q. 84. 7. ad 4.

14. Apostoli baptizabant per alios et secundum Dionysium divini uostri duces, id est, apostoli probaverunt infantes recipi ad baptismum, sed prædicabant per se sicut etiam Christus, quia industria ministri multum facit in ultimo, et nihil facit in primo. 3.ᵖ q. 67. 2 ad 1. et q. 68. 9. c.

15. Apostoli confirmati sunt a Christo sine materia, sed non confirmabant alios communiter sine materia. 3.ᵖ q. 72. 2 ad 1. et 4 ad 1.

1. APPARITIO DEI differt a missione visibili, quia non importat ordinem divinarum personarum, nec inhabitationem, sicut missio. 1ª q. 43. 7 ad 6. et 3.ᵖ q. 39. 8 ad 1.

2. Apparitio convenit patri, non autem mitti. 1.ᵖ q. 43. 7 ad 6. et 3. a q. 39. 8 ad 1.

3. Apparitio Christi postquam resurrexit, legitur facta duodecies. 3.ᵖ q. 55 ad 3. et ad 4. q. 83. 5 ad 6.

4. Christus apparuit in alia effigie, propter gloriam ejus, et incredulitatem videntium 3.ᵖ q. 54. 1 ad 3. et q. 55. 4. o.

5. Christus per apparitiones probare voluit identitatem resurgentis quoad naturam, comedendo, personam eadem effigie, vel accidentia, per cicatrices, veritatem vitæ loquendo, et veritatem corporis, per palpationem, et ejus gloriam intrando januis clausis. 3.ᵖ q. 55. 6 c.

6. Christus post ascensionem apparuit quibusdam in specie propria corporali, sicut Paulo. 3.ᵖ q. 57. 6. ad 3.

1. APPELLARE ex confidentia justæ causæ licet cuilibet, non autem ut per moram justitiam impediat. 2-2. q. 69. 3. o.

2. Ante sententiam, et post eam, licet appellare. 2-2. q. 69. 3 ad 1.

3. Appellare licet a judice ordinario tantum, et ab ordinario et arbitrario simul, non autem ab arbitrario tantum. 2-2. q 69. 3 ad 2.

4. Nullus potest appellare post decem dies, nec plusquam ter. 2-2. q. 69. 3 ad 3.

5. Nulli fideli licet ad judicem infidelem appellare. 2-2. q. 69. 3 ad 1.

1. APPETITUS quid. Appetitus est potentia passiva. 1.ᵖ q. 80. 2. c. et 1-2. q. 8. 2 ad 3. et q. 27. 1. c. et q. 50. 5 ad 2.

2. Appetitus est inclinatio appetentis in aliquid sibi simile et conveniens. 1.ᵖ q. 80. 1 c. et 1-2. q. 8. 1. c. et q. 29. 1. c. et q. 50. 5 ad 1.

3. Appetitus omnis est inclinatio consequens formam, sed naturalis na-

turalem, sensitivus apprehensam a sensu, intellectivus, id est, voluntas apprehensam ab intellectu. 1. ᵖ q. 78. 1 ad 3. et q. 80. 1. o. et q. 81. 1. c. et q. 87. 4. c. et 1-2. q. 8. 1. c. et q. 17. 8. c. et q. 26. 1. c. et q 35. 1. c. et q. 40. 3. c.

4. Appetitus quilibet sequitur cognitionem. 1-2. q. 40 3. c.

5. Appetitus est ad res, sed cognitio est a rebus. 1 ᵖ q. 16. 1. c. et q. 19. 3 ad 6. et 6 ad 2. et q. 80. 2. a. 2. et q. 82. 3. c. et 1-2. q. 22. 2. c. et q. 40. 2. c. et q. 66. 6 ad 1. et 2-2. q. 26. 1 ad 2. et q. 27. 4. c.

6. Divisio. Appetitus duplex scilicet naturalis, et sensitivus. 1. ᵖ q. 78. 1 ad 3. et q. 80. 1. o. et 2-2. q. 148. 1 ad 3.

7. Appetitus duplex, scilicet sensitivus, et intellectivus. 1. ᵖ q 80 2. o. et 2-2 q. 18 1. c. et q. 24. 1. c. et q. 58. 4. c. et q. 175. 2 ad 2.

8. Appetitus triplex, scilicet naturalis, sensitivus, et intellectivus. 1. q. 6. 1 ad 1. et q. 19. 1. 9. c. et q. 59. 1. c. et 60. 1. c. et q 87. 4. c. et 1-2. q. 1. 2. c. ad 3. et q. 26. 1. 2. c. et q. 40. 3. c. et 2-2. q. 29. 2 ad 1.

9. Appetitus naturalis qui sequitur naturæ indigentiam, scilicet vis appetitiva vel attractiva, dividitur contra retentivam, digestivam et expulsivam. Et omnes subserviunt nutritivæ, et sunt vires animæ vegetativæ proprie, sed in passionibus animæ, secundum similitudinem agentium naturalium. 1-2. q. 23. 4. c. et q 40. 4. c. et 1. ᵖ q. 117. 1. c. et q. 119. 2. c. et 2-2. q. 148. 1 ad 3

10. Appetitus cibi duplex, scilicet naturalis, id est, famæs et sitis, et animalis, in quo est vitium gulæ, non autem in primo. 2-2. q. 148. 1 ad 3.

11. Actus appetitus est appetere non habita, amare habita et delectari in eis. 1. ᵖ q. 19. 1. c ad 2. et q. 59. 1 ad 2.

12. Motus appetitus duplex, scilicet prosecutio, et fuga. 2-2. q. 141. 3. c. et q. 161. 1. c.

13. Ordo motus appetitus proportionatur ordini motuum naturalium. 1-2. q. 23. 2. c.

14. Omnis appetitus secundum quod tendit in bonum, tendit in assimilationem divinæ bonitatis. 1 ᵖ q. 7. 1. c. ad 2. et q. 44. 4. c. ad 3. et 2-2. q. 34. 1 ad 3.

15. Creatura irrationalis appetit Deum implicite tantum, sed rationalis implicite. 1. ᵖ q. 6. 1 ad 2.

16. In omni bono appetitur summum bonum, id est, Deus. 1. ᵖ q. 6. 1 ad 2.

17. Appeti propter se dicitur dupliciter, scilicet solum propter se, et nunquam propter aliud, et aliquando etiam propter aliud Primum convenit soli beatitudini, secundum virtutibus. 2-2. q 145. 1 ad 1.

18. Omnia appetunt bonum, esse, perfectionem, et conjungi suo principio. 1. ᵖ q 5 1. c. et q 6. 1. o et 2 ad 2. et q. 63. 3. c. et 2-2. q. 64 5. c.

19. Nullus appetitus est ad malum. 1. ᵖ q. 19. 9 c. et q. 103. 8. c. et 1-2. q. 8. 1. c. et q. 23. 2. c. et q. 27 1 ad 1. et q. 28 4. c

20 Non esse est appetibile damnatis, et desperatis per accidens tantum, scilicet ratione pœnæ. 1. ᵖ q 5. 2 ad 3. et 1-2. q. 8. 1. 3 et q. 29. 4. ad 2. et q. 73. 8 ad 2.

21. Bonum arduum ratione boni attrahit appetitum causando spem, sed ratione difficultatis retrahit causando desperationem. 2-2. q. 161. 1. c

22. Possibile convenit objecto appetitus, non omnino per accidens. 1-2. q 40. 1 ad 3.

23 Appetibile non movet appetitum sensitivum, nec rationalem, nisi apprehendatur. 1. ᵖ q. 80. 2 ad 1. et 2-2. q. 34. 1. c. princ.

24. Subjectum. Quælibet res habet aliquem appetitum. 1. ᵖ q. 59. 1. c. et q. 80. 1 o.

25. Naturalis. Appetitus naturalis nihil aliud est, nisi inclinatio et

ordo rei ad rem sibi convenientem. 1. ᵖ q. 78. 1. 1 ad 3. et q. 80. 1 o et q. 81. 1. c. et q. 87. 4. c.

26. Appetitus naturalis est habitudo ab bonum naturale, ad quod tendit quando non habet, et in quo habito, quiescit. 1. ᵖ q 19. 1. 2. c.

27. Appetitus naturalis semper tendit in bonum existeus in re. 1-2. q. 8. 1. c.

28. Appetitus naturalis semper sequitur formam in re existentem, alii autem apprehensam. 1. ᵖ q. 59. 1. c. et q. 60. 1. c. et q. 80. 1. c. et 1-2. q. 8. 1. o. et q. 17. 8. c. et q. 26. 1. c.

29. Illud quod appetitur appetitu naturali potest etiam appeti appetitu animali, cum fuerit apprehensum. 1-2. q. 30. 3 ad 1.

30. Quælibet potentia animæ appetitu naturali concupiscit, amat, delectatur, et hujusmodi, sed appetitu animali sola concupiscibilis. 1. ᵖ q. 78. 1 ad 3. et q. 80. 1 ad 3. et 1-2. q. 30. 1 ad 3.

31. Appetitus potest dici naturalis tripliciter, scilicet vel quia inest rei a natura, et sic est in qualibet potentia animæ, et etiam in voluntate, et in omni parte et membro corporis, et in omni re. Vel quia consequitur formam mere naturalem et simpliciter immersam materiæ, vel quia consequitur formam rationalem, quæ inest homini a natura, non tamen ut sequens formam actu apprehensam ab intellectu. 1. ᵖ 76. 1. c. co. 2. et q. 78. 1 ad 3. et q. 80 1 ad 3.

32. Appetitus naturalis animæ non est potentia animæ distincta a cæteris ejus potentiis. 1. ᵖ q. 80. 1. o. et 1 2. q 30. 1 ad 3.

33. Appetitus interior naturaliter sequitur motum appetitus superioris, nisi aliquid repugnet 2-2. q. 158. 8. c.

34. Appetitus naturalis non obedit rationis imperio. 1. ᵖ q, 83. 1 ad 5. et 1-2. q. 17. 8. 9. o. et 2-2. q. 148. 1 ad 3.

35. Omnis potentia animæ, naturali appetitu appetit objectum sibi conveniens 1 ᵖ q. 78. 1 ad 3. et q. 80. 1 ad 3. et 1-2. q. 30. 1 ad 3.

36. Appetitus consequens apprehensiouem animalis est potentia animæ distincta a cæteris ejus potentiis, non autem appetitus naturalis. 1. ᵖ q. 80. o. 1 et 1. 1-2. q. 30. 1 ad 3.

37 Appetitus sensitivus movstur a cogitativa seu æstimativa, imaginativa, et sensu. 1. ᵖ q. 81. 3 ad 2. et 1-2. et q. 75. 2. c.

38. Appetitus sensitivus movetur immediate ab imaginatione, vel æstimativa, sed mediate a ratione 1. ᵖ q. 81. 3 c. et 1-2. q. 30. 3 ad 3.

39. Vis cognitiva non movet nisi mediante appetitiva, nec ratio universalis, nisi mediante ratione particulari nec voluntas, nisi mediante appetitu sensitivo. 1. ᵖ q. 20. 1 ad 1. et q. 80. 2 ad 3. et q 86. 1 ad 2

40. Appetitus sensitivus dividitur per concupiscibilem, et irascibilem. 3. ᵖ q. 59. 4. c. et q. 78. 1 ad 3. et q. 81. 2. o et 3. c. et 2-2. q. 18. 1. c. et q. 58. 4. c. et q. 168. 2. c.

41. Et uterque appetitus obedit imperio rationis. 1. ᵖ q. 74. 3. c. et q. 81. 3. o. et q. 83. 1 ad 1 et ad 5. et q 96. 2. c. et q. 110. 2 ad 5. et q. 117. 3 ad 3. et 1-2. q. 17. 7. o. et q. 26. 1. c. et q 42. 4. c. et q 50. 3. o. et 56. 4. o. et q. 58. 2. c. et 2-2. q. 58. 2. c. et 4 ad 3. et q. 158. 2 ad 4. et 3. ᵖ q. 15. 2 ad 4. et q. 18. 2. c. ad 1. et q. 19. 2. c. et q. 20. 2 ad 3.

42. Appetitus sensitivus non obedit imperio rationis, nisi mediante voluntate. 1-2. q. 46. 4 ad 1.

43. Actus appetitus sensitivi ut est a potentia animæ, subjacet imperio rationis, non autem ut est ex dispositione organi corporalis. 1-2 q. 17. 7. o.

44. Proprium hominis est, quod appetitus inferior subdatur appetitui superiori et moveatur ab eo. 1-2. q. 74. 3 ad 1. et 2-2. q. 175. 2 ad 2.

45. Appetitus sensitivus est pro-

ximus motui corporis nostri. 1.ª q. 20. 1 ad 1.

46. In passionibus appetitus sensitivi est considerare aliquid quasi materiale, scilicet corporalem transmutationem, et aliquid quasi formale, quod est ex parte appetitus. 1.ª q. 20. 1 ad 2.

47. Bonum sensibile est objectum appetitus sensitivi, sed bonum simpliciter est objectum voluntatis. 1.ª q. 59. 4. c. et 1-2. q. 1. 2 ad 3. et q. 19. 3. c. et 2-2. q. 24. 1. c.

48. Nullus appetitus movetur ad suum objectum, nisi apprehendatur sub ratione boni vel mali, convenientis vel nocivi 1-2. q. 9 ad 2.

49. Appetitus sensitivus, ut rectus a ratione, potest esse subjectum virtutis et vitii. 1-2. q. 50. 3 ad 3. et q. 56. 3. c. et 4. o. et 5 ad 1. et q. 57. 1. c. et q. 74. 2. c. ad 2. et 3. o.

50. Actus appetitus sensitivi semper est cum transmutatione corporis, et maxime circa cor. 1.ª q. 20. 1 ad 3. et 1-2. q. 10. 3. c. et q. 22. 2 ad 3.

51. DIFFERENTIA. Appetitus sensitivus et rationalis, involuntas, sunt duæ potentiæ. 1.ª q. 80. 2 o.

52. Actus appetitus sensitivi ratione mutationis corporalis annexæ dicuntur passiones, non autem actus voluntatis. 1.ª q. 20. 1 ad 1.

53. INTELLECTIVUS. Appetitus sensitivus et voluntas sunt rationales participative. 1-2. q. 24. 1 ad 2 et q. 56. 6 ad 2. et q. 59. 4 ad 2. et q. 61. 2. c. fin. ad 2. et 2-2. q. 58. 4 ad 3. et 3.ª q. 18. 2. 4.

54. Appetitus rationalis non dividitur per concupiscibilem et irascibilem. 1.ª q. 59. 4. o. et q 82. 5. o.

55. Appetitus rationalis non fertur in particulare, nisi sub ratione universalis. 1.ª q. 80. 2 ad 2.

1. APPREHENSIO aliqua est causa timoris; et omnium operationum appetitus. 2-2. q. 7. 1. c.

2. Respectus qui est tantum in apprehensione rationis conferentis unum alteri, est relatio rationis tantum. 1.ª q. 28. 1. c.

1. APPROPINQUATIO. Quanto aliquid habet minus de potentialitate, tanto magis appropinquat Deo. 1-2. q. 22. 2 ad 1.

2. Quanto aliqua sunt fini bono propinquiora, tanto sunt meliora. 2-2. q. 81. 6. c. princ.

1. APPROPRIATIO in communi est manifestatio divinarum personarum per attributa essentialia. 1.ª q. 39. 7. c.

2 Appropriatio in divinis potest fieri dupliciter, scilicet ex parte creaturarum, et ex parte Dei. Prima debet semper fieri per contrarium, secunda vero per similitudinem ad proprium. 1.ª q. 39. 7. c. ad 1. et 8. c. co 2.

3 Appropriatum ut sic est posterius proprio secundum modum intelligendi, sed ut essentiale, est e converso. 1.ª q. 39. 7 ad 3.

4. Attributa convenienter appropriantur divinis personis. 1.ª q. 39. 7. 8. o.

5. Essentia nulli personæ appropriatur, nec operatio. 1.ª q. 39. 8. c.

6. IN SPECIALI potentia appropriatur Patri, sapientia Filio, bonitas vero Spiritui sancto. 1.ª q. 39. 7. 8. c. et q. 45. 6 ad 2. et q. 46. 3. c. et 2-2 q. 14. 1. c. et c.

7. Veritas in divinis appropriatur Filio. 1.ª q. 39 8. c.

8 Principium effectivum appropriatur Patri, exemplare autem Filio. 1.ª q 46. 3. c.

9. Æternitas appropriatur Patri, pulchritudo Filio, usus vero Spiritui sancto secundum Hilarium. 1.ª q. 39. 8. c et 3.ª q. 59. 1 ad 2.

10. Unitas appropriatur Patri, imago, æqualitas, et verbum Filio, nexus vero Spiritui sancto, secundum Augustinum. 1.ª q. 37. 1 ad 3. q. 39. 8. c. et q. 47. 2 ad 2. et 3.ª q. 58. 2 ad 3.

11. Ex ipso appropriatur Patri, per quem, Filio; in quo, Spiritui sancto 1. ℘ q. 93. 8. c.

12. Creatorem esse, appropriatur Patri; per quem, Filio; dominium vero et vivificatio, Spiritui sancto. 1 ℘ q 45. 6 ad 2.

1. AQUA. In communi habet sex proprietates, quia est diaphana, humida, frigida, generativa, abundans ubique, et sine pretio. 3. ℘ q. 66. 3. c. et q. 69. 2 ad 2. et 4 ad 1. c.

2. Aqua est duplex, scilicet viva, id est, continuata suo principio cum fluxu, et mortua, instans. 1. ℘ q. 18. 1 ad 3.

3. Aqua non cooperit totam terram contra naturam, propter viventia super eam. 1. ℘ q. 69. 1 ad 2 et ad 4.

4. Congregatio aquarum convenienter describitus tertia die. 1. ℘ q. 69. 1. o.

5. Aquæ dicuntur potius congregari et dividi quam creari, quia labiliter fluxæ sunt. Sed aquæ quæ supra cœlos sunt, non sunt fluidæ secundum Basilium. 1. ℘ q. 68. 2. c. et ad 2. fin. et q. 69. 1 ad 1.

6. Aqua calida citius et fortius congelatur. 1-2. q. 35. 6 a 2. et q. 37. 1 ad 2. et q. 48. 2. c. et q. 87. 2. c.

7. De latere Christi. Vera aqua exivit de latere Christi, in cruce. 3. ℘ q. 66. 4 ad 3 et q. 74. 7 ad 3.

8. Benedicta. Aqua benedicta non est sacramentum, sed est quid sacramentale 3. ℘ q. 65. 1 ad 6.

9. Aqua benedicta non ordinatur directe ad remedium præstandum, sed contra dæmones, et contra omne impedimentum sacramentorum. 3. ℘ q. 65. 1 ad 6.

10. Aqua benedicta datur contra impugnationem exteriorem dæmonum; exorcismus autem, contra interiorem. 3. ℘ q. 71 2 ad 3.

11. Aqua benedicta delet peccata venialia. 3. ℘ q. 65. 1 ad 6 et ad 8 et q 83. ad 3. et q. 87. 3. c.

12 Aqua benedicta potest iterari, non autem exorcismus, pro quo sumitur contra dæmones. 3. ℘ q. 71. 2 ad 3.

13. Aquæ benedictæ potest fieri additio aquæ non benedictæ, et tota erit benedicta. 3. ℘ q 77 8 ad 3. et q. 83. 3 ad 3. et q. 87. 3. o.

Aquila significat superbiam. 1-2. q. 102. 6 ad 1 co. 2. fin.

Aquilo flans facit generare mares, auster vero fœminas. 1. ℘ q. 92. 1 ad 1. et q 99. 2 ad 2.

1. *Aliter* habetur spes fructificationis arboris cum virescit frondibus, et aliter cum jam primordia fructuum incipiunt apparere. 1 2 q 69 3 c.

2. In arboribus et in herbis nihil erat immundum secundum legem, sicut in omni genere animalium. 1-2. q 102. 6 ad 2.

1. Arca testamenti significat secreta fidei, quæ permittuntur videri a majoribus tantum. 1 2. q 102. 4 ad 6.

2. Dispositio arcæ testamenti interius et exterius, et expositio litteralis et figuralis omnium ertinentium ad eam. 1-2. q. 102. 4 ad 6.

Archangeli sunt medius ordo inter angelos et Principatus. 1. ℘ q. 108. 5 ad 4.

Architector est principalis artifex præcipiens induci formam, et præparari materiam. 1. ℘ q. 18. 3. c.

1. Argumentum dicitur dupliciter, scilicet ratio rei dubiæ, et signum evidens sensibile. 3 ℘ q. 55. 5. c.

2. Oratio firmat argumentum, primo a substantia actus; secundo a circumstantiis. 1-2. q. 17 ad 1.

3. Argumentum ex solo litterali sensu sumitur Sacræ Scripturæ. 1. ℘ q. 1. 10 ad 1.

4. Argumentum ab auctoritate. Dei est firmissimum, sed ab auctoritate humana est debilissimum. 1. ℘ q. 1. 8 ad 2.

ARITHMETICA et geometria procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus. 1. ℘ q. 1. 2. c.

1. ARISTOTELES instituit sectam peripateticorum, quorum princeps ipse fuit. 1-2. q. 59. 2. c. et 2-2. q. 123 10. c.

ARMUS dexter, et pectusculum hostiæ in lege veteri, erant sacerdotis contra divinationem, et quia sapientia cordis et fortitudo sunt ei necessaria. 1-2. q. 102. 3 ad 8. fin.

ARRA. SPIRITUS sanctus dicitur pignus, sed magis proprie arra, quia Spiritus sanctus dicitur arra, per respectum ad ea dona, quæ manent in patria; pignus vero per respectum ad ea quæ evacuabuntur. 1-2. q. 114. 3 ad 3. fin.

1. ARROGANTIA. Arrogans est, qui sibi tribuit quod non habet 2-2. q. 112. 1 ad 2.

2. Arrogantia qua aliquis supra se extollitur, est species superbiæ. Nec est jactantia, sed sæpe est causa ejus 2-2. q. 112. 1 ad 2.

1. ARS QUID. Ars est virtus intellectualis, inquantum facit facultatem boni operis. Non autem simpliciter est virtus, quia non perficit usum, nec appetitum. 1-2. q. 57. 3. 4. o.

2. Ars est recta ratio factibilium, et habitus operativus. 1. ℘ q. 2-2. 2. c. et 1-2. q. 57. 3. 4. o. et q 93. 1. c. et 2-2. q. 47. 5. c.

3. Forma artis est similitudo ultimi effectus intenti ab artifice. 3. ℘ q. 78. 2. c.

4. Ars semper est ad bonum, sicut et scientia. 1-2. q. 57. 3 ad 1.

5. Artis est aliqua virtus, quia ad bonum ejus usum requiritur aliqua virtus moralis. 1-2. q. 57. 3 ad 2. et 2-2. q. 47. 4 ad 2.

6. Scientiæ ad nullum opus ordinatæ dicuntur simpliciter scientiæ, non autem artes 1-2. q. 57. 3 ad 3.

7. Artes quæ ordinantur ad opus rationis, dicuntur liberales. Quæ vero ordinantur ad opus corporis, dicuntur serviles. 1-2. q. 57 3 ad 3

8. Artes liberales sunt speculativæ. Sed dicuntur artes, quia habent aliquid per modum operis. 1-2. q. 57. 3 ad 3. et 2-2. q. 47. 2 ad 3.

9. Omnis applicatio rationis recte ad aliquid factibile pertinet ad artem. Ideo est aliqua ars speculativa. Non autem prudentia, quia est tantum de consiliabilibus, in quibus non sunt viæ determinatæ ad finem. 2-2. q. 47. 2 ad 3.

10. COMPARATIO. Ars magis convenit cum prudentia quam habitus speculativi ratione objecti, et subjecti. Sed e converso, ratione virtutis. 1-2. q. 57. 4 ad 2.

11. Ars differt realiter a prudentia. 1-2. q. 57. 4. o 5 ad 1. et 2-2. q. 47. 4 ad 2.

12. Ars non requirit aliquos habitus morales in appetitu, sicut requirit prudentia. 1-2. q. 57. 4. c. et q. 58 5 ad 2.

13. Ars habet determinata media ad finem. Sed in quibusdam non habet in quibus per similitudinem dicitur aliquis prudenter agere, ut in medicina, et navali, in quibus est necessarium consilium. 2-2. q. 47. 4 ad 2. et q. 49. 5 ad 2.

14. Bonum artis est extra hominem, scilicet in artificialibus, sed bonum prudentiæ est intra hominem. 1-2. q 57. 4. c. et 5 ad 1.

15. Operatio artis fundatur super operationem naturæ, et hæc super creationem. 1. ℘ q. 45. 8. c. ad 4.

16. Initium artis secundum ejus essentiam sunt principia ex quibus procedit ars. Sed secundum ejus effectum est unde incipit ars operari,

sicut principium artis ædificativæ est fundamentum. 2-2. q. 19. 7. c.

17. Quicquid est contra naturam artificiati, est contra naturam artis. 1-2. q. 71. 2 ad 4.

18. Ars non potest inducere formam substantialem, nisi virtute naturæ. 2-2. q. 77. 2 ad 1. et 3. ℘ q. 66. 4. c. et q. 75. 6 ad 1.

19. In aliqua materia est virtus agens ad productionem formæ artis, in aliqua vero non. 1. ℘ q. 77. 1. c.

20. Vendere artes liberales quoad veritatem earum, peccatum est simoniæ, non autem locare operas suas, scilicet docendo eas, quia hoc licitum est. 2-2. q. 100. 3. c. ad 3.

21. Id quod de se ordinatur ad malum, non est ars. 1-2. q. 57. 3 ad 1. et 2-2. q. 95. 1 ad 2. et q. 169. 2 ad 4.

22. In actu artis dupliciter contingit esse peccatum, scilicet diviando a fine particulari, artis et a fine communi. Primum est proprium, secundum vero est artificis, inquantum est homo. 1-2. q. 21. 2 ad 2. et q. 57. 3 ad 1.

23 In arte peccans volens, est elegibilior quam peccans nolens, sed in virtutibus moralibus est e converso. 1-2. q. 21. 2 ad 2. et q. 57. 4. c. et 2-2. q. 47. 1 ad 3. et 8. c.

24. Artes quibus ut pluries aliqui male utuntur, licet de se sint licitæ, debent tamen extirpari de civitate per principes, secundum Platonem. 2-2. q. 169. 2 ad 4.

1. Articulus fidei est indivisibilis veritas de Deo, arctans non ad credendum, secundum Richardum de Sancto Victore. 2-2. q. 1. 6. o.

2. Articulus dicitur quadrupliciter, scilicet membrum, conclusio, particula in judicio, et spiritualis difficultas supposita in fide, non dependens ex alia. 2-2. q. 1. 6. c.

3. Artifex ex suo opere est laudabilis vel culpabilis, per bonitatem vel malitiam sui actus. 1-2. q. 21. 2. c. ad 2.

1. Formæ artificialium sunt accidentia. 3. ℘ q. 66. 4. c.

2. Formæ artificialium nihil aliud sunt quam compositio, ordo, et figura. 2-2. q. 96. 2 ad 2.

3. In artificialibus ratio ordinatur ad finem particularem, in moralibus autem ad finem communem totius humanæ vitæ. 1-2. q. 21. 2 ad 2. et q. 57. 4 ad 3. et 2-2. q. 47. 4 ad 2.

4. Nullum artificiale, ut imagines, et verba, habet aliquam vim a constellationibus, sed a dæmonibus. 2-2. q. 96. 2 ad 2.

1. ASCENDERE in cœlum, fuit conveniens Christo. 3. ℘ q. 5. 7. 1. 6. c.

2. Christus ascendit secundum utramque naturam. 3. ℘ q. 57. 2. c.

3. Christus ascendit propria virtute utriusque naturæ. 3. ℘ q. 57. 3. o.

4. Christus ascendit super omnes cœlos, et super omnem creaturam. 3. ℘ q. 57. 4. 5. o. et q. 58. 3. c.

5. Ascencio Christi, et quies sursum, vel cujuscumque corporis gloriosi, non est violenta, sed naturalis. 1. ℘ q. 57. 3 ad 2. et 4 ad 4.

6. Crebra fuit Christi conversatio cum discipulis ad eorum consolationem, ante ejus ascensionem. 3. ℘ q. 55. 3 ad 3.

7. Nescitur ubi Christus corporaliter ante ascensionem manserit, cum hoc Scriptura non tradat. 3. ℘ q. 55. 3 ad 2.

8. Christus non statim post resurrectionem ascendit propter fidem confirmandam. 3. ℘ q. 57. 1 ad 4.

9. Ascensio Christi non fuit in instanti. 3. ℘ q. 57. 3 ad 3.

10. Ascensio Christi fuit causa nostræ salutis. 3. ℘ q. 57. 6. o.

11. Ascensio Christi aperuit nobis paradisum, quoad locum, non autem quoad visionem. 3. ℘ q. 49. 5. ad 4.

12. Animæ sanctorum post resur-

rectionem et ante ascensionem Christi, etiam in limbo, viderunt Deum per essentiam. 3. p q. 52. 4 ad 3.

13. Ante ascensionem Christi, nullus intravit paradisum cœlestem, sed latro statim moriens intravit in visionem Dei, non autem in paradisum terrestrem. 3. p q. 52. 4 ad 3.

14. Ascendenti Christo accrevit gaudium, quoad modum, non autem intensive, nec extensive, quia de omnibus perfectum gandium habuit ab instanti suæ conceptionis. 3. p q. 57. 1 ad 2.

1. Assentire est actus intellectus, sed consentire est actus voluntatis. 1-2. q. 15. 1 ad 3. et 1-2. q. 2 1 ad 3.

2. Assensus contingit tripliciter, scilicet propter evidentiam rei, sicut principiorum habitus, vel propter aliud, ut in scientia, vel per imperium voluntatis, ut credere. 2-2. q 1. 4. c. et q. 2. 2. c.

3. Voluntas dupliciter movet intellectum ad assentiendum scilicet ex ordine ab bonum, vel coactione veri non visi. 2-2. q. 5. 2. c.

4. Intellectus dupliciter perficitur ad assentiendum veritati. Primo capiendo eam, secundo habendo certum judicium de ea. 2-2. q. 9. 1. c

5. Intellectus necessario assentit principiis per se notis, et aliis cognitis sequi necessario, ex iis, non autem aliis veris. Quædam enim ex necessitate consequntur ex principiis, ita scilicet quod non possunt esse falsa, principiis existentibus veris, sicut sunt omnes conclusiones demonstrationum, et hujusmodi veris intellectus de necessitate assentit, postquam percepit ordinem eorum, non autem prius. 1. p q 62. 8 ad 2. et q. 82. 1. 2. c. et 1-2. q. 17. 6 c.

6. Intellectus non potest assentire oppositis dignitatum. 1. p q. 2. 10 c.

Assiduitas unius rei fastidium parit. 2-2. q. 83. 11 ad 4.

1. ASSIMILATIO in communi Est duplex, scilicet in natura, et in specie intelligibili. Secunda requiritur in cognitione, non autem prima. 1. p q. 57. 2 ad 2. et q. 85. 8 ad 3. et q. 88 1 ad 2.

2. Intelligere per assimilationem, convenit soli intellectui recipienti speciem a rebus. 1. p q. 14. 2 ad 2.

3. Assimilari possumus tripliciter Verbo Dei, sive Filio Dei, scilicet secundum rationem formæ, et non secundum intellectualitatem ipsius, non solum secundum rationem formæ, sed etiam secundum intellectualitatem ipsius, et secundum unitatem quam habet ad patrem, per gratiam et charitatem. 3. p q. 23. 3. c.

4. Talis assimilatio per gratiam et charitatem perficitur ratione adoptionis, quia sic assimilatis debetur hæreditas æterna. 3. p q. 23. 3. c.

5. Assimilatio intellectus practici ad Deum est secundum proportionalitatem, speculativi autem secundum unionem et informationem, quæ est multo major. 1-2. q. 3. 5 ad 1.

6. Summa assimilatio hominis ad Deum est per operarionem. Ideo per beatitudinem homo Deo maxime conformatur. 1 p q. 63. 3. c. et 1 2. q. 55. 2 ad 3.

7. Generans non assimilat sibi genitum in perfectionibus acquisitis per actus, nisi in aptitudine. 1-2. q. 81. 2. c.

8. Filii. Causa assimilationis filii ad patrem non est materia, sed formativa virtus in semine, causata ex operatione virtutis formativæ patris in semen. 1. p q. 119. 2 ad 2.

9. Filii quandoque assimilantur avis et proavis, quid in semine est virtus eorum. 1. p q. 119. 2. c. ad 2.

10. Filii magis assimilantur parentibus secundum irascibilem quam secundum concupiscibilem. 1-2. q 6. 5. c. et 2-2. q. 156. 4. c.

1. Assistere sumitur dupliciter, scilicet simpliciter, et secundum quid. 1. p q. 112. 3. c.

2. DEO. Assistere Deo est esse circa Deum, it est, immediate recipere illuminationes in simplicitate divini luminis. 1.ᵖ q.112. 3. c.

3. Sathan dicitur affuisse, non autem astitisse Deo. 1.ᵖ q. 112. 3 ad 3.

1. ASSUMERE dicit actum assumentis, et terminum. 3.ᵖ q. 2. 8. c. et q. 3. 1. 2. 4. c.

2. Assumere proprie convenit personæ, non autem naturæ. 3.ᵖ q. 3. 1. 2. 3.ᵐo.

3. Assumi convenit naturæ, non autem personæ. 3.ᵖ q. 4. o. et q. 16. 4 ad 3.

4. Assumptio significat actionem in fieri, et respicit diversimodi agens, patiens, terminum a quo, et terminum ad quem: unio autem significat relationem in facto esse, et eodem modo respiciens omnia. 3.ᵖ q. 2. 8. o.

5. Assumptio differt ratione, ab unione, et incarnatione, seu hamanatione. 3.ᵖ q. 2. 8. ad 3.

6. Natura divina est unita, non autem assumpta. Sed natura humana est unita, et assumpta. 3.ᵖ q. 2. 8. c. ad 2.

7. Uniens est unitum non autem assumens est assumptum. 3.ᵖ q. 2. 8. c.

8. Omnis persona assumens est uniens. Non autem e converso, quia pater est uniens, non autem assumens. 3.ᵖ q. 2. 8 ad 2. et q. 3. 1 ad 1.

9. Assumere naturæ convenit, ratione principii tantum, sed personæ, ratione principii, et termini. 3.ᵖ q. 1. 1. 2. o. et 4 ad 2.

10. Abstracta personalitate, natura posset assumere. 3.ᵖ q. 3. 3. o.

11. Deus posset assumere naturam angelicam sine corruptione personalitatis angelicæ. 3.ᵖ q. 4. 1 ad 3.

12. Quælibet natura posset de potentia Dei absoluta assumi, sed tantum natura humana, secundum congruentiam. 3.ᵖ q. 4. 1. o.

13. Quælibet persona potest sine alia incarnari, et assumere. 3.ᵖ q. 3. 4. 5. o.

14. Tres personæ possunt unam numero naturam assumere. 3.ᵖ q. 3. 6. o.

15. Et tunc tres personæ essent unus homo, unitate naturæ, non autem unitate personæ. 3.ᵖ q 3. 6. 1. et 7 ad 2.

16. Una persona potest plures naturas humanas assumere. 3.ᵖ q. 3 7.o.

17. Si una persona divina assumeret duas naturas humanas, tunc illa persona esset tantum unus homo, et non plures. 3.ᵖ q 3. 7 ad 2.

18. Assumptio naturæ humanæ convenientius facta est ad Filium quam ad Patrem, vel ad Spiritum sanctum. 3.ᵖ q. 3. 8. o. et q. 39. 8 ad 2.

19. Filius Dei assumpsit naturam humanam cum omnibus perfectionibus suis. 3.ᵖ q 9. 1 c. et q. 18. 1. 2. o.

20. Columba non fuit assumpta in unitate personæ Spiritus sancti, quia non apparuit ut salvaret, sed ut significaret. 1.ᵖ q. 43. 7 ad 1. et 3.ᵖ q 39. 6 ad 2. et 7. c.

21. Natura humana assumpta est in individuo. 3.ᵖ q. 2. 2 ad 3. et 5 ad 2. et q. 4. 2 ad 1. et 3. co. et 4. o.

22. Non decuit, ut natura humana in qnolibet suo supposito assumeretur. 3.ᵖ q. 2. 5 ad 2. et q. 4. 5. o.

23. Natura humana convenienter assumpta est de stirpe Adæ. 3.ᵖ q. 4. 6. o. et q. 31. 1. o.

24. Natura humana non debuit immediate assumi in Adam. 3.ᵖ q. 4. 6 ad 2.

25. Assumi convenit naturæ humanæ ratione sui, et non ratione suppositi, ideo non convenit Deo. 3.ᵖ q. 16. 4 ad 3.

26. Deus convenienter carnem assumpsit de muliere. 3.ᵖ q. 31. 4. o.

27. Deus non assumpsit hominem. 3.ᵖ q. 4. 3. o.

28. CONTRA errores. Christus assumpsit animam, contra Arium, Eunomium, et Apollinarem. 3.ᵖ q. 5. 3. o. et q. 10. 2 ad 1.

29. Christus assumpsit animam rationalem, contra Eunomium, et Apollinarem. 3. ᵖ q. 5. 4. o. et q. 16. 3 ad 2. et q. 18 1. c.

30. Assumptio Christi non fuit tantum per inhabitionem gratiæ, contra Nestorium, et Theodorum. 3. ᵖ q. 2. 6. c. et q. 6. 1. 3. 4. 7. c. et q. 18. 1. c.

31. Christus non attulit corpus de cœlo, sed assumpsit ipsum de muliere, contra Valentinum, et Martianum. 3. ᵖ q. 5. 2. o. et q. 35. 3. c. et q. 37. 1. c. et q. 5. 4. 3. c.

32. Christus assumpsit verum corpus, et non phantasticum, contra Manichæum, et Valentinum. 3. ᵖ q. 5. 1. o. et 2. c. et q. 14. 1. c. et q. 16. 1. c et q 37. 1. c et q. 39 7. c

33. Christus assumpsit naturam humanam integram et perfectam. 3. ᵖ q. 9. 1. c. et q. 18. 1. c. et 2. c.

34. Hæreticum est dicere Christum non assumpsisse partes unitas. 3. ᵖ q. 2. 5. c.

35. Hæreticum est, dicere Deum esse unitum homini accidentaliter. 3. ᵖ q. 2. 6. c.

36. Partes. Caro assumpta est mediante anima, et anima mediante spiritu 3. ᵖ q. 6. 1. 2. o. et 3 ad 1. et 4 ad 3 et q. 33. 2. c. et q. 49. 6 ad 3. et q. 50. 2 ad 2 et 3. c.

37. Caro Christi assumpta est de Adam, de David, et de Abraham. 3. ᵖ q. 31. 1. 2. o.

38. Anima Christi non fuit prius creata quam assumpta. 3. ᵖ q. 6. 3. o.

39. Partes assumptæ sunt mediante toto ordine intentionis sed e converso ordine executionis. 3. ᵖ q. 6. 5. o.

40. Natura humana assumpta est mediante gratia habituali, sicut medio congruitatis, et Spiritu sancto sicut causante, et unione sicut effectu consequente. 3. ᵖ q. 6 6. o.

41. In eodem instanti, anima et caro sunt assumptæ et unitæ. 3. ᵖ q. 6. 1. c. et 3. 4. o. et 5. c. et q. 33. 2. o. et q. 34. 1. c. et q. 35. 4. c.

42. In eodem instanti anima creata est caro concepta et animata, et utraque assumpta est a Verbo, scilicet in primo instanti. 3. ᵖ q. 6. 3. 4. o. et q. 33. 1. 2. 3 o. et q. 35. 4. o.

43. Defectus Christus assumpsit omnes defectus naturales corporis, communes toti naturæ humanæ. 3. ᵖ q. 12. 4 ad 3. et q. 14. 4. o. et q. 15. 1. c. et q. 46. 4 ad 3.

44 Christus nullum morbum assumpsit, nec aliquem defectum non communem omni homini. 3. ᵖ q. 14. 4. o. et q. 46. 3 ad 2. et 5. c. et 9 ad 4. et q 51. 3. c.

45. Christus nullum defectum contraxit, sed voluntarie assumpsit. 3. ᵖ q. 14. 3. o.

46. Christus assumpsit defectus corporis necessitate naturæ corporis, non autem coacte, nec contra voluntatem divinam, nec humanam. 3. ᵖ q. 14. 2. o. et q. 15. 5 ad 1 et ad 2.

47. Christus nullum defectum animæ assumpsit, nec contraxit, scilicet ignorantiam, culpam vel defectum gratiæ. 3. ᵖ q. 1. 1 ad 3. et q. 12. 4 ad 3. et q. 14. 1 ad 1. et 3 ad 1 et 4. c. ad 2. et q. 15. o. et q. 31. 7. o. et q. 46. 4 ad 2.

1. Astrologia, et perspectiva, non sunt proprie species mathematicæ, sed secundum quid. 1-2. q. 35. 8. c.

2. Astrologia et perspectiva sunt magis naturales quam mathematicæ materialiter, sed formaliter et principaliter sunt e converso. 2-2. q. 9. 2 ad 3.

3. Astrologus potest prædicere futura determinata ut semper vel ut frequenter in suis causis, non autem contingentia ad utrumlibet. 1. ᵖ q. 115. 4 ad 3. et 1-2. q. 9. 5 ad 3. et 2-2. q. 95. 1. c. et 5. o.

1. Astutia Est vitium speciale, differens a prudentia carnis, utens non veris viis vel mediis, sed simulatis. Ideo opponitur prudentiæ 2-2. q. 55.

3. o. et 4. c. et q. 69. 2. c. et q. 97. 13 ad 3. et q. 111. 3 ad 2.

2. Astutia quandoque dicitur prudentia, et e converso. 2-2. q. 55. 3 ad 1. et 4 ad 1. et q. 92. 1 ad 1.

3. Astutia consistit in excogitatione simulatæ viæ, sed dolus et fraus, in executione ejus. 2-2. q. 55. 4. 5. o. et q 69. 2. c. et q. 111. 3 ad 2.

Athanasius et Gregorius Nazianzenus tantæ auctoritatis fuerunt, ut nemo contrarietur eis. 1.ᵖ q. 61. 3. c.

1 Attentio triplex in oratione, scilicet ad verba, ad petitionem, et ad Deum, vel ad aliam circumstantiam. 2-2 q. 83. 13. c.

2. Attentio actualis est necessaria in oratione, saltem in principio. 2-2, q. 83. 13. o.

1. Attingere naturam superiorem, contingit dupliciter, scilicet objective, et secundum virtutem. 1-2. q. 3. 7 ad 3.

2 Attingere Deum tripliciter contingit, scilicet similitudine, operatione, et unione personali. Primum convenit omni creaturæ, secundum tantum rationali, tertium vero soli Christo. 2-2. q. 2. 3 c.

1. Attribui. Ex eo quod aliquid attribuitur alicui, oportet ei attribui omnia quæ sunt de ratione ejus. 1.ᵖ q. 28. 3. c.

1. Attributa Dei differunt tantum ratione, sed fundamentum habent ex natura rei. 1.ᵖ q. 13. 4. o. et 12. c.

2. Plura attributa sunt in Deo, sed unite. 1.ᵖ q. 13 4. o. et 12. c.

3. Attributa essentialia possunt a nobis naturaliter cognosci, non autem personalia. 1.ᵖ q. 32. 1. o. et q. 39. 7. c.

4. Ratio attributorum est conceptio intellectus, quam significat nomen. 1.ᵖ q. 13 1 c. et 4. o.

5. Attributa divina prædicantur de se invicem nominibus primæ intentionis, non autem secundæ. 1.ᵖ q. 32. 3 ad 3.

6. Quilibet effectus Dei, est a quolibet attributo ejus, tamen reducitur ad illud, cum cujus ratione magis convenit. 1.ᵖ q. 45. 6 ad 3.

1. AVARITIA quid Est immoderatus amor habendi. 2-2. q. 118. 1. 8. c.

2 Avaritia proprie semper est peccatum. 2-2 q. 118. 1. o et q. 119. 1. o.

3. Avaritia est peccatum spirituale. 2-2. q. 118. 6. o

4. Avaritia, secundum quod opponitur justitiæ, hoc modo ex genere suo est peccatum mortale. Contingit tamen in hoc genere avaritiæ esse peccatum veniale, propter imperfectionem actus. 2-2. q. 118 4 o.

5 Avaritia est medium inter peccata pure spiritualia, et peccata pure carnalia 1-2. q. 72. 2 ad 4 et 2-2. q. 118. 6 ad 1.

6. Avaritia est contra Deum, contra se, et contra proximum. 2-2. q. 18. 1 ad 2. et 3 ad 1

7. Subjectum. Avaritia large est in dæmonibus, scilicet immoderata cupiditas habendi quodcumque bonum creatum, non autem proprie. 1.ᵖ q. 63. 2 ad 2.

8. Senes sunt naturaliter avari, propter defectum naturæ eorum. 2-2. q. 118. 1 ad 3. et 5 ad 3. q. 119 3. o.

9. Divisio. Avaritia dupliciter importat immoderatiam exteriorum, scilicet in affectu, et in re. 2-2 q. 55. 8. c. et q. 118. 1 ad 2. et 3. c.

10. Avaritia sumitur dupliciter, scilicet large pro omni cupiditate inordinata habendi quodcumque bonum creatum, et proprie ut est speciale peccatum circa possessiones exteriores. 1.ᵖ q. 63. 2 ad 2. et 2-2. q. 118. 2. o. et 5 ad. 2.

11. Species. Species avaritiæ sunt septem, scilicet parcitas, tenaci-

tas, symilitas, turpe lucrum, usura, latrocinium, et alea. 2-2. q. 118. 8 ad 4.

12. Avaritia est vitium capitale, cujus filiæ sunt septem, scilicet proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, et obduratio. 2-2. q. 55. 8. o. et q. 118. 7. 8. o.

13. Avaritia, libido, et cupiditas dicuntur tripliciter scilicet passio habitualis consequens peccatum originale, id est, fomes, inordinatus appetitus cujuscunque rei vel tantum divitiarum. Prima est radix omnis peccati. Secumda est genus omnis peccati. Tertia est vitium capitale. 1-2. q. 77. 5 ad 1. et q. 82. 4 ad 3. et q. 84. 1. o. et 2-2. q. 24. 10 ad 2. et q. 119. 2 ad 1.

14. Avaritia etiam tertio modo, scilicet ut est tantum inordinatus appetitus divitiarum, radix est omnium peccatorum. 1 2. 4. 84. 1. o. et 2. c. fin. et 3 ad 1. et 4 ad 4. 2-2. q. 119. 2 ad 1.

15. Avaritia facit homines odiosos, et causatur ex nimio amore sui. 1-2. q. 29. 4 ad 3.

16. GRAVITAS. Avaritia est maximum peccatorum secundum quid, id est ex parte conversionis, et est minimum simpliciter, id est ex parte aversionis. 2-2. q. 118. 5. o.

17. Avaritia est gravius peccatum prodigalitate, quia magis repugnat liberalitati; sed inutilior est et insanabilior triplici ratione, scilicet quia prodigus facile est sanabilis per hoc quod declinat ad ætatem senectutis, quæ est contraria prodigalitati; et per hoc quod pervenit ad egestatem de facili, dum multa inutiliter consumit, et sic pauper factus, non potest in dando superabundare; et etiam quia de facili perducitur ad virtutem propter similitudinem, quam ad ipsam virtutem habet. Sed avarus non de facili sanatur, quia habet iis contraria. 2-2. q. 107. 2. c. et q. 118. 5 ad 3. et q. 119. 3. o.

18. Avaritia superabundat in amando, acquirendo et retinendo, sed deficit in dando, prodigalitas autem e converso. 2-2 q. 119. 3 c.

19. Ex avaritia quandoque nascitur prodigalitas, dum aliquis multa consumit, ad captandum favorem aliorum, a quibus capiat. 2-2. q. 119. 2 ad 1.

20. Prodigalitas opponitur avaritiæ, licet quandoque secundum diversa sint in eodem, qui denominatur a principali, scilicet a datione. 1-2. q. 72. 8 ad 3. et 2-2. q. 119. 1 ad 4

21. COMPARATIO. Avaritia ut est inordinatio affectus, opponitur liberalitati, sed ut est extra in re opponitur justitiæ 2-2. q. 117. principio. et q. 118. principio. et 3. o.

22. Avaritia ut opponitur liberalitati, habet vitium oppositum, scilicet prodigalitatem, non autem ut opponitur justitiæ. 2-2 q. 118. 3. ad 3. et q. 119. 1. o.

23. Actus perfectus avaritiæ oppositæ justitiæ, est peccatum mortale, non autem oppositæ liberalitati, nisi sit contra charitatem. 1-2. q. 118. 4. o.

1. AUDACIA includit in se securitatem, sicut contrarium privationem. 1-2. q. 45. 1 ad 3.

2. Audacia proprie respicit malum, sed bonum ei conjunctum respicit spes. Et similiter desperatio respicit directe bonum, sed malum ei conjunctum respicit timor. 1-2. q. 45. 2 ad 3 et 4 ad 3.

3. Audacia est peccatum contrarium fortitudini. 2-2. q. 126. 2 ad 3. et q. 127. 2. o.

4. Audacia contrariatur timori, secundum accesum et recessum circa idem objectum, spes autem secundum contrarietatem objectorum. 1-2. q. 23. 2. c. fin. et q. 45 1. o. et 3. c. et 2-2. q. 123. 3 ad 3. et q. 129. 6 ad 2.

5. Sicut spes est prior quam audacia, ita timor est prior quam desperatio. 1-2. q. 45. 2 ad 2.

6. Sicut ex timore non semper se-

quitur desperatio, nisi sit intensus, sic nec ex spe audacia, nisi sit vehemens. 1 2. q. 45. 2 ad 2.

7. Nullus defectus est per se causa audaciæ, sed omnia quæ faciunt spem victoriæ, vel calefaciunt cor. 1-2. q. 25. 3. c. et q. 45. 3. o.

8. Omnia quæ sunt nata causare spem vel excludere timorem, ex parte animæ vel corporis, sunt causa audaciæ. 1-2. q. 45. 3. c.

9. Audacia sequitur spem, nec est pars ejus, sed effectus, sicut desperatio respectu timoris. 1-2. q. 25. 3 c. fin. et q. 45. 2 o et 3 c. et 2-2. q. 125. 2 ad 3 et q. 129. 7. c.

10 Audacia non potest esse passio principalis. 1-2. q. 25. 4 ad 2 et ad 3. et q. 45. 2 ad 3

11. Audacia causat tremorem, revocando calorem ab exterioribus ad interiora, scilicet ad cor, timor autem ad inferiora. 1 2. q. 45. 4 ad 1.

12. Audacia non causatur ex ira, nisi midiante spe. 1-2. q. 45. 4 ad 3.

13. Audacia est subjective in irascibili. 1.ª q. 59. 1 ad 2. et 1-2 q. 23. 1. 2. c.

14. Habentes se bene ad divina, et passi injusta, habentes cor parvum, et experti sunt audaciores oppositis. 1-2. q. 45. 3. o

15. Habentes pulmonem sanguineum, et amatores vini sunt audaciores aliis, propter caliditatem ampliantem et extendentem cor. 1-2. q. 45 3. c. ad 1.

16. Audaces sunt promptiores in principio quam in ipsis periculis, sed fortes e converso. 1-2. q. 45. 4. o.

1 AUDIENS detractiones peccat minus tamem quam detrahens, nisi audiat ex odio 2-2. q. 73 4. o.

2. Auditus duplex, scilicet interior et exterior. 2-2. q. 5. 1 ad 3.

3. Auditus deservit disciplinæ, et visus deservit intentioni. 1.ª q. 117. 1. o.

AVE MARIA exponitur. 3.ª q. 30. 4. o.

1. AVERSIO. Conversio potest esse sine aversione, ut in peccato veniali. 1-2. q. 72. 5. c. et 3.ª q. 86. 4. 5. c.

2. Si posset esse conversio sine aversione, non esset peccatum mortale 2-2 q. 20. 3. c.

3. In omni peccato mortali est aversio et conversio. 1-2. q. 72. 5 c. et q. 87. 4. o. 2-2. q. 20. 1 ad 1. et q. 24. 12 ad 4. et q. 162. 6. c. et 3.ª q. 86. 4 c et q. 88. 1. c.

4. Ratio materialis peccati mortalis est in conversione, formalis autem in aversione. 2-2 q. 10. 3. c. et q. 110. 4. c. et q. 118. 5. c. fin. et q. 162. 6 c. et 3.ª q. 86. 4 ad 1.

5. In peccato est duplex aversio, scilicet a regula rationis, quoad circumstantias, quam sequitur alia, scilicet aversio a Deo. 1-2. q. 73. 7 ad 3.

6. Ratio inferior potest averti a rationibus æternis quibus intendit, ut regulata, non autem ut regulans, secundum eas, quia hoc est proprium rationis superioris 1-2. q. 74. 8 ad 1.

7 Peccatum caret ordine ex parte aversionis, non autem ex parte conversionis 1-2. q. 84. 3 ad 2.

8 In quolibet peccatore aversio a Deo est præter intentionem ejus. 1-2. q. 77. 6 ad 1. et 8 ad 2 et 2-2. q. 39. 1 ad 1. et q. 46. 2 ad 2.

9. Peccata carnalia plus habent de conversione quam de aversione, sed spiritualia e converso. 1-2. q. 73. 5. c.

10. Peccatorum contrarietas est ratione conversionis, sed eorum convenientia est reatus, ratione aversionis. 1-2. q. 73. 1. o. et q. 113. 2 ad 3. et 3.ª q. 8. 7 ad 3. et q. 86. 3 ad 3. et q. 88. 1. c.

11. Peccato mortali debetur pœna damni infinita, ratione aversionis, sed pœna sensus finita ratione conversionis. 1-2. q. 87. 4. o. et 2-2. q. 79. 4 ad 4. et 3.ª q. 86. 4. c.

12. In peccatis contra virtutes theologicas, prius est aversio quam conversio, in aliis autem e converso. 2-2. q. 2. 1 ad 1 et 3. c.

13. In odio Dei, prius est aversio quam conversio, in aliis autem e converso. 2-2. q. 34. 2. c.

14. In superbia prius est aversio quam conversio, in aliis autem e converso. 2-2. q. 162. 6. c. ad 2. et 7. c.

1 AUGMENTUM est motus non continuus. 1-2. q. 52. 3. c et 2-2. q. 24. 6. c.

2. Augmentum formatum tripliciter terminatur, scilicet ratione formæ, agentis, subjecti. 2-2. q. 24. 7. c. et 3.ᵖ q. 7. 12 c.

3. Formæ specificæ respectu alterius quædam augentur ratione sui et subjecti, ut motus, sanitas, et quilibet habitus: sed absolute ratione subjecti tantum ut qualitates sensibiles. Primarum aliquæ, non omnes, augentur per additionem, non autem secundæ, sed per hoc quod subjectum magis participat eamdem formam. 1-2. q. 52. 1. 2. o. et q. 53. 2 ad 3. et q. 66. 12. o. et 2-2. q. 24. 5 ad 1.

4. Scientia augetur secundum intentionem actus dupliciter, scilicet ex parte subjecti, et secundum numerum objectorum, sed virtus tantum primo modo. 1-2. q 52. 2. c. et q. 66. 1. o. et 2-2. q. 24. 4 ad 1. et 5. c. ad 1.

5. Opinio quadruplex de augmento formarum. 1-2. q. 52. 1. c.

6. In magnitudine corporali augmentum est duplex, scilicet per additionem, ut in viventibus, vel per intensionem, sicut in rarefactione. 1-2. q. 52. 2 ad 1. et 2-2. q. 24. 5 ad 1.

7. Motus, manente eadem specie, augetur tripliciter, scilicet per additionem temporis, vel viæ, vel participatione subjecti. 1-2. q 52. 2. c.

8. Augens habitum semper facit aliquid in subjecto, non quidem formam novam, sed quod subjectum perfectius participat formam præexistentem, vel quod amplius se extendat. 1-2. q. 52. 2 ad 2. et ad 3. et 2-2. q. 24. 5 ad 3.

9. Habitus corporales non multum videntur augeri per additionem, sed per transmutationem primarum qualitatum, quæ non augentur nisi per intensionem ex parte subjecti participantis. 1-2. q. 52. c. fin.

10. Omnis forma augetur, id est suscipit magis et minus, nisi consistat in indivisibili, ut species numeri, vel secundum numeros, ut quantitates continuæ, figuræ, et relationes, vel det esse substantiale. 1-2. q. 52. 1. 2. o. et 3.ᵖ q. 7. 12.

11. Augmentum formarum nominatur ad similitudinem augmenti corporum. 1-2. q 52. 1. c.

12. Corpus hominis augetur per additionem materiæ. 1.ᵖ q. 119. 1. c.

1. AUGURIUM est divinatio a garritu avium sumpta, sed auspicium a motu avium. 2-2. q. 95. 3. c.

2. Augurium est illicitum, in iis quæ non causantur a cœlis, vel quæ non pertinent ad aves. 2-2. q. 95. 7. o.

3. PER avium garritus, et motus, et alias dispositiones, possunt futura præcognosci, non sicut per causas futurorum eventuum, sed sicut per signa. 2-2. q. 75. 7. c.

AUGUSTINUS sequitur Platonem quantum potest salva fide. 1.ᵖ q. 66, 2 ad 1. et q. 77. 5 ad 3. et q. 84. 5. c. et 2-2. q. 2 3. 2 ad 1.

1. AUREOLA martyrum est simpliciter potior cæteris, virginum diuturnior, confessorum periculosior. 2-2. q. 152. 5. b. 1 et c.

2. Ex ratione operis meritorii, quoddam accidentale præmium debetur essentiali præmio, quod aureola appellatur. Suppl. q. 96. 1. o.

3. Cum fructus hoc loco consistat

in gaudio dispositionis operum, et aureola in gaudio perfectionis operum, non est idem fructus quod aureola. Suppl. q. 96. 2. o.

4. Continentiæ magis debetur fructus quam alii virtuti, cum ea virtus præcipue hominem liberet a subjectione carnis, ratione cujus fructus ei respondet. Suppl. q. 96. 3. c.

5. Convenienter assignantur tres fructus tribus continentiæ partibus, conjugali enim continentiæ tricesimus, viduali sexagesimus, virginali centessimus fructus debetur. Suppl. q. 96. 4. c.

6. Cum per virginitatem singularis quædam victoria contra carnem obtineatur, quibus virginibus propositum fuit virginitatis perpetuo servandæ aureola ex merito debetur. Sup. q. 96. 5. o.

7. Quemadmodum virginibus, sic et martyribus aureola debetur, tum propter victoriam passionum martyrii, tum propter causam pugnæ. Suppl. q. 96. 6. c.

8. Sicut virgines et martyres, ita doctores aureolam consequuntur, propter victoriam quam obtinent adversum diabolum, per prædicationem et doctrinam. Suppl. q. 96. 7. o.

9. Quanquam competat Christo aurea, cum strenue pugnaverit et vicerit, non tamen aureola ei debetur. Suppl. q. 96. 8. c.

10. Angelis non competit habere aureolam. Sup. q. 96. 9. o.

11. Cum aureola sit gaudium de his operibus, quorum gratia ea debetur, proprie in mente esse dicitur, quamvis etiam aliquis decor ex gaudio aureolæ in corpore resultet. Suppl. q. 96. 10. c.

12. Cum virgines, martyres et doctores in perpetua pugna sint, et victoriam ex ea consequantur, merito eis assignatæ sunt tres aureolæ. Suppl. q. 96. 11. c.

13. Simpliciter loquendo aureola martyrum est omnium potissima. Suppl. q. 96. 12 c.

14. Cum meritum sit causa præmii, consequens est ut sicut præmio præmium est majus, sic aureola una major altera esse dicatur. Sup. q. 96. 13. o.

AURUM habet vim lætificandi. 2-2. q. 37. 2 ad 1.

1. AUSTERITAS est pars potentialis temperantiæ, scilicet virtus refrenans loquacitatem. 2-2. q. 143. c.

2. Austeritas, ut virtus, non excludit omnes delectationes, sed tantum superfluas, et inordinatas. Ideo videtur pertinere ad amicitiam, id est ad affabilitatem, vel ad eutrapeliam, id est, ad jucunditatem. 2-2. q. 163. 4 ad 3.

3. Austera severitate peccata proximi dijudicans, ac si ipse esset justus, est superbus inquantum scilicet aliquis propria peccata parvipendens, seipsum proximo præfert in corde suo. 2-2. q. 33. 5. c.

4. Auctoritas Dei prævalet rationi humanæ, multo magis quam auctoritas philosophi, rationi debili alicujus pueri. 1.ª q. 8 ad 2.

1. AUXILIUM maximum ad omnia calor et spiritus sunt animali. 1-2. q. 44. 1 ad 2.

2. Homo non potest habere auxilia et instrumenta determinata a natura, sicut alia animalia, quia esset contra complexionem ejus, et etiam infinitis indiget. 1.ª q. 76. 5 ad 4 et q. 91. 3 ad 2. et 1-2. q. 5. 5 ad 1.

3. Naturale est cuilibet dolenti, uti quocumque auxilio, ad repellendum nocivum præsens, quod infert dolorem. 1-2. q 44. 1 ad 2.

4. DEI. Quilibet homo indiget auxilio divino, et humano. 2-2. q. 129. 6 ad 1.—(Vide *Gratia.*)

B.

BALAAM vere prophetavit, ex inspiratione Dei, licet esset propheta dæmonis. 2-2. q. 172. 6. c, ad 1.

BALIBUS operatur per regem, et e converso, quia est dominus sui actus. Non autem martellus operatur per fabrum. 1.ª q. 36. 3 ad 4. et 2-2. q. 90. 1. c.

BALNEUM intrare non licebat antiquitus filio cum patre, ne se invicem viderent nudos. 2-2. q. 154. 9. c.

BANAUSIA est vitium contrarium parvificentiæ Et dicitur a furno, quia quasi ignis consumit omnia. 2-2. q. 135 2. o.

1. BAPTISMUS. Joannis fuit convenienter institutus, quadruplici ratione: scilicet primo quia oportebat Christum a Joanne baptizari, ut consecraret baptismum. Secundo ut Christus per baptismum Joannis manifestaretur. Tertio ut suo baptismo assuefaceret homines ad baptismum Christi. Quarto ut ad pœnitentiam homines inducens, præpararet ad digne suscipiendum baptismum Christi. 3. ᵖ q. 38. 1. o.

2. Baptismus Joannis nominatur ab ipso triplici ratione: scilicet primo quia ipse fuit sui baptismi institutor aliquo modo. Secundo quia nihil in illo baptismo efficiebatur, quod Joannes non faceret. Tertio quia sibi soli erat datum illius baptismi ministerium. 3. ᵖ q. 58. 2 ad 1.

3. Baptismus Joannis fuit a Deo per auctoritatem, et a Joanne per ministerium. 3 ᵖ q. 38 2. o.

4. Baptismus Joannis non fuit commendatus aliquo præcepto Dei in Sacra Scriptura, quia parum erat duraturus. 3 ᵖ q. 38 2 ad 3.

5. Baptismus Joannis erat præparatorius ad baptismum Christi. 3. ᵖ q.38. 1. 3. o. et q. 70. 1 ad 3.

6. Baptismus Joannis erat quasi protestatio et professio pœnitentiæ, quam imponebat baptizatis. 3. ᵖ q. 38. 3 ad 1.

7. Baptismus Joannis non imprimebat characterem. 3. ᵖ q. 38 6. c.

8. Nec in eo peccata remittebantur. 3. ᵖ q. 68. 6 ad 1.

9. Baptismus Joannis non conferebat gratiam, sed tantum effectum hominis. 3. ᵖ q. 38. 2. c. et 3. o. et 6. c.

10. Circumcisio quoad necessitatem, instituta erat ut remedium contra peccatum originale, sed baptismus Joannis ut assuefaceret ad baptismum Christi. 3. ᵖ q. 70. 1 ad 3.

11. Christus inhibuit apostolis, gentibus evangelium prædicare ante passionem et resurrectionem suam. Unde multo minus conveniebat per Joannem gentiles ad baptismum admitti. 3. ᵖ

12. Christus voluit baptizari baptismo Joannis, a Joanne, sextuplici ratione: scilicet propter humilitatem implendam, ut baptismum Joannis approbaret, ut aquas consecraret suæ carnis tactu, et sic baptismum suum institueret, ut ostenderet non interesse quis a quo baptizaretur, ad exemplum baptismi proponendum illis qui erant futuri filii Dei per fidem, et ut in baptismo miracula ostendens evacuaret illorum errorem, qui Joannem Christo majorem credebant. 3. ᵖ q 38. 1. c. et q. 39. 1. 2. o. et 5. c. et q. 66. 5. ad 4. et q. 37. 7. ad 1. et q 81. 1. c. et q. 84. 7 ad 4.

13. Joannes baptizatus fuit a Christo. 3. ᵖ q. 8. 6 ad 3.

14. Multi baptizati sunt a Joanne præter Christum, non autem omnes. 3. ᵖ q. 38. 4. o.

15. Christus non fuit primus, nec ultimus baptizatus a Joanne. 3. ᵖ q. 39. 3 ad 4.

16. Christus baptizatus fuit in Jor-

dane, quia per ipsum fuit introitus in terram promissionis, et etiam ipsum divisit Helias. 3.ª q. 39. 4. o.

17. Christus baptizatus fuit tempore convenienti. 3.ª q. 39. 3. o.

18. Nullus levavit Christum de baptismo, quia non propter se, sed propter alios baptizatus est. 23.ª q. 67. 7 ad 1.

19. Christo baptizato, aperti sunt cœli quadruplici mysterio: scilicet ut ostenderetur quod de cætero virtus cœlestis baptismum consecraret, et quod per fidem baptismi inspicimus cœlestia, quæ sensum et rationem humanam excedunt, et ut ostenderetur, quod baptizatis patet via ad cœlum, et ut detur intelligi, quod hoc ipsum quod post baptismum cœlum aperitur credentibus, est ex virtute orationis. 3.ª q. 39. 5. o. et q. 49. 5. ad 3.

20. Christo baptizato, audita est vox patris, propter mysterium Trinitatis. 3.ª q. 39. 8. o. et q. 45. 4. o. et q. 66. 6. c.

21. Spiritus sanctus apparuit, Christo baptizato, in specie columbæ, quia datur omni baptizato sine fictione. 3.ª q. 39. 6. o. et q. 46. 4 ad 2.

22. Baptizati baptismo Joannis, baptizari tenebantur baptismo Christi. 3.ª q. 38. 6. o. et q. 66. 9 ad 2.

23. Joannes non baptizavit pueros, nec gentiles. 3.ª q. 38. 4 ad 3.

24. Baptismus Joannis cessavit quoad suum maximum posse, Christo baptizato. Sed totaliter cessavit Joanne incarcerato, quia ministerium ejus soli Joanni erat commissum. 3.ª q. 38. 5. o.

25. Baptizato Christo non cessavit baptismus Joannis, sed tantum eo decollato. 3.ª q. 38. 5. o. et q. 39. 3 ad 4.

26. Baptismus. Diversæ deffinitiones baptismi. 3.ª q. 66. 1. o.

27. Forma baptismi est ista, scilicet: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sanctis* 3.ª q. 60. 8. c. et q. 66. 5. o. et q. 84. 3. c.

28. Forma baptismi secuudum Græcos, est ista, scilicet: *Baptizetur servus Christi N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. 3.ª q. 60. 8. c. et q. 66. 5 ad 1. et q. 67. 6 c.

29. Per formam Græcorum perficitur verum sacramentum baptismi. Et fit ad vitandum antiquorum errorem, qui virtutem attribuebant baptistis. 3.ª q. 66. 5 ad 1.

30. In forma baptismi, dimittens verbum, *baptizo*, nihil agit. 3.ª q. 66. 5 ad 2.

31. Dicens, *nos baptizamus*, nihil agit 3.ª q. 66. 5 ad 4. et q. 67. 6. c. ad 2.

32. *Ego*, non est de necessitate formæ baptismi, sed ponitur ad majorem expressionem intentionis. 3.ª q. 66. 5 ad 1 et q. 72. 4 ad 3.

33. Si dicatur, *Ego baptizo vos*, est baptismus, sed peccatum est, nisi necessitas cogat. 3.ª q. 66. 5 ad 4. et q. 67. 6 ad 2.

34. Si dicatur, *In nomine Trinitatis*, nihil agitur 3.ª q. 66. 6 ad 3.

35. Si dicatur, *In nomine genitoris*, vel proferantur alia nomina personarum non propria, nihil agitur. 3.ª q. 60. 7 ad 2. et q. 66. 5 ad 7.

36. Si dicatur, *In nomine Christi*, non est baptismus, nisi reveletur, sicut apostolis, ad amorem Christi. 3.ª q. 56. 6. o.

37. Si in forma baptismi addatur, *et beatæ Mariæ*, quasi ibi aliquid operetur nomen ejus, nihil agitur. Si autem intendatur tantum, quod oratio ejus prosit baptizato, valet. 3.ª q. 60. 8. c. fin.

38. Si nominata tantum una persona Trinitatis, baptizandus moriatur, creditur suppleri invisibiliter. 3.ª q. 68. 2. 7. 9. o. et q. 82. 4 ad 2.

39. Non dicitur ibi, in *nominibus*, sed *in nomine*, id est in invocatione, per confessionem exteriorem. 3.ª q. 66. 5 ad 6.

40. Si fiat tanta interruptio verborum, vel interpositio, quód intercipiat intentionem baptizantis, tunc non erit una forma, et utraque per se erit imperfecta, nec sufficiet ad baptismum, sicut si dicatur: *In nomine Patris*, et interponat baptizans longam fabulam, et postea dicat, *et Filii*, non erit baptismus. 3 ᵖ q. 60. 8. o.

41. Si autem fiat ita parva interruptio, vel interpositio verbi non corrumpentis formam, nec principalem sententiam mutantis, ut si dicat baptizans: *In nomine Patris omnipotentis*, aut interpositio silentii, aut interruptio tussis, vel alicujus hujusmodi quod intentionem baptizantis non discontinuet, erit cum unitate intentionis unitas formæ. Constat enim, quod continuatio formæ ex vocibus unitatem habere non potest, cum oratio fit quantitas discreta. 3 ª q. 60. 8. o.

42. Si dubitatur de aliquo, an sit baptizatus, debet baptizari sub hac forma: *Si non es baptizatus, ego te baptizo.* 3 ª q. 66. 9 ad 4. et q. 68. 7 ad 3. et 11 ad 4.

43. Aqua est materia baptismi, non autem oleum, sanguis, vinum, nec aliquod elementum. 3.ª q. 60. 7. ad 2. et q. 66. 3. o. et 5 ad 7 et q. 67. 3. c. et q. 74. 1. c. et 6 ad 2 et q. 84. 1 ad 1. et q. 86. 4 ad 3. et 6. c.

44. Aqua est materia baptismi remota. Sed ablutio est materia proxima, ideo proprie prædicatur de eo. Non auten aqua, nisi per causam. 3. ᵖ q. 66. 1. o.

45. Aqua quantumcumque alterata, vel mixta per naturam, vel artem, potest esse materia baptismi, nisi solvatur species. 3 ª q. 66. 4. o.

46. In aqua mixta cum chrismate, potest fieri baptismus, quia non solvitur species aquæ. 3.ª q. 66. 4 ad 2.

47. Baptismus potest fieri in lixivio, et brodio, et in aquis sulfureis. 3 ª q. 66. 4 ad 2 et ad 4.

48. Baptismus potest fieri in qualibet aqua maris, fluminis, vel paludis. 3.ª q. 66. 3 ad 4 et 4 ad 1.

49. Baptismo facto in mari, illa tantum aqua consecratur, quæ venit ibi in usum. 3.ª q. 74 2 ad 2

50. Baptismus potest fieri ex aqua luti, non autem ex luto. 3.ª q. 66. 4 ad 2.

51. Baptismus non potest fieri in aquis artificialibus, vel alchimiæ, vel rosarum. 3.ª q. 66. 4 ad 5.

52. Chrisma non est de necessitate baptismi, sed quodammodo perficit baptismum. 3. ᵖ q. 64. 4. c.

53. In baptismo non aqua, sed lotio. est sacramentum tantum, justificatio est res tantum, sed character utrumque. 3 ᵖ · q. 66. 1. o.

54. Si sacerdos sit in tali loco, quod non possit habere aquam de fonte, vel rivo, vel aliunde, fodiat terram, si possit invenire. Et si non poterit habere, imploranda est bonorum omnium largitoris gratia. Si enim sacerdos facit quod potest, et quod non potest committit Deo, tunc ipse Deus invisibiliter supplet defectum. Et sic potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non voto, sicut cum aliquis baptizari desiderat, et aliquo casu prævenitur morte, antequam baptismum suscipiat. Et talis sine baptismo actuali potest salutem consequi, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operante, per quam Deus hominem interius sanctificat cujus potentia sacramentis visibilibus non alligatur. 3. ᵖ q. 68. 27. 9. o. et q. 82. 4 ad 2.

55. *Modus.* Baptismus potest fieri per aspersionem, effusionem, et immersionem in aqua. 3. ᵖ q. 66. 7. o.

56. Sufficit quod caput immergatur in baptismo. 3. ᵖ q. 66. 7 ad 3.

57. Trina immersio non est de necessitate, tamen debet fieri. 3. ᵖ q. 66. 8. o.

58. Si trina immersio sit intenta non perficitur baptismus, nisi in tertia. Si autem una intendatur, perficitur in ea. 3. ᵖ q. 66. 8 ad 3. et q. 78 6 ad 2.

59. Sermo dirigitur ad non intelligentem, quia in baptismo et in aliis sermo efficit quod significat. 3. ᵖ q. 66. 5 ad 3.

60. Quæ pertinent ad ritum, et solemnitatem baptismi, fiunt ad devotionem, et instructionem, et contra dæmones. 3. ᵖ q 66. 10. c.

61. Solemnitas, cæremoniæ, et ritus, non sunt de necessitate baptismi, sed fiunt ad devotionem, instructionem, et contra dæmones. 3. ᵖ q. 66. 10. o.

62. Baptismus, quoad solemnitatem, habet tempus determinatum, scilicet sabbatum ante Pascha, et ante Pentecostem, non autem quoad substantiam ejus, et necessitatem. 3. ᵖ q. 66. 10 ad 1.

63. Baptismus non debet iterari. 3. ᵖ q. 49. 3 ad 2. et q. 66. 9. o. et q. 67. 3 ad 1. et 4 ad 3. et 5. 6. c. et q. 71. 2 ad 3. et q. 80. 10 ad 1. et q. 82. 8. c. et q. 83. 3 ad 3. et q. 84. 10 ad 1 et ad 5.

64. Baptismus est sacramentum maximæ necessitatis. 3. ᵖ q. 65 3 ad 4. et q. 67. 1 ad 3. et 2 ad 3. et 3. c. ad 3. et 5 ad 3 et q. 68. 1. 2. o. et q. 72. 2 ad 4. et q. 78. 1 ad 4. et q. 82. 1 ad 3.

65. Necessaria fuit institutio baptismi, quia circumcisio sanctificabat removendo tantum, nec ita efficaciter sicut baptismus. 3. ᵖ q. 70. 4. c. ad 5.

66. Singulari personæ baptismus quidem, simpliciter et absolute est necessarius ad salutem, pœnitentia autem supposito peccato mortali post baptismum. Sacramentum autem Ordinis est necessarium Ecclesiæ ad gubernandum. Sed necessitate congruentiæ, Confirmatio quodammodo perficit baptismum, Extrema unctio pœnitentiam, matrimonium vero ecclesiæ multitudinem per propagationem conservat. 3. ᵖ q. 65 4. c.

67. Forma baptismi, et usus debitæ materiæ, sunt de necessitate hujus sacramenti, non autem benedictio aquæ, et alia hujusmodi, sed pertinent tantum ad solemnitatem ejus. 3. ᵖ q. 66 3 ad 5. et 10. c. et q. 67. 3 ad 2.

68. Baptismus fuit institutus quoad materiam, in baptismo Christi. Sed necessitas ejus declarata est Joan. III usus autem ejus incepit, quando misit apostolos. 3. ᵖ q. 66. 2. o. et q. 73. 5 ad 4.

69. Baptismus fuit in præcepto omnibus statim post passionem Christi, non autem ante. 3. ᵖ q. 66. 2. o.

70. Omnes tenentur baptizari. 3. ᵖ q. 68. 1. o. et q. 70. 2. ad 3. et ad 4. et q. 84. 5. c.

71. Nullus potest salvari sine baptismo in actu, vel in proposito. 1-2. q. 113. 3 ad 1. et 3. ᵖ q. 68. 2. o. et q. 72. 6 ad 1.

72. Intentio propria est necessaria in baptizando habente usum rationis, in non habente autem, sufficit intentio Ecclesiæ. 3. ᵖ q. 68. 7. o. et 8 ad 3. et 9 ad 1. et 12. c. ad 1. et q. 69. 1 ad 2. et 9. o. et q. 71. 3 ad 3.

73. Intentio est necessaria in baptizante. 3. ᵖ q. 66. 8 ad 3.

74. Baptismus est protestatio fidei. 3. ᵖ q. 66. 1 ad 1. et q. 78 3 ad 6.

75. Baptismus dicitur sacramentum fidei, quia fides Ecclesiæ, et ejus qui baptizatur, operatur ad efficaciam baptismi, et etiam baptizati profitentur fidem. 1-2. q. 102. 5 ad 3 et 3. ᵖ q. 39. 5. c. q. 66. 1 ad 1. et 3. c. et q 68. 1 ad 1. et 4 ad 3 et q. 70. 1. c. ad 3 et 2. c. et q 71. 1. c. ad 3. et q. 73. 3 ad 3. et q. 78. 3 ad 6.

76. Fides est necessaria in baptizandis adultis, quoad gratiam, non autem quoad characterem. 3. ᵖ q. 68. 8. o. et q. 71. 3 ad 3.

77. Noviter baptizatis non inducitur jejunium usque ad Pentecosten. Et hoc ostendit, quod non sunt de necessitate ad difficilia cogendi, antequam per Spiritum sanctum interius ad hoc instigentur, ut difficilia propria voluntate assumant. 2-2. q. 189. 1 ad 4.

78 Fides non est necessaria in baptizantibus. 3.ᵖ q. 64. 9. o. et q. 68. 8 c.

79. In habentibus usum rationis baptizandis, requiritur contritio, sive devotio, quoad rem sacramenti, sed intentio sive voluntas quoad sacramentum. 3.ᵖ q 68. 7 ad 2. et q. 86 2 ad 1.

80. Confessio non est de necessitate baptismi. 3.ᵖ q. 68 6. o.

81. Ad baptismum non requiritur manus impositio. 3 ᵖ q. 84 4. c. ad 2.

82. Baptizati tenentur ad restitutionem male ablatorum. 3.ᵖ q. 68. 5 ad 3.

83. Prima causa, et auctoritas efficaciæ baptismi, est Trinitas, sed secundaria et meritoria, est passio Christi. 3.ᵖ q. 66. 5. c. ad 5.

84. Causa baptismi duplex, scilicet principalis, dans virtutem ei, id est, Trinitas, et instrumentalis, scilicet minister. 3.ᵖ q. 66 5. c. et 8. ad 1 et q. 67. 4 ad 3.

85. Sacerdos est proprius minister hujus sacramenti, non autem diaconus, nisi in necessitate. 3 ᵖ q. 67. 1. 2. o. et 3 ad 1 et ad 2

86. Baptismus solemniter celebratus debet sumi presbytero curato, vel ejus vice. 3.ᵖ q. 67. 4 ad 2.

87. Sacerdos malus baptizans peccat mortaliter, nisi in necessitate, et sine solemnitate. 3.ᵖ q. 64. 6 ad 3.

88. Recipiens baptismum, vel alia sacramenta a ministro malo non præciso non peccat, nisi communicet ei in peccato, scilicet inducendo eum ad ministrandum. 2-2. q. 39 4 ad 1. et 3.ᵖ q. 64 6 ad 2.

89. Omnis homo cujuscumque sexus, vel cultus, etiamsi sit Judæus vel paganus, potest baptizare in necessitate, si desit minister aptior. 2-2. q. 39. 4 ad 1. et q. 100. 2 ad 1. et 3.ᵖ q. 67. 3. 4. 5. o. et 8 ad 1. et q. 82. 1 ad 3. et 7 ad 2.

90. Si laicus vel mulier, sine necessitate baptizet, peccat, et cooperans ei, sed non reliteratur. 3.ᵖ q. 57 3 ad 1. et 4 ad 3.

91. Si laicus præsente clerico, vel non sacerdos, præsente sacerdote, vel mulier præsente viro baptizent, peccant 3.ᵖ q. 67. 4. o.

92. Unus potest simul plures baptizare, si sit necessitas. 3.ᵖ q. 66. 5 ad 4. et q. 67. 6 ad 2.

93. Plures non possunt eumdem baptizare. 3.ª q. 66. 5 ad 4 et q. 67. 6. o.

94. Si unus est mancus, et alter mutus, non possunt baptizare. 3.ª q. 66. 5 ad 4. et q. 67. 6 ad 3.

95. Nullus potest se baptizare, tamen propter contritionem et devotionem salvaretur. 3.ª q. 66. 5 ad 4. et q. 68. 2. o et 7. o. et q. 82. 4 ad 2.

96. Pueri sunt baptizandi. 1-2. q. 113. 3 ad 1 et 3.ª q. 39. 3 ad 1. et q. 68. 9. o.

97. Pueri baptizantur, in fide militantis Ecclesiæ, quæ si per impossibile deficeret, suppleret Ecclesia triumphans 3.ª q. 68. 9. o. et 12 c. ad 1. et q. 69. 6 ad 3. et 8. c et q. 71 1 ad 2. et 3 ad 3. et q. 73 3. c.

98. Pueri infidelium, antequam habeant usum rationis, non sunt baptizandi, invitis parentibus. 2-2. q. 10. 12. o. et 3.ª q. 68. 10. o.

99. Baptismus debet differri in adultis, ad probationem, instructionem, et reverentiam, non autem in pueris. 3.ª q. 68. 3. o.

100. Infidelitas aliorum non nocet baptizandis, nec alia peccata, sed tantum propria. 3 ª q. 68. 9 ad 2 et q. 69. 6. ad 4.

101. Amentes et furiosi a nativitate, et continue, sunt baptizandi, non autem alii, nisi quando habentes usum rationis, volunt. 1-2. q. 113. 3 ad 1. et 3.ᵖ q. 68. 12. o.

102. Manens in proposito peccandi non debet baptizari. 3.ᵖ q. 68. 4. o. et 8 ad 4.

103. Dormientes non sunt baptizandi, nisi propter periculum, et prius

voluerint. 1-2. q. 113. 3 ad 1. et ad 2. et 3.ª q. 68. 12 ad 3.

104. Baptizati ab hæreticis in forma Ecclesiæ non debent rebaptizari. 3.ª q. 66. 9 ad 3.

105. Puer in utero matris non est baptizandus. 3.ª q. 68. 11. o.

106. Mater viva non debet scindi, ut puer baptizetur. 3.ª q. 68. 11 ad 3.

107. Apparente aliquo membro, si imminet periculum, debet baptizari puer, rebaptizandus, nisi sit caput. 3.ª q. 66. 7 ad 3. et q 68. 11 ad 4.

108. Brutum non potest baptizari. 3.ª q. 68. 12 ad 2.

109. Baptizatus debet levari de fonte ab aliquo docto in divinis. 3.ª q. 67. 7. o.

110. Levantem baptizatum, non oportet esse doctum in divinis, nisi imminente periculo. 3.ª q. 67. 8 ad 1.

111. Levans de fonte tenetur baptizatum instruere de fide, si sint inter fideles, vel nisi parentes suppleant. 3.ª q. 67. 8. o. et q. 71. 1 ad 3.

112. Levans de baptismo, assumit sibi officium nutricis, et pædagogi. 3.ª q. 67. 7. o. et 8. c.

113. Levans baptizatum debet esse tantum unus principalis, sed possunt esse alii coadjutores. 3.ª q. 67. 8 ad 3.

114. Non baptizatus non potest aliquem levare de fonte. 3.ª q. 67. 8 ad 1.

115. Pater non debet levare proprium filium de baptismo, nisi in necessitate. 3.ª q. 67. 8 ad 2.

116. Levatio non est de necessitate, sed fit propter imbecillitatem animæ, et non corporis. 3.ª q. 67. 7. o et 8 ad 1.

117. Baptismus est janua omnium sacramentorum, inquantum est causa, scilicet characteris et gratiæ. 3.ª q. 63. 6. c. et q. 68. 6. c. et q. 73. 3. c.

118. Per baptismum aperitur janua paradisi. 3.ª q. 39. 5. o. et q. 69. 5 ad 1. et 7. o.

119. Introitus in regnum Dei non est nisi per baptismum aquæ in re, vel in voto, vel in figura. 3.ª q. 69. 5 ad 1.

120. Baptizatus adscribitur ad duo, scilicet ad cœtum fidelium, et ad sacramentorum participationem. 3.ª q. 63. 6. c. et q. 67. 2. c. et q. 70. 1. c.

121. Baptismus habet vim illuminativam, et fœcundativam ad bona opera. 3.ª q. 65 1 ad 3 et q. 67. 1 ad 2. et q. 69. 5. o.

122. Pueri salvantur per solum baptismum sine aliis sacramentis, et aliquis moriens statim post baptismum, statim volat ad cœlum. 3.ª q. 65. 4 c. et q. 68. 2 ad 2.

123. Pueris baptizatis subvenit meritum Christi ad beatitudinem consequendam, licet desint eis merita propria, et usum liberi arbitrii non habeant, eo quod per baptismum sunt Christi membra effecti. 1-2. q. 5. 7. ad 2. fin. et q. 113. 3 ad 1.

124. Circumcisioni succedit baptismus, tanquam perfectum imperfecto. 1-2. q. 102. 5 ad 3. et q. 103. 3 ad 4. et q. 70. 2 ad 3 et ad 4.

125. Circumcisio erat imperfecta respectu baptismi, quoad significationem, efficaciam, et utilitatem. Quæ non erat etiam ita communis, quia habebat populum, sexum, et tempus determinatos. 3.ª q. 70. 2 ad 3. et ad 4.

126. Baptismus et circumcisio conferebant gratiam. Sed ille ex sua virtute ut instrumentum passionis Christi jam perfectæ; illa vero ut signum fidei passionis futuræ. 3.ª q. 70. 4. c. fin.

127. In baptismo amplior gratia datur quam in circumcisione. 3.ª q. 70. 4. c. fin. ad 5.

128. Baptismus ante passionem Christi, si fuisset, non aperuisset januam paradisi, conferendo etiam eamdem gratiam sicut prius. Etsi nunc circumcisio haberet locum, aperiret eam. 3.ª q. 69. 7 ad 2. et q. 70. 4 ad 4.

129. Baptismus continet perfec-

tionem salutis, non autem circumcisio, sed significabat eam, ut fiendam per Christum. 3.ᵖ q. 70. 4. o.

130. Gratia baptismalis sufficit ad concupiscentiam totaliter reprimendam, et ad merendum, non autem gratia in circumcisione data. 3.ᵖ q. 70. 4. c. fin. ad 5.

131. Omnibus rite baptizatis etiam pueris conferuntur gratia et virtutes, et in habentibus augentur. 2-2. q. 47. 13 ad 3. et 3.ᵖ q. 69. 3. 4. 5. c. et 6. o. et q. 71. 3. c.

132. Omnes pueri æqualem gratiam consequuntur per baptismum, adulti autem inæqualem, secundum gradus devotionis. 3.ᵖ q. 69. 8. c. et q 89. 2 ad 2.

133. Effectus baptismi duplex, scilicet primus, id est, character, et secundus, scilicet gratia. 3.ᵖ q 68. 8. c. et q. 69. 10. c.

134. Per baptismum homines adoptantur in filios Dei. 3.ᵖ q. 39. 8 ad 3.

135. Per baptismum homo regeneratur ad vitam spiritualem. 3.ᵖ q. 39. 5. c. fin. et q. 62 2. c. et q. 65. 1. 2. c. et q. 66. 1 ad 1. et 3. c. et 9. c. ad 5. et q. 67 3. c. et 7. c. et q. 68. 1. c. et 9 ad 1. q. 69. 5. 8. c. et q. 72. 1. c. et 4 ad 3. et 5. 6. c. et 9 ad 1. et 11 ad 2. et q. 73. 1. c 3. c. ad 3. et 5 ad 1. et q. 79. 3 ad 2. et 8 ad 2. et q. 80. 10 ad 1. et q. 84. 6. c. et 10. c. ad 5. et q. 85. 4 ad 3. et 5. c. fin.

136. Effectus baptismi duplex, scilicet per se, id est, generatio in vitam spiritualem, et per accidens, id est, præservatio a peccato. Primus omnibus æqualiter confertur secundum se, non autem secundus. 3.ᵖ q. 69. 8

137. Per baptismum homo fit membrum Christi, ideo pœna quam Christus sustinuit, reputatur ei ad satisfactionem. 1-2. q. 5. 7 ad 2. et 3.ᵖ q. 48. 1. c. et q. 49. 1 c. et q. 62. 1. 2. c. et q. 68. 1. c. et 5 ad 1. q. 69. 2. c. ad 1. et 3. 4 5. 6. 10. c. et q. 73. et 3 ad 1.

138. Per baptismum homo incorporatur Christo. 3.ᵖ q. 62. 1. c. et q. 68. 1. c. ad 1. et 2. 4. c. et 5. c. ad 1. et q. 69. 2. 3. 4. c. et 5 o. et 7 ad 1.

139. Fides incorporat Christo mentaliter, baptismus autem corporaliter, sine cujus proposito neutrum fieri potest. 3.ᵖ q. 69. 5 ad 1

140. Baptismus est sacramentum passionis, et mortis Christi. 3.ᵖ q. 73. 3 ad 3.

141. In baptismo homo participat totaliter virtutem passionis Christi, non autem in pœnitentia. 3.ᵖ q. 86. 4 ad 3.

142. Baptismus configurat Christo passo per inmersionem, resurgenti per nitorem aquæ, ascendenti per levationem. 3.ᵖ q. 66. 2. 3. 9. c.

143. Ante baptismum actualiter susceptum, aliquis rem baptismi consequitur, ex proposito suscipiendi baptismum. 3.ᵖ q. 68. 2. o. et 3. c. et q. 80. 1 ad 3.

144. Homo per baptismum in mortem Christi baptizatur, et ei commoritur et consepelitur. 2-2. q 147. 5. c. et 3.ᵖ q 49. 3 ad 2. et q. 51. 1. c. et q. 61. 1 ad 2. et q. 66. 3. c. et 9. c. ad 5. et q. 68. 5. 7. c. et q. 80. 10 ad 1. et q. 86. 4 ad 3.

145 Efficacia baptismi est a passione Christi, et a Spiritu sancto. 3.ᵖ q. 66 6. c. ad 1. et 10 ad 1. et 11. c. ad 1. et 12. c. et q. 69. 1. o.

146 Baptismus datus a meliori non est melior, quia efficaciam habet ex merito passionis Christi, et non alterius. 3 ᵖ q. 64. 1 ad 2. et q. 82. 6 ad 2.

147. Effectus principalis baptismi est delere peccata. 3.ᵖ q. 39. 5. c. fin. et q. 79. 5 ad 1.

148. Remissio culpæ fit in baptismo virtute materiæ, sed principalius virtute formæ, ex qua etiam materia virtutem recipit. 3.ᵖ q. 86. 6 c.

149 Effectus baptismi est tollere omnia peccata præterita et præsentia, non autem futura. 3.ᵖ q. 69. 10 ad 3.

150. Baptismus impedit peccata futura, ne fiant. 3.ᵖ q. 68. 3 ad 3.

151. Baptismus omnibus æqualiter aufert omnem culpam, et omnem pœnam. 3.ᵖ q. 67. 3. c. et q. 68. 2 ad 2. et q 69. 8. o.

152. Baptismus principaliter ordinatus est contra peccatum originale. 3.ᵖ q. 66. 9. c. fin.

153. Baptismus delet omnem culpam originalem, et mortalem, et quandoque venialem. 3.ᵖ q. 68. 7. ad 3. et q. 69. 1. o. et 4. c. ad 2. et 7. c. et 8 ad 1. et 10. c. ad 2. et q. 79. 4 ad 5. et q. 71. 3. c. et q. 79. 5. ad 1. et q. 84. 1 ad 1. et 4. c. et q. 87. 1 ad 2.

154. Baptismus statim tollit pœnas, et infectiones peccati originalis, quoad personam, non autem quoad naturam, nisi in fine. 1-2 q. 81. 3 ad 2. et q. 85. 5 ad 2. et q. 87. 7 ad 1. et q. 109. 8. 9 c. ad 1. et 10. c. ad 3 et 2-2. q 104. 6. ad 1. et 3.ᵖ q. 49. 3 ad 3. et q. 52. 5 ad 2. et q. 68. 1 ad 2. et q. 69. 3. o. et 7 ad 3.

155. Per baptismum fomes mitigatur, ne dominetur. 3.ᵖ q. 66. 3. c. et q. 69. 4 ad 3.

156. Baptismus per gratiam minuit fomitem, inquantum inclinat in contrarium, sed non totaliter tollit usque ad beatitudinem. 3.ᵖ q. 39. 5. c. et q. 86. 5. c. fin.

157. Baptismus absolvit ab omni pœna. 3.ᵖ q. 68. 5. o. et q. 69. 2 o et 7. c. et 10 ad 3. et q. 70. 4 ad 5. et q. 79. 5 ad 1. et q. 84. 1 ad 1. et q. 86. 4 ad 3.

158. Baptismus non tollit pœnam hominis. Ideo homicida potest puniri licet pium esset ei parcere. 3.ᵖ q. 69. 2 ad 3.

159. Fictio non removetur per baptismum, sed per pœnitentiam. 3.ᵖ q. 69. 9. ad 2. et 10 ad 2 et ad 3.

160. Ad effectum baptismi exequendum in ficto concurrit per se baptismus, sed pœnitentia per accidens, removendo fictionem. 3.ᵖ q. 69. 10 ad 2.

161. Fictio mortalis impedit simpliciter effectum baptismi, sed venialis, quoad venialia tantum. 3.ᵖ q. 69. 3. o. et q. 87. 3 ad 2.

162. Fictione recedente, baptismus habet proprium effectum. 3.ᵖ q. 69. 10. o.

163. Aliquis dicitur ad baptismum fictus accedere quadrupliciter, scilicet non credens, contemnens baptismum, non servans ritum Ecclesiæ, et indevotus, id est, non volens sacramentum, et rem sacramenti. 3.ᵖ q. 69 9. c.

164. Indispositio voluntatis contraria gratiæ impedit secundum effectum baptismi, scilicet gratiam; non autem primum, scilicet characterem. 3.ᵖ q. 69 9. o.

165. Error circa baptismum non impedit acceptionem characteris, dummodo intendat facere vel accipere quod Ecclesia dat, licet credat illud nihil esse. 3.ᵖ q. 64. 9 ad 1. et q. 68. 8 ad 3.

166. Sanguinis. Baptismus triplex, scilicet sanguinis, flaminis, et fluminis. 3.ᵖ q. 66. 11. o.

167. Baptismus sanguinis est melior et efficacior cæteris baptismis. 3.ᵖ q. 66. 12. o.

168. Baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, non autem e converso. 3.ᵖ q. 66. 12 ad 2.

169. Baptismus sanguinis supplet baptismum fluminis, in necessitate solum. 3.ᵖ q. 66. 11. o.

170. Baptismus sanguinis et flaminis non sunt sacramenta, quia conveniunt cum sacramento in causando, non autem in significando. 3.ᵖ q. 66. 11. ad 2 et 12 ad 1.

171. Pœnitentia dicitur baptismus flaminis, quia sine baptismo sufficit ad salutem, in necessitate tantum. 3.ᵖ q. 66. 11. c.

172. Pueri non possunt salvari sine baptismo sanguinis vel fluminis. 1-2. q. 113. 3 ad 1. et 3.ᵖ q. 67. 3. c. et q. 68. 3. c et q. 73. 3. c.

173. Baptismus sanguinis non imprimit characterem, quia non habet

efficaciam baptismi sacramentalis sed meritum. 3.ᵖ q. 66. 11 ad 2. et 12. c. ad 1.

174. Baptismus sanguinis liberat ab omni culpa et omni pœna, ex virtute passionis Christi, cui conformat. 2-2. q. 124. 1 ad 1. et 3.ᵖ q. 68. 2 ad 1. et q. 87. 1 ad 2.

175. Baptizatus baptismo flaminis consequitur emundationem, sed accipiens sacramentum consequitur majorem gratiam. 3.ᵖ q. 69. 1 ad 2 et 4 ad 2. et q. 80. 1 ad 3. et q. 90. 3. ad 2.

176. Baptismum debet præcedere catechismus. 3.ᵖ q. 71. o.

177. Unctio triplex in baptismo, scilicet oleo cathecumenorum, et bis chrismate. 1.ᵖ q 66. 10 ad 2. et q. 71. 3 ad 4. et q. 72. 11 ad 3.

178. Baptizati liniuntur chrismate in fronte ne erubescant. 3.ᵖ q. 72. 9.c.

179. Aures baptizandorum liniuntur sputo, ut aperiantur ad verbum Dei, nares vero ad odorem bonæ famæ, non autem oculi, quia pertinent ad inventionem, per quam non habetur fides. 3.ᵖ q. 71. 2. 3. c.

180. Sal ponitur in os baptizandi, ut habeat discretionem in sermone fidei. 3.ᵖ q. 71. 2. c.

181. Baptizatis datur vestis alba, in lignum resurrectionis futuræ, et puritatis conservandæ. 3.ᵖ q. 66. 10 ad 3. et q. 71. 3 ad 4.

182. Eorum quæ fiunt post baptismum, aliqua tantum significant, ut vestis alba, novitatem vitæ, aliqua etiam efficiunt, ut unctio in vertice, conservationem gratiæ baptismalis. 3.ᵖ q. 71. 3 ad 4.

183. Baptismus est unus tantum simpliciter, sed secundum quid sunt novem, quia diluvium, transitus maris, et lotiones legis erant figuræ, baptismus Joannis dispositio, baptismus Christi causa efficaciæ, baptismus sanguinis et flaminis, et pœnitentia secundum proportionem effectus, et baptismus aquæ et spiritus. 3.ᵖ q. 66. 11 ad 3. et q. 70. 1 ad 2. et ad 3.

184. Pro baptismo non debet committi simonia. 2 2. q. 100. 2. c. ad 1.

185. Phariseorum. Baptismata Phariseorum erant vana, ad munditiam carnis tantum ordinata. 1.ᵖ q. 58. 1 ad 3.

Barnabas et Paulus discordaverunt præter intentionem eorum, providentia Dei. 2-2. q. 57. 1 ad 3.

Bartholomeus miraculose occultabat se, et se offendebat sicut volebat. 3.ᵖ q. 54. 1 ad 2.

Basiliscus non interficit visu, sed vapore, sicut menstruata inficit speculum. 1.ᵖ q. 117. 3 ad 2.

BEATITUDO est operatio et ultima perfectio. 1-2. q. 3. 2. o. et 5. c. et q. 55. 2 ad 3.

2. Beatitudo est vita æterna, non quidem esse, sed operatio. 1.ᵖ q. 10. 3. c. et q. 18. 2 ad 3. et 1-2. q 3. 2 ad 1. 2-2. q 18. 2 ad 2.

3. Visio Dei per essentiam est tota essentia beatitudinis. 1.ᵖ q. 1. 4. c. et q. 12. 1. c. et 4. o. et 6. c. et 8 ad 4. et q. 26. 2. 3. o. et q. 62. 1. 2. 9. c. et 1-2. q. 3. 4. 8. o. et q. 4. 4. 5. c. et q. 5. 1. 4. 5. c. et 2-2. q. 2. 3. c. et q. 5. 1 c. et q. 173. 1. c. et 180 4. c. et 3.ᵖ q 52. 5. c. et q. 59. 5 ad 1.

4. Gloria essentialis beatitudini est quam habet homo non apud hominem, sed apud Deum. 1-2. q. 2. 3 ad 1. et q. 4. 8 ad 1.

5. Beatitudo est summum bonum. 1.ᵖ q. 26. 3 ad 1. et 1-2. q. 3. 1 ad 2. et q. 5. 2 ad 2. et q. 19. 9. c.

6. Beatitudo habet rationem præmii. 1.ᵖ q. 26. 1 ad 2. et q. 62 4. c. et 1-2. q. 2. 2 ad 1. et q. 5. 7. c.

7. Beatitudo est finis rationalis naturæ tantum. 1.ᵖ q. 23. 1 c. ad 2. et q 26. 1. 2· c. et q. 62. 1. 4. c. et

1-2. q. 3. 1 ad 3. et q. 55. 2 ad 3. et q. 69. 1. c. et 2-2 q. 118. 7. c.

8. Beatitudo, ut finis *quo*, est aliquid creatum, non autem ut finis *quod*. 1.ª q. 20 et 3. o. et 1-2. q. 3. 1. o.

9. Beatitudo est ultima perfectio hominis. 1.ª q. 62. 3. 4. c. et q. 73. 1. c. et 1-2 q. 3. 2. c. ad 4. et 6. c.

10. Beatitudo est proprium hominis bonum. 1-2. q. 6. principio.

11. Beatitudo est bonum perfectum naturæ intellectualis, apprehensum per intellectum. 1.ª q. 26. 1. 2 c. et 1-2 q. 3. 2 ad 2.

12. Beatitudo est status omnium benorum congregatione perfectus, secundum Boetium 1.ª q. 26. 1 ad 1. et 1-2. q. 3. 2. ad 2. et 3 ad 2. et q. 4. 7 ad 2.

13. Beatitudo nihil aliud est quam gaudium de veritate. 1-2. q. 3. 4. c fin.

14. In vita activa quæ circa multa occupatur, est minus de beatitudine quam in contemplativa, quæ versatur circa unum, scilicet circa veritatis contemplationem. 1-2. q. 3. 2 ad 4 et 5 c. et q. 4. 7. c.

15. De ratione beatitudinis sunt tria, scilicet bonum perfectum, per se sufficientia, et delectatio. 2-2. q. 118. 7. c.

16. Beatitudo consistit in duobus, scilicet in visione Dei, et delectatione fruitionis. 1-2. q. 3. 4. c.

17. Essentia beatitudinis consistit in actu intellectus, sed delectatio ejus in voluntate. 1.ª q. 26. 2. o. et 3. c. et 1-2. q. 3. 4. o. et q. 11. 1 ad 1.

18. Beatitudo consistit in contemplatione veritatis, et maxime Dei. 2-2. q. 167. 1 ad 1.

19. Beatitudo vitæ præsentis secundum Aristotelem consistit in operatione perfectissima, ratione potentiæ, habitus et objecti. 1.ª q. 62. 1. c. et 88. 1. c. co. 2. et 1-2. q. 3. 5. c.

20. Beatitudo et miseria sunt principaliter in anima, secundario autem in corpore. 3.ª q. 15. 10. c. ad 2.

21. Beatitudo consistit in conjunctione ad Deum et miseria in recessu a Deo 1-2. q. 3. 3. c. et 7 ad 2. et 8. c.

22. In quibus non est. Beatitudo ultima, vel miseria, non consistit in bonis vel malis præsentis vitæ. 1-2. q. 5. 3. o.

23. Beatitudo non consistit in divitiis. 1-2. q. 2. 1. o.

24. Nec in honoribus. 1-2. q. 2-2. o.

25. Nec in fama seu gloria humana 1-2. q. 2. 3. o.

26. Nec in potestate. 1-2. q. 2. 4. o.

27. Nec in aliquo bono exteriori, nec in omnibus simul. 1-2. q. 2. 4. o.

28. Nec in bonis corporis. 1-2. q. 2. 5. o. et q. 3. 3. c. et q. 4. 6. ad 1.

29. Nec in parte sensitiva. 1-2. q. 3. 3. o.

30. Nec in voluptate. 1-2. q. 2. 6. o.

31. Nec in aliquo inhærenti animæ. 1-2. q. 2. 7. o.

32. Nec in habitibus virtutum. 1-2. q. 3. 2. c.

33. Nec in operatione transeunte in exteriorem materiam. 1-2. q. 3. 2 ad 3.

34. Nec in actu voluntatis. 1.ª q. 26. 2 ad 2. et 1-2. q. 3. 4. o. et q. 4. 2. c.

35. Nec in intellectu practico principaliter, sed in speculativo. 1.ª q. 26. 2. o. et 1-2. q. 3. 5. o.

36. Nec in consideratione scientiarum speculativarum. 1-2. q. 3. 6. o. et 1-2. q. 167. 1 ad 1.

37. Consideratio scientiarum speculativarum est quædam participatio veræ et perfectæ beatitudinis, non autem substantialis beatitudo. 1-2. q. 3 6. c. fin. et q. 66. 3 ad 1. et 5 ad 2 et 2-2. q. 180 4. c.

38. Nec consistit in contemplatione angelorum. 1.ª q. 64. 1 ad 1 et q. 89. 2 ad 3. et 1-2. q. 3 7. o. et 2-2. q. 167. 1 ad 1.

39. Nec in cognitione Dei, quæ habetur per demonstrationem. 1-2 q. 66. 5 ad 2.

40 Nec in aliquo creato 1.ª q.

12. 1. c. et q. 82. 2. c et q. 89. 2 ad 3. et 1-2. q. 3. 8. o et 2-2. q. 85. 2. c.

41. Nec in cognitione cujuslibet veri, sed in cognitione perfecta summæ veritatis. 1.ª q. 26. 2. 3. o. et 1-2. q. 3. 4. 8. o. et 2-2. q. 167. 1 ad 1.

42. Requisita. Bona exteriora non requiruntur ad beatitudinem perfectam. 1-2. q. 4. 7. o. et 2-2. q. 186. 3 ad 4.

43. Divitiæ adjuvant felicitatem activam instrumentaliter, sed contemplativam impediunt. Sed ad patriæ beatitudinem multum valet voluntaria paupertas. 1-2. q. 4. 7. c. et 2-2. q. 186. 3 ad 4.

44. Amici non requiruntur ad perfectam beatitudinem. 1-2. q. 4. 8. o.

45. Angelus suo ministerio adjuvat hominem, ut perveniat ad beatitudinem, non autem ut humanæ beatitudinis objectum. 1-2. q. 3. 7 ad 2. et q. 5. 6 ad 1.

46. Ad beatitudinem aliqua requiruntur tripliciter, scilicet antecedenter, essentialiter et consequenter. 1-2. q. 3. 3. c.

47. Ad beatitudinem tria requiruntur, scilicet visio Dei, comprehensio, et delectatio. 1-2. q. 4. 3. o.

48. Perfectio charitatis est essentialis beatitudini quoad dilectionem Dei, non autem quod dilectionem proximi, sed quasi concomitanter. 1-2. q. 4. 8 ad 3.

49. Rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem antecedenter, et concomitanter. 1-2. q. 4. 4. o. et q. 5. 4. 7. c.

50. Delectatio requiritur ad beatitudinem consequenter tantum, vel concomitanter. 1-2. q. 3. 4. c. et q. 4. 1. 2. o.

51. Corpus et perfectio ejus requiritur ad beatitudinem viæ, et ad beatitudinem patriæ omnino perfectam, requiritur antecedenter et consequenter, non autem essentialiter nec ad beatitudinem patriæ simpliciter. 1-2. q. 4. 5. 6. o. et 3.ª q. 7. 4 ad 2. et q. 15. 10. c. ad 2.

52. Beatitudo animæ redundabit in corpus 1-2 q. 3. 3. c. ad 3. et q. 4. 6. c. et 3.ª q. 57. 3. c. et q. 59. 5 ad 3.

53. Operationes meritoriæ plures requiruntur ab beatitudinem hominis. 1.ª q. 62. 5 ad 1. et 1-2. q 5. 7. 9. et q. 6. principio.

54. Operationes sensitivæ requiruntur antecedenter ad beatitudinem viæ, non autem ad beatitudinem patriæ, sed consequenter tantum, ad neutram autem essentialiter. 1-2. q. 3. 3. o.

55. Pax requiritur ad beatitudinem antecedenter et consequenter, non autem essentialiter. 1-2. q. 3. 4 ad 1.

56. Mutatio. Nullum bonum creatum additum visioni Dei facit magis beatum. 1-2. q. 5. 2 ad 3.

57. Beatitudo æqualiter participatur ab omnibus ex parte objecti, sed inæqualiter ex parte subjecti. 1-2. q. 3. 2 ad 4. et q. 112. 4. c. ad 1.

58. Nulla creatura potest per sua tantum naturalia adipisci perfectam beatitudinem. 1.ª q. 12 4. o. et q. 23. 1. c. et q. 64. 1 ad 2. et q. 94. 1. o. et q. 108. 4. c. et 1-2. q. 5. 5. o. et q. 62. 1. 2. 3. o.

59. Homo non potest per operationem solius creaturæ superioris attingere ad perfectam beatitudinem. 1-2. q. 5. 6. o.

60. Homo potest adipisci perfectam beatitudinem. 1-2. q. 5. 1. o.

61. Beatitudo perfecta non potest amitti. 1.ª q. 64. 2. c. et q. 94. 1. c. et 1-2. q. 5. 4. o.

62 Appetitus. Voluntas necessario appetit beatitudinem. 1.ª q. 19. 1. o. et 3. 6. c. et q. 82. 1. 2. o. et q. 83. 1 ad 5. et 1-2. q. 5. 4. c. ad 2. et 8 ad 2. et q. 6. 4. o. et q. 10. 1. 2. o. et q. 13. 6. c. et q. 94. 1. c. et 3.ª q. 18. 1 ad 3.

63. Omnes homines naturaliter appetunt beatitudinem. 1.ᵉ q. 2 ad 1. et q. 19. 10. c. et q. 26. 2. c. et q. 41. 2 ad 2. et q. 60. 2. c. et q. 62. 1. c. et q. 82. 1. 2. o. et q. 83. 1 ad 5. et 1-2. q. 3. 6 ad 2. et q. 5. 1. 8. o. et q. 10. 1. o. et 3.ᵉ q. 18. 1 ad 3.

64. Non solum perfecta beatitudo, sed etiam qualiscumque similitudo, vel participatio ejus naturaliter desideratur. 1-2. q. 3. 6 ad 2.

65. Omnia quæ desiderat voluntas appetit propter beatitudinem. 1.ᵉ q. 60. 2. c. et 1-2. q. 1 6. o.

66. In ultima beatitudine complebitur omne desiderium beatorum. 1.ᵉ q. 12. 8 ad 4. et 1-2. q. 1. 5. c. et q. 3. 8. c. et q. 4. 5 ad 5. et q. 5. 3. 4. c. 8. c. ad 3 et q. 67. 4 ad 3. et 2-2. q. 28. 3. c. ad 2.

67. Perfecta quietatio intellectus et voluntatis consequitur beatitudinem. 1-2. q. 3. 4 ad 1. et 8. c. et 2-2 q. 18 2. c. et 4 ad 12 et q. 28. 3. c. et q. 94. 1. c. et q. 118 7. c.

68. Perfecta beatitudo omne malum excludit. 1-2. q. 2. 4 c. et q. 5. 3. 4. c. et q. 67. 4 ad 2.

69. Beatitudo ascendit in cor hominis secundum rationem communem, non autem quæ et qualis sit in speciali. 1-2. q. 5. 8. c. ad 2. et 2-2. q. 17. 2 ad 1.

70. Beatitudo est primum objectum voluntatis. 1-2. q. 5. 4 ad 2. et q. 11. 1 ad 1.

71. Beatitudo amatur amore concupiscentiæ, non autem amore amicitiæ. 1-2. q. 2. 7 ad 2.

72. Deus. Deus est perfecte beatus. 1.ᵉ q. 26. 1. o. et q. 62. 4. c.

73. Deus est sua beatitudo. 1.ᵉ q. 26. 2. o. et q. 62. 4. c. et q. 94. 1. c. et 1-2. q. 3. 1 ad 1. et 2 ad 1. et ad 4.

74. Deus est beatus secundum intellectum. 1.ᵉ q. 26. 2. o.

75. Beatitudo Dei excedit quamlibet aliam beatitudinem. 1.ᵉ q. 26. 4 o.

76. Beatitudo Dei complectitur omnem aliam beatitudinem. 1.ᵉ q. 26. 4. o.

77. Beatitudo est naturalis soli Deo. 1.ᵉ q 62. 4 c. et q. 63. 3. c fin et 1-2 q. 3. 1 ad 1. et q 5. 7. c.

78. In communi Beatitudo triplex secundum philosophos, s cilicet voluptuosa, activa, et contemplativa. 1-2. q. 3. 2 ad 1. et q. 69 3. 4 c.

79 Beatitudo duplex, scilicet perfecta, et imperfecta, id est, in patria, et in via. 1.ᵉ q 62. 1. c. et 1-2. q. 3. 2 ad 4. et 3. 5. 6. c. et q 4. 5. 6. 7. 8 c. et q. 5 3. o. et q. 4 5. c. et q. 62. 1 c. et q. 69 1. 3. c. et 2-2. q. 186 1 ad 4

80 Beatitudo patriæ est continua, non autem beatitudo viæ 1-2. q. 3. 2 ad 4

81. Duplex perfectio beatitudinis, scilicet ex parte objecti, et ex parte subjecti; prima tollit rationem veræ beatitudinis, non autem secunda 1-2. q. 5. 3 ad 2. et q. 4 5 ad 5. et q. 11. 4 ad 2.

82. Nullus ante passionem Christi potuit habere beatitudinem, licet sancti patres meruerint eam per fidem passionis Christi, quoad propriam personam, non autem quoad naturam communem. 3.ᵉ q. 49. 5 ad 1.

83. Beatitudines in communi. Beatitudines sunt operationes virtutum perfectarum per dona, et etiam donorum. 1-2. q. 69. 1. o. et q. 70. 2. c. et 2-2. q. 157. 2 ad 3.

84 Actus virtutum, ut perficiunt, dicuntur beatitudines; sed ut delectant, dicuntur fructus. 2-2. q. 157. 2 ad 3.

85. Actus donorum pertinentium ad vitam activam exprimuntur in meritis beatitudinum, sed actus vitæ contemplativæ, in præmiis. 1-2. q. 69 3. c. fin. ad 1.

86 In singulis beatitudinibus ponitur aliquid pertinens ad statum viæ, et aliquid ad statum patriæ. 1-2. q. 69. 2. o. et 2-2. q. 8. 7. c.

87. Quælibet beatitudo est fructus addens excellentiam et principalitatem præmii, et non e converso. 1-2. q. 70 2. o

88. Omnia præmia septem beatitudinum sunt idem realiter, et differunt ratione 1 2. q. 69. 4 ad 1.

89 Præmia beatitudinum inchoative habentur hic, sed complete in patria tantum. 1-2 q. 69. 2. o. et 2-2. q 8. 7 o.

90. Beatitudines et præmia earum sufficienter enumerantur septem, et quatuor, et octo, diversimode, et declarantur. 1-2. q 69. 3. 4 o.

91. Primæ tres beatitudines sunt contra beatitudinem voluptuosam, sed quarta et quinta pertinent ad vitam activam, aliæ autem duæ ad contemplativam. 1-2. q. 69 3. 4. o.

92 Omnes beatitudines positæ in sacra Scriptura, oportet ad has reduci, quia omnes pertinent ad vitam activam vel contemplativam. 1-2. q. 69. 3 ad 4.

93. Beatitudines correspondent septem donis, non quidem singulæ singulis, sed plures uni, et una pluribus. 1-2. q. 69. 3. o.

94. Beatitudines dupliciter adaptantur donis, scilicet secundum convenientiam ordinis, ut prima infimo, secunda sexto, et sic de aliis secundum Augustinum, vel secundum convenientiam propriæ rationis ad invicem secundum actus, et objecta. 2-2. q. 121. 2. c. ad 2. et q. 139. 2. c.

95. In specialı. Beatitudo prima, scilicet paupertas, correspondet dono timoris. 2-2. q. 19. 12. o. et q. 83. 9 ad 3. et q. 121. 2 c. et q. 161. 2 ad 3.

96. Fructus decimus, scilicet modestia, et undecimus, scilicet continentia, et duodecimus, scilicet castitas, correspondent eis. 2-2. q. 19. 12 ad 4.

97. Petitio septima correspondet eis. 2-2. q. 19. 12 ad 4. et q. 83. 9 ad 3.

98. Secunda beatitudo, scilicet pietas, correspondet dono pietatis. 1-2. q. 69. 3 ad 3. et 2-2. q. 83. 9 ad 3. et q. 121. 2. o.

99 Fructus octavus, scilicet mansuetudo, correspondet eis indirecte; sed sextus, id est, bonitas, et septimus, scilicet benignitas directe. 2-2. q. 121. 2 ad 3.

100. Petitio sexta correspondet eis. 2-2. q. 83. 9 ad 3.

101. Tertia beatitudo, scilicet luctus, correspondet dono scientiæ. 1-2. q. 69. 3 ad 2. et ad 3. et 2-2. q. 9. 4. o. et q. 83. 9 ad 3.

102. Petitio quinta correspondet eis. 2-2. q. 83 9 ad 3.

103. Quarta beatitudo, scilicet justitiæ, correspondet dono fortitudinis. 1-2. q. 69. 3 ad 3. et 2-2. q. 83. 9 ad 3. et q. 139. 2. o.

104. Fructus quartus, scilicet patientia, et octavus, scilicet longanimitas, correspondent eis. 2-2. q. 139. 2 ad 3.

105. Petitio quarta correspondet eis. 2-2. q. 83. 9 ad 3.

106. Quinta beatitudo, scilicet misericordiæ, correspondet dono consilii. 1-2. q. 69. 3 ad 3. et 2-2. q. 52. 4. o. et q. 83. 9 ad 3.

107. Eamdem beatitudinem oportet respondere secundum convenientiam propriæ rationis ad invicem donis scientiæ et pietatis, non autem secundum convenientiam ordinis, sed diverso correspondent. 2-2. q. 121. 2 ad 2.

108. Fructus sextus, scilicet bonitas, id est, dulcedo animi, et quintus, scilicet benignitas, correspondent quintæ beatitudini, et dono pietatis. 2-2. q. 52. 4 ad 3. et q. 121. 2 ad 3.

109. Petitio tertia correspondet eis. 2-2. q. 83. 9 ad 3.

110. Sexta beatitudo, scilicet munditia, correspondet dono intellec-

tus. 1-2. q. 69. 3. c. fin. ad 1. et 2-2. q. 8. 7. o. et q. 83. 9 ad 3.

111. Fructus secundus, scilicet gaudium, et nonus, scilicet fides, correspondent eis 2-2. q. 8. 8. o.

112. Petitio secunda correspondet eis. 2-2. q. 83. 9 ad 3.

113. SEPTIMA beatitudo, scilicet pacis, correspondet dono sapientiæ. 1-2. q. 69. 3. c. fin. ad 1. et 4. c. fin. et 2-2. q. 45. 6. o. et q. 83. 9 ad 3.

114. Petitio prima correspondet eis. 2-2. q. 83. ad 3.

115. OCTAVA beatitudo, scilicet persecutionis, est manifestativa omnium beatitudinum præcedentium, nec correspondet alicui dono in speciali. 2. q. 69. 3 ad 5. et 4 ad 2.

116. VIRTUTIBUS ET DONIS. Prima beatitudo, secundum Ambrosium, attribuitur temperantiæ, tertia prudentiæ, quarta justitiæ, et octava fortitudini. 1-2. q. 69. 3 ad 6.

117. Primæ quinque beatitudines secundum convenientiam materiæ correspondent donis scientiæ et consilii ut dirigentibus; sed aliis donis correspondent ut exequentibus, secundum motiva vero correspondent ut supra. 1-2. q. 69. 3 ad 3. et 2-2. q. 121. 2. c.

118. Beatitudo quarta et quinta secundum materiam correspondent pietati, secunda fortitudini; sed prima et tertia timori. 1-2. q. 69. 3 ad 3.

139. Beatitudo quarta et quinta secundum convenientiam propriæ rationis ad invicem adaptantur dono pietatis, sed secundum convenientiam ordinis adaptatur ei secunda beatitudo; quæ tamen convenit ei tollendo impedimenta actuum ejus. 2-2. q. 121. 2. c. ad 3.

1. BEATUS IN COMMUNI. Aliquis dicitur beatus in spe. 1-2. q. 69. 1. c.

2. Quidam dicuntur beati in hac vita propter spem, vel participative. 1-2. q 5. 3 ad 1.

3. Beati in patria omnes rationes rerum quæ in Christo sunt, non cognoscunt, etsi ipsum comprehendant. 1. ᵉᵐ q. 12. 8. c. et 2-2. q. 173. 1. c.

4. Beati per simplicem conversionem ad Deum illuminantur de agendis quæ nesciunt, sine inquisitione et anxietate dubitationis, ut in viatoribus. 2-2. q. 52. 3. c. ad 2.

5. In beatis sunt aliqui actus ordinati ad finem, scilicet procedentes ex consecutione finis, ut laus Dei, et aliqui pertrahentes alios ad finem, ut ministeria angelorum, et orationes sanctorum. 2-2 q. 52. 3 ad 1.

6. Quilibet beatus est certus de perpetuitate suæ beatitudinis. 2-2. q. 18. 3. c.

7. Beati in patria clare cognoscunt omnia quæ hic fiunt. 1. ᵉᵐ q. 89. 8. c.

8. Beati Deum comprehendent, sed non totaliter, id est, omnibus modis, quibus comprehendi potest. 1. ᵉᵐ q. 12. 7 ad 1.

9. Beati laudabunt Deum. 2-2. q. 43. 4. c.

10. Beati non possunt peccare. 1. ᵉᵐ q. 62. 8. o. et q. 82. 2. c. fin. et q. 94. 1. c. et q. 100, 2. c. et 1-2. q. 4. 4. c. et q. 5. 4 c. et q. 109. 1 ad 3. et 2-2. q. 19. 11. c.

11. Beati sunt in statu impetrandi, non autem in statu merendi. 1. ᵉᵐ q. 62. 9. o. et 2-2. q. 83. 11. c. ad 1.

12. Dignitas beatorum in anima et in corpore erit secundum gradus meritorum, non autem secundum diversitatem sexus, sicut nunc et in statu innocentiæ. 3. ᵉᵐ q. 55. 1 ad 3.

13. Quilibet beatus gaudet de bonis factis a se, vel ab aliis. 1. ᵉᵐ q. 23. 6. ad 1.

14. Gaudium beatorum superat omne gaudium viatorum. 3. ᵉᵐ q. 46. 6 ad 3.

15. Gaudium beatorum erit super plenum ex parte gaudentium, non autem ex parte objecti; viatorum autem neutro modo. 2-2. q. 28. 3. o.

16. Multiplicatis bonis nostris

gaudium beatorum augetur materialiter, non autem formaliter, quia Deus est eis ratio gaudendi, de quibuscumque gaudent 1.ª q. 62. 9. ad 3 fin.

17. Beati non inter sunt rebus vivorum secundum legem communem. 1.ª q. 108. 8 ad 2.

18. Beati in regno cœlesti videbunt Deum facie ad faciem. Supp. q. 92. 1. o.

19. Beati post resurrectionem nullo modo videre poterunt Deum visu corporali, tanquam Deus esset per se visibilis nisi per accidens. Supp. q. 92. 2. o.

20. Cum sancti non sint comprehensuri Dei essentiam, non omnia videbunt quæ Deus videt. Supp. q. 92. 3. c.

21. Sancti beatiores erunt post judicium quam ante. Supp. q. 93. 1. c.

22. Erunt in beatis gradus beatitudinis, qui mansiones appellantur. Supp. q. 93. 2 o.

23. Beati in regno cœlorum videbunt pœnas damnatorum, ut beatitudo illis magis complaceat. Supp. q. 94. 1. o.

24. Cum damnati non possint transferri a sua miseria, beati non compatientur eorum miseriis. Supp. q. 94. 2. c.

25. Sancti non gaudebunt per se de pœnis damnatorum, sed per accidens contemplando in eis divinam justitiam, et quomodo ab eis liberati sint. Supp. q. 94, 3 o.

1. Bellum duplex, scilicet commune, et particulare. 2-2. q. 123. 5. c. ad 2.

2. Ad bellum justum tria requiruntur, scilicet auctoritas principis, justa causa, et intentio recta. 2-2. q. 40. 1. o. et q. 41. 1 ad 3. et q. 42 2. ad 1. et q. 66. 8 ad 1.

3. In bello justo deprædans hostes non peccat, nisi pugnet principaliter propter prædam, nec tenetur restituere. 2-2. q 66. 8 ad 1.

4. Bellum gerere in festo non licet, nisi imminente necessitate, pro tuenda republica. 2-2. q. 40 4. o.

5. Clericis non licet bellare in propria persona, sed possunt bello interesse de licentia superioris, et exhortari pugnantes. 2-2. q. 40 2. o.

BENEDICTIO Dei significat donorum ejus collationem et multiplicationem 1.ª q. 72 ad 4. et q. 73 3. c.

1. Benedictus videns totum mundum, non vidit essentiam Dei. 2-2. q. 180. 5 ad 3.

2. Quis puerum Benedictum stultitiæ argui patiatur, quod relicta domo rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conversationis habitum et desertum quæsivit? 2-2. q. 189 1 ad 2.

3 In regula beati Benedicti, conceditur probationis annus, nuper ad religionem conversis. 2-2. q. 189. 2 ad 1.

4 Beatus Benedictus dicit, quod si prælatus aliquid impossibile præceperit, tentandum est. 1-2. q. 13. 5. c.

5. Hoc autem dictum sancti Benedicti ideo dicitur, quia an aliquid sit possibile, subditus non debet suo judicio diffinire, sed in unoquoque judicio superioris stare. 1-2. q. 13. 5 ad 3. et 2-2. q. 64. 6 ad 3.

6. Mandat beatus Benedictus in regula sua, quod venientibus ad religionem non sit facilis præbendus ingressus, sed probandum est an spiritus a Deo sit. 2-2. q. 189. 9 ad 1.

1 Benefacere omnibus quilibet tenetur in præparatione animi, pro loco et tempore. 2-2. q. 31. 2. o.

2. Aliquod beneficium est quo possumus et tenemur benefacere omnibus, saltem in generali, scilicet orare pro omnibus fidelibus et infidelibus. 2-2. q. 31. 2 ad 1.

3. Malis debemus benefacere in auxilium naturæ, non autem culpæ. 2-2. q. 25. 6. c. ad 2. et q. 31. 2 ad

2. et q. 32. 9 ad 1. et q. 168. 3 ad 3.

4. Magis conjunctis est magis benefaciendum cæteris paribus. 2-2. q. 26. 6. c. et q. 31. 3. o. et q. 32. 9. o. et q. 71. 1. c.

5. Subventio, gratiarum actio, et reverentia, debetur omni benefacienti. 2-2 q. 166. 3. o.

1. Beneficentia est facere bonum. Et est actus amicitiæ, vel charitatis, secundum rationem communem. 2-2. q 31. 1 o.

2. Beneficentia non est virtus specialis, sed actus exterior amicitiæ, sicut benevolentia est actus ejus interior. 2-2. q 31 4 o.

1. BENEFICIUM. In communi. Est statim recompensandum secundum effectum, sed expectanda est opportunitas effectus. 2-2. q 106. 4. o

2. Recompensatio beneficii debet esse major accepto. 2-2. q 106. 6 o. et q. 107 2. c.

3. Recompensatio beneficii pertinet ad tres virtutes diversimode, scilicet ad justitiam, ubi est debitum legale, ut in mutuo et aliis hujusmodi, ad amicitiam vero, et gratiam, ubi est debitum morale. 2-2. q. 31. 1 ad 3. et q. 106. 5. c. et q 108. 2 ad 1.

4. Beneficium et recompensatio magis in affectu consistit quam in effectu. 2-2. q 106. 3 ad 5. et ad 6. et 5. o. et 6 ad 1.

5. In recompensando beneficium justitia attendit datum, amicitia utilis attendit utilitatem, sed amicitia honesti et gratiæ attendit affectum dantis. 2-2. q. 31. 1 ad 3. et q. 77. 1 ad 3. et q. 78. 2 ad 2. et q 106. 5. o.

6. Nullius beneficium est tantum sicut parentum. Ideo in recompensatione beneficiorum sunt cæteris præferendi, nisi necessitas vel utilitas, vel alia causa præponderet. 2-2. q. 31. 3 ad 3. et ad 4. et q. 101. 1. c.

7. Omnia beneficia secundum communem rationem reducuntur ad amorem, et omnia nocumenta ad odium, sed secundum speciales rationes ad diversas virtutes, vel vitia. 2-2. q. 31. 4 ad 2.

8. Filius potest parentibus majus beneficium recompensare, quam accepit, secundum affectum, non autem secundum effectum. 2-2. q. 106. 6 ad 1.

9. Dei Beneficia Dei tota, singulis hominibus sunt exhibita. 3. æ q 1. 4 ad 3.

10. Præcipua Dei beneficia sunt creatio, et quies mentis in Deum, per gratiam et gloriam. 1-2. p. 100. 5 ad 2.

11. Omnis solemnitas vel sacrificium veteris legis fuit instituta propter aliqua beneficia Dei, præterita vel futura. 1 2. q 100. 5 ad 2.

12. Licitum est petere beneficium sine cura, pro se digno et indigenti, non autem cum cura. 2-2. q. 100. 5 ad 3.

15. Dans beneficium non meliori, sed sufficientiori, non peccat. 2-2. q. 63. 2. o.

14. Beneficia ecclesiastica magis debent dari plus idoneis ad regimen Ecclesiæ, quam magis consanguineis; sed de patrimonio et licitis lucris est e converso. 2-2. q 63, 1 c.

15. Dans beneficium spirituale consanguineo pro se digno, peccat per acceptationem personarum, non autem si sit æque dignus. 2-2. q. 63. 2 ad 1. et q. 85. 3. o.

16. Dans beneficium ratione consanguinitatis, graviter peccat, et est simonia si per hoc intendit aliquod bonum proprium. 2-2. q. 63 1. c. et 2 ad 2. et q. 100. 5 ad 2. et q. 185. 7 ad 2

Benignitas est idem cum effectu, scilicet habitus benefactivus, et ad loquendum dulciter. 1-2. q. 70. 3. c. et 2-2. q. 80 ad 4.

1 BENEVOLENTIA proprie est

actus voluntatis, quo alteri volumus bonum 2-2. q. 27. 1. c.

2. Benevolentia est tantum ad rationalia. 1. ᵖ q. 20. 2 ad 1.

BESTIA dicitur quasi *vastia*, propter crudelitatem, ut leo, ursus, et hujusmodi. 1. ᵖ q 72 ad 2.

1. BESTIALITAS, sicut secundum Philosophum ponitur extra numerum aliarum malitiarum humanarum, quia humanum modum transcendit, ita a sanctis ponitur extra numerum peccatorum, quæ in ipsis fidelibus inveniuntur, quasi grávius eis. Tamen si ad aliquod de septem capitalibus reduci debeat, poterit ad superbiam reduci secundum deffinitionem Augustini 2-2. q. 154. 11 ad 2.

BIBERE pluries in die licet jejunantibus, nisi fiat in fraudem. 2-2. q. 147 6 ad 2. et ad 3 et 3. ᵖ q. 80. 8 ad 4.

1. BIGAMIA inducens irregularitatem, incurritur quadrupliciter, et impedit omnem ordinem, scilicet cum quis habet plures uxores, de jure successive; cum simul habet plures uxores, unam de jure, et aliam de facto; cum plures habet successive, unam de jure, et aliam de facto; et quando viduam ducit in uxorem. 2-2. q. 108. 4 ad 1.

2. Cum bigamia tollat significationem sacramenti integram, et per consequens significationem conjunctionis Christi cum Ecclesia, quæ est unius ad unam, merito irregularitatem inducit. Suppl. q. 66 1. c.

3. Sive uxorem unam quis habuerit de facto, sive alteram de jure (ubi est quædam sacramenti similitudo), irregularis efficitur, sicque bigamiæ utroque modo, irregularitas annexa est. Suppl. q. 66. 2. o.

4. Ex hoc quod vir uxorem non virginem ducit, irregularis efficitur, non autem ex hoc quod corruptus corruptam ducit Suppl. q. 66. 3. e.

5. Sicut baptismus non tollit conjugium, sic nec bigamiæ irregularitatem tollere potest. Suppl. q. 66. 4. c.

6. Cum irregularitas bigamiæ non sit de jure naturali, sed positivo, potest Papa cum bigamo dispensare, in omnibus ordinibus, Episcopus vero solum in minoribus, nisi in quibusdam casibus. Suppl. q. 66. 5. c.

Bilinguis idem est quod susurro. 2-2. q. 74. 1 ad 3.

1. BLASPHEMIA in communi est attribuere Deo quod ei non convenit, vel detrahere ab eo quod ei convenit. 2-2. q. 13. 1 o.

2. Blasphemia pertinet ad genus infidelitatis, aggravans eam. 2-2. q. 13. 3. c.

3. Blasphemia quælibet semper est peccatum mortale, quando est cum deliberato consensu. 2-2. q 13. 2 o.

4 Blasphemia ex lapsu linguæ est peccatum veniale, si hoc non intendebat. 2-2 q. 13. 2 ad 3.

5. Blasphemia est gravissimum peccatorum omnium. 2-2. q. 13. 3. o. et 3. ᵖ q. 80. 3. c.

6. Blasphemia simpliciter est gravior homicidio et perjurio, sed secundum quid est e converso, scilicet ratione nocumenti. 2-2. q. 13. 3 ad 1 et ad 2.

7. Blasphemia est contra primum vel secundum præceptum Decalogi. 1-2. q. 100. 11. c. et 2-2. q. 13 2 ad 2.

8. Blasphemia ex deliberatione oritur ex superbia, sed ex turbatione, oritur ex ira. 2-2. q. 158. 7. ad 1.

9. Blasphemia in Spiritum sanctum dicitur tripliciter, scilicet dicere contra deitatem, finalis impœnitentia, et peccatum ex malitia. 2-2. q. 14. 1. o.

10. Hæc blasphemia dicitur dupliciter, scilicet contra personam Spiritus sancti, et contra attributum ejus. 2-2 q. 14. 1. 3. c.

11. Blasphemia in Spiritum sanctum potest fieri tripliciter, scilicet corde, ore, et opere. 2-2. q. 13. 1. c. et q. 14. 1. c. ad 1.

12. Ex deliberatione peccare, est peccare in Spiritum sanctum. 2-2. q. 34. 2 ad 1

13. Peccatum ex malitia, id est, ex electione mali, dicitur peccatum in Spiritum sanctum, sed ex ignorantia in Filium, et ex infirmitate, id est, ex passione in Patrem. 2-2. q. 14. 1. 3. c.

14. Non omne peccatum ex malitia, est peccatum in Spiritum sanctum, sed tantum ex malitia quæ est cum contemptu impedientium peccatum. 2-2. q. 14. 1. o. 4. c. et q. 100. 1 ad 2.

15. Non omnis contemptus boni impedientis peccatum est blasphemia in Spiritum sanctum, sed tantum contemptus illorum quæ directe ducunt ad pœnitentiam et remissionem peccatorum. 2-2. q. 105. 2 ad 2.

16. Hoc peccatum est generale ratione habitus, sed est speciale ratione contemptus. 2-2. q. 14. 1 ad 3.

17. Blasphemia in Spiritum sanctum ut speciale peccatum, est contemptus doni, quo homo retrahitur a peccato; non autem est pecatum sequens ex eo. 2-2. q. 118 5 ad 3.

18. Species ejus secundum tertium modum, scilicet ut est peccatum ex malitia, sunt sex, scilicet desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis agnitæ, et invidentia fraternæ gratiæ. 2-2. q 14. 2. o. et q. 36. 4 ad 2.

19. Hoc peccatum esse irremissibile, exponitur tripliciter a doctoribus, scilicet vel quia est finalis impœnitentia, et sic nullo modo remittitur. Vel quia quantum est de se, habet meritum ut non remittatur quantum ad pœnam. Vel quantum ad culpam, inquantum excludit ea, per quæ fit remissio peccatorum. 1.ª q. 64. 2. c. et 2-2. q. 14. 3. o. et q. 118 5 ad 3. et 3.ª q 86. 1 ad 2 et ad 3.

20. Hoc peccatum est desperatum ex parte peccantis non autem ex parte Dei. 2-2. q. 14. 3 c. ad 1.

21. Homo potest primo ante alia peccata habere hoc peccatum, licet raro contingat. 2-2. q. 14. 4. o.

1. BONITAS DEI. Bonitas Dei acquiritur a creatura rationali, tanquam perfectio ejus objectiva: ab aliis autem secundum similitudinem tantum. 1.ª q. 6 1 ad 2. et q 65. 2 c. fin. et 1-2. q 1 8. c

2. Omne bonum est bonum sola similitudine divinæ bonitatis. 1.ª q. 105. 5. c.

3. Nihil divinæ bonitatis participatione omnino caret 1.ª q. 19. 4 ad 1. et q. 23. 4 ad 1.

4. Omnia opera Dei attribuuntur bonitati ejus. 1.ª q. 105. 2 ad 2.

5. Universum perfectius participat et repræsentat bonitatem Dei, quam quæcumque alia creatura. 1.ª q. 15. 2. c et q 47. 1. c. fin. et 2 ad 1.

6. Deum possumus aliqualiter intelligere, non intelligendo bonitatem ejus. non autem intelligendo eum non esse bonum 2-2. q. 2 8 ad 3.

7. Omnia sunt bona bonitate Dei. 1.ª q 6. 4. o. et 2-2. q. 23. 2 ad 1. et q. 27. 3. c.

8. Omnia sunt bona bonitate Dei, ut principio effectivo, exemplari, et finali. 1. q. 6 4 o et 2-2. q. 23. 2 ad 1. et q 27. 3 c.

9. Deus vult quod sua bonitas multiplicetur ex sui similitudine, propter se sicut propter finem operantis, et propter utilitatem creaturæ, sicut propter finem operis 1.ª q. 44. 4. c. ad 3.

10. Quodlibet bonum ex additione alterius, fit melius, præter optimum simplex, ex cujus participatione omnia sunt bona. 1-2 q. 34. 3 ad 2

11. Differentia triplex bonitatis Dei, et creaturarum, scilicet quia

solius Dei essentia est suum esse, et ei non adveniunt aliqua accidentia, et ad nihil aliud ordinatur sicut ad finem. 1.ª q. 6. 3 c.

12. Per hoc quod Deus creavit omnia ut essent, non excluditur quin creaverit omnia, propter suam bonitatem 1.ª q 65. 2 ad 1. fin.

13. Quodlibet bonum creatum, est bonum particulare, sed solus Deus est bonum universale. 1.ª q. 65. 1 ad 2. et q. 103. 2. c. et q. 105 4. c et q. 106. 2. c. et 1-2. q 2. 7 8. c. et q 9. 6 c.

14 Deus est sua bonitas essentialiter. 1.ª q. 3 2. c. et q 6 3. o. et q. 20. 1 ad 3. et q 49 3 c et q 62. 8. c. ad 2. et q. 100. 2 c. et q. 103. 2. c et 1-2 q. 4 4. c. et 2-2. q 19. 1. c. et q 23 2 ad 1. et q. 24. 11 c. fin. et q. 27 3. 4. c. et q. 34. 1. c. ad 1. et 1.ª q. 1. 1. c et q. 20. 1. c.

15. Deus est vere, et proprie bonus. 1.ª q. 6. 1. o

16. Deus est summum bonum. 1.ª q 6 1 ad 2 et 2. o.

17 In omni bono, summum bonum, scilicet Deus desideratur. 1.ª q. 6. 1 ad 1.

18. Habere speciem, modum, et ordinem, non est de ratione boni increati, nisi sicut in causa. 1.ª q. 6. 1 ad 1

19. Bonum duplex, scilicet absolute, id est, cujus bonitas esset alio creato non existente, ut supposita, et ad aliud, id est, cujus bonitas non esset, sine alio creato, ut materia et accidentia. 1-2. q 18 4. c.

20. Bonum duplex, scilicet commutabile et incommutabile. 2-2. q. 21. 1 ad 3 et 3.ª q. 86. 4 ad 1. et 5 c.

21. Bonum duplex, scilicet subsistens, ut personæ, et inhærens ut accidentia. 1-2. q. 26. 4. c. et 3.ª q 11. 5 ad 3

22. Bonum simpliciter, dicitur dupliciter, scilicet absolute, et universaliter 2-2. q 58 10 ad 2.

23. Quod est bonum ex suppositione, debet bonum judicari. 1-2. q. 39. 1. c

24. Bonum particulare duplex, scilicet verum, id est, ordinabile ad principale bonum, scilicet ad ultimum finem, et falsum, sed apparens, quod abducit finali bono. 2-2. q. 23. 7. c. et q. 45 1 ad 1.

25. Bonum triplex, scilicet honestum, utile, et delectabile. 1.ª q. 5. 6. o. et 12. q 99. 5. c. et 2-2 q 45. 3. o.

26. Bonum duplex, scilicet propter se, id est, honestum, et propter aliud, id est, utile. 1-2 q 8. 2. 3 o. et 2-2 q. 25. 7. c.

27. Divisio boni est analogi, quia primo convenit honesto, secundo delectabili, tertio vero utili. 1.ª q 5. 6 ad 3. et 1-2 q. 8. 2 ad 2. et 3 ad 4.

28. QUID. Bonum importat relationem rationis ad appetitum. 1.ª q. 5. 1. c. ad 1. et 3 ad 1. et q. 16. 1. 3. c.

29 Bonum consistit in hoc quod sit aliquid appetibile 1.ª q. 5. 1. c. ad 1. et 3. c. ad 1. et 5. c. et q. 6. 1. c. et 2 ad 2. et q. 16. 3. 4. c. et q. 19. 9. c et q. 48. 1 c et 1-2. q. 22. 1. c.

30. Bonum et pulchrum fundantur super eamdem rem, scilicet formam. Sed bonum respicit appetitum, pulchrum vero vim cognitivam. 1.ª q. 5. 4 ad 1.

31. Bonum est diffusivum suiipsius, ut finis; non autem ut efficiens. 1.ª q. 5. 4 ad 2.

32. Bonum dicit rationem perfecti, et ultimi. 1.ª q. 5. 1. c. ad 1. et 3 c. ad 1. et 5. c. ad 1. et q. 6 3. c et q. 16. 3. 4. c. et 1-2. q. 52. 1. c.

33. Bonum consistit principaliter et per se in perfectione et actu. 1.ª q. 48. 5. 6. c. et q. 49. 1. c.

34. In bonis simpliciter, et absolute, et secundum naturam suam, po-

test esse medium et extrema, scilicet superfluum et diminutum, non autem in bonis simpliciter, id est, universaliter. 2-2. q. 58 10 ad 2.

35. Non tantum finis, sed etiam quæ sunt ad finem, ex ipso ordine habent rationem boni. 2-2. q. 33. 6 ad 3.

36. Bonum habet rationem causæ finalis 1.ª q. 5 2 ad 1. et ad 2. et 4. o. et q. 48. 1 ad 2.

37. Bonum omnium mensuratorum et regulatorum consistit in attingendo suam regulam. 1-2. q. 19. 9. c. et q. 64. 1. 3 c. et q. 71. 6. c. et 2-2. q. 17. 1. c. et q. 23. 3. 6. c. et q. 27. 6. c. et q. 58. 3. c.

38. Ens. Ratio boni, primo præsupponit formam, per quam est ens; secundo virtutem effectivam, qua est perfectum. 1.ª q. 5. 4. c.

39. Omne ens est bonum, et e converso. 1.ª q. 5. 3 o. et q. 17. 4 ad 2. et q. 49. 1. 3. c et 1-2. q. 18, 1. c. et 3 ad 3.

40. Omne ens est bonum, inquantum est perfectum, et in actu. 1.ª q 5. 1. o. et q. 48. 1. c. et 1-2. q. 18. 1. 2. 3. 4. c.

41. Omne ens sicut est bonum, sic est appetibile 1.ª q. 5. 1. c.

42. Bonum secundum rationem finis est prius ente, sed e converso secundum rationem formæ et simpliciter. 1.ª q. 5. 2. o. et 3 ad 4. et 4. c.

43. Bonum est communius ente, secundum causalitatem. 1.ª q. 5. 4 ad 2.

44. Bonum simpliciter dicitur secundum perfectionem ultimam, et bonum secundum quid, secundum perfectionem essentialem et primam, sed ens e converso. 1.ª q. 5 1 ad 2. et 1-2. q. 18. 1. c.

45. Materia est bona simpliciter, licet sit ens secundum quid. 1.ª q. 48. 3. c. et q, 49. 2. c.

46. Materia non est ens, nec bona, nisi in potentia. 1.ª q. 5. 3 ad 3.

47. In mathematicis non est bonum, quia non sunt separata secundum esse. 1.ª q. 5. 3 ad 4.

48. Bonum, et ens, et alia transcendentia convertuntur secundum supposita, non autem secundum rationem. 1.ª q. 5 1. o. et q. 11. 1. o et q. 16 3. o. et 4. c. et q 17. 4. ad 2. et q. 54. 2. c. et q. 59, 2 ad 3. et 1-2. q. 29. 5. c. et 2-2. q. 109 2 ad 1. et 3.ª q. 10. 3. c.

49. Unitas pertinet ad rationem bonitatis. 1.ª q. 103. 3. c et 1-2. q. 36. 3. o.

50 Bonum, verum, et unum, habent contraria, quia fundantur in ente, non autem ens, quia in nullo fundatur 1.ª q 17. 4. o

51. Verum. Verum significat rationem boni. 1.ª q 82. 3 ad 1.

52. Bonum et verum mutuo se includunt. 1.ª q. 16. 4 ad 1. et q 50. 2 ad 3. et q. 59. 2 ad 3. et q. 79 11. ad 2. et q. 82. 3 ad 1. et4 ad 1. et q. 87. 4 ad 2. et 1-2. q 9. a1. c. ad 3. et 2-2. q 109 2 ad 1.

53 Bonum est prius vero secundum appetitum, secundum rationem autem et simpliciter est e converso. 1.ª q 16. 4 o.

54. Verum est simplicius, abstractius, et absolutius bono, et propinquius enti. 1.ª q. 16. 4. c et q 82. 3. c.

55 Verum est in anina, sed bonum est in rebus. 1.ª q. 16. 1. o. et q. 82. 3. c.

56 Ratio veri est eadem in omnibus moralibus, non autem ratio boni. 1-2 q. 60. 1 ad 1.

57. Bonum est primum cadens in apprehensione rationis practicæ. 1-2. q. 94. 2. c.

58 Sicut bonum nominat illud, in quod tendit appetitus, ita verum nominat illud, in quod tendit intellectus. 1.ª q. 16. 1. 3. c.

59. Verum est bonum intellectus, et falsum est malum ejus. 1.2 q. 55. 4. c. et q 57. 2 ad 3. et q 64. 3. c. et 2-2. q. 13 ad 1. et q. 4. 5. c. ad 1.

60. Bonum est fortius malo. 1-2 q. 60. 5 ad 4.

61. Bonum difficilius constituitur quam malum 1-2. q. 18. 4 ad 3. et q. 19. 6 ad 1. et 7 ad 3. et q. 20. 2. o. et q. 35. 8 ad 1. et q. 71. 4 ad 2. et 5 ad 1. et 2-2. q. 79. 3 ad 4. et q 110. 3. c.

62. In omni malo est aliquid boni. 1.ª q. 49. 3. c et q. 103. 7 ad 1. et q. 109. 1 ad 1. et 1-2. q. 18. 1. c. ad 1. et q. 35. 6. c. et q. 73. 2. c. fin. et 2-2. q. 172. 6. c.

63. Bonum et virtus transumptive dicitur, etiam in malis, sicut dicitur bonus latro. 1-2. q. 85. 3 ad 1. et q 92 1. c. et 2-2. q. 45. 1 ad 1. et q. 47 13. c. et q. 92. 1 ad 1.

64. Omne malum fundatur in aliquo bono. 1.ª q. 103. 7 ad 1.

65. Bonum et malum ex genere sunt respectu objecti. 1-2. q. 18 2. o.

66. Illud quod est secundum se malum ex genere, non potest esse bonum et licitum 2-2. q. 110. 3. c.

67. Malum aliquando dicitur contra ex genere quia non privatur totum bonum, sed aliquid de bono remanet. 2-2. q. 33. 5. c. princ.

68. Non omnis carentia boni est malum, sed tantum debiti. 1.ª q. 48. 2 ad 1. et 3. c. ad 2. et 5 ad 1. et q. 49. 1. c.

69. Subjectum cujuslibet mali est bonum deficiens, id est in potentia. 1.ª q. 11. 2 ad 1. et q. 17. 4 ad 2. et q. 48. 3. o. et q. 49. 1. c. et 5. c. et q. 103. 7 ad 1.

70. Bonum est naturaliter prius malo. 1-2 q, 25. 2. o.

71. Bonum est causa mali, per accidens tantum. 1.ª q. 49. 1. o. et 3. c. et 1-2. q. 75. 1. o.

72. Causa mali non est nisi bonum deficiens. 1-2. q. 18. 1 ad 1.

73. Bonum et malum per accidens, id est in concreto, contrariantur, sed per se, id est, in abstracto, opponuntur privative. 1.ª q 48. 1 ad 3. et 2 ad 1 et ad 2.

74. Bonum et malum dicuntur contraria, et sunt genera, id est, generales conditiones omnium contrariorum. 1.ª q. 48. 1 ad 1.

75. Summum malum non contrariatur summo bono secundum rem, sed secundum vocem. 1.ª q. 39. 3 ad 2.

76. Nullum malum opponitur summo bono contrarie, nec privative, nisi indirecte, id est secundum rationem communem boni. 1.ª q. 17. 4 ad 3. et q. 49 3 ad 2.

77. Mala esse et fieri, non est bonum simpliciter, sed tantum per accidens, inquantum sunt occasio bonorum. 1.ª q. 19. 9 o.

78. Malum tollit totum bonum sibi oppositum, et minuit habilitatem, non autem tollit subjectum ejus. 1.ª q. 48. 4. o. et 1-2. q. 85. 1. 2. 4. o. et q. 93. 6 ad 2.

79 Malum corrumpit bonum sibi oppositum formaliter et privative, non autem effective. 1.ª q. 48. 1 ad 4. et q. 49. 3. c. et 1-2. q. 85. 1 ad 4.

80. Inter bonum et malum civile, vel ad alterum, est medium, non autem absolute. 1.ª q. 48. 1 ad 3. et 1-2. q. 18. 8 ad 1.

81. Bonitas creaturæ non est ejus essentia 1.ª q. 6. 3 ad 3.

82. Nulla creatura est bona per essentiam 1.ª q. 6. 3. o. et q. 103. 2. c. et 1-2. q. 2. 8. c. et q. 9. 6. c.

83. Maximum bonum in creaturis est bonum ordinis universi. 1.ª q. 22. 4. c. et q. 25. 6 ad 3. et q. 47. 2. c. et q. 49 2. c. et q 50. 3 c. fin. et 2-2. q. 122. 2. c.

84. Cujuslibet creaturæ secundum se consideratæ, duplex est bonitas, scilicet essentialis et accidentalis. 1.ª q. 25. 6. c.

85. Creatura ex esse vel essentia, est bona secundum quid, sed ex accidentibus, est bona simpliciter. 1.ª q. 5. 1 ad 1.

86. Ipsum universum, et quælibet creatura, potest esse melior quam sit, bonitate accidentali, non autem essentiali. 1.ª q. 25. 6. o.

87. Qualibet re creata, potest esse alia res creata melior, bonitate essentiali, et accidentali 1. ᵖ q. 25. 6. o.

88. Bonum cujuslibet creaturæ consistit in specie, modo, et ordine. 1. ᵖ q. 5. 5. o. et q. 6. 1 ad 1 et 1-2 q. 63. 2 ad 3. et q. 85. 4. o et 2-2. q. 19. 11. c. et q. 27. 6 ad 1. et q. 109. 2. c. ad 3 et q. 114. 1. c.

89 Hominis. Homo dicitur bonus simpliciter, secundum voluntatem, quia ipsa imperat cuilibet potentiæ. Secundum quid autem per intellectum, vel alias potentias. 1. ᵖ q. 4. 5 ad 3. et q. 48. 6. c. et 1-2. q 34. 4 c et q. 56. 3. c. q 66. 3 ad 2.

90. Bonum hominis, ut est homo, est bonum secundum rationem, non autem secundum sensum. 1. ᵖ q. 49. 3 ad 5. et 1-2. q. 71. 2 c. et 2-2. q. 123. 1. 2. c. et q 129. 3. c. et q. 141. 1. 6. c.

91. Bonum hominis consistit principaliter in actibus interioribus 2-2. q. 27. 6 ad 3. et q. 30. 4. o.

92. Bonum hominis consistit in conjunctione ejus ad Deum, 1-2. q. 98 5 ad 2. et 2-2 q. 27 6 ad 3. et q. 30 4. o. et q. 186. 1. c.

93. Totum bonum hominis consistit in subjectione ejus ad Deum. 2-2. q. 19. 11 c. et q. 81. 7. c. et q. 104. 4 ad 2.

94 Omnes homines appetunt unum bonum formaliter, non autem materialiter. 1-2. q. 1. 7. o.

95. Homo naturaliter in bonum tendit. 2-2. q. 34. 5. o.

96. Bonum cujuslibet virtutis est conveniens homini secundum rationem, ideo convenit ei naturaliter. 1-2. q. 54. 3. c.

97. Impossibile est quod aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono communi 1-2. q. 92. 1 ad 3.

98. Qui quærit bonum commune, quærit proprium, quia bonum proprium non potest esse sine communi; et bona dispositio partis est in respectu ad totum. 2-2. q. 47. 10 ad 2. et q. 61. 1 ad 3.

99. Omne bonum creatum est minus bono hominis objectivo, non autem intrinseco, et inhærenti. 1-2. q. 2. 8 ad 3.

100 Bonum animæ est melius bono corporis, et hoc, bonis exterioribus, et bonum vitæ contemplativæ, bono activæ. 1-2. q. 2. 5. c. et 2-2. q. 104. 3. c et q. 152. 2. 4. c.

101. Bonum multitudinis est majus quam bonum unius qui est de multitudine, non autem quam bonum unius extrinsecum, ad quod multitudo ordinatur. 2-2. q. 39. 2 ad 2.

102. In spiritualibus bonis debet homo semper sibi magis providere quam aliis, sed in temporalibus, laudabiliter liberalis facit e converso. 2-2. q. 117. 1 ad 1.

103. Bonum hominis triplex, scilicet animæ, corporis, et exterius. 1-2 q. 84. 4. c. et 2-2. q. 73 3. c. et q 85. 3 ad 2. et q. 104. 3. c. et q. 118. 5. c. et q. 152. 2. 4. c. et q. 186 7. c.

104. Bonum hominis duplex, scilicet simpliciter, id est, ultimus finis ejus, et omnia ducentia in eum, et bonum secundum quid, id est, ut nunc, vel secundum aliquid bonum. 1-2. q. 114. 10. c. et 2-2. q. 23. 7. c.

105. Bona hominis triplicia, scilicet minima, ut bona fortunæ, media, id est, naturalia, et magna, id est, habitus virtuosi. Et eorum triplex est fructus, scilicet fructus honestæ conversationis, sacræ devotionis, et jucundæ pietatis. 1-2 q. 85. 4. c. et 2-2. q 108 4. c. et 118 5.

106. In bonis corporis hominis tria sunt per ordinem, scilicet integritas corporis, quies et delectatio sensus, et usus membrorum. Primum tollitur per occisionem vel mutilationem, secundum per verbera, tertium per carcerem. 2-2. q. 65. 3. c.

107. Bonum unius hominis continuatur alteri dupliciter scilicet per charitatem, et per intentionem facientis. 3. ᵖ q. 82. 6. ad 3.

108. Bonum naturæ hominis tri-

plex, scilicet principia naturæ cum proprietatibus ejus, inclinatio ad virtutes, et originalis justitia. Tertium totaliter tollitur per peccatum. Secundum minuitur, primum autem integrum manet 1-2. q. 85. 1 2. 4. o et q. 93 6. ad 2. et 2-2. q. 10. 4. c et q 23. 7 ad 1. et q. 33. 5. c.

109. Bonum proportionatum communi statui naturæ est ut in pluribus; excedens vero ut in paucioribus; defectus autem e converso. 1.ª q. 23. 7 ad 3.

110. Bona ecclesiastica debent dividi in quatuor partes, quarum una debetur episcopo, alia fabricæ, tertia pauperibus, et quarta beneficiato. 2-2. q. 185. 7. c.

111. In necessitate non debent emi possessiones de bonis ecclesiasticis, nec in thesauris reponi. 2-2. q. 175. 7 ad 4.

112 Episcopi et alii clerici habent verum dominium bonorum propriorum, non autem ecclesiasticorum, sed tantum sunt dispensatores. 2-2. q. 63. 2 ad 1. et q. 119. 3 ad 1. et q. 185 7. c.

113. Episcopi et clerici possunt disponere de sua quarta, sicut de bonis propriis. 2-2. q. 185. 7. c.

114. Episcopi et clerici possunt dare moderate suis consanguineis de bonis ecclesiasticis, in suum usum deputatis 2-2. q. 185. 5. 7 ad 2.

115. Episcopi et clerici peccant, si in articulo necessitatis possunt vivere de patrimonio, et vivant de bonis ecclesiasticis 2-2 q. 185. 7 ad 3. et q. 187. 4 ad 1.

116. Si episcopi vel clerici retinent sibi de bonis ecclesiasticis divisis vel indivisis, notabiliter ultra quartam, peccant mortaliter. 2-2 q. 185. 7. c.

117. Prælatus tripliciter surripit bona Ecclesiæ, et tenetur restituere, scilicet si rem Ecclesiæ non sibi deputatam, sed alteri, sibi usurparet, puta si episcopus usurparet sibi rem capituli, si rem Ecclesiæ suæ custodiæ deputatam, in alterius dominium transferat, puta consanguinei vel amici; et si solo animo surriperet, dum scilicet incepit habere animum possidendi eam ut suam, et non nomine Ecclesiæ 2-2. q. 62. 5 ad 5. et q. 185. 7. c.

118. Male dispensans bona hospitalis, tenetur restituere, non autem dispensans bona beneficii, quoad suam portionem, sed tenetur pœnitere. 2 2 q 62 5 ad 5 et q. 185. 7. c. principio.

119. Bona temporalia, quasi nihil sunt, respectu futurorum. 2 2. q. 36. 2. c fin.

120. Bona temporalia, secundum se sunt bona, secundum quid; sed ut ducunt ad beatitudinem, sunt bona simpliciter. 1-2. q. 114. 10. c.

121. Bona exteriora, ut divitiæ et honores, sunt bona simpliciter, id est absolute et secundum naturam suam; non tamen omnibus modis; et circa hæc est justitia, sed virtutes sunt bona simpliciter, id est, universaliter. 2-2 q 58. 10 ad 2.

122. Exteriora bona sunt bona instrumentaliter. Non autem principaliter, licet secundum stoicos sint nulla 1-2. q. 59. 3. c. et 2-2. q. 58. 10 ad 2. et q 125. 4 ad 3 et 3.ª q. 15 6 ad 2.

123. Bona temporalia non sunt præmia virtutum, nec subtractio eorum est pœna peccati principaliter. 1-2. q. 87. 7. c. ad 2. et q. 108. 3 ad 4

124 Bona temporalia sunt ejus cui Deus concedit, quoad proprietatem, sed quoad usum sunt etiam aliorum 2-2. q. 32. 5 ad 2.

125. Deus dat justis tantum de bonis et malis temporalibus, quantum expedit eis ad beatitudinem. 1-2. q. 87. 7 ad 2. et q. 114. 10. c.

126. Deus dat malis bona temporalia, et bonis mala temporalia, ut eis reservet majora, id est, æterna. 1-2 q. 87. 7 ad 2.

127. Bona temporalia dantur indignis a Deo ad correptionem, vel ad damnationem eorum. 1-2 q. 87. 7 ad 2. et 2-2. q 36. 2. c. fin.

128. Omnia temporalia bona et mala æqualiter eveniunt bonis et malis, quoad substantiam, non autem quoad finem. 1-2. q. 114. 10 ad 4.

129. Temporalia nullius momenti sunt, respectu spiritualium. 1-2. q. 2. 6. c. fin. et q. 87. 7 ad 2. et 2-2. q. 36. 2. c. fin.

130. Bona spiritualia satiant in perpetuum, non autem temporalia, quia temporalia paulatim sumuntur et corrumpuntur. 1-2. q. 31. 5. et q. 32. 2. c. fin.

131. Bona temporalia non habita appetuntur, sed habita fastidiunt, spiritualia vero e converso. 1-2. q. 2. 1 ad 3. et q. 32. 2. c. fin. et q. 33. 2. o.

132. Bona spiritualia non sapiunt habentibus affectum infectum amore delectationum corporalium, et præcipue venerearum. 2-2. q 20. 4. c. et q. 46 2. c.

133. Bona spiritualia possunt simul a multis integre possideri, non autem corporalia. 1-2. q. 28. 4 ad 2. et 3.^{m} q. 23. 1 ad 3.

134. Bonorum corporalium promissiones in veteri lege fuerunt figuræ spiritualium in nova lege. 1-2. q. 114. 10 ad 1.

135. Bonum morale præcipue consistit in conversione ad Deum, et malum in aversione. 2-2. q. 19. 2 ad 2.

136. Bonum et malum speciali modo, scilicet morale, invenitur in habentibus electionem. 1.^{m} q. 48. 5. c.

137. Bonum in naturalibus et moralibus duplex, scilicet essentiale et accidentale. 1-2. q. 18. 3 ad 3.

138. Omne bonum honestum vel utile est bonum morale, non autem omne delectabile est bonum moraliter, quia illa dicuntur secundum rationem, illud autem secundum appetitum. 1-2. q. 34. 2 ad 1.

139. Boni mores dicuntur, qui rationi congruunt; mali vero, qui a ratione discordant. 1-2. q. 100. 1. c.

140. Bonum non contrariatur bono in moralibus, sed tantum in aliis. 1-2. q. 31. 8 ad 1.

141. Virtus est bona seipsa, non autem per aliam bonitatem. 1-2. q. 55. 4. 1.

142 Bonum quod ponitur in diffinitione virtutis non est bonum transcendens, sed bonum rationis. 1-2. q. 54. 3 ad 2 et q. 55. 4 ad 2.

143. Ad bonum operandum requiritur virtus moralis inclinans, et prudentia dirigens. 1-2. q 113. 1 ad 2.

144 Actus exterior addit ad bonitatem vel malitiam, ex objecto vel circunstantiis, actui voluntatis, non autem ex fine, nisi actus voluntatis fiat melior vel pejor tripliciter, scilicet secundum numerum, extensive vel intensive. 1-2. q 20 4. o. et q. 21. 3. c et 2-2. q. 76. 4. ad 2.

145. Eadem bonitas vel malitia ex fine est actus exterioris, et actus voluntatis, non autem aliæ. 1-2. q. 20 3. o et 4 ad 2

146. Tota bonitas vel malitia actus exterioris ex fine est ex actu voluntatis, non autem aliæ, sed e converso. 1-2. q. 20. 2. o

147. Bonitas et malitia ex fine prius est in actu voluntatis quam in actu exteriori. Similiter quæ est ex objecto vel circumstantiis, ut est in executione operis. Sed ut est in ordinatione et apprehensione rationis, est e converso. 1-2 q 20. 1. o.

Bos habet quinque utilitates, scilicet, quia immolatur, arat, comeditur, lac et corium dat. Ideo furans reddebat quinque pro uno. 1-2. q 105. 2 ad 9.

Brachium significat potentiam operativum, quæ tripliciter impeditur, scilicet a Deo, a diabolo, et ab utroque. 1.^{m} q 100. 10 ad 3.

Bubo nocte pastum quærit. Ideo

significat luxuriosos, qui delectari quærunt in nocturnis operibus quæ agunt 1-2. q. 102. 6 ad 1. co 3.

BUCELLA quam porrexit Christus Judæ, non fuit corpus Christi, sed purus panis. 3. ᵖ q 81. 2 ad 3.

C.

CADERE non permittit Deus aliquos, nisi alios erigat 1. ᵖ q 23. 6 ad 1.

CAIN. Reprobatur verbum Cain dicentis: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear*, quia misericordia Dei peccantibus per pœnitentiam veniam præbet, absque ullo termino 3. ᵖ q. 84. 10. c. fin.

1. CALIX debet esse de auro, vel argento vel stanno. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 6.
2. Sicut non potest facere aliquis Ecclesiæ prælatus, quod calix consecratus desinat esse consecratus si maneat integer; sic multo minus potest facere, ut homo Deo consecratus, quamdiu vivit, consecratus esse desistat, et quod ille qui profesus est religionem, non sit religiosus. 2-2. q. 88. 11. c.

1. CALOR SI subsisteret, ita calefaceret, sicut nunc inhærens. 1. ᵖ q. 56. 1. c.
2. Calor naturalis agit in virtute animæ, ut instrumentum ejus. 1. ᵖ q 115. 1 ad 5. et q. 118. 1 ad 5
3. Calor naturalis digerendo generat pinguedinem quæ ipsum conservat, quasi ejus nutrimentum. 2-2. q 82 2 ad 2.
4 Calor disponens ad formam ignis manet post adventum ejus, non quidem idem numero, sed idem specie, quia non est idem subjectum ejus. 3 ᵖ q. 7. 13 ad 2. et q. 9. 3 ad 2.
5. Ignis quantumcumque calidus non calefaceret, nisi esset motus cœli. 1-2. q 109. 1. c.
6 Calor et aliæ qualitates tangibiles erunt in corpore glorioso ex natura sua, quæ non erunt reductæ ad medium rei, secundum æquidistantiam ab extremis acceptum, sed ad medium proportionis, secundum quod competit optimæ complexioni humanæ in singulis partibus. Et ideo tactus illorum corporum est delectabilissimus; quia potentia semper delectatur in convenienti, et tristatur in excessu 3 ᵖ q 54. 2 ad 1. et ad 2
7. Virtus in semine agit per triplicem calorem, scilicet animalis, elementi, et cœli. 1. ᵖ q. 118. 3 ad 3.

CALVARIÆ locus dicitur communis locus decollatorum, non autem a capite Adæ ibi sepulti. 3. ᵖ q 46. 10 ad 3.

1. CALUMNIA est falsa et malitiosa impositio criminis. 2-2. q. 68. 3. c. ad 1.
2 Calumnia est defensio criminis, per fraudes, dolos, et mendacia. 2-2. q. 69. 2. 3. c.

Campsoria ars utitur de se numismate ad debitum et idoneum usum, et ratio est, quia illud plus quod accipitur a campsoribus in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ quæ de se non parit pecuniam, seu de se est invendibilis, sed ad vitandum damnum, sive ratione periculi vel interesse, ut subveniatur salariis pensionum domorum, ministrorumque, et laboribus et expensis, in arte necessaria et licita, ne frustra ponant operam et sudorem suum ad utilitatem aliorum. 2-2. q. 78 2 ad 4.

1. CANIS in veteri lege non offerebatur, quia erat animal immundum. Nec redimebatur, quia eo utebantur idololatræ in suis sacrificiis. Et significat rapacitatem. de qua non licet fieri oblatio. Sed alia animalia im-

munda redimebantur 1-2. q. 102. 3 ad 7 et 2 2. q. 86. 3 ad 2.

2. Canis videtur uti syllogismo divisivo. 1-2. q. 13. 2. ar 3 ad 3.

CANONICUS regularis potest transire ad religionem monachorum, et non e converso, nisi sint laici. 2-2. q 189. 8 ad 2

1 CANTUS, et laus vocalis erit in beatis post resurrectionem 2-2 q. 13. 4. c.

2. Cantus, et laus vocalis Dei, salubriter fit in ecclesia, ad devotionem excitandam 2-2 q 91. o

3. Cantus theatricus, vel aliquod aliud artificiale organum in ecclesia ad delectationem, vel ostentationem, improbatur. 1-2 q 91 2 ad 2 et ad 4.

4 Diaconi et prælati non debent cantibus insistere, sed prædicationi, doctrinæ, et eleemosynis 2-2 q 91 3 ad 3.

CAPACITAS duplex, scilicet naturalis potentiæ, et obedientialis Prima semper impletur secundum genus singulorum, et non secundum quodlibet individuum; secunda vero neutro modo. 3.ª q. 1 3 ad 3

1. CAPITALE vitium dicitur a capite membro, quia pœna capitis punitur; vel quia est causa finalis per se multorum. 1-2. q 84. 3. 4 o. et 2-2. q. 34. 5. c. et q 35. 4. c. et q 118. 7 8. c. et q. 148 5 c. et q 153. 4. o. et q. 158 6 c. ad 2.

2. Capitalia dicuntur, quia ut in pluribus, alia oriuntur ex eis, licet quandoque aliquod vitium ex bono oriatur, per abusum ut ex objecto, non autem ut ex principio. 2-2. q 55 4 ad 1

3. Vitia capitalia dicuntur a fine proprio, non quidem omnium, sed eorum ex quibus sæpius alia oriuntur non autem ab ultimo. 2-2. q. 34. 5 c et q. 35. 4. c. et q 36. 4 ad 1.

4. DIVISIO. Vitia capitalia sunt tantum septem, ad quæ omnia alia reducuntur, scilicet vana gloria, accidia, invidia, ira, avaritia, gula, et luxuria 1-2 q 84. 4. o

CAPITULUM. Prælatus præest in capitulo, sicut judex in foro judiciali 2-2. q. 33. 7 ad 1.

1 CAPUT naturale habet tria respectu aliorum membrorum, scilicet ordinem, perfectionem, et virtutem influendi 3 ª q. 8. 1. 8. c

2. Caput significat multa, secundum similitudines ad multas proprietates ejus. 1-2 q 84. 3. 4. o. et 3. ª q. 8 1. 8 c.

3. Omnes operationes animales a capite principium habent. 3. ª q. 8. 1 c.

4. Caput influit in alia membra dupliciter, scilicet intra et extra, gubernando actiones exteriores, 3 ª q. 8. 6. 7. c.

5 In capite vigent omnes sensus; in cæteris vero membris est tantum unus sensus, scilicet tactus, 3 ª q. 8. 1 c. et q 66 7 ad 3

1. CHARACTER non est proprie in genere, nec in specie, sed reductive, sicut ens incompletum, quia est potentia instrumentalis 3 ª q. 63 2 c. fin.

2. Character est in secunda specie qualitatis 3 ª q. 63 2. o.

3 Diffinitio triplex characteris. 3 ª q 63. 3 5. o. et q. 72. 5. c.

4. Character est potentia qua renati in vitam spiritualem possunt facere operationes similes virtutibus, quibus sacramenta efficaciam habent. 3. ª q 72 5. c.

5. Character est duplex, scilicet potentia activa, et passiva. 3 ª q 63. 2. c.

6. Character est sacramentum, et res sacramenti. 3. ª q 63. 3 ad 2. et 6 ad 3. et q. 66. 1 c. et c. et 12 ad 1.

7. Character habet rationem signi, ratione sacramenti sensibilis, et ratio-

ne configurationis. 3.ª q 63. 1 ad 2. et 2 ad 4.

8. Character est participatio sacerdotii Christi. 3.ª q 63. 3. 5. c. et q 65 3 ad 3.

9. SUBJECTUM Character est subjective in anima, sicut virtus instrumentalis. 3.ª q. 50. 4 ad 3 et q 63. 2. c. et 5 ad 1. et ad 2. et q. 64. 1. c.

10. Character est subjective in potentia animæ, et non immediate in essentia animæ. 3.ª q. 63. 4. o.

11. Character est principaliter in potentia intellectiva, et secundario in affectiva 3.ª q. 63 4 ad 3 et 5 c.

12. Character semper manet, etiam in damnatis, quia est indelebilis. 3.ª q. 50 4 ad 3. et q. 63. 2. c et 5. o. et q 64. o. ad 3. et q. 66. 9. c. et q. 82. 8. c.

13. Christus nullum habuit characterem 3.ª q 63 5. 6. c.

14. Christus est character Patris 3.ª q 63 1 ad 2.

15 COMPARATIO. Non habens characterem baptismi nullum alium recipere potest, quia ille præsupponitur de necessitate ab omni alio 3.ª q. 72. 6. o.

16. Character baptismi est alius a charactere confirmationis et ordinis, quia sunt ad distinctos actus. 3.ª q. 72. 5. c.

17. Character baptismi est potentia passiva, sed character confirmationis et ordinis est potentia activa. 4.ª q 63. 3. c.

18 Character est a tota Trinitate, sed appropriatur Filio. 3.ª q. 64. 1. c.

19 Character sacramentalis est proprie character Christi, tanquam ducis, quo configurantur fideles sacerdotio Christi 3.ª q 63 3. o.

20 Character secundum omnes imprimitur in quibusdam sacramentis 3.ª q. 63. 1. o.

21. Character imprimitur solum in sacramentis novæ legis. 3.ª q. 62. 6 ad 3. et q. 63 1 ad 3. et 2. c.

22. Character imprimitur solum in tribus sacramentis, scilicet baptismo, confirmatione, et ordine 3.ª q. 63 6 o et q. 72 5. o. et q. 80 10 ad 1.

23 Character est causa gratiæ sacramentalis 3.ª q. 63. 2. o et q. 69. 10 c

24 Per characterem deputantur fideles ad actus convenientes præsenti Ecclesiæ, per prædestinationem vero ad præmium vitæ æternæ. 3.ª q 63. 1 ad 1. et 2 c.

25. Character bestiæ est obstinata malitia, vel professio illiciti cultus. 3.ª q. 63 3 ad 3.

CHARADRION est avis garrula, ideo significat loquaces. 1-2. q. 102 6 ad 1. fin.

1. CHARITAS est accidens 2-2. q. 23. 3 ad 3

2. Charitas est habitus in anima creatus, contra Magistrum sententiarum 2-2 q 23. 2. o.

3 Charitas est virtus. 2-2. q. 23. 3. o. et q. 27. 1. c.

4 Charitas potest dici virtus generalis. 2-2. q 58. 6. c et 3.ª q. 85. 2 ad 1.

5. Charitas potest dici virtus generalis, inquantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum divinum. Sed ut respicit bonum divinum ut proprium objectum, est virtus specialis 2-2. q 58. 6. c et 3.ª q 85 2 ad 1.

6. Charitas est amicitia. 1-2. q 65. 5 c. et q 66. 6 ad 2. et 2-2 q. 23 1. o. et q 24. 2. c.

7. Charitas est radix omnium virtutum 1-2. q. 62 4 c. et q. 65. 5 ad 2. et q 71. 4. c. et q. 84. 1 ad 1. et 2-2. q. 23 8 ad 2. et q 139. 2 ad 2.

8 Charitas est mater omnium virtutum. 1-2. q. 62. 4. c. et 2-2. q. 23. 8 ad 3. et q. 186. 7 ad 1.

9. Charitas est forma omnium virtutum. 1-2. q. 62. 4. c. et 2-2. q. 4. 3 o. et q. 23. 8. o. et q. 24. 12 ad 4.

10. Charitas qua formaliter diligimus, est quædam participatio divinæ charitatis, quæ Deus est. 2-2. q. 23. 2 ad 1. et 3 ad 3. et q. 24. 2 ad 1. et 7. c.

11. Charitas est amor Dei, non qualiscumque, sed quo diligitur Deus, ut beatitudinis objectum. 1-2. q 65. 5 ad 1, et q 109. 3 ad 1 et ad 3. et q. 103. 3 ad 1 et ad 3. et 2-2. q. 23. 4. c.

12. Charitas non potest esse informis. 2-2. q. 24. 12 ad 4. et q. 45. 4. c. et q. 136. 3. c. et 3 ᵖ q. 79. 1. c. fin.

13. Actus charitatis duplex, scilicet elicitus et imperatus. 3.ᵖ q 85 2 ad 1.

14. Motus mentis humanæ in fruitione Dei, in qua consistit vita æterna, est actus charitatis 1-2. q. 114 4. c.

15. Objectum charitatis proprium et principale et formale, est bonitas summa, id est, Dei 2-2. q. 4. 3. 2. et q. 13 2. c. et q 23. 5 ad 2. et q. 24 1 c. et 4 ad 2.

16. Charitas pro objecto habet ultimum finem, scilicet beatitudinem æternam. 2-2 q 23. 4 ad 2 et q. 24 1 ad 3 et 10. c. et q. 44, 5. c.

17 Charitas habet duo objecta; scilicet principale, id est, bonitatem Dei, et secundarium, id est, bonum proximi. 2-2 q. 32. 2 ad 3. et q 66. 6. c

18 Charitas diligit proximum propter Deum, ideo objectum ejus proprie est Deus 2-2 q. 1. 1 ad 3. et 3 ad 1. et q 23 5 ad 1.

19. Charitas tendit in ultimum finem sub ratione finis ultimi, quod non convenit alicui alteri virtuti 2-2. q 26 1 c

20 Dilectio Dei est finis dilectionis proximi 2-2. q 44 2. o

21. Charitas viæ non potest æquiparari charitati patriæ. 1 ᵖ q 117. 2 ad 3 et 1-2. q 67 6 ad 3.

22. Charitas superexcedit facultatem totius naturæ. 1-2. q. 113. 9 ad 2. et 2-2 q 24 2 3 c

23. Charitas est nobilior anima Christi et aliorum, secundum quid, non autem simpliciter. 2-2 q 23 3 c.

24 Donum sapientiæ correspondet charitati. 2-2 q. 23. princip et q. 45. princ.

25 Charitas est potissima virtutum 1.ᵖ q 117 2 ad 3. et 1-2. q. 66. 6 o. et 2-2. q. 23. 6. o. et q. 24. 4 ad 2. et q. 30 4 o et q 34 5 ad 1. et q 117. 6. c ad 1. et q. 1. 57. 4 ad 2.

26. Quilibet habens charitatem habet omnes alias virtutes. 1-2. q. 65. 3 5 o.

27. Nulla vera virtus potest esse sine charitate. 1-2 q. 65. 2 4 o. et q. 71. 4 2-2 q 23. 7. o et q. 51. 2. c et q. 108 2 ad 2.

28. Charitas est major aliis, quia propinquius se habet ad objectum suum, scilicet ad Deum, quam fides et spes: ideo nobilior est eis 1-2. q. 66 6 o. et 2-2 q 23. 6 c.

29. Sola charitas imperat omni virtuti. 1-2. q 114. 4 o.

30 Charitas ponitur in diffinitione cujuslibet virtutis, non quidem essentialiter, sed quia ab ea dependent 1-2 q 65 2 ad 3. et 2-2 q. 23. 4 ad 1.

31. Nulla virtus habet tantam inclinationem ad suum actum, nec ita delectabiliter operatur, sicut charitas. 2-2. q 23 2 c. fin.

32 Omnia præcepta moralia fundantur in præceptis charitatis 3.ᵖ q. 47. 2 ad 1.

33. Charitas conjungit Deo realiter, et attingit ipsum realiter, non autem fides nec spes 2-2 q 45. 2. c. fin. et 4 c et 6 ad 2. et q. 172. 4. c. et q 184. 1 c. ad 2.

34 Sapientia etsi differat a charitate, tamen præsupponit eam. Et ex hoc ipso dividit inter filios perditionis et regni 2-2 q. 45. 4 ad 3.

35. Charitas facit tendere in Deum, uniendo affectum hominis Deo, spes autem ut adipiscendo. 2-2. q. 17. 6 ad 3.

36. Sub charitate comprehenditur omnis alia amicitia et dilectio licita, non autem illicita, quia charitas non potest esse cum peccato mortali. 2-2. q. 45. 4. c

37. Quicquid pertinet ad donum vel virtutem fortitudinis, potest etiam ad charitatem pertinere. 2-2 q. 139. 2 ad 2.

38. Voluntas est subjectum charitatis 1.ª q 59 4 ad 3. et q 82. 5 ad 2. et 1-2. q. 56. 6. c et q 57. 1. c.

39. Charitas improprie dicitur esse in concupiscibili. 1.ª q 82. 5 ad 2

40. Charitas non est in nobis naturaliter, nec causatur ex actibus nostris, sed infunditur a Deo. 2-2 q 24 2 o. et 3 10 c. et q. 172 2 ad 1.

41. Charitas est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem. 2-2. q. 8. 4 c et q 47 1. 4. c.

42 Charitas augetur essentialiter. 1-2 q. 52 1. o et q 66. 1 o

43 Charitas non augetur per additionem, sed per intensionem, secundum accessum ad terminum. 1-2. q. 52 2. o. et 2 2. q 24. 5. o

44. Visio beata, charitas, et hujusmodi, quæ pertinent ad præmium essentiale, non augentur in beatis, ex quo jam sunt effecti beati. 2-2. q. 24. 3 ad 3.

45. Charitas potest augeri in infinitum. 2 2 q 24 6. o.

46. Quilibet actus charitatis disponit ad charitatis augmentum, reddendo hominem promptiorem ad iterum agendum, et habilitate crescente, donec conetur ad perfectum, et tunc actu augetur. 2-2. q. 24. 5 o.

47. Charitas unico actu augetur, si fiat cum toto conatu, non autem aliter. 1-2. q. 52. 3. o et 2-2. q. 24 6. o.

48. Charitas non potest minui. 2-2. q 24. 10. o

49 Charitas non potest amitti per peccatum veniale. 1-2 q. 71. 4. c. et q. 78. 2 ad 1. et q. 88 1 ad 2.

50. Veniale peccatum non contrariatur habitui charitatis, sed fervori actus ejus, quem minuit 1-2 q 71. 4 c. et 2-2. q. 24. 8 ad 2 et q. 54. 3. c. et q 107. 3 ad 2. et 3.ª q 79. 4. c et q 87 1. 2. c

51. Charitas viæ potest amitti, non autem charitas patriæ. 2-2 q. 24. 11. o.

52. Charitas quclibet peccato mortali amittitur. 1-2. q 71. 3. c fin et 4. c. et 2-2. q. 24. 12. o et q. 45 4 c. et 3.ª q 79. 6 ad 2. et q. 84 10 c.

53. Charitas habet modum quoad actus quos imperat, non autem quoad actum quem elicit. 3.ª q 85 2 ad 1.

54 Charitas datur secundum mensuram subjecti, id est secundum capacitatem naturæ, et conatum 1.ª q 62 6 o et 2-2. q 24 3. o et 3.ª q. 69 8 ad 3

55. Gradus charitatis triplex, scilicet incipientium, proficientium, et perfectorum. 2-2 q 24. 9. o. et q. 183. 4. o. et q 184. 2. o. et 3 ad 2

56. Beatitudo datur secundum diversos gradus charitatis. 1 ª q. 12. 6. c. et 2-2. q 24 3 ad 2 et 3.ª q. 55 1 ad 3.

57. Numerus. Eadem numero est charitas Dei et proximi 2-2. q 17. 3. c fin. et q 18 2 ad 3. et q. 23. 5. o. et q. 25. 1. o et q 81. 4 ad 3. et q. 103 3 ad 2.

58 Charitas viæ manet eadem numero in patria. 1-2. q 67 6. o. et q. 111. 3 ad 2.

59. Ordo. Charitas habet ordinem. 2-2 q. 26 1. o

60. Ordo charitatis attenditur secundum effectum et effectum. 2 2. q. 26 6 o.

61. Dilectio Dei est prior dilectione proximi, ordine perfectionis et dignitatis, sed e converso, ordine generationis et dispositionis. 1-2 q. 68. 8 ad 2.

62. Ordo charitatis cadit in præcepto 2-2. q 44. 8. o

63. Ordo charitatis manebit in patria 2-2 q 26 13. o

64. In patria nullus erit ordo dilectionis, nisi secundum propinquitatem ad Deum 2-2 q. 26 13. o.

65. Cognitio Nullus potest certe cognoscere se habere charitatem vel gratiam, nisi sibi divinitus reveletur. 1-2. q. 112. 5. o. et 3.ᵖ q. 80. 4 ad 5.

66. Cognitio non est objectum charitatis, sed Deus cognitus 1-2. q. 76. 6 ad 2.

67 Effectus charitatis sunt duodecim, scilicet vita spiritualis, observantia mandatorum protectio contra adversa, beatitudo, venia, illuminatio, lætitia, pax, amicitia, libertas, filiatio Dei, et expulsio timoris. 3.ᵖ p. 89. 6. c

68. Charitas immediate trahit hominem Deo, adhærendo ei per spiritus unionem Et est religionis principium, qua mediante opera divini cultus facit 2-2 q 82 2 ad 1

69 Charitas, quantumcumque minima, potest resistere cuilibet tentationi. 3.ᵖ q. 62 6 ad 3. et q. 70 4. c

70. Charitas facit homines deiformes supra homines conversari in cœlis, et convenire cum Deo et cum angelis 1-2 q. 65. 5. c.

71. Charitas nominatur via ab Apostolo, qua Deo appropinquamus, quia per ipsam mens Deo unitur. 1.ᵖ q 24 4 c

72. Charitas unit nos Deo, sicut sunt illi qui rebus mundi penitus abjectis, sollicite cogitant solum quæ Dei sunt. 2-2 q. 45. 2 c. et 3.ᵖ q 89. 6. c.

73 Charitas impeccabilitatem habet ex virtute Spiritus sancti, qui infallibiliter operatur quodcumque voluerit, et etiam secundum propriam rationem charitatis, non autem ex parte sui subjecti. 2-2. q. 24 11. c. princ. et 3.ᵖ q 79. 6 ad 2

74. Charitas de se præservat a peccato, sed habens eam, peccat ex mutabilitate liberi arbitrii. 2-2 q. 24 11. c. princip. et 3.ᵖ q. 79. 6 ad 2.

75. Donum sapientiæ non est causa charitatis, sed effectus ejus. 1-2. q. 45 6 ad 2.

76 Meditatio de divinis causat charitatem, quæ causat necessitatem loquendi de Deo 1-2 q 27 2 c.

77. Suspendere contemplationem ad tempus propter salutem proximi, pertinet ad summam perfectionem charitatis. 2-2 q. 182 1 c ad 3.

78. Gaudium de Deo in se est effectus charitatis; sed ut Deus participatur a nobis, est effectus spei. 2-2. q. 28. 1 ad 3 et 2. 4. c.

79. Bonitas amoris, desiderii, et gaudii, dependet ex eodem, ideo pertinent ad eamdem virtutem charitatis. 2-2. q. 28. 4. c. et q. 29. 4. c. et q. 51. 2. o.

80. Resurgens per pœnitentiam in minori charitate habebit majus gaudium accidentale de bonis factis prius in majori charitate, quam de factis post in minori, non autem majus gaudium essentiale. 3.ᵖ q. 59 5 ad 3.

81. Gaudium est magis effectus charitatis quam tristitia. 2-2. q. 28. 1. o. et q. 35. 2. 3. c.

82. Gaudium causatum ex charitate non compatitur secum tristitiam, sicut quod causatur ex spe. 2-2. q. 28. 2. o.

83. Charitatis est habere pacem, sed facere pacem est sapientiæ ordinantis. 2-2. q. 45. 6. c. ad 1.

84. Concordia est effectus charitatis. 2-2. q 29. 3. o. et q. 37. 1. c.

85. Deus per charitatis amorem dicitur, et fit pater noster et sponsus noster. 2-2. q 9. 12 ad 3.

86. Debitum gratitudinis ex charitate procedit, quæ quanto plus solvitur, tanto magis debetur. Ideo obligatio gratitudinis est interminabilis. 2-2. q 106. 6 ad 2. et q. 107. 1 ad 3.

87. Amare magis est effectus charitatis quam amari. 2-2. q. 27. 1. o.

1. CARO dicitur tripliciter, scilicet. natura, vitium, et passibilitas. 3.ᵖ q. 54. 3 ad 1.

2. Caro hominis de se non habet bonum virtutis, sed ut subest rationi. 1-2. q. 56. 4. c.

3. Caro in eodem semper est eadem secundum speciem, non autem secundum materiam. 1.ª q. 119. 1. 2. o.

4. Esus carnium videtur introductus post diluvium. 1-2. q. 102. 6 ad 2.

1. CASTITAS est virtus, dicta a castigatione concupiscentiæ, tanquam pueri. 2-2. q. 151. 1. o.

2. Castitas proprie est virtus specialis circa venerea, sed large est virtus generalis. 2-2. q. 151. 2. o.

3. Castitas ut delectans est fructus, sed ut est secundum rationem, est virtus quæ maxime disponit hominem ad perfectionem intellectualis operationis. 2-2. q. 15. 3. c. fin. et q. 151. 1 ad 4.

4. Castitas conjugalis non est virtus specialis supra castitatem, quia non habet laudem, nisi abstinentiæ ab illicitis delectationibus. Nec castitas vidualis, quia non est perfecta. 2-2. q. 152. 3 ad 5.

5. Castitas est circa venerea, sed abstinentia est circa cibos, ideo differunt. 2-2. q. 151. 3. o.

6. Castitati antonomastice attribuitur decor, ideo virginitati attribuitur excellentissima pulchritudo. 2-2. q. 152. 5. c.

7. Castitas est subjective in anima. 2-2. q. 151. 1 ad 1.

8. Remedium septuplex castitatis contra luxuriam, scilicet maceratio carnis per abstinentiam, vigiliæ et hujusmodi, contemplatio divinorum et oratio, studium Scripturarum, cogitatio sancta, exercitium contra otium, labor et angustia, et solitudo. 2-2. q. 188. 5, o.

1. CASUS non omne quod est præter intentationem, est a casu vel a fortuna, sed tantum contingens raro. 2-2 q. 43. 1 ad 3. et q. 64. 1. c.

2. Nihil est a casu vel a fortuna respectu Dei, sed respectu cæterarum causarum. 1.ª q. 19. 6. c.

1. CATECHISMUS non est sacramentum, sed sacramentale. 3.ª q. 67. 3 ad 2.

2. Catechismus est instructio credendorum explicite, præcedens baptismum. 3.ª q. 71. 1. o.

3. Catechismus pertinet tantum ad sacerdotes. 3.ª q. 67. 3 ad 2.

4. Pueri sunt catechizandi, et patrinus pro eis confessionem facit. 3.ª q. 71. 1 ad 2 et 3.

Ecclesia amittit cathedram episcopalem, propter malitiam populi. 2-2. q. 108. 4 ad 2.

CATEGORICA dictio est, quæ absolute ponit rem significatam circa aliquid suppositum: syncategorica vero, quæ importat ordinem prædicati ad subjectum. 1.ª q. 31. 3. c.

CATO morti se tradidit, ne incurreret servitutem Cæsaris. 2-2. q. 125. 2 ad 2.

CAVERE mala est providentiæ, sicut et prosequi bona; sed cavere impedimenta extrinseca, est cautionis. 2-2. q. 49. 8 ad 2.

1. CAUSA ad quam necessario sequitur effectus, intelligitur tantum de causa per se completa, et non impedita. 1.ª q. 115. 6. c. et 1-2. q. 75. 1 ad 2.

2. Posita causa naturali et sufficienti, ponitur effectus, non autem voluntaria. 1.ª q. 14. 8 ad 2. et q. 19. 8. o. et q. 42. 2. o. et q. 46. 1 ad 9 et 10. et q. 61. 2 ad 1. et 3.ª q. 56. 1 ad 1.

3. Non omnis causa per se propria et sufficiens causat necessario suum effectum, quia potest impediri. 1.ª q. 115. 6. c. et q. 16. 3. c. et 1-2. q. 75. 1 ad 2.

4. Causa duplex, scilicet dispositiva et consummativa. 2-2. q. 94. 4. o.

5. Causa conservativa duplex, scilicet directe et per se, vel indirecte et per accidens, sicut quod removet vel impedit actionem corrumpentis. 1.ª q. 104. 1. 2. c.

6. Genus causæ est quadruplex, scilicet finalis, formalis, efficiens, et materialis. 2-2. q. 27. 3. c.

7. Causa duplex, scilicet per se, id est causans per virtutem suam, et per accidens, id est removens impedimentum. 1.ª q. 114. 3 c. et 1-2. q. 75. 4. c. et q. 76. 1. c et q. 85. 5. c. et q. 88. 3. c. et 2-2. q. 3. 1 ad 2. et q. 4. 7. c.

8. Occasio significat causam imperfectam, non autem semper causam per accidens. 2-2. q. 43. 1 ad 3

9. Causa per accidens dupliciter, scilicet quod accidit causæ per se, vel quod accidit effectui per se. Et hoc tripliciter, scilicet habens ordinem per se, vel ut in paucioribus, vel non habens ordinem, nisi secundum æstimationem. Primum est removens impedimentum contrarium vel non contrarium. Secundum est casus vel fortuna. 2-2. q. 43. 1 ad 3. et q. 65. 8. c.

10. Non omne quod fit, habet causam per se, sed tantum ens per se, non autem ens per accidens, quia non est proprie ens, sed magis ordinatur cum non ente 1.ª q. 115. 6. c. et q. 116. 3. c.

11. A qualibet causa derivatur aliquis ordo ad suos effectus. Et unus ordo continetur sub ordine, sicut causa sub causa. Et multiplicatur sicut causa. 1.ª q. 105. 6. c. et q. 106. 3 c.

12. Omne unum in multis oportet esse ab una causa. 1.ª q. 65. 1. c.

13. Idem effectus est ab infinitis causis per accidens, non autem per se. 1.ª q. 46. 2 ad 7. et 1-2. q. 1. 4 o.

14. Aucta causa, auget effectum per se, non autem effectum per accidens. 1-2. q. 17. 6 ad 1. et q. 85. 5 ad 1.

15. Aliquid est causa alicujus effectus dupliciter, scilicet directe ad illud agendo, et indirecte, quia non impedit cum possit 3.ª q. 47. 1. c.

16. Non est eadem essentia causæ et effectus. 2-2. q. 18. 6. c.

17. Habitudo ad causam non est de ratione entis causati, sed consequitur ad ea quæ sunt de ratione ejus. 1.ª q. 44. 1 ad 1.

18 Causa quandoque habet non necessariam habitudinem ad effectum, propter defectum effectus, et non causæ. 1.ª q. 19 3 ad 4.

19. Causa æquivoca est causa totius speciei, univoca vero tantum individui. 1.ª q. 13. 5 ad 1. et q. 104. 1. c.

20. Effectus univocus dependet tantum in *fieri* a causa, sed æquivocus potest dependere etiam in *esse* 1.ª q. 104. 1. c.

21. Effectus est in causa secundum similitudinem quadrupliciter, scilicet secundum esse naturale, et secundum eamdem rationem ut in univocis, vel secundum eamdem rationem tantum ut in æquivocis, vel spiritualiter, vel influxu. 3.ª q. 62. 3. c.

22. Effectus est in causa univoca, secundum similitudinem formæ ejusdem speciei, in causa vero æquivoca, secundum similitudinem formæ excellentioris. 1.ª q. 4. 2. 3. o. et q. 6. 2. c et q. 13. 5. c. et q. 105. 1 ad 1. et q. 110 2. c et q. 115. 3 ad 3. et 3.ª q. 62. 4. c.

23. Causa instrumentalis non participat actionem causæ principalis, nisi inquantum per aliquid sibi proprium dispositive operatur ad effectum principalis agentis. 1.ª q. 45. 5. c.

24. Causa principalis est nobilior suo effectu, non autem instrumentalis, nec causa per accidens. 1-2. q. 66. 3 ad 3. et 2-2. q. 148. 3 ad 2. et q. 165. 2 ad 1. et 3.ª q. 79. 2 ad 3.

25 Effectus habet esse nobilius et principalius, non autem verius, in causa principali quam in se, non au-

tem in causa instrumentali. 1. ᵖ q. 4. 2. c. et q. 18. 4 ad 3. et 1-2. q. 83. 1 ad 2.

26. Effectus assimilatur causæ principali, non autem instrumentali. 3. ᵖ q. 62. 1. c.

27. Causa principalis, licet manifestissima, non potest proprie dici signum sui effectus, licet occulti, sed tantum causa instrumentalis, quia ut mota est effectus. 3. ᵖ q. 62. 1 ad 1.

28. Ejusdem et similiter non potest esse duplex causa proxima, vel remota, sed diversimode. 1. ᵖ q. 52. 3. c.

29. Idem respectu ejusdem potest esse causa et effectus diversimode. 1-2. q. 33. 4 ad 2.

30. Effectus denominatur a causa proxima, non a remota vel universali. 1. ᵖ q. 14. 13 ad 1. et q. 25. 3 ad 4. et 3. ᵖ q. 4. 1 ad 1.

31. Effectus quanto remotior est a causa, tanto est debilior. 1-2. q. 66. 1. c.

32. In quolibet genere causarum, causa distat ab effectu, secundum perfectionem, vel secundum virtutem. 1. ᵖ q. 33. 1 ad 1.

33. Quælibet causa primo operatur in sibi propinquius, et per illud in alia 3. ᵖ q. 56. 1 c.

34. Causa prima duplex, scilicet prima in genere, et prima simpliciter scilicet Deus. 1. ᵖ q. 19. 8. o.

35. Causa prima, scilicet Deus, produxit materiam de nihilo. 1. ᵖ q. 14. 11, o. et q. 15. 3 ad 3. et q. 44. 2. o. et 4 ad 4. et q. 45. 1 ad 2. et 4 ad 3. et q. 46. 1 ad 3. et q. 47. 1. o. et q 57. 2. c fin. et q. 65. 4. c. fin. et q. 91. 2. c. et q. 105. 1. c. ad 1. et q. 117. 3. c.

36. Processiones divinarum personarum sunt causa prima creationis omnium creaturarum. 1 ᵖ q. 33. 3 ad 1. et q. 45. 6. o. et 7 ad 3.

37. Effectus non trahit necessitatem vel contingentiam a causa prima, sed a proxima 1. ᵖ q. 14. 13 ad 1. et q. 25. 3 ad 4. et q. 47. 1 ad 2. et q. 103. 7 ad 3. et 3. ᵖ q 4. 1 ad 1.

38. Causa prima plus influit quam secunda. 1. ᵖ q. 104. 2. c. et 1-2. q. 19. 4 c. et. q. 84. 3. c.

39. Operatio causæ secundæ semper fundatur super operationem causæ primæ, et præsupponit eam. 1-2. q. 19. 4. c.

40. Causæ habent intra se ordinem, quia finis est ratio agentis, agens formæ, et forma materiæ. 1. ᵖ q. 5. 2 ad 1. et 4. c. et q. 85. 3 ad 4. et 1 2. q. 1. 2 c.

41. Causa perficiens est nobilior suo effectu, non autem causa disponens. 1-2. q. 66. 6 ad 3.

42. In causis agentibus quanto aliquid est prius, tanto est perfectius; in causis autem materialibus est imperfectius. 2-2. q. 1. 7 ad 3.

43. Semper oportet quod causa per se sit potior effectu. 1. ᵖ q. 95. 1. c. et 1-2. q. 112. 1. c. et 2-2. q. 148. 3 ad 2.

44. Quanto causa est altior, tanto causalitas ejus ad plura se extendit. 1. ᵖ q. 65. 3. c.

45. Omnis causa dicit diversitatem substantiæ ab effectu. 1. ᵖ q. 33. 1 ad 1.

46. Omnia nobiliori modo sunt in causa sua quam in suo causato. 1. a q. 4. 2. c.

47. Causa semper excedit suum causatum. 1-2. q. 66 1. c.

48. Quicquid est causa causæ ut causæ, est causa causati. 1. ᵖ q. 49. 2 ad 2. et 1-2. q. 79. 1 ad 3 et 2. c.

49. Omnis effectus dependet a causa sua. 1. ᵖ q. 33 1 ad 1. et q. 104. 1 2. c.

50. Causa efficiens non potest esse posterior effectu, ordine durationis, sicut finalis. 3. ᵖ q. 62. 6. c.

51. Nulla creatura est causa activa alterius, quoad novam formam vel dispositionem, sine mutatione, sed conservat sine mutatione. 1. ᵖ q 104. 2 ad 3.

52. Quod est prius in causando,

est posterius in causato, et e converso. 1.ª q. 5. 4. c.

53. Causa cognoscitur per effectum quandoque, et e converso. 1.ª q. 85. 3 ad 4 et 8 ad 1.

54. Effectus dupliciter cognoscitur in causa, scilicet demonstrative, et per conjecturas 1.ª q. 14. 13. c.

55. Effectus dupliciter repræsentat causam, scilicet quoad esse, et secundum formam. 1.ª q. 45. 7. c.

CAUTELA vel cautio, cujus est vitare impedimenta bonæ operationis, est pars integralis prudentiæ. 2-2. q. 48. c. et q. 49. 8. o.

1. CÆCITAS mentis triplex, scilicet privatio luminis accidentalis, aversio voluntaria a primo intelligibili; tertia propter occupationem. Prima est pœna, aliæ vero peccatum. 2-2. q. 15. 1. o.

2. Cæcitas mentis quæ quasi totaliter spiritualium bonorum cognitionem excludit, oritur ex luxuria. Hebetudo autem sensus, quæ reddit hominem debilem ad hujusmodi intelligibilia, oritur ex gula. 2-2. q. 15. 2. 3. o.

3. Cæcitas mentis, et hebetudo sensuum opponuntur dono intellectus. 2 2. q. 8. 6 ad 1. et q. 15. 2. fin.

4. In cæco est aptitudo ad videndum. 2-2. q. 85. 2 ad 3.

5. Cæcus actu habet virtutem gressivam, per quam ambulare potest. Sed inquantum caret visu qui dirigit in ambulando, patitur defectum in ambulando, dum ambulat cespitando. 1-2. q. 18. 1 ad 2.

6. Cæcus miraculose illuminatus naturaliter videt. 3.ª q. 77. 4. ad 3. fin.

1. CŒLUM habet materiam alterius rationis a materia quatuor elementorum. 1.ª q. 66. 1 ad 5. et 2. o. et 1-2. q. 49. 4. c.

2. In materia cœli non est potentia ad corruptionem, quia forma ejus excludit omnem privationem ab ea. 1.ª q. 9. c. et q. 10. 5. c. fin. et q. 97. 1. c.

3. Cœlum non est animatum. 1.ª q 70. 3. o.

4. Cœlum non est de natura quatuor elementorum. 1.ª q. 66. 2. c.

5. Cœlum non est in potentia incompleta ad esse, sed tantum ad ubi. 1.ª q 55. 2. o. et q. 58. 1. 3. c. et q. 66. 2. c. fin. et q. 79. 2. c. et q. 84. 3 ad 1. et q. 85. 5. c. et q. 90. 2 ad 1. et q. 97. 1. c. et 1-2. q. 49. 4. c. et 2-2 q. 24 11. c.

6. Cœlum non incepit per generationem, quia non habet contrarium, sed incepit per creationem. 1.ª q. 46. 1 ad 3 et ad 5. et q. 66. 2. c. et q. 75. 6. c.

7. In cœlis non est habitus nec dispositio. 1-2. q. 49. 4 c.

8. Firmamentum est duplex, scilicet cœlum stellatum, et pars condensata in nubes. 1.ª q. 68. 1. 2. 3. o. et q. 71 ad 1.

9. Dextrum cœli est oriens, sinistrum occidens, superius polus meridionalis, inferius alter, ante hemispherium superius, post aliud. 1.ª q. 102. 1. c. fin.

10. Corpora beatorum erunt supra omnes cœlos. 3.ª q. 57. 4. c. ad 1.

11. Non oportet aliquam partem cœli esse superiorem Christo, sed ipsum esse super omnes cœlos. 3.ª q. 57. 4. c ad 1.

12. Cœlum empyreum non potest ratione investigari. 1.ª q. 66. 3. c.

13. Cœlum empyreum est immobile. 1.ª q. 66. 5. o. et q. 102. 2. ad 1.

14. Cœlum empyreum est incorruptibile, et lucidum, sed non emittit radios visibiles nobis. 1.ª q. 66. 3. o.

15. Cœlum empyreum est supremum locorum corporalium. 1.ª q. 102. 2 ad 1. et q. 112. 1 ad 2.

16. Cœlum empyreum est locus beatorum hominum magis quam angelorum, et est ad congruitatem contemplationis, non autem ad necessita-

tem. 1.ª q. 66. 3. c. ad 3. et q. 102. 2. c. ad 1 et q. 102. 1 ad 2. et 1-2. q. 47 ad 3 et 2-2. et 175. 3 ad 4.

17. Cœlum empyreum est concreatum materiæ informi. 1.ª q. 66. 3. o.

18. Cœlum empyreum habet influentiam in inferioribus. 1.ª q. 66. 3 ad 2.

19. Diversæ opiniones Doctorum de aquis quæ sunt super cœlos. 1.ª q. 68. 2 3. o

20. Informitatem cœli expresit Scriptura, ex hoc quod dicit: *Tenebræ erant super faciem abyssi*, secundum quod sub cœlo etiam aer includitur. 1ª q. 66. 2. c. fin.

21. Cœlum aqueum est supra firmamentum, id est, cœlum sidereum, quia est diaphanum, sicut et cœlum empyreum, quia est lucidum. 1.ª q. 66. 1 ad 1. et o

22 Omne spatium inter aquam et cœlum lunæ est unum cœlum, secundum Damascenum, sed quatuor secundum Rabanum. 1ª q. 68. 4. c.

23. Cœlum dicitur dupliciter, scilicet a proprietate, et a natura Et hoc est triplex, scilicet immobile, mobile uniforme, et mobile difforme. Primum est cœlum empyreum, secundum aqueum, et tertium siderium, et septem planetæ. 1.ª q. 68. 4. c.

24. Cœli sunt septem, secundum Rabanum, scilicet empyreum, crystallinum seu aqueum, sidereum, igneum, olympium, æthereum, et aerum. 1.ª q. 68. 4. o.

25. In cœlis non sunt plura individua ejusdem speciei 1.ª q. 47. 2. c.

26. Cœlum sumitur tripliciter, scilicet essentialiter, participative, et metaphorice. Et hoc tripliciter, scilicet, trinitas, bona spiritualia, et triplex visio, scilicet, corporalis, imaginaria, et intellectualis. 1.ª q. 68. 4. c

27. Cœlum tertium, ad quod raptus est Paulus, est triplex visio, triplex hierarchia, cœlum empyreum vel trinitas. 1.ª q. 68 4 c. et q. 2-2. q. 175. 3 ad 4.

28. Virtus primi cœli recipitur in mediis cœlis diversimode, secundum motus eorum. 1.ª q. 115. 3 ad 4.

29. Actiones et virtutes cœlorum diversimode recipiuntur in his corporibus inferioribus secundum diversam materiam dispositionum. 1.ª q. 115. 3 ad 4. et 6 ad 2.

30. Omnis virtus generalis vel specialis inferiorum reducitur ad virtutes cœlorum generales vel speciales. 2-2. q. 96. 2 ad 2.

31. Motus cœli est naturalis. 1.ª q. 70. 3 ad 4 et ad 5.

32. Motus cœli est voluntarius ex parte motoris tantum. 1.ª q. 70. 3 ad 5.

33. Quilibet motus cujuscumque cœli est regularis et uniformis in velocitate, et tarditate. 1.ª q. 32. 1 ad 2.

34 Quodlibet cœlum præter primum movetur dupliciter, scilicet motu proprio, et motu primi cœli. 1.ª q. 68. 2 ad 3. et q. 115. 3 ad 4. et 2-2. q. 2. 3. c

35. In cœlis est duplex motus, scilieet primus, id est diurnus, super polos æquinotialis ab oriente in occidens; et secundus e converso, super polos zodiaci. 1.ª q. 67. 4 ad 3. et q. 14. 2. c.

36 In cœlis est duplex motus, scilicet primus, id est diurnus, qui est causa continuitatis generationis, et secundus per zodiacum, qui est causa diversitatis, secundum generationem et corruptionem. 1.ª q. 67. 4 ad 3. et q. 104. 2. c.

37. Motus cœli est causa viventium. 1.ª q. 70. 3 ad 3.

38. Cœli sunt causa eorum quæ fiunt in his inferioribus. 1.ª q. 115. 1. 3. o. et 1-2. q. 95. 5. o. et q. 96. 2 ad 2

39. Tota materia corporum inferiorum subjacet variationi, secundum motum corporum cœlestium. 1.ª q. 115. 3. o.

40. Diversorum motuum cœlestium diversi sunt effectus. 1.ª q. 104. 2. c. fin.

41. Effectus corporales in inferioribus non sequuntur ex necessitate a motibus cœlorum. 1 ᵖ q. 115. 6. o.

42. Distantia loci impedit effectum cœlestis corporis 1. ᵖ q. 115. 6 ad 2.

43. Grossities materiæ vel frigiditas aut caliditas, aut alia hujusmodi dispositio, impedire potest effectum corporis cœlestis. 1. ᵖ q. 115. 6 ad 2.

44. Effectus duplices subtrahuntur causalitati corporum cœlestium, scilicet effectus per accidens contingentes, in humanis vel naturalibus, et actus liberi, arbitrii. 2-2. q. 95. 5 c.

45. Cœlum movetur ab aliquo intellectu. 1. ᵖ q. 70. 3. o.

46. Cœlum est movens seipsum, inquantum motor est ei intrinsecus. 1. ᵖ q. 70. 3 ad 5.

47. Motor cœli conjungitur orbi secundum totum, secundum philosophos: ideo non movetur per accidens ad motum cœli. 1. ᵖ q. 51. 3 ad 3.

48. Motor cœli superioris potest movere cœlum motoris inferioris, non autem e converso. 1. ᵖ q. 117. 4 ad 1.

49. Cœlum est primum alterans, non tamen primum movens, sed movetur motu locali a superiori movente. 1-2. q. 6. 1 ad 1. et q. 109. 1. c

50. Virtus movens cœlum dicitur esse in dextera parte orbis quem movet, unde incipitmotus. 1. ᵖ q. 51. 3 ad 3. et q. 52. 2. c.

51 Corpora cœlestia non sunt animata eo modo quo plantæ et animalia, sed æquivoce, anima videlicet dante motum, non autem esse. 1. ᵖ q. 70. 3. c.

52. Anima hominis est nobilior corpore cœli. 1. ᵖ q. 70. 2 ad 4.

53. Corpus cœli est nobilius corpore hominis. 1. ᵖ q. 91. 1 ad 2.

54. Corpus hominis est simillimum cœlo. 1. ᵖ q. 76. 5 ad 2. et q. 91. 1. c. ad 3.

55. Cœlum venit in compositionem hominis causaliter, non autem essentialiter. 1. ᵖ q. 76. 7. c. et q. 91. 1. c. ad 2. et 3. ᵖ q. 57. 3. c.

56. Cœlum per se agit in corporibus omnium inferiorum, sed in anima, et in potentiis ejus organicis, agit per accidens: in intellectu autem et voluntate indirecte tantum. 1. ᵖ q. 83 1 ad 5. et q. 115. 3. 4. o. et 6. c. et q. 116. 1. c. et 1-2. q. 9. 5. o. et 2-2. q. 95. 5. 6. 7. o.

CELLULA cerebri triplex, scilicet anterior, media, et posterior. 1. ᵖ q. 78. 4. c.

COENA Christi fuit luna quartadecima, sed passio ejus fuit luna quintadecima. 3. ᵖ q. 44. 2 ad 2. et q. 46. 9 ad 1.

CENTURIO et Petrus reveriti sunt Christum ex humilitate, Zachæus autem ex amore. 3. ᵖ q. 8. 10 ad 3.

CERE est oppidum prope Romam. 1-2. q 9. 3. c.

Cerebrum est majus proportionabiliter in homine quam in alio animali. 1. ᵖ q. 91. 3 ad 1. et q. 99. 1. c

Cereis non utebantur Judæi in cultu Dei, sed oleo 1-2. q. 101. 1 ad 2.

1. CEREMONIA dicitur a Cere oppido prope Romam, vel quasi Cereris munia. 1-2. q. 99. 3. c.

2. Omnes ceremoniæ sunt quædam protestationes fidei. 1-2. q. 103. 4. c.

3. Ceremoniæ sunt opera exteriora ad cultum Dei pertinentia. 1-2. q. 99. 3. o. et q. 101. 2. 4. c. et q. 103. 1. o. et q. 104. 1. c. ad 3.

4. Ceremonialia dicuntur, quæ secundum se non habent causam manifestam factorum, licet possit habere causam manifestam institutionis. 1-2. q. 101. 1 ad 4.

5. Ceremonialia veteris Testamenti sunt quædam determinationes juris

naturalis, et præceptorum moralium. 1-2. q. 99. 3 ad 2. et q. 5. c. et q. 103. 1. c. et 2-2. q. 112. 1 ad 2.

6. Multæ particulares determinationes in ceremoniis veteris legis habent causam tantum figuralem, non autem litteralem, nisi in communi. 1-2. q. 102. 2 ad 3.

7. Ceremoniæ veteris legis sufficienter dividuntur in sacrificia, sacra, sacramenta, et observantias. 1-2. q. 101. 4. c.

8. Ceremoniæ in veteri lege fuerunt multæ, ad reprimendam idololatriam, et ad significationem multorum. 1-2. q. 101. 3. c.

1. CERTITUDO potest esse ex duobus, scilicet ex causa et ex subjecto. 1.ª q. 1. 5 ad 1. et 2-2. q. 4. 8. o.

2. Certitudo est tantum in cognitione. 1-2. q. 18. 4. c. et 2-2. q. 18. 4. c.

3. Certitudo principaliter et essentialiter est tantum in cognitione, sed secundum similitudinem et participative, est etiam in aliis, ut in operibus naturæ vel artis. 1-2. q. 18. 4. c. et 2-2. q. 18. 4. c.

4. Certitudo cognitionis est diversimode in Deo, in angelis, et homini bus. 2-2. q. 9. 1 ad 1.

5. Visus est simpliciter certior auditu, licet quandoque sit e converso. 2-2. q. 4. 8 ad 1.

6. Virtus et natura sunt certiores arte, quia infallibilius operantur. 2-2. q. 18. 5 c.

7. Fides est certior omni virtute intellectuali ex parte rei et causæ, sed e converso ex parte subjecti et evidentiæ. 1.ª q 1. 5 ad 1.

8. Certitudo spei est ex cognitione dirigente. 1-2. q. 40. 3 ad 3. et 2-2. q. 18. 4. c.

9. Certitudo cognitionis est ex se, sed certitudo spei et naturæ est ex alio; ideo deficit per accidens. 1-2. q. 40. 2 ad 3.

10. Spes viatorum habet certitudinem ex fide, omnipotentia et misericordia Dei, non autem ex meritis propriis. 2-2. q. 18. 4. o.

CESSARE dicitur Deus ab omni opere condendo, non autem propagando et conservando 1.ª q. 73. 1 ad 2. et 2. o. et q. 74. 2 ad 3. et q. 118. 3 ad 1.

1. COETUS, id est festum collectæ, fiebat in memoriam pacis, et adunationis Judæorum in terram promissionis, et figurabat Ecclesiam beatorum. 1-2. q. 102. 4 ad 10.

2. Festum omnium sanctorum succedit ei, vel festum angelorum. 1-2. q. 103. 3 ad 4

CHERUBIN interpretatur plenitudo scientiæ: quæ est quadruplex in eis, scilicet perfecta Dei visio, plena divini luminis susceptio, contemplatio pulchritudinis in ordine rerum, et copiosa divinæ cognitionis effusio in alios. 1.ª q. 63. 7 ad 1. et q. 108. 5 ad 5.

CHIMERA. Ratio sive conceptio chimeræ non habet fundamentum in re, neque proximum neque remotum, quia neque est similitudo alicujus rei, extra animam, neque consequitur ex modo intelligendi rem aliquam naturæ. Et ideo ista conceptio est falsa. 1.ª q. 16. 3 ad 2. et 5 ad 3. et 7 ad 4. fin. et q. 48. 1 ad 2.

CHRISMA benedici oportet ab episcopo in cœna Domini. 72. 3. o.

CHRISTIANUS dicitur qui Christi est, id est, qui fidem Christi habet, qui spiritu Christi virtuoso operatur, et ad imitationem Christi, peccatis moritur. 2-2. q. 124. 5 ad 1.

1. CHRISTUS in triduo mortis suæ, non fuit vere homo 3.ª q. 50. 4. o.

2. In illo triduo mortis corpus Christi non fuit vivum, nec animatum. 3.ª q. 50. 4. b. et c ad 1.

3. Totus Christus est ubique, non autem totum, quia masculinum genus pertinet ad personam, sed neutrum genus pertinet ad naturam. 3.ª q. 52. 3. o.

4. Natura divina constituit personam Christi simpliciter, non autem natura humana ejus, sed secundum quid, ut ab ea denominatur homo. 3.ª q. 3. 1 ad 3.

5. Persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter. 3.ª q. 52. 3 ad 3

6. Idem judicium est de istis propositionibus, Christus secundum quod homo, est persona, suppositum, hypostasis, et res naturæ. 3.ª q. 16. 12. ad 3.

7. Hæc est vera et propria, *Deus est homo*, et e converso. 3.ª q. 16. 1. 2. o.

8. Hæc est per se, et in materia naturali, *Deus est homo*, non autem per accidens, nec in materia remota, nec in materia contingenti, ratione suppositi, non ratione formæ. 3.ª q. 16. 1 ad 1.

9. Hæc est falsa, *Deus factus est homo*, et e converso, si ly *factus*, determinet subjectum vel prædicatum absolute; si vero determinet compositionem, est vera; si autem determinet subjectum respectu prædicati, est vera; sed conversa ejus est falsa proprie, improprie vero est vera, id est, si ly homo in subjecto supponat simpliciter et non personaliter. 3.ª q. 16. 67. o. et q. 33. 3. c.

10. Hæc proprie est falsa, et improprie vera, *Christus secundum quod homo, est Deus*, eadem ratione scilicet quia reduplicatio magis proprie facit stare pro natura, nisi per aliquid limitetur ad suppositum. 3.ª q. 16. 11. o.

11. Hæc est falsa, *Christus est tantum homo*, sed hæc est vera, *Christus est tantum id quod est homo*. 3.ª q. 17. 1 ad 3.

12. Hæc est falsa de Christo, *iste homo incepit*, nisi addatur aliquid creatum. 3.ª q. 16. 7. c. fin. et 9. o.

13. Hæc est vera, *Christus est creatura*, secundum naturam humanam, et *est minor Patre*, non autem simpliciter. 1.ª q. 41. 3. c. ad 4. et 3.ª q. 16. 8. o. et q. 20. 1 ad 1.

14. Hæc proprie est vera, *Christus secundum quod homo, est creatura*, quia reduplicatio magis proprie facit stare pro natura, nisi per aliquid limitetur ad suppositum, ideo hæc est falsa: *Christus, secundum quod hic homo, est creatura*. 3.ª q. 16. 10 o.

15. Hæc propositio, *Christus secundum quod homo est persona*, non est vera nisi reduplicet suppositum hominis, ut dicatur Christus secundum quod *iste homo* est persona. 3.ª q. 10. q. 1. ar. 2. q. 1. c.

16. Natura humana in Cbristo est nobilior quam in aliis, ratione unionis ad verbum, non autem essentialiter. 3.ª q. 2-2 ad 2. et 5 ad 1.

17. Humanitas Christi fuit instrumentum divinitatis ejus. 1-2. q. 112. 1 ad 1. et 3.ª q. 7. 1 ad 3. et q. 8. 1 ad 1. et q. 13. 2. c. ad 2. et 3. 4. c. et q. 18. 1 ad 2. et q. 19. 1. c. et q. 34 1 ad 3. et q. 43. 2. c et q. 48. 6. c. et q. 49. 1. c. ad 1. et ad 2. et q. 50. 6 ad 3. et q. 56. 1 ad 3. et 62. 5. c. et q. 74. 3. c.

18. Humanitas Christi potest dici individuum, particulare et singulare; non autem suppositum, hypostasis, res naturæ, vel persona, quia persona filii Dei est suppositum naturæ humanæ 1.ª q. 29. 1 ad 2. et 3.ª q. 2. 2 ad 3. et 5. c et q. 4. 4. c. ad 3 et q. 16. 12 ad 2 et ad 3.

19. Anima Christi est super omnes creaturas. 3.ª q. 59. 1 ad 3.

20. Anima Christi est instrumentum divinitatis. 3.ª q. 13. 2 ad 2.

21. Ea quæ sunt humanæ naturæ, non prædicantur in abstracto de deitate, nec e converso. 3.ª q. 16. 5 o. et q. 50. 3 ad 3.

22. Natura humana non prædica-

tur de Christo in abstracto, nec partes ejus. 3.ᵖ q. 2. 8. c. et q. 3. 7 ad 3. et q. 16. 1. o. et q. 17. 1. c et q. 50. 3 ad 3.

23. Natura divina et proprietates ejus prædicantur de Christo in recto, tam in abstracto quam in concreto, humana vero tantum in concreto. 3.ᵖ q. 3. 7 ad 3. et q. 17. 1. o.

24. Ea quæ possunt convenire personæ ratione sui, si habent repugnantiam ad proprietates personæ divinæ, non prædicantur de Christo, quæ autem conveniunt personæ ratione naturæ, vel ratione partis, dicuntur de Christo, licet repugnent personæ divinæ, quod enim est personæ proprium de Christo non enunciatur ratione humanæ naturæ nisi cum aliqua additione vel expressa vel subintellecta. 3.ᵖ q. 16. 8. o. et q. 20. 2. o.

25. Deus est caput Christi. 3. q 8. 1 ad 3. et 8 ad 2

26. Christus ante incarnationem erat caput Ecclesiæ, secundum humanitatem, per operationem hominum in eum, et non e converso: sed post, utroque modo, secundum divinitatem vero, ante et post: et per utramque operationem, scilicet ejus in nos, et e converso. 3.ᵖ q. 6. 3 ad 3. et q. 68. 1 ad 1.

27. Christus secundum quod homo est caput Ecclesiæ triplici ratione, scilicet secundum tria quæ considerantur in capite, scilicet secundum ordinem, perfectionem, et virtutem: primo, Christus habuit ordinem, quia caput est prima pars hominis, incipiendo a superiori; perfectionem autem, quia in capite vigent omnes sensus, et interiores, et exteriores, cum in cæteris membris sit solus tactus, virtutem vero, quia virtus et motus cæterorum membrorum est a capite, et gubernatio eorum in suis actibus, propter vim sensitivam, et motivam dominantem in capite: unde et rector dicitur caput populi; et hæc spiritualiter competunt Christo: primo secundum propinquitatem ad Deum, gratia ejus est altior et prior; et si non tempore, quia omnes alii acceperunt gratiam, per respectum ad gratiam ipsius. Secundo perfectionem habet, quantum ad plenitudinem omnium gratiarum. Tertio virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Ecclesiæ, et ideo convenienter dicitur caput Ecclesiæ. 3.ᵖ q. 8. 1. o. et q. 48. 1. c. et q. 49. 1. c. et q. 59. 2. c.

28. Tota humanitas Christi secundum animam et secundum corpus, influit principaliter in animas, et secundario in corpora, ideo secundum utrumque est caput hominum, quoad utrumque. 3.ᵖ q. 8. 2 o. et 4 ad 1.

29. Proprium est Christi esse caput Ecclesiæ, quoad influxum interiorem, sed quoad influxum exteriorem, convenit aliis participative, particulariter, et vice Christi, Christo autem secundum omnem locum, tempus, et statum omnium pertinentium ad Ecclesiam, et propria auctoritate. 3.ᵖ q. 8. 6. o. et 7. c.

30. Christus est caput omnium hominum, sed primo beatorum, secundo habentium charitatem viæ, tertio fidelium, quarto uniendorum, quinto unibilium, sed nullo modo damnatorum, quia penitus desinunt esse membra Christi. 3.ᵖ q. 8. 3. o. et q. 13. 3. c et q. 19 4. c. ad 1.

31. Eadem essentialiter est habitualis gratia Christi, quæ dicitur gratia unionis, capitis, et singularis personæ. 3.ᵖ q. 7. 5. o.

32 Gratia unionis, singularis et capitis sunt simul tempore, sed ordine naturæ et intellectus, prima præcedit secundam, et secunda tertiam, quia prima convenit Christo inquantum Deus, secunda inquantum homo in se, tertia quoad alios. 3.ᵖ q. 7. 13. o.

33. In Christo fuit triplex plenitudo gratiæ, scilicet unionis personalis, capitis, et singularis. Prima est ejus ut causæ finalis, secunda ut efficientis, tertia ut formalis ad omnem effectum, et ad omnem usum gratiæ. 3.ᵖ q. 19. 4. o. et q. 48. 1. c.

34. Gratia personalis, et gratia capitis in Christo, ordinantur ad actum. Non autem gratia unionis; sed ad esse personale. Ideo prima et secunda conveniunt in essentia habitus, non autem tertia, licet etiam prima dicatur gratia unionis, inquantum facit congruitatem ad unionem. 3. ℘ q. 8. 5 ad 3.

35. Gratia habitualis fuit in Christo. 3. ℘ q. 7. 1. o.

36. Requievit super Christum spiritus Domini, qui quidem in homine dicitur esse per gratiam habitualem. 3. ℘ q. 7. 1. c.

37. Gratia unionis est esse personale, quod a Deo datur gratis humanæ naturæ in persona Verbi, et est terminus assumptionis ejus. 3. ℘ q. 66 c.

38. Gratia unionis in Christo dupliciter dicitur: scilicet, voluntas Dei dans gratis, et donum ejus, id est unio, vel aliquis habitus. Primo modo loquuntur sancti communiter, et est quid increatum, non autem secundum modo. 3. ℘ q. 2. 10. c. et q. 6. 6. c. et q 7. 11. c.

39. Unio Christi facta est per gratiam primo modo, non autem secundo. 3. ℘ q. 2. 10 o. et q. 6. 6. o.

40. Gratia Christi, sive unionis sive habitualis, dicitur naturalis Christo, quia habuit eam a nativitate, et quia causatur a natura ejus divina, non autem a natura humana. 3. ℘ q. 2. 12. o. et q. 7 13 ad 2. et q. 34. 3 ad 2.

41. Gratia unionis fuit simpliciter infinita in Christo; sed gratia habitualis ejus fuit infinita secundum rationem gratiæ, finita vero secundum rationem entis. 3. ℘ q. 7. 11. o.

42. Habere gratiam convenit Christo secundum naturam humanam, non autem secundum naturam divinam, sed esse largitorem gratiæ. 3. ℘ q. 7. 7 ad 2.

43. Christus habuit plenitudinem omnis gratiæ dupliciter, scilicet in summo, et quoad omnes effectus gratiæ. 3. ℘ q. 7. 7 ad 1. et 9. o. et 10. 12. c. et q 15. 2. 3. c. et q. 22. 1. c. ad 1. et ad 3. et q, 27. 5 ad 1. et q. 28. 4 ad 2. et q. 38 2 ad 2.

44. Plenitudo gratiæ duplex, scilicet una ex parte, et alia ex parte subjecti. Prima est propria Christo, secunda vero convenit etiam aliis per Christum. 3. ℘ q. 7. 10. o

45. Plenitudo duplex fuit in Christo, scilicet prima divinitatis, secunda gratiæ et veritatis. Et secunda derivatur a prima. 3. ℘ q. 15. 2. 3. c. et q. 19. 4 ad 2. et q 34. 1. c.

46. Plenitudo gratiæ et divinitatis habitat in Christo corporaliter tripliciter, scilicet per unionem personalem ad corpus, contra umbram, et triplici unione, id est carnis, mentis, et sensus. 3. ℘ q. 2. 10 ad 2.

47. Omnes gratiæ gratis datæ fuerunt in Christo excellentissimæ. 3. ℘ q. 7. 7. o.

48. Gratiæ in Christo non dividuntur. Sed dividuntur in aliis hominibus, qui recipiunt particulariter efficaciam ad aliquos actus, Christus autem recipit gratiam plenissime ad omnes actus. 3. ℘ q. 7. 7. ad 1.

49. Gratia Christi nullo modo potuit augeri, sicut nec gratia beatorum. Sed gratia cujuscumque viatoris puri potest augeri ex parte gratiæ, et ex parte subjecti. 3. ℘ q 7. 12. o.

50. Gratia cujuscumque alterius hominis, quantumcumque crescat, non potest adæquari gratiæ Christi, quia comparatur ei sicut particulare ad universale. Ideo non sunt ejusdem rationis. 3 ℘ q. 7. 11. ad 3. et q. 10. 4 ad 2. et ad 3.

51. Christus habuit omnes virtutes ad perficiendas potentias singulas, ad omnes actus animæ. 3. ℘ q. 7. 2. o. et 3 ad 1. et q. 15. 2. c.

52. Christus habuit virtutes morales, quoad usum patriæ et viæ, non derogantes perfectioni ejus. Non autem ad domandas passiones. 3. ℘ q. 7. 1 ad 3. et 2 ad 1.

53. Christus habuit summum gra-

dum fortitudinis, sustinens impugnationem, non quidem interiorem a fomite, sed exteriorem a diabolo et a mundo, quos superando, victoriæ coronam promeruit. 3. ℘ q. 15. 2 ad 3.

54. Christus habuit temperantiam, non autem continentiam. 3. ℘ q. 7 2 ad 3.

55. Christus virtute suæ divinitates poderat in se, et in suis discipulis, sine abstinentia, habere virtutum continentiæ. 3. ℘ q. 40. 2 ad 2.

56. Fides non fuit in Christo. 1-2. q. 65. 5 ad 3. et 3. ℘ q. 7. 3. o. et 4. c. 8 ad 2. et 9 ad 1.

57. Christus habuit quicquid est perfectionis et virtutis in fide et spe. 3. ℘ q. 7. 9 ad 1.

58. Christus habuit meritum fidei, quia fides consistit in assensu, ex obedientia Dei, quam Christus plenissime habuit. 3. ℘ q. 7. 3 ad 2.

59. Christus non habuit spei virtutem, licet speraverit aliqua sibi et aliis. 1-2. q. 6. 5. 5 ad 3. et 2-2. q. 18. 2 ad 1. et 3. ℘ q. 7. 4. o. et 6 ad 1. et 8 ad 2. et 9 ad 1.

60. Voluntas animæ Christi informabatur charitate et aliis virtutibus. 3. ℘ q. 49. 6 ad 2.

61. Christus habuit plenissime septem dona Spiritus sancti. 3. ℘ q. 7. 5. o.

62. Christus dat dona inquantum Deus, et recipit ea inquantum homo. 3. ℘ q. 7. 5 ad 2.

63. Christus meruit secundum humanitatem, non autem secundum divinitatem. 3. ℘ q. 53. 4 ad 2.

64. Christus meruit sibi gloriam corporis, scilicet immortalitatem, impassibilitatem, et hujusmodi, et ea quæ pertinent ad excellentiam ejus exteriorem, sicut est ascensio, et veneratio ejus, non autem gloriam animæ, nec scientiam, nec gratiam, nec deitatem, nec virtutes quia cum meritum non sit nisi ejus quod nondum habetur, oporteret quod Christus aliquando istis caruisset, quibus carere magis diminuit dignitatem Christi quam augeat meritum. 3. ℘ q. 19. 3. o. et q. 22. 4 ad 2. et q. 34. 4 ad 1. et q. 45. 1. c. et q. 46. 1. c. et q. 48. 1. o. et q. 49. 3 ad 3. et 6. o. et q. 54. 2. c. et q. 59. 3. c.

65. Christus meruit aliis, scilicet omnibus membris ejus, id est solis regeneratis spiritualiter, id est, per baptismum. 3. ℘ q. 19. 40. et q. 48. 1. c. et 6. o. et q. 49. 1. c.

66. Christus meruit aliis præmium essentiale, quod nullus alius potest. 1-2. q. 114. 6. c. et 3. ℘ q. 19. 4. o. et q. 46. 3. c. et q. 48. 1. o. et 6 ad 3. et q. 61. 1 ad 2.

67. Christus nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipsi excellentius non impleret. 3. ℘ q. 7. 5 ad 2.

68. In Christo fuit aliqua scientia creata, præter scientiam increatam. 3. ℘ q. 9. 1. o.

69. Scientia divina Christi non offuscabat scientiam humanam, sed magis claram reddebat. 3. ℘ q. 9. 1 ad 2.

70. Scientia animæ Christi est nobilior secundum quid quam anima ejus, non autem simpliciter. 3. ℘ q. 11. 5 ad 3.

71. Anima Christi poterat intelligere per scientiam inditam, convertendo se ad phantasmata, et etiam sine eis. 3. ℘ q. 11. 2. o. et 4. fin. et q. 34. 2 ad 3.

72. Christus habuit omnium rerum scientiam speculativam et practicam, non quidem practice, id est non qua ipse faceret res, sed qua sciret, qualiter res factæ sunt a Deo. 3. ℘ q. 13. 1 ad 3.

73. In Christo fuit plenitudo gratiæ, et omnis virtutis, et omnis scientiæ. 3. ℘ q. 15 2. c. q. 3. c. ad 1.

74. In sexta synodo damnata est positio negantium in Christo duas scientias vel sapientias, scilicet creatam scientiam, et increatam. 3. ℘ q. 9. 1. c. fin.

75. Scientia beatorum fuit in Christo. 3. ℘ q. 9. 2. o. et 3. 4. c.

76. Anima Christi in verbo non comprehendit verbum seu divinam essentiam 3. ᵖ q. 10. 1. o. et 2. c. 3 ad 1. et ad 2.

77. Anima Christi in verbo cognoscit omnia quæ quandoque sunt, et cogitatus, non autem omnia quæ sunt in potentia Dei. 3 ᵖ q. 10. 2. o. et q. 59. 2 ad 3.

78. Anima Christi in verbo cognoscit omnia quæ Deus novit scientia visionis, non autem omnia quæ Deus novit simplici intelligentia. 3. q. 10 2 ad 2. et q. 13. 1 ad 2.

79. Scientia animæ Christi in verbo parificatur scientiæ visionis Dei, quoad numerum scibilium, non autem quoad claritatem. 3. ᵖ q. 10. 2 ad 3. et q. 13. 1 ad 2.

80. Anima Christi in verbo scit infinita in potentia, quasi scientia simplicis intelligentiæ, non autem scit infinita in actu, id est scientia visionis, quia entia in actu secundum omne tempus non sunt infinita, quia generatio non est æterna. 3. ᵖ q. 10. 3. o.

81. Anima Christi in verbo comprehendit omnis creaturæ essentiam, et per consequens comprehendit ejus potentiam, et virtutem, et omnia quæ sunt in potentia creaturæ. 3. ᵖ q. 10 2. c.

82. Scientia beata animæ Christi est perfectissima simpliciter, non autem ejus scientia indita, sed est perfectissima in genere humanæ cognitionis. 1-2. q. 1. 1 ad 2. fin. et 3. ᵖ q. 9. 2 c. et q. 11. 5 ad 1.

83. Scientia indita animæ Christi fuit habitualis, non autem scientia ejus beata. 3. ᵖ q. 11. 5 o.

84. In Christo fuit scientia infusa a verbo, per species omnium rerum, ad quas intellectus possibilis est in potentia. 3. ᵖ q 9. 3. o. et 4 c. ad 2. et q 12. 1. c.

85. Scientia Christi infusa fuit distincta in multos habitus. 3. ᵖ q. 11. 6. o.

86. Anima Christi per scientiam infusam cognoscebat omne cognoscibile ab homine, per virtutem intellectus agentis, id est omne pertinens ad scientias humanas, et omne notum homini per revelationem, et omne pertinens ad prophetiam, vel ad quodcumque domum Spiritus sancti, non autem essentiam Dei. 3. ᵖ q. 11. 1. o et q. 12 1. c.

87. Et per eam poterat cognoscere substantias separatas, sicut potest anima separata. 3. ᵖ q. 11. 1 ad 2. et q 12. 1 ad 3.

88 Et per eam cognoscebat omnia singularia, præsentia, præterita, et futura. 3. ᵖ q 11 1 ad 3. et q. 12 1 ad 3.

89. In Christo fuit scientia acquisita, seu experimentalis, per species acquisitas per operationem intellectus agentis ejus. 3. ᵖ q 9. 4. o. et q. 12. o. et q. 15. 8. o.

90 Anima Christi per scientiam acquisitam scivit omne quod scire potest per actionem intellectus agentis, non autem essentias substantiarum separatarum, nec singularia præterita vel futura. 3. ᵖ q. 12. 1. o.

91. Christus profecit in scientia acquisita, quia scientia illa augebatur essentialiter; non autem aliæ scientiæ ejus, scilicet tantum secundum effectus et secudum experientiam, et secundum appa rentiam 3. ᵖ q. 7. 12 ad 3. et q. 12 2. o. et 3 ad 3. et q. 15 8. o.

92. Christus nihil didicit ab homine, quia non convenit dignitati Christi doceri a quocumque hominum. 3. ᵖ q. 12. 3. o.

93. Voluntas duplex est in Christo, scilicet voluntas divina, et voluntas humana, contra hæresim Macarii patriarchæ Antiocheni, Cypri Alexandrini, et Sergii Constantinopolitani. 3. ᵖ q. 18 1 o.

94 Voluntas humana in Christo dicitur tripliciter, scilicet potentia naturalis, motus naturalis, et motus rationalis. 3. ᵖ q 18. 1 ad 3.

95. In Christo est duplex voluntas

humana, scilicet voluntas rationis, et voluntas sensualitatis, id est, appetitus sensitivus. 3.ᵖ q. 18. 2. o. 5. c.

96. In Christo fuit tantum una voluntas humana rationalis per essentiam ut potentia, sed duplex actus, scilicet ut natura, et ut ratio; vel thelesis, id est simplex voluntas, et bulisis; id est, consiliativa, secundum Damascenum. 3.ᵖ q. 18. 2 ad 2. et 3. o. et 4. 5. c.

97. Christus voluit aliud quam Deus, voluntate sensualitatis, et ut natura, non autem ut ratio. Sed semper voluit idem, et semper fuit conformis ei. 3.ᵖ q 18. 5. o. et 6. c. ad 1. et q. 21. 3. 4. o.

98 Voluntas pietatis in Christo est voluntas ut natura, inquantum absolute refugit nociva sibi et aliis. 3.ᵖ q. 18. 3 ad 3.

99. Nulla repugnantia seu contrarietas fuit in Christo inter voluntatem ejus ut ratio, et voluntatem ejus ut natura, vel voluntatem sensualitatis. Quia ad hoc quod sit contrarietas voluntatum in aliquo, re quiritur primo quidem, quod secundum idem attendatur diversitas voluntatum. Si enim unius voluntas velit aliquid secundum quandam rationem universalem, et alterius voluntas sit de eodem non fiendo, secundum quandam rationem particularem, non est omnino contrarietas voluntatum. Ut si rex velit latronem suspendi propter bonum publicum, alter nolit, quia sit cognatus ejus, nisi forte ex hoc intenderet bonum publicum impedire. Tunc enim illæ voluntates essent circa idem, et contrariæ. Licet ergo voluntas naturalis, et sensualitatis in Christo, aliquid aliud voluerit quam voluntas divina et voluntas rationis ipsius, non tamen fuit aliqua contrarietas voluntatum, cum voluntas naturalis numquam eam rationem repudiaverit, qua Deus humanum genus decrevit eo modo salvare. Et quia nec voluntas rationis, nec divinitatis in Christo per motum voluntatis naturalis retardabatur, vel impediebatur. Placebat enim Christo secundum voluntatem divinam, et secundum voluntatem rationis, ut voluntas naturalis in ipso, secundum ordinem suæ naturæ moveretur, et ideo nullo modo fuit in illo contrarietas voluntatum. 3.ᵖ q. 18 6. o.

100. Voluntas et quicquid aliud fuit naturæ humanæ in Christo semper movebatur secundum nutum voluntatis divinæ. 3.ᵖ q. 18. 1 ad 1. et 4

101 Operationes sensitivæ, et vegetativæ, et naturales in Christo, aliqualiter pertinebant ad voluntatem ejus humanam. Ideo erant magis humanæ quam in aliis hominibus, et magis una operatio; quia omnes sensitivæ ordinabantur a ratione ejus, aliæ vero sunt volitæ. 3.ᵖ q. 19. 2. c fin. et ad 1. et q. 27. 3. c.

102. In Christo est liberum arbitrium. 3.ᵖ q 18. 4. o.

103. Omnis potentia communicabilis cuicumque creaturæ, multo abundantius communicata fuit animæ Christi, scilicet ut materia elementaris magis obediat ei ad motum quam qualitatibus activis et virtuti cœlesti. Et magis potuisset movere cœlum quam angelus quicumque. 3.ᵖ q. 13. 2 ad 2.

104. Christus ut homo poterat conferre effectum sacramentorum sine sacramentis, ut institutor eorum, et non alius homo. 3.ᵖ q. 64. 3. c. et q. 72. 2 ad 1. et q. 84. 5 ad 3.

105. Christus secundum divinitatem, habet potestatem dimittendi peccata per auctoritatem, sed instrumentaliter et per ministerium secundum humanitatem. 3.ᵖ q. 16. 11 ad 2.

106. Ad invocationem nominis Christi dabatur remissio peccatorum in primitiva Ecclesia, et non alterius hominis. 3.ᵖ q. 7. 1 ad 2. et q. 64. 3. c.

107. Christus in sua infantia et pueritia in nullo differebat ab aliis

pueris, quod exteriorem conversationem. 3. ᵖ q. 29 1 ad 3.

108. Conveniens fuit quod corpus Christi subjaceret defectibus et infirmitatibus nostris, ad satisfactionem, exemplum, et fidem. 3. ᵖ q. 14. 1. o et 3 ad 1. et 4. c ad 2.

109. Christus secundum corpulentum substantiam tantum, et non secundum rationem seminalem, fuit in patribus; et ideo non fuit decimatus in lumbis Abrahæ. 3. ᵖ q. 31. 8 c ad 3 et 4.

110. Sacerdotium Christi est majus sacerdotio Levitico. Est enim sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cui Abraham decimas dedit, Levi adhuc existente in lumbis illius, ad quem pertinet legale sacerdotium. Si ergo Christus in Abraham decimatus esset, sacerdotium ejus non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus eo. 3. ᵖ q. 31. 8. c.

111. Persona Christi secundum se est simplex, sed ut in duabus naturis subsistit, potest dici composita, licet improprie. 3. ᵖ q. 2. 4. o.

112. Omne quod pertinet ad rationem personæ, vel tantum ad unam naturam in Christo, est unum tantum; si vero pertinet ad utramque naturam, est multa. 3. ᵖ q. 17. 2. c. et q. 35. 5. c.

113. In Christo est tantum una persona. 3. ᵖ q. 16. 1. c. et q. 17. 1. c. et q. 25. 1. c.

113 Hæresis Nestorii, quod in Christo sunt duæ personæ, ideo non ponit communicationem idiomatum. 3. ᵖ q 2. 6. c. et q. 17. 1 c. fin. et q. 20. 2. c. et q. 35. 4. c.

114. In Christo est tantum unum suppositum, seu una hypostasis. 3. ᵖ q. 2. 3. o. et 6. 11. c. et q. 4. 3. c. et q. 16. 1, 3. 4. 5. 9. c. et q. 17. 1. 2. c. et q. 20. 2 c. ad 1. et q. 23. 4. c. et q 25. 1. c. et q. 50. 3 ad 4.

115. Christus est unum, et unus, sed non duo. 3. ᵖ q. 17. 1. o.

116. In Christo est tantum unum esse simpliciter, et duo esse secundum quid. 3. ᵖ q. 17. 2. o.

117. In Christo sunt duæ operationes, contra Macarium. 3. ᵖ q. 19. 1. o. et q. 25. 1 ad 2.

118. In Christo est una tantum operatio humana ratione principii, sed multæ ratione objectorum et potentiarum, et multæ non humanæ, sicut etiam in aliis. 3. ᵖ q. 19 2. o.

119. Christus ea quæ ab aliis observanda instituit, primo ipse observavit. 3. ᵖ q 81. 1. c.

120. Christus figurabatur per propitiatorium, arcam, candelabrum, mensam; et per duplex altare. 1-2. q. 102. 4 ad 6. c 3.

121. Christus erat in spica, in fide patrum legis naturæ, sicut in farina, in doctrina legis et prophetarum, sicut panis, in incarnatione, coctus igne, id est formatus Spiritu sancto, in clibano uteri Virginis, in sartagine per labores in mundo, in craticula, id est in cruce. 1-2. q. 102 3 ad 12.

122. Spiritus sanctus non potest dici pater Christi secundum humanitatem, quia non produxit eum de substantia. 1. ᵖ q. 32. 3. o.

123. Nec tota Trinitas potest dici pater Christi, secundum humanitatem, nec secundum divinitatem, quia Christus non habet esse ab aliqua persona divina, nisi a Patre. 3. ᵖ q. 32 3. o.

124. Christus est aliquid quod est pater, et aliquid quod est mater. 3. ᵖ q. 171. ad 4.

125. Christum Deus Pater plus omnibus dilexit, quia Deus semper diligit meliora, et quia ei majus bonum voluit et fecit; voluntas enim Dei est causa bonitatis in rebus. 1. ᵖ q. 20. 1. c.

126. Deus Christum diligit, non solum plusquam totum humanum genus, sed etiam magis quam universitatem creaturarum. Ei enim majus bonum voluit, quia dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut verus Deus esset. 1. ᵖ q. 20. 4 ad 1.

127. Deus plus amat naturam humanam assumptam a Dei Verbo in persona Christi quam omnes angelos, et melior est maxime ratione unionis. 1. ᵖ q. 20. 1 ad 2.

1. Cibus quem Christus assumpsit post resurrectionem, conversus fuit in materiam spiritualium, id est, aeream, non autem in corpus Christi. 1. ᵖ q. 51. 3 ad 5.

2. Cibus est necessarius dupliciter, scilicet ad restaurationem deperditi, et ut impediat totalem consumptionem caloris naturalis, qui est causa vitæ. 1. ᵖ q. 78. 2 ad 4. et q. 97. 4. c.

3. Usus ciborum ordinatur ad tria, scilicet ad restaurandum deperditum, ad generationem, et ad augmentum. 1. ᵖ q. 97. 4. o. et q 119. 1 ad 4.

4. Nullus cibus est in quo non sit aliquid impuritatis; quia in principio est dissimilis. 1 ᵖ q. 97. 3 ad 4.

5. Nullius cibi usus, de se est peccatum, sed aliquis prohibetur propter obedientiam, votum, continentiam, sanitatem vel figuram. 1-2. q. 102. 6. ad 1. et 2-2. q. 149 3. o et 3. ᵖ q. 40 4 ad 2.

6. Cibus non necessarius debet dimitti propter scandalum, donec veritas declaretur. 2-2 q. 43. 8 ad 3.

7. Ratio multiplex de cibis mundis et immundis, secundum legem veterem. 1-2. q. 102. 6 ad 1 et ad 2.

1. Cicatrices apparebunt in corpore Christi in judicio 3. ᵖ q. 54. 4. c.

2. Christus resurrexit cum cicatricibus, quæ semper erunt in corpore ejus fulgentes. 3. ᵖ q. 54. 4. c.

3. Cicatrices semper erunt in corporibus gloriosis martyrum 3. ᵖ q. 54. 4 c.

Ciconia est idem quod Ibis, scilicet avis Africa, et immunda. Et significat invidos 1-2. q. 102. 6 ad 1. et co. 3.

Cignus est avis immunda, significans hypocritas. 1-2. q. 102. 6 ad 1. co. 3.

Ciminilis est qui ciminum vendit, id est, de parvis magnam vim facit in dando. 2-2. q. 118. 8 ad 4.

Cimiterium consecratum vendi potest ratione terræ, et in necessitate Ecclesiæ, non autem ut res sacra, quia esset simonia. 2-2 q. 100. 4 ad 3.

In operationibus affectus est quidam circulus, sicut etiam in operationibus intellectus 1-2. q. 26. 2. c.

1. CIRCUMCISIO erat sacramentum præparatorium ad baptismum, licet minus expresse figurans cum, quoad exteriora, quam columna nubis, et transitus maris Rubri, quæ tamen non erant sacramenta, quia non fiebat aliqua professio fidei per ea, sicut per circumcisionem. 3. ᵖ q. 70. 1 ad 2.

2. Circumcisio erat præparatoria baptismi quoad professionem fidei, sed baptismus Joannis quoad exercitium actus. 3. ᵖ q. 70. 1 ad 3.

3. Circumcisio non continetur inter sacramenta veteris legis, quia non erat ex Moyse, sed ex patribus. 1-2. q. 103. 1 ad 3.

4. Circumcisio erat quædam professio fidei Christi, aggregans collegio fidelium, præparatoria et figura baptismi. 1-2 q. 102. 5. c. ad 1. et ad 3. et 3. ᵖ q. 68. 1 ad 1. et q. 70. 1. 2. o.

5. Circumcisio est quædam professio legis observandæ. 3. ᵖ q. 37. princip. et q. 40. 4. c. et q. 70. 4. c. fin.

6. Circumcisio significat tria, scilicet castitatem, depositionem peccatorum, et immortalitatem. 1-2. q. 102. 5 ad 1.

7. Circumcisio habet quadrupliciter expressam similitudinem abolitionis peccati originalis, scilicet ratione membri, pellis circularis, pœnæ, et sanguinis 3 ᵖ q 37. 1. c.

8 Circumcisio erat necessaria ad distinctionem, et significationem. 1-2. q. 102. 5 ad 1 et 3. ᵖ q. 70. 1. o.

9. Circumcisio datur in fœdus æternum, quoad significatum, et quod succedit ei, vel capitur pro sæculo, quod habet finem, sed non determinatum nobis. 1-2. q. 102. 5 ad 1.

10. Ratio litteralis triplex circumcisionis. Prima et principalis est protestatio fidei unius Dei, secunda debilitatio concupiscentiæ in illo membro, tertia sugillatio sacrorum Veneris et Priapi, in quibus illa pars honorabatur. Sed ratio figuralis est figura ablationis corruptionis per Christum complete in octava ætate, scilicet resurrectionis. 1 2. q. 102. 5 ad 1.

11. Circumcisio debuit differri usque ad tempus Abrahæ. 1-2. q. 102. 5 ad 1. et 3. ᵖ q. 70. 2. o.

12. Circumcisio debuit dari ante legem Moysi. 1-2. q. 103. 1 ad 3. et 3. ᵖ q. 70. 2 ad 2.

13. Circumcisio cessare debuit divulgato Evangelio. 1-2. q. 103. 1. 3 ad 4.

14. Circumcisio necessario fiebat octavo die, non autem prius etiam imminente morte. 1-2. q. 102. 5 ad 1. et 3. ᵖ q. 70. 3 ad 3.

15. Idem judicium est de pueris mortuis ante octo dies, vel mortuis incircumcisis in deserto, sicut de pueris mortuis ante institutionem circumcisionis. 3. ᵖ q. 70. 4 ad 3.

16. Dispensatum fuit a Deo, ne circumciderentur in deserto, duplici ratione, scilicet ex ignorantia motus castrorum, et ex non indigentia signi, sed peccabant si ex negligentia. 3. ᵖ q. 70. 4 ad 3.

17. Circumcisio non fit nunc, nec antiquitus cum cultro lapideo, nisi in quibusdam famosis. 3. ᵖ q. 70. 3 ad 2.

18. Circumcisio necessario fiebat in membro generationis 1-2. q. 102. 5 ad 1. et 3. ᵖ q. 66. 7 ad 3. et q. 70. 3 ad 1.

19. Circumcisio data fuit convenienter soli populo Israel. 3. ᵖ q. 70. 2 ad 3.

20. Mulieres non circumcidebantur, quia circumcisionis institutio est in signum fidei Abrahæ, qui credidit se patrem futurum Christi sibi repromissi. Et ideo convenienter solis maribus competebat. Et etiam peccatum originale contra quod specialiter circumcisio ordinabatur, a patre trahitur, et non a matre. 3. ᵖ q. 70. 2 ad 4.

21. Christus voluit circumcidi septuplici ratione, scilicet, ut ostenderet veritatem carnis humanæ, ut approbaret circumcisionem quam olim Deus instituerat, ut probaret se esse de genere Abrahæ, qui circumcisionis mandatum acceperat, ut Judæis excusationem tolleret, ne eum reciperent si esset incircumcisus, ut obedientiæ virtutem nobis suo commendaret exemplo, ut qui in similitudine carnis peccati advenerat, remedium quo caro peccati consueverat mundari, non respueret, et ut legis enus in se sustinens, alios a legis onere liberaret. 3. ᵖ q. 37. 1. o. et q. 40. 4. c.

22. Per circumcisionem homines instituebantur, generaliter in statu colendi Deum. Et sine ea nullus admittebatur ad esum agni paschalis, nec ad aliquid legalium. 1-2. q. 102. 5. c.

23. Circumcisio conferebat gratiam quoad omnes effectus positivos et privativos. 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3. et q. 70. 4. o.

24. Circumcisio conferebat gratiam, et erat meritoria, ex opere operante tantum, id est, inquantum erat fidei signum de passione Christi futura; non autem ex opere operato, id est, ex virtute circumcisionis. 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3. et q. 70. 4 ad 1.

25. Circumcisio non imprimebat characterem. 3. ᵖ q. 63. 1 ad 3. et q. 70. 4. c. fin. et q. 72. 5 ad 3.

26. Circumcisio non aperiebat cœlum per accidens, scilicet quia non-

dum erat solutum pretium. 3.ª q. 70. 4 ad 4.

27. Ante circumcisionem sola fides salvabat, et tollebat peccatum originale. 3.ª q. 68. 1 ad 1. et q. 70. 4 ad 2.

28. Circumcisio principaliter tollebat peccatum originale, et consequenter quodlibet aliud. 3.ª q. 38. 3 ad 3. et q. 62. 6 ad 3. et q 70. 4. o.

CIRCUMSPECTIO localiter est proprium corporum, secundum essentiam vero circumscribi convenit omni creaturæ, secundum Ambrosium. 1.ª q. 50. 1 ad 3.

CIRCUMSCRIBI attendit circumstantias in negotio morali. 2-2. q. 48. c. et q. 49. 7. o.

1. CIRCUMSTANTIA est accidens actus humani attingens eum extrinsece. 1-2. q. 7. 1. o. et 3. c. et q 18. 3. o. et q. 88. 5. c

2 Illa conditio ex qua dependet substantia actus non est circumstantia. 1-2 q. 7. 3 ad 3. et 2-2. q. 154. 1. c ad 4.

3. Circumstantia actus moralis dicitur dupliciter, scilicet proportio ejus ad aliquid, et res cui proportionatur. 1-2. q. 18. 4 ad 2.

4. Circumstantiæ actus moralis sunt septem, scilicet quis, quid, ubi, per quæ, cur, quomodo, quando. 1-2. q. 7 3. o.

5. Principalior circumstantia est finis, secunda, quid; aliæ vero secundum quod sunt propinquiores his. 1-2. q. 7. 4. o

6. Finis proximus operantis, et non operis, nec ultimus circumstantia. 1-2. q 7. 3 ad 3.

7. Tempus sacrum est circumstantia peccati quod fit in eo. 2 2. q. 122. 4 ad 3.

8. Nulla circumstantia aggravat peccatum in infinitum. 2-2 q. 100. 4 ad 5.

9. Circumstantia non potest facere de peccato veniali mortale, nisi transferat in aliam speciem, ut differentia, et non ut circumstantia. 1-2 q. 88 5. o. et 2-2. q. 110. 4 ad 5

10. Eadem conditio respectu diversarum specierum est circumstantia, et de substantia actus. 1-2. q. 18. 10. o. et q 88. 5. c.

11. Diversæ circumstantiæ diversi motivi semper mutant speciem, ejusdem autem nunquam. 1-2. q. 72. 9. o. et 2-2 q. 53. 2 ad 3. et q. 92. 2. c. et q 148 4 ad 1. et ad 2 et ad 3

12. Omnis circumstantia respiciens specialem ordinem rationis, pro vel contra, dat speciem actui morali. 1-2. q. 18 5 ad 4. et 10. c. et 11. c. et 73 7. c. ad 1.

13 Nulla circumstantia non habens rationem moralis boni vel mali, nisi, præsupposita alia, ut quantitas, variat speciem. 1-2. q. 18. 11. o. et q. 73 7. c.

14. Nulla circumstantia præter intentionem peccantis dat speciem peccato. 1-1. q 72. 1. 8. c. et 2-2. q. 43. 1. c. et 3.ª q. 88. 4 ad 1.

15. Circumstantia tripliciter aggravat peccatum, scilicet mutando speciem, multiplicando rationem peccati, et augendo priorem circumstantiam. 1-2. q. 73. 7. o.

16. De circumstantiis considerat theologus triplici ratione, scilicet secundum quod per actus humanos homo ad beatitudinem ordinatur, secundum quod in eis invenitur bonum et malum, melius et pejus, et secundum quod sunt meritorii vel demeritorii, sed considerat aliter quam moralis, vel politicus, vel rhetor. 1-2 q 7. 2 o.

Finis scientiæ militaris ordinatur ad finem civis. 1.ª q 1. 5. c.

1. CIVIS dicitur dupliciter, scilicet secundum quid, id est habitator civitatis, et simpliciter, scilicet, qui potest agere ut civis, id est, consilio, et judicio. 1-2. q. 105. 3 ad 2.

2. Virtuosi civis est exponere se mortis periculo, pro totius reipublicæ conservatione 1.ª q. 60. 5. c. et 2 2. q 26. 3. c. et q 31. 3 ad 2.

3 Mulieribus non convenit simpliciter esse cives. 1-2. q. 105. 3 ad 1.

1. Civitas est communitas perfecta. 1-2. q. 90. 2. c. et 3 ad 3

2 Impossibile est quod bonum commune civitatis bene se habeat, nisi cives sint virtuosi, saltem principantes. 1-2 q. 92 3 ad 3.

3. Servi non sunt pars populi, vel civitatis. 1-2 q 98. 6 ad 2.

1 Clamor ponitur filia iræ secundum quod ira est in ore, per quem clamorem intelligitur inordinata, et confusa locutio 2-2 q. 158. 7. c

2. Clamor Christi in cruce fuit miraculosus. 3 ª q. 47 1 ad 2.

3. Animal dolens clamat, quia calor et spiritus multiplicati per dolorem emittuntur. 1-2. q. 44. 1 ad 2.

1. Claritas corporis gloriosi erit a gloria animæ. 3.ª q. 45. 2. c. et q. 54. 2 ad 1 et ad 2.

2. Claritas non erit æqualiter in omni corpore glorioso, nec in omni parte ejusdem corporis. 3.ª q. 45. 2 ad 3.

3. In potestate beatorum erit ostendere, et occultare se, et claritatem sui corporis. 3.ª q. 54. 1 ad 2.

4. Claritas Christi transfigurati erat vera, sed gloriosa, non autem claritas corporis gloriosi, sed est miraculosa. 3.ª q 45 2. o.

5. Claritas Christi transfigurati non erat a corpore ejus, sed tantum a Deo. 3.ª q. 45. 2. o.

6. Claritas vestimentorum Christi significat claritatem sanctorum, quæ superabitur a claritate Christi, sicut candor nivis a splendore solis. 3.ª q. 45. 2 ad 3.

7. Transfiguratio Christi fuit secundum claritatem tantum, et non secundum aliam dotem. 3.ª q. 45. 1 ad 3.

8. Ex Scriptura certum est corpora post resurrectionem fore lucida. Suppl. q. 85. 1. c.

9. Claritas corporis gloriosi ab oculo non glorioso videri non potest. Suppl. q. 85. 2. o.

10. In corpore glorificato erit ut videatur vel non videatur. Suppl. q. 64. 9 85. 3. o.

CLAVIS. Schismatici, hæretici, suspensi, degradati, et excommunicati, non habent usum clavium. 3.ª q. ad 2 et ad 3.

1. Clausio paradisi duplex, scilicet quoad totam naturam per peccatum originale, et quoad personam per peccatum actuale. 3.ª q. 49. 5. c. et q. 52. 5. c.

2. Cum Christus claves regni cœlorum habuerit, hoc est, potestatem aperiendi et claudendi cœlorum, potuit eas dare Ecclesiæ: quod revera effectum est, cum est latere idius dormientis, in cruce sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricata est. Suppl. q. 17. 1. o.

3. Non absolute, sed juxta dignitatem vel indignitatem eorum, quibus cœlum aut aperitur aut clauditur, clavis dicitur potestas ligandi et solvendi. Suppl. q. 17. 2. o.

4. Duplex clavis esse dicitur, quarum una ad judicandum de idoneitate ejus qui absolvendus est, altera ad absolutionem ipsam pertinet quæ potestas judicandi appellatur. Suppl. q. 17. 3. c.

1. Clementia est virtus humana, ideo directe ei opponitur crudelitas, non autem feritas, vel severitas sub bestialitate, sed virtuti heroicæ, vel dono pietatis. 2-2. q. 159. 2 ad 1.

2. Clementia et mansuetudo sunt virtutes, nec opponuntur severitati. 2-2. q. 157. 2. o.

3. Clementia est lenitas superioris ad inferiorem, sed mansuetudo est

cujuslibet ad quemlibet. 1-2. q. 157. 1. c.

4. Clementia est moderativa pœnarum, sed mansuetudo est moderativa iræ. 2-2. q. 157. 1. 2. o. et 3. c. 4 ad 3. et q. 160. 2. c.

5. Clementia et mansuetudo conveniunt cum temperantia in modo, non autem in materia. 2-2 q. 157. 3 ad 2.

6. Clementia moderatur affectum in pœnis infligendis secundum legem communem ex dulcedine affectus, sed epycheia secundum intentionem legis. 2-2. q. 157. 2 ad 2. et 3 ad 1 et 4. c. ad 4. et q. 159. 1. c. ad 1.

7. Clementia et mansuetudo non sunt maximæ virtutes, nisi secundum quid. 2-2. q. 157. 4. o.

8. Mansuetudo et clementia reddunt hominem Deo et hominibus acceptum, ut concurrunt in effectu charitatis, removendo mala a proximis. 2-2. q. 157. 4 ad 2.

9. Clementia, mansuetudo, misericordia et pietas concurrunt in eodem effectu secundum diversa motiva. 2-2. q. 157. 4 ad 3. et q. 159 1 ad 2.

10. Crudelitas, sævitia et feritas opponuntur clementiæ et mansuetudini. 2-2. q. 157. 1 ad 3. et q. 159. o.

11. Clementia comparatur ad severitatem, sicut epyichia ad justitiam legalem, cujus pars est severitas. q. 157 2 ad 2.

1. Coactio duplex, scilicet absoluta, id est violentia, et conditionata, id est, violentia et conditionata, id est, timor seu metus. 1-2. q. 6. 6. o.

2. Voluntas non potest cogi. 1.ª q. 82. 1. c. ad 1. et q. 165. 4 ad 1. et 1-2. q. 6. 4. o. et q. 9. 4 ad 2.

3. Voluntas potest cogi respectu actus imperati, non autem respectu actus eliciti. 1-2. q. 6. 4. o. et 5 ad 1.

1. Coæquale et coæternum prædicatur solum in plurali de pluribus personis divinis, sed æternum et æquale, etiam in singulari. 1.ª q. 42. 2. o.

Filius Dei est coæqualis et coæternus Patri. 1.ª q. 42 2. o.

Coævum est quadruplex, scilicet angeli, cœli; materia prima, et tempus. 1.ª q 46. 3. c. et q. 66. 4. o.

1. COGITATIO. Quid, secundum Ricardum de Sancto Victore, est inquisitio veritatis per discursum ex multis, licet secundum Augustinum quandoque sumatur pro quacumque operatione intellectus. 1.ª q. 34. 1 ad 2. et 2-2. q. 180. 3 ad 1.

2. Cogitatio est respectus animi ad evagationem pronus. Meditatio est intuitus occupatus in inquisitione veritatis. Contemplatio est liber animi contuitus in res. Sed consideratio est omnis operatio intellectus, vel processus rationis ex principiis pertingentibus ad contemplationem veritatis, sicut meditatio. 2-2. q. 180. 3 ad 1.

3. Cogitare dicitur tripliciter, scilicet actualis consideratio intellectus, discursus ejus, et operatio potentiæ cogitativæ. 2-2. q. 2. 1. c.

4. Cogitatio est volubilis dupliciter, scilicet per discursum, et successionem. Secunda est in patria in propriis naturis, non autem prima; neutra vero in Verbi visione. 1.ª q. 10. 3. c. et q. 58. 2. c.

5. Duplex impedimentum cognoscendi cogitationes alterius, scilicet grossities corporis, et voluntas, et tantum secundum erit in patria. 1.ª q. 57. 4 ad 1. et q. 107. 1 ad 1.

6. Solus Deus cognoscit cogitationes alterius per se, dæmones autem, et alii per signa. 1.ª q. 57. 4 o. et 5. c. et q. 114 2 ad 2. et q. 117. c. ad 2. et 1-2. q. 111 4. c. et 2-2. q. 106. 5 ad 3.

7. Dæmones immittunt cogitationes quoad phantasmata solum. 1.ª q. 111. 2 ad 2.

8. Cogitatio de actu peccati quan-

doque est pure speculativa, quandoque autem cum aliqua affectione, et hoc dupliciter, scilicet vel concupiscentiæ, vel horroris. 2-2. q. 154. 5. c. et q. 162. 3 ad 1.

9. Cogitatio de opere illicito non est semper peccatum. Nec est semper de necessitate confessionis, nisi quando ex nimia mora facta in cogitatione illa homo sentiret se inclinari ad faciendum vel perficiendum cogitatum, si opportunitatem haberet quam vellet, vel si pollueretur ex illa vehementi cogitatione morosa, aut si inordinate afficeretur ad aliquam personam, et de ipsa multum molestaretur in cogitatione, habendo motus carnis, et imaginando habere aliquos actus impudicos cum ipsa persona, cum aliqua affectione concupiscentiæ. 2-2. q. 154. 5. c. et q. 162. 3 ad 1.

1. Cogitativa potentia est ratio particularis, collativa intentionum individualium. 1.ª q. 78. 4. c. et q. 81. 3. c. et 1-2. q. 30. 3 ad 3,

2. Potentia cogitativa aliquando dicitur intellectus, ut habet absolutum judicium de singularibus. Et est in confinio intellectus, et supra omnes alias potentias, sensitivæ partis. Et est tantum in homine. 1-2. q. 74. 3 ad 1.

3. Organum potentiæ cogitativæ est media cellula cerebri. 1.ª q. 78. 4. c.

1 Cognatio. Sicut carnalis cognatio impedit matrimonium contrahendum ac contractum, ita et spiritualis, ex Ecclesiæ tamen statuto, si matrimonium præcedat. Suppl. q. 56. 1. o.

2. Spiritualis cognatio ex baptismi et confirmationis sacramentis contrahitur. Suppl. q. 56. 2. c,

3. Spiritualis cognatio inter suscipientem baptismi sacramentum, et ipsum levantem de sacro fonte contrahitur. Suppl. q. 56. 3. o.

4 Transit spiritualis cognatio a viro in uxorem, quam carnaliter cognovit, si quis per proprium actum alterius filium de sacro fonte levat. Suppl. q. 56. 4. o.

5. Spiritualis cognatio transit ad filios carnates spiritualis patris, ita quod dirimit contrahendum et jam contractum matrimonium. Suppl. q. 56. 5. c.

1. Cognitio rei triplex, scilicet per essentiam, per speciem propriam, et per speciem alterius. 1.ª q. 56. 3. o.

2 Cognitio duplex, scilicet naturalis, et per gratiam. Et utraque duplex, scilicet una pure speculativa tantum, et alia affectiva, sive experimentalis. 1.ª q 64. 1. o. et 2-2. q. 97. 2 ad 2. et q. 154 5. c. et q. 162 3 ad 1 et ad 3. et q. 55. 1. c.

3. Cognitio triplex, scilicet per revelationem, per se certitudinaliter, et per conjecturas signorum. 1-2. q. 112. 5. c.

4. Cognitio duplex, scilicet approbationis, et apprehensionis. 2-2. q. 188. 5 ad 1.

5. Cognitio duplex, scilicet directa et indirecta. 1.ª q. 86. 3. c.

6. In omni cognitione modus est duplex, scilicet cognoscentis et cogniti. 1.ª q. 12. 6. o. et 7 ad 3. et 12 ad 3. et q. 14. 6 ad 1.

7. Cognoscere aliquid sicut est in cognoscente, potest intelligi dupliciter, scilicet, secundum modum cogniti, vel cognoscentis. Primum est falsum, secundum est verum. 1.ª q. 14. 6 ad 1.

8. Aliquid cognoscitur dupliciter, scilicet in se, et in suo effectu. 1.ª q 6. 1 ad 2. et 1-2. q. 93. 2. c.

9. Cognoscere per aliud, contingit dupliciter, scilicet eadem cognitione, vel diversis. 1.ª q. 14 7. o.

10 Cognoscere per aliud, contingit dupliciter, scilicet per instrumentum et per formam. Primum oportet esse prægnitum, non autem secundum. Si enim accipiamus duo, quorum utrumque sit per se, in ordine objectorum cognitionis, illud propter

quod aliud cognoscitur, erit magis notum, sicut principia conclusionibus. Sed habitus non est de ordine objectorum, in quantum est habitus, nec propter habitum aliqua cognoscuntur, sicut propter objectum cognitum, sed sicut propter dispositionem vel formam qua cognoscens cognoscit. 1.ª q. 87. 2 ad 3.

11. Primum cognitum a nobis sumitur dupliciter, scilicet respectu diversarum potentiarum, vel respectu diversorum objectorum ejusdem potentiæ. 1.ª q. 85. 3. o.

12. Aliquid cognoscitur in aliquo dupliciter, scilicet sicut in objecto cognito, et sicut in principio cognitionis 1.ª q. 84. 5. c.

13. In nobis habitualis cognitio causatur ex actuali consideratione. Intelligendo enim actu, efficimur scientes, secundum Philosophum; sed cognitio perfecta ab habitu aliquo progreditur. 1.ª q. 86. 2. c. fin. et q. 87. 2 ad 2.

14. Cognitio alicujus vitii vel peccati dependet ex cognitione oppositæ virtutis. Erit igitur compendiosior et expeditior considerationis via, si simul sub eodem tractatu consideratio procedat de virtute et de dono sibi correspondente, et de vitiis sibi oppositis, et de præceptis affirmativis et negativis. Erit autem hujusmodi considerationis modus conveniens ipsis vitiis, secundum propriam speciem. 2-2. prol.

15. Medium cognitionis triplex, scilicet in quo, ut speculum, sub quo, ut lumen, per quod, ut in demonstratione. 1.ª q. 12. 5 ad 2. et q 94. 1 ad 3.

16. Ad cognitionem requiruntur duo, scilicet apprehensio et judicium 2-2. q. 173. 2. c.

17 Natura hominis dependet a superiori natura, ad cujus perfectionem non sufficit cognitio naturalis, sed requiritur quædam cognitio supernaturalis. 2-2 q. 1. 3 ad 1.

18. Certitudo cognitionis in diversis naturis invenitur diversimode, secundum diversam conditionem uniuscujusque naturæ. 2-2. q. 9. 1. ad 1.

19. Proficere in cognitione contingit dupliciter, scilicet ex parte docentis, qui proficit, ut in scientiis humanis, vel ex parte discentis, ut in fide. 2-2. q. 1. 7 ad 2.

20. Perfectio cognitionis duplex, scilicet ex parte cogniti, et ex parte cognoscentis. Primum attenditur ratione medii, secundum vero ratione potentiæ et habitus. 3.ª q. 10. 4 ad 1.

21. Cognitio quam per rationem naturalem habemus, duo requirit, scilicet phantasmata, et lumen naturale intelligibile. 1.ª q. 12. 13. c.

22. Cognitio est imperfecta tripliciter, scilicet ratione objecti, ut vespertina; ratione medii, ut opinio; et ratione subjecti, ut fides. Prima et secunda potest esse simul cum perfecta, non autem tertia. 1.ª q. 58 7 ad 3. et 1-2. q. 62. 7 ad 1. et q. 67. 3. o.

23. Cognoscere aliquid in universali est imperfectius quam cognoscere in speciali. 1.ª q. 5. 5. 3 ad 2

24. Cognitio singularium pertinet ad perfectionem animæ intellectivæ, secundum cognitionem practicam, non autem secundum speculativam. 3.ª q 11. 1 ad 3

25. In carentibus cognitione, est potentia pertingens ad finem, per modum exequentis, non autem per modum imperantis. 1-2 q. 11. 2. c.

25. Cognitio pertinet ad perfectionem rei in se, sed voluntas in ordine ad alia. 1.ª q. 60. 2. c

27. Secundum gradus cognitionis sunt gradus appetitus. 1.ª q. 80 1 c.

28. Res participes sunt cognitionis et voluntatis, secundum gradus suæ immaterialitatis. 1.ª q. 14. 1. c.

29 Cognitio qualibet fit per aliquam abstractionem a materia. 1.ª q 84. 2. c.

30. Nihil cognoscitur secundum quod est in potentia, sed secundum

quod est in actu. 1.ª q. 12. 1. c. et q. 14. 3. c. et q. 84. 2. c. et q. 87. 1. 2. 3. c.

31. Cognoscens distinguitur a non cognoscente, per hoc quod potest habere formam alterius. 1.ª q. 14. 1. c. et q. 80. 1. c.

32. Omnis cognitio naturalis est vera. Sed veritas ejus est alia a veritate cognitionis infusæ, vel acquisitæ. 1.ª q 60. 1 ad 3.

33. Impossibile est aliquam cognitionem esse totaliter falsam, sine aliqua veritate. 2-2. q 172. 6. c.

34. Mutata re, cognitio nostra variatur, vel de veritate in falsitatem, vel e converso, si duret eadem opinio, vel de una opinione in aliam. 1.ª q. 14. 15 ad 3.

35. Nullus obliviscitur cognitorum naturaliter. 1.ª q. 84. 3. c.

36. Quælibet virtus cognoscitur per cognitionem eorum in quæ potest, 3.ª q. 10. 2. c. fin.

37. Privatio non cognoscitur, nisi per habitum sibi oppositum. 1.ª q. 14. 10. c. et 1-2. q. 100. 6 ad 2.

38. Cognitio discursiva est quando ex prius notis in ignotum devenitur. 1.ª q 58. 3 ad 1.

39. Cognitio sensitiva ordinatur ad duo, scilicet ad sustentationem corporis vitando nociva, et acquirendo necessaria; secundo ad cognitionem intellectivam practicam et speculativam. Primum convenit omni animali, secundum autem soli homini. 2-2. q. 167. 2. c.

1. Coitus. In coitu absorbetur usus rationis, propter vehementiam delectationis 1-2. q. 34 1. 1. et ad 1. et q. 37. 1 ad 2. et q. 72. 2 ad 4.

2. Coitus vagus non est in animalibus, nisi fœmina sufficiat ad educationem prolis. 2-2. q. 154. 2. c.

3. Cholera citius cæteris humoribus movetur: ideo cholericus facilius movetur ad iram quam alii ad suas passiones. 1-2. q. 46. 5. c.

Colere dicimur homines, quos honore, vel recordatione, vel præsentia frequentamus, et alia nobis subjecta, ut agros. 2-2. q. 81. 1 ad 4.

Collecta. In aliquibus terris ex antiqua consuetudine Domini suis subditis certas collectas imponunt, quæ si non sunt immoderatæ absque peccato exigi possunt. 2-2. q. 118. 8 ad 4.

1. Collectivum significat duo, scilicet multitudinem suppositorum, et unitatem ordinis. 1.ª q. 31. 1 ad 2.

1. Coloratum est proprium objectum visus. 1.ª q 1. 7. c. et q. 45. 4 ad 1.

2. Color est objectum materiale visus, formale vero est lumen. 2-2. q. 1. 3. et q. 25. 1. c.

3. Color non est coloratus, sed clarus Similiter albedo 1-2. q. 55. 4 ad 1 ad 1.

4. Lumen facit quod color qui est visibilis in potentia, fiat visibilis in actu. 1.ª q. 67 3 ad 3. et q. 79 3 ad 2.

1. Columba habet septem proprietates, ad designandum septem dona Spiritus sancti, scilicet quia columba secus fluenta habitat, meliora grana eligit, alienos pullos nutrit, non lacerat rostro, felle caret, in cavernis petræ nidificat, et gemitum pro cantu habet. 3.ª q. 39. 6 ad 4.

2. Columba quæ apparuit supra Christum baptizatum, convenit soli Spiritui sancto, ut signum. Sed ut res, et effectus, convenit toti Trinitati. Unde et instinctus ejus quo movebatur ad motum naturæ, sicut ex causa spirituali, causabatur ex Deo. 1.ª q 43. 7 ad 3. et 2-2. q. 95. 7. c. et 3.ª q. 39. 8 ad 2.

3. Columba illa fuit verum animal. 3.ª q. 39. 7. c.

4. Illa columba, peracto ministe-

rio, conversa est in pristinam materiam. 1.ª q. 43. 7 ad 4 et 3.ª q. 39. 6 ad 2.

1. COMEDERE est sumere cibum, per potentiam naturalem sumentis, convertibilem in naturam ejus. 1.ª q. 51. 3 ad 5.

2. Christus, post resurrectionem ejus, vere comedit; angeli vero nunquam. 1.ª q. 51. 3 ad 5. et 3.ª q. 54. 2 ad 3. et q. 55. 3. c. et 6. c. ad 1.

3. Comestio potest esse inconveniens dupliciter. Primo totaliter impediendo finem principalem, id est, salutem corporis, vel finem secundarium, id est, bonam habitudinem, in negotiis excercendis, per nimiam superfluitatem vel per defectum ciborum. Secundo reddendo difficilem, vel minus decentem perventionem ad finem, per comestionem extra tempus debitum. 2-2. q. 141. 6 ad 2.

4. Qui vult comedere nociva, quodammodo dicimus eum velle infirmari. 2-2. q. 30. 1. c.

5. David comedens panes sanctos cum sociis excusatur, propter necessitatem famis. 3.ª q. 40. 4 ad 2.

1. COMMUTATIO duplex, scilicet naturalis, id est, rei ad rem, vel ad donarios, pertinens ad œconomos vel politicos, alia propter lucrum, pertinens ad negotiatores. 2-2. q. 77. 4. o.

2. Commutatio duplex, scilicet involuntaria, ut in nocumentis; et voluntaria, ut in contractibus. 2-2. q. 61. 3. o.

3. Commutatio sicut est in beneficiis, rependendo gratiam, sic et in offensis, puniendo. 3.ª q. 85. 3 ad 3.

1. COMPARATIO. Quæ sunt unius generis, possunt comparari rei, quæ non est in genere, scilicet Deo, non autem rei, quæ est in alio genere. 1.ª q. 4. 3 ad 2. et q. 6. 2. ad 3.

2. Comparatio duplex, scilicet absoluta, et respectiva. 2-2. q. 188. 6. c. princip.

3 Comparatio duplex, scilicet æqualitatis, et similitudinis. 2-2. q. 105. 2 ad 1.

COMPLACENTIA peccati venialis non est peccatum mortale, nisi ponatur in eo finis, id est, supra Deum, et in comtemptum Dei. 1-2. q. 88. 2. 3. 4. c.

1. COMPOSITUM. Omne compositum est posterius suis componentibus. Et habet causam, et actum et potentiam. 1.ª q. 3. 7. c.

2. Omne compositum ex materia et forma, est compositum ex quo est, et quod est 1. q 50. 2. ad 3.

3. Apud nos composita sunt meliora simplicibus, non autem in Deo. 1.ª q. 7. 3 ad 2.

4. Omne compositum est aliquid quod non convenit alicui partium ejus, et in eo est aliquid quod non est ipsum. 1.ª q. 3. 7. c.

1. COMPREHENDERE proprie est attingere rem, secundum omnem modum et omnem rationem, qua cognoscibilis est. 1.ª q. 12. 7. o. et q. 14 3 o et 1-2. q. 4. 3 ad 3. et 2-2. q. 28. 3 ad 3.

2. Comprehensio non est alia operatio a visione, sed est habitudo ad finem habitum, cujus objectum est visio, vel res visa. 1-2. q. 4. 3 ad 3.

3. De ratione comprehensionis sunt duo, scilicet continere fines rei, et nihil ejus esse extra. Secundum convenit infinito, non autem primum. 1.ª q. 14. 3 ad 1.

4. Comprehensio Dei dupliciter dicitur, scilicet attingentia vel tentio Dei et aprehensio adæquata Dei. Prima convenit omnibus beatis, non autem secunda. 1.ª q. 12. 7 ad 1. et 1.ª q. 4. 3. ad 1.

5. Deus perfectissime comprehendit seipsum. 1.ª q. 14 3. o. et q. 62. 9. c. et 1-2. q. 3. 8. ad 2.

6. Nullus intellectus creatus com-

prehendere potest essentiam Dei. 1. ᵖ q. 12. 1 ad 1. et 7. o. et 8. c. et q. 56. 3 ad 1. et ad 2 et q. 75. 5 ad 2 et q 62 9 c. et q. 86. 2 ad 1. et q. 107. 3. c. et 1-2. q. 4. 3 ad 1. et q. 93. 2 ad 2. et q. 102 4 ad 6 et 3. ᵖ q. 10. 1. o. et 3 ad 1.

7. Comprehensio pertinet ad voluntatem, sicut et delectatio, quia ejusdem est habere aliquid, et quiescere in eo. 1-2. q. 4. 3 ad 2.

8. Christus fuit simul viator et comprehensor. 1. ᵖ q 113. 4 ad 1. et 2-2. q. 18. 2 ad 1. et q. 174 5 ad 3. et q. 175 4 ad 2 et 3. ᵖ q 7. 8. c. et 3 ad 1. et q 8 4 ad 2. et q. 11, 1 ad 2 et 2 c. ad 2. et q. 15. 10 o. et q. 18. 5 ad 3. et q. 19 3 ad 1. et q 30. 2 ad 1

1. COMMUNE duplex, scilicet secundum rem et secundum rationem. Primum est in divinis tantum, secundum in omni natura. 1. ᵖ q. 39. 4 ad 3.

2. Commune triplex, scilicet univocum, æquivocum, et analogum. 1. ᵖ q. 13. 5. 10. c.

3. Commune absolutum est prius secundum intellectum proprio, commune respectivum et divinum, est posterius proprio. 1. ᵖ q. 33. 3 ad 1 et 3. ᵖ q. 7. 15 ad 3.

4. Quanto aliquid est communis, tanto est prius via generationis 1. ᵖ q. 20. 1. c et q 85. 3 ad 1.

5. Commune semper est prius proprio ejusdem generis, non autem si sint diversorum generum. 3. ᵖ q. 7. 13 ad 3.

6. Communius prædicatione est imperfectius minus communi, sed communius causalitate, est nobilius. 1-2. q. 90. 2 ad 2.

7. Bonum commune est melius bono privato ejusdem generis, non autem semper, si sint diversorum generum. 2-2. q. 152. 4 ad 3.

1. COMMUNICABILE nomen tripliciter est, vel incommunicabile, scilicet secundum rem et rationem, ut homo, secundum similitudinem, ut leo, secundum rationem vel opinionem, ut Deus 1. ᵖ q. 13. 9. o

2 Hoc nomen, *Deus*, est incommunicabile proprie secundum rem, sed est communicabile secundum rationem, secundum opinionem, et secundum similitudinem. 1 ᵖ q. 13. 9. c.

1. COMMUNICATIO hominum ad invicem duplex, scilicet auctoritate principum, ut judicia, pœnæ et hujusmodi, et propria voluntate privatarum personarum; ut emptio, donatio, et hujusmodi. 1-2. q. 105 2 c.

2 Communicatio prohibetur duplici de causa, scilicet, propter periculum, sicut cum infidelibus, vel in pœnam, sicut cum excommunicatis, hæreticis, schismaticis, et apostatis. 2-2. q. 10 9. o.

1. CONCEPTIO Christi habuit tria privilegia a Spiritu sancto, scilicet esse sine peccato originali, esse Dei et hominis, et esse a virgine 3. ᵖ q. 27. 2 ad 2 et q. 32. 4 ad 1.

2. Conceptio Christi specialiter attribuitur Spiritui sancto, licet sit a tota Trinitate, et a singulis personis. 3. ᵖ q. 32. 1. o. et q. 29. 8 ad 2. et q. 46. 6. c.

3 Conceptio Christi est de Spiritu sancto efficienter, ratione corporis, et consubstantialiter ratione Verbi. 3. ᵖ q. 32. 2. o. et q. 54. 1 ad 3.

4. Corpus Christi non dicitur proprie conceptum de Spiritu sancto, sed ex Spiritu sancto. 3. ᵖ q. 32. 2. ad 2.

5. Conceptio Christi fuit in instanti. 3. ᵖ q. 6. 4 ad 1. et q. 33. 1. 2. 3. o et q 36. 4. c.

6. Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit perfectus secundum animam, et figuram corporis, non autem secundum quantitatem. 3. ᵖ q. 33. 2. o

7. Christus in primo instanti suæ

conceptionis fuit sanctificatus quoad animam et quoad corpus. 3.ᵖ q. 34. 1. o et 2 ad 2. et 2. c

8. Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit operationem tractus. 3.ᵖ q. 34. 2 ad 3.

9. Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit usum liberi arbitrii. 3.ᵖ q. 34. 2. o.

10. Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit plenitudinem gratiæ, et cognitionis. 3.ᵖ q. 7. 3. 4. c. et q 34. 2 ad 2. et q. 69. 3. c. et q. 72 1 ad 4.

11. Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit majorem gratiam omnibus comprehensoribus. 3.ᵖ q. 34. 4. c.

12. Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit, et in eo plene comprehensor fuit. 1-2. q. 5. 7 ad 2. et 3.ᵖ q. 7. 3. 4 12. c. et q. 34. 3 4. o. et q. 45. 1. c. et q. 48. 1 ad 2. et q. 49. 6 ad 3. et q. 54. 2. c

13. Christus gloriam immortalitatis suæ, quam in primo instanti suæ conceptionis meruit, potuit etiam mereri per actus sequentes, non ut magis esset ejus, sed ut pluribus causis debeatur ei. 3.ᵖ q. 34, 3 ad 3. et q. 49. 6 ad 2. et q. 59. 3. c.

14. Christus conceptus est miraculose ex perpetua virgine, non ex virili semine 3.ᵖ q. 28. o. et q. 31. 1 ad 3. et 5. o. et ad 3. et q. 34 1 ad 2. et q. 35. 6. c.

15. Conceptio Christi, cum dicitur fuisse facta ex muliere, sicut glossa dicit, mulierem pro fœmina posuit Scriptura, more locutionis Hebræorum Usus enim Hebræorum dicit mulieres, non virginitate corruptas, sed fœminas 3.ᵖ q. 28. 1 ad 3.

16 Beata virgo habuit fidem de conceptione Christi. 3.ᵖ q 30. 1. c. ad 2.

17. Beata virgo se habuit active in præparatione materiæ, non autem in conceptione Christi. 3.ᵖ q. 32. 4. o. et q 33. 4 ad 2.

18. Beata virgo fuit concepta ex semine viri, ideo fuit in Adam, et in aliis patribus, secundum rationem seminalem. 3.ᵖ q 27. 2 ad 4. et q. 31. 6 ad 2. et 8 ad 2.

19. Virgo Maria mater Christi sine ulla peccati originalis labe concepta fuit: et hoc est de fide. De mente Sti Thomæ, vide app XXV, tom. IV, hujus op. pag. 133.

CONCEPTUS mentis. Significare conceptus suos, est homini naturale sed determinatio signorum est ad placitum humanum. 2-2. q. 85. 1 ad 3.

1. CONCILIUM est, in quo judices inter se conferunt de agendis, sicut quo supplicio aliquis damnari oporteat. 2-2. q. 158. 5 ad 3.

2 Prohibitio vel sententia synodi vel concilii se extendit tantum ad personas privatas, quarum non est determinare de fide. 2-2. q 1. 10 ad 2.

3 Concilium solus Papa congregare potest, a quo non potest appellari ad concilium, sed e converso. 1.ᵖ q. 36. 2 ad 2. et 2-2. q. 1. 10. c. et c. fin. et ad 2.

1 CONCLUSIO inquisitionis practicæ est duplex, scilicet sententia vel judicium in ratione, vel electio in voluntate. 1.ᵖ q 83. 3 ad 2. et 1-2. q. 13. 1 ad 2. et 3. c et q. 76. 1. c.

2. Conclusio tunc solum sequitur ex principio, quando sine illa principium non potest esse verum 1-2. q. 13 6 ad 1.

3. Conclusio syllogismi operativi, est singularis, ideo non concluditur, nisi mediante propositione singulari. 1.ᵖ q. 86. 1 ad 2. et 1-2. q 76. 1. c. et 2-2. q 49. 2 ad 1

1. CONCORDIA dupliciter aufertur per discordiam, scilicet per se, id est scienter, et per accidens, id est præter intentionem 2-2. q 37 1. c.

Concordia res crescunt, discordia vero dilabuntur. 2-2. q 37. 2 ad 3.

1. CONCUBINATUS et quilibet coitus extra matrimonium est contra legem naturæ, et est peccatum mortale. 2-2. q. 154. 2. o.

2. Virum habere plures uxores est contra legem naturæ, quantum attinet et ad communicationem operum inter virum et uxorem, et ad similitudinem conjunctionis Christi et Ecclesiæ cum conjugio: Quantum vero spectat ad prolis procreationem et educationem, pluralitas uxorum non est contra jus naturæ. Suppl. q. 65. 1. o.

3. Polygamia olim fuit licita antiquis patribus et aliis, propter finem prolis multiplicandæ ad cultum Dei, nunc vero prohibetur, quia ille finis cæteræque circumstantiæ cessarunt. Suppl. q. 65. 2. c.

4. Cum præcipuus finis appetendæ concubinæ sit coitus, illam habere est contra legem naturæ, illius enim finis legi naturali adversatur. Suppl. q. 65. 3. c.

5. Simplex fornicatio etiam ratione sui est peccatum mortale, quod tollit debitam ordinationem parentis ad liberos, ad quod debet maxime spectare coitus. Suppl. q. 65. 4. o.

6. Nunquam licuit concubinam habere, etiam ex dispensatione, nisi matrimonio junctam: est enim contra legem naturæ, cum non sit conveniens actus ad bonum prolis. Suppl. q. 65. 5. o.

1. CONCUPISCENTIA est appetitus delectationis sensitivæ. Et est subjective in appetitu sensitivo. Et est tantum in concupiscibili. 1-2. q. 30. 1 o. et q. 32. 3 ad 3.

2. Concupiscentia est passio distincta ab aliis passionibus concupiscibilis, scilicet amore, et delectatione, quia est de bono sensibili absente. 1-2. q. 30. 2. o.

3. Passio opposita concupiscentiæ est innominata, ideo timor ponitur pro ea. 1-2. q. 30. 2 ad 3.

4. Concupiscentiarum aliquæ bonæ sunt, et aliquæ malæ. 1-2. q. 30. 1 c. fin.

5. Concupiscentia duplex, scilicet naturalis, id est de bono convenienti secundum naturam animalis, et non naturalis, id est, secundum aprehensionem. Prima convenit omni animali, secunda vero soli homini. 1-2 q. 30. 3. o. et q. 31. 3. o et q. 41. 3. c. et q. 77. 5. c. et 2-2. q. 117. 5 ad 2.

6. Concupiscentia naturalis est finita in actu, et infinita tantum in potentia, non naturalis autem est infinita actu. Et concupiscentia finis est infinita, sed eorum quæ sunt ad finem est finita 1-2. q. 30. 4. o.

7. Concupiscentia dupliciter est naturalis, scilicet secundum genus et secundum speciem. 2-2. q. 143. 2 ad 2.

8. Concupiscentia est naturalis homini, tantum ut recta secundum rationem. 1-2. q. 81. 3 ad 1. et q. 85. 3 ad 3. et 3.ª q. 15. 2 ad 2.

9. Concupiscentia est naturalior quam ira ratione objecti et subjecti, secundum naturam generis et corporis, sed e converso secundum naturam speciei, et individui, et animæ. 1.ª q. 63. 4 ad 2. et 1-2 q. 46. 5. o. et 2-2. q. 156. 4. c.

10. Concupiscentia præcedens actum rationis et voluntatis, diminuit peccatum, sequens vero auget. 1-2. q. 73. 6 ad 2.

11. Concupiscentia carnis contra spiritum quando ratio ei resistit, non est peccatum, sed est materia exercendæ virtutis. 1-2 q. 80. 3 ad 3.

12. Concupiscentia non ligat totaliter rationem 2-2. q 150. 4 ad 3.

13. Concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quidem quia totaliter auferat judicium rationis, sed quia in nullo procedit secundum judicium rationis, nisi sit tanta quod faciat insanire, tunc enim ligat totaliter rationem. 2-2. q. 150. 4 ad 3. et q. 156. 4 ad 2. et q. 157. 3 ad 3. et q. 175. 2 ad 2.

14. Debilitas concupiscentiæ ex

charitate vel temperantia, auget meritum, sed ex pronitate vel commoditate, diminuit. 2-2. q. 155. 4 ad 2.

15. Concupiscentia accensa minuit iram, et e converso 1.ª q. 81. 2. c.

16. Intemperantia et concupiscentia tripliciter sunt pueriles, non quia sint in pueris, sed quia assimilantur eis, scilicet appetendo turpia, id est, contra rationem, crescendo, et refrenando. 2-2. q. 142. 2. o. et q. 151. 2 ad 2.

1. Concupiscibilis est de bono secundum sensum absolute; sed irascibilis, ut est arduum. 1.ª q. 59 4 ad 3. et q. 81. 2. o. et q. 82. 4. c. et 1-2. q. 23. 1. o. et 2. c. et q. 25. 1. c. ad 1. et q. 26. 1. c. fin. et q. 30. 2 c. et 2-2. q. 128. ad 1. et q. 129. 1 ad 1.

2. Concupiscibilis denominatur a concupiscentia, quia inter omnes passiones, ejus est notior et sensibilior, non autem prior. 1-2. q. 25. 2 ad 1. et q. 82. 3. ad 2.

3. Concupiscibilis est irascibilis propugnatrix. 1.ª q. 81. 2. c et 1-2. q. 23. 1 ad 1. et 2-2. q. 50. 4. c. et q. 108. 2. c.

4. Motus concupiscibilis in appetendo est velocior motu irascibilis, sed in exequendo, est e converso. 2-2. q. 156. 4. c.

5. Motus concupiscibilis, ut hominis, est contra naturam et pœnam, si sit contra rationem, non autem secundum genus. 1-2. q. 82. 3 ad 1. et q. 85 3 ad 3. et q. 94. 2 ad 2. et 4 ad 3.

6. Omnia mala pertinent ad concupiscibilem, sicut ad primam radicem, non autem sicut ad proximum principium. 1-2. q. 82. 3 ad 3.

7. Omnis motus concupiscibilis causatus ex apprehensione, semper est peccatum, non autem si sit ex qualitate organi. 1-2. q. 17. 7. o.

8. Peccata concupiscibilis sunt turpiora, et minus gravia peccatis irascibilis. 1-2. q. 73. 5 ad 3. et 2-2. q. 42. 2. 3. 4. o. et q. 156. 4. c.

Condemnatus juste ad mortem potest fugere, non autem se defendere. Si vero injuste, potest utrumque, si non sit scandalum. 2-2. q. 69. 4. o.

Conditionalis cujus antecedens et consequens sunt impossibilia, potest esse vera, ut si dicatur: Si homo est asinus, habet quatuor pedes. 1.ª q. 25. 3 ad 2. et q. 44. 1 ad 2.

1. CONFESSIO triplex, scilicet actus exterior fidei vel justitiæ, actus latriæ, scilicet gratiarum actio et laudatio Dei, et actus pœnitentiæ, scilicet confessio peccatorum. 2-2. q. 3. 1. o. et q. 12. 1 ad 2.

2. Confiteri fidem in periculo mortis, non est tantum fidei, sed indiget auxilio virtutis fortitudinis, et gratia sacramentali confirmationis. 2-2. q. 3. 1 ad 2.

3. Actus omnium virtutum sunt a fide formata imperative, sed confessio fidei elicitive. 2-2. q. 3. 1 ad 4.

4. Confessio fidei est de necessitate salutis, tunc solum, quando periclitatur honor Dei, vel utilitas proximi. 2-2. q. 3. 2. o.

5. Blasphemia opponitur confessioni fidei. 2-2. q. 13. 1. o. et 2 ad 2. et 3. c.

6. Confessio peccatorum duplex, scilicet interior Deo, et exterior sacerdoti. 3.ª q. 68. 6. c. ad 2.

7. Confessio præsupponit actualem contritionem delentem culpam, ideo directe ordinatur ad dimissionem pœnæ 3.ª q. 87. 1. c.

8. Quilibet tenetur confiteri de peccato mortali, cum proposito non peccandi, et tenetur confiteri peccatum suum, quod dubitat esse mortale, et causas vel occasiones sufficientes peccati mortalis, sive circumstantias aggravantes in infinitum. 3.ª q 87. 1 ad 1.

9. Quilibet tenetur confiteri nume-

rum suorum peccatorum, sicut potest, quia peccatum in specie non est unum peccatum numero, sed multa. Contritio etiam est in conspectu Dei, qui uno intuitu omnia videt. Sed confessio fit homini cui sigillatim oportet omnia exponi. Et præterea oportet de omni peccato mortali quod memoriæ occurrit, singulariter dolere. 3.ª q. 87. 1. c.

10. Non confitens aliquod peccatum, propter ignorantiam facti, aut quia oblitus est, excusatur a fictione, non autem si propter ignorantiam juris. 2-2. q. 53. 2 ad 2.

11. Concessum est prælatis a jure, quod possint sibi eligere confessores, quia prælati habent dispensare sacramenta, et interior perfectio ad hoc requiritur quod aliquis digne hujusmodi actus exerceat, qui etiam confessores, quantum ad hoc sunt eis superiores. 2-2. q. 184 6. c.

12. Sacerdos in nullo casu debet revelare confessionem 2-2. q. 70. 1 ad 2.

13. De quolibet confessore dicitur: Non est inventus similis illi 1-2 q. 66 2 ad 2.

14. Sacramentalis confessio est de necessitate salutis ejus, qui in peccatum actuale vel mortale cecidit. Suppl. q. 6. 1. o.

15. Confessio quæ necessitatem sacramentalem habet, non de jure naturali est, sed de divino. Suppl. q. 6. 2. o

16. Quamquam peccatores tantum ex divino jure ad confessionem teneantur, ex vi tamen positivi juris omnes Christi fideles ad eam, semel saltem in anno, tenentur q 6. 3. o.

17. Ad hoc quod sit idonea confessio requiritur quod os cordi concordet, ut solum hoc os accuset, quod conscientia tenet. Suppl. q 6 4 o.

18. Quanquam statim omnes de suis dolere peccatis teneantur, de necessitate tamen salutis non est, ut statim peccata sua confiteantur, sed habita copia confessoris, et statutis ab Ecclesia pro pœnitentia temporibus. Suppl. q. 6. 5. o.

19. Sicut Papa non potest dispensare ut aliquis sine baptismo salvetur, ita sine confessione. Suppl q. 6. 6. o.

20. Confessio est per quam latens morbus spe veniæ aperitur. Suppl q. 7. 1. o.

21. Cum per confessionem aliquis ore confiteatur, quod corde tenet, confessio bonum est ex genere, et est actus virtutis, sed tamen potest malefieri, nisi aliis debitis circumstantiis vestiatur. Suppl. q. 7. 2 o.

22 Confessio est actus virtutis pœnitentiæ elicitus, quamvis, secundum alias rationes, ad multas virtutes pertinere possit. Suppl. q. 7 3. o.

23. Cum solus sacerdos minister sit sacramenti pœnitentiæ, soli sacerdoti facienda est sacramentalis confessio. Suppl q. 8. 1. o.

24. In necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet, ut ei confessio fieri possit Suppl. q. 8 2. o.

25. Confessio laico facta sacramentale quoddam est, quamvis non sit perfectum sacramentum et ex charitate procedens, et talibus natum est peccatum veniale remitti, sicut per tunsionem pectoris et aquam benedictam. Suppl. q 8. 3. o

26. Non modo sacerdoti, sed proprio sacerdoti, qui imperandi jurisdictionem et potestatem habet, confiteri peccata necessarium est. Suppl. q 8 4. o.

27. Potest aliquis ex privilegio vel superioris mandato alii quam proprio sacerdoti sua peccata confiteri et ab illo absolvi. Suppl. q. 8. 4 o.

28. Cum necessitas legem non habeat in necessitatis articulo, quilibet sacerdos, a quibuscumque peccatis, etiam ab excommunicatione, quemlibet absolvere potest Suppl. q. 8. 6. o

29. Secundum quantitatem culpæ, tametsi taxanda sit satisfactionis pœna, quia tamen pœnæ in peccatorum remedium injunguntur, non solum secundum culpæ quantitatem, sed

etiam secundum conditionem personarum taxandæ sunt. Suppl q. 8. 7. o.

30. Confessio ut est pars sacramenti, potest nonnunquam in eo esse, qui non contritus, et sine charitate est; ut vero virtutis actus est, non potest absque charitate in aliquo esse. Suppl. q. 9 1. o.

31. De necessitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet; quod si non faciat, non est confessio, sed confessionis simulatio. Suppl. q. 9. 2. o.

32. Proprio ore peccatorum confessio facienda est, nisi naturæ ad hoc aliquod impedimentum adfuerit. Suppl. q. 9. 3. o.

33.
Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lacrimabilis, accelerata,
Fortis, et accusans, et sit parere parata.

Suppl q. 9 4 ad 1.

34. Confessio liberat hominem a culpa, sicut et baptismus. Suppl. q. 10 1. o.

35. Absolvit hominem aliquomodo a pœna, ipsa sacramentalis peccatorum confessio, secundum majorem vel minorem confitentis dispositionem. Suppl. q. 10. 2. o.

36. Sacramentalis confessio januas paradisi aperire dicitur, quod a culpa, et pœnæ reatu absolvit. Suppl. q. 10. 3. o.

37. Confessio sacramentalis spem salutis tribuit; quod per eam homo se clavibus Ecclesiæ subjicit. Suppl. q. 10. 4. c.

38. Per confessionem generalem delentur peccata mortalia oblita; si vero peccatum mortale memoria teneat quis, confessione speciali est opus. Suppl. q. 10. 5. o.

39. Tanquam violator sacramenti peccat qui confessionem revelat. Suppl. q. 11. 1. o.

40. Sigillum confessionis extendit se ad illa de quibus est sacramentalis confessio, et simul ad illa omnia, per quæ posset peccator vel peccatum deprehendi Suppl. q. 11. 2. o.

41. Sicut sacerdoti competit sigillum confessionis ut Dei ministro, ita ei ecclesiastico, cui propter necessitatem, confessionem audire contingit, competere dicitur peccata celare. Suppl. q 11 3. o.

42. Cum confitens efficere possit, ut sacerdos sciat illud ut homo, quod sciebat ut Deus, dum detegendæ confessionis facultatem tribuit; si illam revelet, non violat sigillum confessionis, sed citra scandalum id fieri debet. Suppl. q. 11. 3. c.

43. Si immineat necessitas, potest confessor prodere, quæ sibi in confessione dicta fuerunt, modo ante aut post confessionem ea resciverit, ita tamen ut ea dicat ut homo, non ut Deus. Suppl. q. 11. 5. o.

1. CONFIRMATIO est sacramentum. 3.ª q. 65. 1. o. et q. 72. 1. o.

2. Confirmatio est nobilius sacramentum baptismo quoad ministrum et gratiam, et simpliciter, sed quoad remissionem peccatorum est e converso. 3.ª q. 72. 11 ad 2.

3. Chrisma, id est, oleum olivarum cum balsamo, est propria materia ejus. 3.ª q. 72. 2. o. et q. 84. 1 ad 1.

4. Hoc sacramentum habet determinatam formam scilicet; *Consigno te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis: In nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti.* Amen. 3.ª q. 72. 4. o. et q. 84. 3. c.

5. Confirmatio est spirituale augmentum promovens hominem in spiritualem ætatem perfectam. 3.ª q. 72. 1. 5. 6. c. et 7 ad 1. et 8. 10. c. et 11 ad 2. et q. 73. 1. c. et q. 84. 1. c.

6. Confirmatio non est de necessitate salutis, sed est sacramentum necessitatis quoad bene esse spiritualis vitæ. Et tamen contemptus hujus sacramenti est periculosus. 3.ª q. 65. 4. c.

7. Confirmatio fuit immediate

instituta a Christo quando imposuit manus super pueros, non exhibendo, sed promittendo 3.ᵖ q. 72. 1 ad 1.

8. Hoc sacramentum confertur tantum ab episcopis. 3.ᵖ q. 65. 3 ad 2 et q. 72. 4 ad 3. et 11. o. et 12 ad 1.

9. Confirmatio conferri potest a simplici sacerdote, ex commissione solius Papæ, non autem a diacono. 3.ᵖ q. 72. 11 ad 1.

10 Confirmans et confirmandus debent esse in gratia. Et debent esse confessi, et jejuni de consilio, non autem de præcepto. 3.ᵖ q. 72. 7 ad 1. et 12 ad 1.

11. Confirmandus debet teneri ab alio confirmato, cujuscumque ætatis, vel sexus. q. 72. 10. o.

12. Confirmatio debet dari cuilibet baptizato cujuscumque ætatis, sexus et conditionis etiam morienti. 3.ᵖ q. 72. 8. o.

13. Confirmatio datur tantum in fronte, ad liberam confessionem nominis Christi, et ad fortiter defendendum dignitatem acceptam. 3.ᵖ q. 72. 9. o. et 11 ad 3.

14. Confirmati conformantur Christo, et configurantur ei per signum crucis, quasi duci. 3.ᵖ q. 72. 1 ad 4. et 4 ad 3. et 9. c.

15 Christus non debuit sumere sacramentum Confirmationis, nec Ordinis, quia ab initio ipse fuit gratia plenissimus. 3.ᵖ q. 72. 1 ad 4. et 3. c.

16. In confirmatione confertur plenitudo gratiæ, et Spiritus sancti. 1-2. q. 102. 5 ad 3. et 3.ᵖ q. 77. 1. o. et 2. c. ad 2. et 4 c. et 7. o. et 11 ad 3 et q. 84. 1 ad 1. et 4. c.

17. Gratia collata in confirmatione distinguitur a gratia collata in baptismo, et perficit eam. 3.ᵖ q. 72. 7. c. ad 3.

18. Impositio manus fit in sacramento confirmationis, et ordinis ad significandum copiosum effectum gratiæ. 3.ᵖ q. 84. 4. c. ad 2.

19. In Confirmatione datur nobis robur ad pugnam spiritualem. 3.ᵖ q. 65. 1. c. ad 4. q. 72. 1. 2. c. et 4. c. ad 3. et 5. o. et 6 ad 3. et 7. c. et 9 c. ad 1 et 10. c

20 Confirmatio perficit per modum formæ, sed Eucharistia ut finis. 3.ᵖ q. 73. 1 ad 1.

21. Eucharistia roborat hominem in se quoad charitatem, Confirmatio vero contra alios in pugna, quoad fidem. 3.ᵖ q. 72. 9 ad 2. et q. 79. 1 ad 1.

22. Confirmatio perficit effectum pœnitentiæ, et baptismi. 3.ᵖ q. 72. 7 ad 2.

23. Confirmatio confert excellentiam hominis ad se, non autem ad alium, sicut ordo. 3.ᵖ q. 72. 8 ad 1.

24. Confirmatio facit hominem nitidum, et ferventem in conscientia, et famosum per confessionem. 3.ᵖ q. 72. 2 ad 1.

25. Nullus consequitur effectum confirmationis sine voto ejus 3.ᵖ q. 62. 6 ad 1.

26 Existens in peccato mortali, cujus conscientiam non habet, vel cujus non est plene contritus, dummodo non sit fictus, per hoc sacramentum consequitur remissionem peccatorum. 3.ᵖ q. 72. 7 ad 2.

27. Quidam ad prædicationem Petri acceperunt miraculose effectum hujus sacramenti, sine sacramento, antequam baptizarentur. 3.ᵖ q. 72. 2 ad 1. et 4 ad 1. et 6 ad 1.

28. In confirmatione fit plena peccatorum remissio. 3.ᵖ q. 72. 7 ad 2.

29. Confirmati habent majorem glariam in cœlo quam non confirmati. 3.ᵖ q. 72. 8 ad 4.

30. Confirmatio non habuit aliquid correspondens in lege veteri, propter perfectionem ejus. 2-2. q. 102. 5 ad 3. et 3.ᵖ q. 65. 1 ad 4. et q. 72. 1 ad 2

31. Confirmatio quoad solemnitatem datur tantum in Pascha, et Pentecoste, sicut baptismus, sed quoad communem usum datur etiam alio tempore. 3.ᵖ q. 72. 12 ad 1. et ad 2.

32. Beata Virgo fuit simpliciter

confirmata in bono per gratiam habitualem, ita quod non posset per liberum arbitrium flecti in contrarium. 3.ᵖ q. 27. 5 ad 2.

CONJECTARE bonum, id est, intendere bonum in dationibus, communiter pertinet ad liberalitatem. 2-2. q. 51. 1 ad 3. et q. 117. 5 ad 3.

1. CONJECTURA. Conjecturaliter cognoscitur aliquid per aliqua signa. 1-2. q. 112. 5. c.

2 Conjecturaliter cognoscere aliquid est cognitio imperfecta. 1-2. q. 112. 5. c.

1. CONJUNCTIO.—Domus sine triplici conjunctione, scilicet viri et uxoris, patris et filii, domini et servi, non est perfecta. 1-2. q. 15. 4. c. et 2-2. q 58. 7 ad 3.

2. Conjunctio masculi etfœminæ determinatur diversimode indiversis animalibus. 1-2. q. 92. 1. 2. c. et 2-2. q. 154. 2. c.

1. CONSANGUINITAS impedit matrimonium tripliciter, scilicet lege naturæ, id est, cum patre, et magis cum matre, propter reverentiam, vel lege divina, propter concupiscentiam refrenandam, vel lege canonica et civili, propter amicitiam. 2-2. q. 154. 9. o.

2. Consanguinitas vinculum est ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Suppl. q. 54. 1. c.

3. Per quosdam gradus seu lineas descendentium ab uno communi principio vel ascendentium ad idem et transversalium consanguinitas congrue designatur. Suppl. q. 54. 2. o.

4. Consanguinitas quosdam ex jure naturæ a matrimonio repellit, et aliquos ex divino jure, alios vero ex humanis legibus statutis. Suppl. q. 54. 3. c.

5. Possunt ex Ecclesiæ statuto aliqui consanguinitatis gradus matrimonium impedientes taxari, prout est utile universitati hominum. Suppl. q. 54. 4 o.

1. CONSCIENTIA non est potentia, nec habitus; sed est actus, scilicet applicatio scientiæ. 1.ᵖ q. 79. 13. o. et 1-2. q. 19. 5 b. et c.

2. Conscientia est actus synderesis, ideo quandoque ponitur pro ea. 1.ᵖ q. 79. 13. c. ad 3.

3. Conscientia dicitur spiritus corrector, et pædagogus animæ, id est, dictamen rationis. 1.ᵖ q. 79. 13 ad 1.

4. Lex naturalis nominat principia juris, synderesis habitum eorum, sed conscientia applicationem legis naturalis ad facienda. 1-2. q. 94. 1 o.

5 Conscientia dicitur accusare vel excusare, inquantum cognoscimus nos bene vel male fecisse. 1.ᵖ q. 97. 13. c.

6. Conscientia dicitur testificari, inquantum cognoscimus nos aliquid fecisse vel non. 1.ᵖ q. 97. 13. c.

7. Conscientia dicitur instigare, vel ligare, inquantum judicamus aliquid esse agendum, vel non. 1.ᵖ q. 79. 13. c.

8. Conscientia errans ligat. 2-2. q. 19. 5. 6. o.

9. Coinquinatio et munditia sunt in conscientia, ut in cognitione, non autem ut in subjecto. 1.ᵖ q. 79. 13 ad 2.

1. CONSECRATIO templi, altaris, et vestium, et hujusmodi, non sunt sacramenta, sed sacramentalia, quia ordinantur ad Eucharistiam. 3.ᵖ q. 65. 1 ad 6.

2. Altare et Ecclesia consecrantur multiplici ratione, scilicet tum ad repræsentandum sanctificationem quam Ecclesia consecuta est per passionem Christi, tum etiam ad significandum sanctitatem quæ requiritur in iis, qui sacramentum altaris suscipere debent, 3.ᵖ q. 83. 3. o.

3. Altare quandoque sine Ecclesia

consecratur, sed non e converso. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 2.

4. Altare non debet consecrari sine reliquiis martyrum. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 2.

5. Res inanimatæ non sunt susceptivæ gratiæ, sed ex consecratione adipiscuntur quamdam spiritualem virtutem, qua sint aptæ ad divina 3. ᵖ q. 83. 3 ad 3 et ad 4.

6. Consecratio Ecclesiæ non debet reiterari, nisi exustæ, vel pollutæ sanguine, vel semine. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 3.

7. Ecclesiæ pollutæ sanguine, vel semine, debent reconciliari, quia per illud peccatum apparet ibi aliqua operatio dæmonum. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 3 et ad 4,

8. Ecclesiæ vel altaria, dubia de consecratione, debent consecrari. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 3.

9. Ligna Ecclesiæ consecratæ non debent cedere ad usus laicorum, sed monasterii, vel comburi. 3. ᵖ q. 83. 3 ad 3.

10. Pallæ, pallia, cathedra, candelabra, et velum vetusta debent comburi, et cineres reponi honeste, propter consecrationes. 3. ᵖ q. 83 3 ad 3.

11. Consecratio quælibet est indelebilis, manente subjecto. 2-2. q. 39 3. c. et q. 88. 11. c. et 3 ᵖ q. 63. 5. c. et q. 76. 6 ad 2. et q. 82 8. c. et q. 83. 3 ad 3.

12. Soli episcopi consecrant omnia, præter Eucharistiam. 3. ᵖ q. 82. 1. ad 4. et 3 ad 3.

13. De ritu consecrandi ministros veteris legis. 1-2. q 102. 5 ad 8.

14. In consecratione Aaron et filiorum ejus figurabatur ordo Ecclesiæ. 1-2. q. 102. 5 ad 3.

1. Consensus importat judicium, de eo in quo consentitur. 1-2. q. 74. 7. c.

2. Consensus potest attribui voluntati, et rationi. 1-2. q 74. 7 ad 1.

3 Consensus in actum pertinet ad rationem superiorem, secundum quod in ratione voluntas includitur. 1-2. q. 15. 4. o. et q. 74. 7 ad 1.

4. Electio addit supra consensum relationem respectu ejus quod minus placet, vel non placet, et tunc differunt tantum ratione. 1-2. q. 15. 3 ad 3.

5. Consensus deliberatus in peccatum non pertinet ad contemptum legis divinæ, nisi repugnet ei. 1-2. q 74. 9. ad 3.

6. Consensus non convenit brutis, nec aliis respectu finis, sed tantum respectu eorum quæ sunt ad finem. 1-2. q. 15. 2-3 o. et q. 16. 2. c.

7. Consequentia:—Ab universali ad particulare non valet consequentia, nisi mediante particulari. 2-2. q. 10. 2. c.

1. CONSERVATIO in esse, est influentia univoci esse prius influxi. 1. ᵖ q. 9 2. c.

2. Quælibet res naturaliter conservat se in esse, et resistit corrumpentibus quantum potest. 2-2. q. 64 5. 7. c.

3. Aliquid conservat rem dupliciter, scilicet per se, id est, influendo, et per accidens, id est removendo. 1. ᵖ q. 104. 1. 2. c

4. Una creatura conservat aliam per se et per accidens Et tanto magis, quanto est altior, et primæ causæ proximior, quæ principaliter conservat. 1. ᵖ q. 104. 2. o.

5. Omnis creatura indiget conservari per se a Deo, sed corruptibiles indigent conservari ab eo etiam per accidens. 1. ᵖ q 104. 1 o. et 1-2. q. 109 2 ad 2. et 8. c. et 9. ad 1.

6. Deus conservat aliquas creaturas in esse utroque modo mediantibus aliquibus aliis causis. 1. ᵖ q. 104. 2. o.

7. Deus dat formas omnibus, et conservat eas, et applicat eas ad agendum, et est finis omnium actionum. 1 ᵖ q. 105 5 c. fin.

8. Deus eadem virtute, et eadem

operatione, producit rem et conservat. 1. p q. 105 1 ad 4

9. Nulli creaturæ communicari potest, ut conservetur in esse, sine Deo. 1. p q. 14. 1 ad 2. et 2 ad 2.

10. Solus Deus conservat res, ne in nihilum decidant. 3. p q. 13. 2. c.

11. In iis quæ pertinent ad conservationem naturæ, magis tenemur parentibus, a quibus naturam accepimus quam aliis, et consequenter consanguineis; sed in aliis beneficiis, potest esse e converso 2-2. q 31. 3. o.

1. CONSIDERATIO importat actum intellectus intuentis veritatem Et pertinet maxime ad judicium. 2-2. q. 53. 4 c

2 Quælibet res potest quadrupliciter considerari, scilicet ut ens, et una, secundum virtutem, et respectu aliorum. 1. p q. 39. 8. c.

1. CONSILIUM quid. Est ipsa quæstio, quæ vertitur inter consiliantes, et consilium habens. 1. p q. 22 1 ad 1. et 1-2 q. 14. 1 ad 2. et 2-2. q. 52. 3 ad 3.

2. Consilium est inquisitio eorum tantum quæ sunt ad finem operabilium a nobis, non minimorum, nec determinatorum 1-2. q. 14. o. et 2-2. q. 33. 1 ad 2. et q. 47. 1 ad 2. et 2. c ad 3. et q. 49. 5. c.

3. Inquisitio consilii est resolutoria, scilicet a posteriori in esse, id est, a fine ad prius, scilicet ad media. 1-2. q. 14. 5. o

4. Inquisitio consilii est infinita in potentia, sed finita in actu tripliciter, scilicet ex parte termini, id est conclusionis, et principii propii, scilicet finis, et communis, scilicet cognitionis sensus, et scientiarum 1-2. q 14. 6. o.

5. Nullus consiliatur de iis de quibus desperat, nec de impossibilibus 1-2. q. 44. 2 ad 3.

6. Ad bonitatem consilii tria requiruntur, scilicet debitus finis, bonum medium, et tempus opportunum. 2-2 q. 51. 1 ad 1. et 3. p q. 14 6 o.

7. Aliquid facit consiliativum dupliciter, scilicet quoad facultatem, ut prudentia, et quoad sollicitudinem tantum, ut spes, et amplius timor. 1-2. q. 44 2. o. et 2-2. q. 47. 9 ad 3. et q. 54. 2 ad 4. et q. 129. 7 o.

8. Consilium est in Deo quoad certitudinem judicii, non autem quoad inquisitionem dubiam 1. p q. 2-2. 1 ad 1. et 1-2. q. 14 1 ad 2. et 2-2 q. 52. 3 ad 3.

9. Deus dereliquit hominem in manu consilii sui, quoad liberum arbitrium, non cogendo; non autem quoad providentiam. 1. p q. 22. 2 ad 4. et 2-2 q. 104. 1 ad 1.

10. Consilium sine dubitatione convenit Christo. 3. p q. 11. 3 ad 1.

11. Consilia Christi magis parant viam ad præcepta Dei quam e converso, quia præcepta sunt finis consiliorum 2-2. q. 189. 1 ad 5

12. Multa consilia Christi sunt de præcepto, quoad præparationem animi tantum. Quandoque tamen consiliorum observatio est de necesitate salutis, quod patet in iis qui jam voverunt consilia. 1-2. q. 108. 3 ad 2. et q. 4. ad 4. et 2-2. q 40. 1 ad 2. et q. 43 4 7 ad 4. et 8 ad 4. et q. 72. 3. c. et q. 124 1 ad 3. et 3 ad 1. et q. 128. 1 ad 4. et q. 140. 2 ad 2. et q. 152. 3 ad 2. et q. 186. 2 c

13. Consilia Christi reducuntur ad tria, scilicet ad paupertatem, continentiam et obedientiam. 1-2. q. 109. 4. o

14 Consilia tria evangelica secundum se omnibus expediunt, nisi ex indispositione aliquorum, quorum affectus ad hæc non inclinatur. 1-2. q. 108. 4 ad 1.

15. Præcepta sunt de necessariis ad salutem; consilia vero, ad bene esse. 1-2. q. 108 4. o.

16. Nullus actus perfectionis cadit sub consilio qui in aliquo casu non cadat sub præcepto. 2-2. q. 124. 3 ad 1.

17. Consilium nunquam obligat, nisi per hoc quod in præceptum transit, ex aliquo accidenti. 2-2. q. 124. 3 ad 1.

18. Consilium convenienter ponitur unum de septem donis Spiritus sancti. 2-2. q. 52 1 o.

19. Donum consilii dirigit nos in omnibus ordinatis ad finem vitæ æternæ, sive necessariis, id est, præceptis, sive non scilicet consiliis. 2-2 q. 52. 4 ad 2.

20. Consilium activum est gratia gratis data quibusdam; sed consilium passivum est donum omnium existentium in gratia. 2-2. q. 47. 14 ad 2. et q. 51. 1 ad 3. et q. 52. 1 ad 2.

21. Donum consilii facit certitudinem a Spiritu sancto de iis, de quibus eubulia inquirit, et conjecturat. 1-2. q. 108. 4 ad 1. et 2-2. q. 52. 1 ad 1. et 2. o.

22. Una tantum virtus est ad bene consiliandum, sed duæ ad bene judicandum, quia distinctio est in propriis, ex quibus est judicium, non autem in communibus, ex quibus est inquisitio 1-2. q. 57. 6 ad 3. et 2-2. q. 51. 4 ad 2.

23. Donum consilii correspondet prudentiæ, et eubiliæ, ut adjuvans, et perficiens eas. 1-2. q. 57. 6 ad 1. et 2-2. q. 52. 1 ad 1 et 2. o.

24. Donum consilii et scientiæ manent in beatis, inquantum retinent cognitionem scitorum, et illuminantur de ignotis. 2-2. q. 52 3. o.

1. CONSTANTIA pertinet ad continentiam. 2-2. q. 153 5 ad 2.

2 Constantia et perseverantia conveniunt in fine, scilicet in persistendo firmiter in bono. 2-2. q 137. 3. o.

3. Constantia magis convenit cum perseverantia quam cum patientia, quia cum prima convenit in fine, cum secunda vero in iis quæ faciunt impedimentum boni. 2-2. q 137. 3ad 1.

4. Perseverantia est principalior quam constantia, quia est circa difficile, propter diuturnitatem, quod est essentialius virtuti, quam propter impedimenta, circa quæ est constantia. 2-2. q. 128 ad 6. et q. 137. 3. c.

5. Constantia convenit cum magnificentia, et perseverantia, quia sunt circa difficile. 2-2. q 137. 3 ad 2.

6. Constans cogitur ad aliqua corporalia, non tamen ad culpam, propter metum stupri, status, necis vel verberis, in se vel amicis, non autem propter infamiam. 2-2. q. 19. 3 ad 3. et q. 125. 4. c.

1. CONSUETUDO habet vim legis. Et interpretatur, et abrogat legem humanam, non autem legem naturalem, nec divinam. 1-2. q 97. 3. o. et 2-2. q. 79 2 ad 2. et q. 100 2. c.

2. Manente ratione legis, lex vincit consuetudinem, nisi sit impossibilis secundum consuetudinem patriæ. 1-2. q. 97. 3 ad 2.

3. Naturalia non possunt consuescere, nec dissuescere. 1-2. q. 51. 2. c.

4. Consuetudo Ecclesiæ prævalet auctoritati cujuscumque doctoris. 2-2. q. 10. 12. c.

1. CONTEMPLATIO essentialiter consistit in intellectu sed principium habet in affectu. 2-2. q. 180 7 ad 1.

2 Contemplatio divinorum est operatio maxime propria homini, et maxime delectabilis. 1-2. q 3. 5. c.

3. Contemplatio est delectabilis dupliciter. Primo ut est operatio conveniens homini secundum naturam ejus, ut animal rationale, et magis habenti habitum sapientiæ, secundo vero ex objecto, scilicet Deo. 1-2. q. 3. 5. c. et 2-2. q. 180 7. o.

4. Partes contemplationis sunt tres, scilicet lectio, meditatio, et oratio. 2-2. q. 180. 3 ad 4.

5 Species contemplationis sunt sex, sumptæ secundum sex gradus ascensus in Deum, scilicet perceptio ipsorum sensibilium, progressus a sensibilibus ad intelligibilia, dijudicatio sensibilium secundum intelligibilia, absoluta consideratio intelligibilium,

in quæ per sensibilia pervenitur, contemplatio intelligibilium, quæ per sensibilia inveniri non possunt, sed per rationem capi possunt, et consideratio intelligibilium, quæ ratio nec invenire nec capere potest, quæ scilicet pertinent ad sublimem contemplationem divinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur. 2-2. q. 80. 4 ad 3.

6. Ad contemplationem tria requiruntur, scilicet sanitas corporis, quies a passionibus, et ab exterioribus. Et ei serviunt omnia humana officia. 2-2. q. 180. 2. o.

7. Tres sunt conditiones bene contemplandi divina, scilicet reverentia casta, firmitas indeclinabilis, et amor. 2-2. q. 180. 7 ad 1.

8. Ad contemplationem pertinent quatuor quodam ordine, scilicet virtutes morales, alii actus a contemplatione, contemplatio divinorum effectuum, et contemplatio divinæ veritatis. 2-2. q. 180. 4. c.

9. Ad contemplationem principaliter pertinet meditatio Dei, sed dispositive pertinet consideratio cujuslibet veritatis. 2-2. q. 180. 4. c.

10. Contemplatio quoad nos est diuturna dupliciter, scilicet quia competit nobis secundum incorruptibilem partem animæ, id est, secundum intellectum, et quia in operibus contemplativis, corporaliter non laboramus. 2-2. q. 180. 8. c. fin.

11. Aliquis ex charitate, ad Dei contemplationem incitatur. 2-2. q. 180. 7 ad 1.

12. Virtutes morales pertinent ad contemplationem, et ad vitam contemplativam, non quidem essentialiter, sed dispositive, scilicet removendo impedimenta. 2 2. q 180. 2. o. et q. 181. 1 ad 3. et 2. c. et 4 ad 1. et q. 182 3. c

13. Ad contemplationem virtus castitatis maxime reddit hominem aptum, inquantum delectationes venereæ maxime deprimunt mentem ad sensibilia, secundum Augustinum. 2-2. q. 180. 2 ad 3. fin.

14. Contemplatio requirit locum secundum congruitatem tantum. 1.ª q. 66. 3 ad 3.

15. Contemplatio est mala per accidens, et bona per se. 1-2. q. 35. 5 ad 3.

16. Certamen et contentio fit in contemplatione, propter defectum intellectus, et gravitatem corruptibilis corporis quod nos ad inferiora retrahit, non autem ex contrarietate veritatis quam contemplamur. 2-2. q. 180. 7 ad 2.

17 Contemplatio habet quietem ab exterioribus motibus. Et. est motus intellectus, id est, operatio. 2 2. q. 179. 1 ad 3. et q. 180. 6. c.

18 Contemplatio terminatur in effectu, scilicet ad delectationem. 2-2 q. 180. 1. c et 1 ad 3. et 7 ad 1.

CONTEMPLATIVI dicuntur non qui contemplantur, sed qui contemplationi totam vitam suam deputant. 2-2. q. 81. 1 ad 5.

1. CONTEMPTUS est transgressie legis, ex hoc quod voluntas renuit subjici legi, vel regulæ. 2-2. q. 186. 9 ad 3.

2. Frequentia peccati non facit peccatum ex contemptu, sed disponit ad hoc. 2-2. q. 186. 9 ad 3.

3. Quanto quis Deum per peccatum magis contemnit, tanto majorem reatum incurrit. 3.ª q. 88. 3. c. ad 1.

1. CONTENTIO quadruplex, scilicet color rhetoricus, impugnatio veritatis scitæ, vel falsitatis sine modo, et moderate. Prima et quarta est bona. Secunda est peccatum mortale. Tertia vero non semper est mortale, sicut si accipiatur contentio in judicio vel disputatione secundum imperfectam rationem, scilicet secundum quod importat quamdam acrimoniam locutionis, et sic non semper est mortale,

sed est peccatum veniale, nisi sit cum scandalo. 2-2. q. 38. 1. o.

2. Contentio importat contrarietatem in locutione, sicut discordia contrarietatem in voluntate, quoad intentionem, vel quoad modum. 2 2. q. 38. 1. c.

3. Contentio est filia inanis gloriæ. 2-2. q. 38. 2. o. et q 132. 5. o.

4. Contentio et discordia oriuntur ex invidia, ratione termini a quo, sed ex inani gloria, ratione termini ad quem. 2-2. q. 37 2 ad 2 et q. 38. 2 ad 2.

1. CONTINENTIA ut est abstinentia ab omni delectatione venerea, est virtus, non autem quæ est cum pravis concupiscentiis, quibus resistit. 1-2. q 58. 3 ad 2. et 2-2. q. 143. 3 ad 1 et q. 155. 1. o. et 4. c. et 3.ª q. 7. 2 ad 3. fin.

2. Continens proprie est qui persistit in ratione recta, a pravis concupiscentiis abstinens, non autem qui persistit in ratione perversa, abstinens a bonis, sed est obstinatus. 2-2. q. 155. 1 ad 2.

3. Castus proprie dicitur ante experientiam delectationis venereæ; continens autem, post eam. 2-2. q. 151. 2. o.

4 Continentia et incontinentia proprie sunt circa delectationes, quæ possunt esse naturales homini, non autem circa eas quæ sunt contra naturam. 2-2. q. 155. 2 ad 5.

5. Continentia et incontinentia magis est circa delectationes venereas quam ciborum. 2-2. q. 155. 2. o.

6. Continentia proprie est tantum circa concupiscentias tactus. 2-2. q. 143 ad 1 et 2-2 q. 35. 2. o. et q. 156. 2. c.

7. Continentia secunda est potior quam temperantia, prima vero e converso. 2-2. q. 55. 4 o.

8. Constantia in arduis et terribilibus est pars fortitudinis; quæ autem est circa delectabilia, est pars continentiæ, quæ est pars temperantiæ. 2-2 q. 153. 5 ad 2.

9 Continentia et perseverantia sunt partes constantiæ firmiter persistentes; prima est contra concupiscentias, secunda contra tristitias. 1-2 q. 58. 3 ad 2. et 2-2. q. 53. 5 ad 3

10. Continentia est tantum in voluntate subjective. 2 2. q. 155. 3 o.

11. Continentia potest attribui rationi, sicut primo moventi, et incontinentia concupiscibili, licet utraque sit in voluntate, ut in proprio subjecto. 2-2 q. 155. 3 ad 2.

12. Ad continentiam efficacius operatur maceratio carnis per abstinentiam cibi et potus quam per substractionem vestium, vel per laborem corporalem. 2-2. q. 188. 6 ad 3.

1. CONTINGENS et necessarium sunt de transcendentibus. 1.ª q. 115. 6. c.

2. Unumquodque contingens est ex parte materiæ; necessitas vero consequitur rationem formæ, quia quæ sequuntur ad formam, necessario insunt. 1.ª q. 86. 3. c.

3. Nihil est contingens quod non habeat aliquid necessarium. 1.ª q. 84. 1 ad 3. et q. 86. 3. c.

4. Contingens potest sumi dupliciter, scilicet contingens ut contingens id est, in particulari, et contingens in universali, id est, secundum quod in eo invenitur ratio necessarii. 1.ª q. 86. 3. c.

5. Contingens ad utrumlibet est in potentia. Ideo non exit in actum, nisi prius per aliquid determinetur ad unum. 4.ª q. 19. 3 ad 5.

6 Contingens ut contingens cognoscitur directe a sensu, sed indirecte ad intellectu. 1.ª q. 86. 3. c

1. CONTRACTIO duplex, scilicet ad quidditatem, et ad rationem. 1.ª q. 5. 3 ad 1.

2 Contrahere est aliquid cum causa de necessitate incurrere. 3.ª q 14. 3. c.

1. CONTRA PASSUM idem est quod

justum commutativum tantum. 2-2. q. 61 4. c.

2. Contra passum primo invenitur in passionibus injuriosis, secundo in ablatione rerum per vim, tertio in commutationibus voluntariis. 2-2. q. 61. 4. c.

1. CONTRARIUM magis distat a suo contrario quam simplex negatio. 2-2. q. 79. 4. c. ad 2.

2. Nomen distantiæ derivatum est a loco ad omnia contraria. 1.ª q. 67. 2 ad 3. et 1-2 q. 7. 1. c.

3. Idem est causa contrariorum communis, non autem particularis. 1.ª q. 49. 3. c. fin. ad 1.

4. Idem est causa contrariorum secundum diversa. 1-2. q. 42. 3 ad 2. et 2-2. q. 7. 1 ad 2.

5. Unum contrariorum est causa alterius contrarii, per accidens tantum. 1.ª q. 19. 1. o. et 1-2. q. 32. 4. o. et q. 35. 3 ad 1. et 2-2. q. 38. 2 ad 3. et q. 162. 5 ad 3. et 3.ª q. 50. 1 ad 3.

6. Idem est contrarium diversis secundum diversa, non autem secundum idem. 1 2. q. 31. 8 ad 2. et q. 45. 1 ad 2. et q. 78. 4 ad 2 et q. 79. 1 ad 2.

7. Idem potest tolli ex causis contrariis, per modum superabundantiæ, et defectus. 2-2. q. 89. 10 ad 3.

8. Contraria in re non sunt contraria in mente. 1-2 q. 35. 5 c ad 2. et q. 53. 1. c. et q. 54. 2 ad 1. et q. 64. 3 ad 3.

9. Objecta contraria causant contrarias passiones in potentiis appetitivis, non autem in cognitivis. 1-2. q. 54 2 ad 1.

10. Contrariorum potest esse unus habitus, secundum quod conveniunt in una ratione communi. 1-2. q. 54. 2 ad 1. et 3 ad 1.

11. Aliqua dicuntur contraria dupliciter, scilicet secundum formam generis, vel secundum formam speciei. 1-2. q. 35. 4. c.

12. Species contrariorum constitutæ per respectum ad aliquid extra possunt habere convenientiam inter se, non autem species absolutæ. 1-2 q. 35. 4 c.

13. Motus habet contrarietatem terminorum, sed mutatio, secundum accessum et recessum, ab eodem termino. 1-2. q. 23. 2.c.

14. Nullus motus est contrarius motui circulari. 1 ª q. 66. 2. c.

15. Quietes contrariæ sunt, quæ sunt in terminis contrariis. 1-2. q. 31. 8. c.

16. Sicut quieti naturali contrariantur, et quies violenta ejusdem corporis, et quies naturalis alterius corporis, ita in affectibus animæ, delectationi opponitur et delectatio et tristitia. 1-2. q. 31. 8 ad 2.

17. Omne quod generatur, generatur ex contrario. 1.ª q. 46. 1 ad 3. et q 75. 7. c.

18. Omne compositum ex contrariis necesse est corrumpi. 1.ª q. 82. 1. c. et 3.ª q. 14. 2. c.

19. Contraria possunt inesse eidem, non secundum idem. 3.ª q. 46 8 ad 1.

20 Contraria sunt circa idem, quando subjectum æqualiter se habet ad ea. 2-2. q. 24. 10 ad 1.

21. Contraria contrariis curantur. 1-2. q. 87. 6 ad 3.

1. CONTRITIO secundum essentiam est in corde et pertinet ad pœnitentiam interiorem, virtualiter vero ad exteriorem, inquantum implicat propositum confitendi, et satisfaciendi. 3.ª q. 90. 3. ad 3

2. Dolor contritionis duplex, scilicet sensitivus, et intellectivus, scilicet displicentia voluntatis. Primus est tantum effectus ejus, secundus autem est ipsa contritio. 3.ª q. 84. 8. 9 o. et q. 85. 1 c.

3. Uterque dolor debet durare usque ad mortem. Et primus debet continuari quantum possibile est, servatis actibus aliarum virtutum, et sanitate, non autem secundus. 3.ª q. 84. 8. o.

4. Contritio et singularis dolor debet esse de singulis peccatis mortalibus in principio quæ memoriæ occurrunt; ut scilicet homo actualiter singula detestetur, quantum in ipso est; sed postea sufficit una communis de omnibus. 1-2. q. 113. 5 ad 3. et 3.ᵉ q. 87. 1. c.

5. De peccato mortali totaliter oblito sufficit generalis contritio de omni quo Deum offendit. Si autem recordetur tantum in generali, recogitet. Et si in speciali recordetur, debet specialiter conteri, et de oblivione dolere, quæ ex negligentia contingit. 1-2. q 113. 5 ad 3. et 3.ᵉ q. 8. 4 ad 5. et q. 87 1. c.

6. Ad contritionem de venialibus non requiritur propositum non peccandi, sicut de mortali, sed sufficit displicentia ejus, et suæ causæ. 3.ᵉ q. 87. 1 ad 1.

7. Peccatum veniale non remittitur hic per contritionem habitualem, quæ habetur per habitum charitatis, vel per habitum pœnitentiæ virtutis, quia sic charitas non compateretur peccatum veniale, quod patet esse falsum; sed requiritur virtualis contritio, puta cum aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum, et in res divinas, ut quidquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret displiceret ei, et doleret se commisisse, etiam si actu de illo non cogitaret, non autem requiritur actualis. 3.ᵉ q. 87. 1. o.

8. Contritio est dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, et satisfaciendi. Suppl. q. 1. 1. o.

9. Contritio est actus virtutis pœnitentiæ, cujus est detestari præterita delicta. Suppl. q. 1. 2. o.

10. Attritio nullo modo potest fieri contritio, quam necessario charitas præcedit. Suppl. q. 1. 3. o.

11. De malis pœnæ potest esse dolor, non tamen contritio. Suppl. q. 2. 1. o.

12. De originali peccato etsi aliqua displicentia esse possit, non tamen contritio. Suppl. q. 2. 2. o.

13. Nullum peccatum actuale sine contritione remittitur. Suppl. q. 2. a. 3. o.

14. Contritio non est de peccato futuro, sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ, contritioni adjuncta. Suppl. q. 2. 4 o.

15. De peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet quod de eis conteramur. Suppl. q 2 5 ad 2.

16. Quantum ad principium contritionis, oportet quod de singulis peccatis, quæ quis in memoria habet conteratur, sed quantum ad terminum, sufficit quod sit una communis de omnibus. Suppl. q. 2 6. o

17. Contritio ut dolor est de peccatis in ipsa voluntate consistens, omnium dolorum maximus est; ut vero in parte sensitiva derivatur ex rationis displicentia de peccatis, non est aliis doloribus major. Suppl q. 3. 1. o.

18 Contritionis dolor, ut in ratione nimius esse non potest, ut autem in sensu reperitur, excessus in eo culpabilis esse potest. Suppl. q. 3. 2. o.

19. Sicuti unum peccatum est majus alio, ita dolor contritionis de uno peccato necessario major est quam de alio. Suppl q. 3. 3. o

20. Toto præsentis vitæ tempore debet homo de præteritis peccatis conteri, et dolere. Suppl. q 4. 1 o.

21. Contritio cum sit actus pœnitentiæ, maxime expediret continue de peccatis conteri, et moderate dolere, dummodo cæterarum virtutum officia suo tempore non omittat. Suppl. q. 4. 2. o.

22. Post hanc vitam in purgutorio tantum, quanquam non meritorius de peccatis contritionis dolor esse potest, non autem in patria, vel in inferno. Suppl. q. 4. 3. o.

23. Contritio tam dispositive quam effective instrumentaliter remissionem peccatorum causat. Suppl. q. 5. 1. o.

24. Contritio quæ per charitatem

perfecta fuerit, non modo culpæ, sed omnis pœnæ remissionem operari potest Suppl. q. 5. 2. o.

25. Quantumcumque parvus dolor, dummodo ad contritionem sufficiat, omnem culpam delet. Suppl. q. 3. o.

1. CONTUMELIA est deducere id quod est contra honorem alicujus in notitiam ejus, et aliorum, quod fit principaliter per verba, secundo per alia. 2-2. q. 72. 1. o.

2. Contumelia est tantum de culpa, convitium etiam de pœna, sed improperium est de indigentia, tamen quandoque unum ponitur pro alio. 2-2. q. 72. 1 ad 2.

3. Contumelia est contra honorem, et palam, sed detractio contra famam, et occulte; susurratio vero contra amicitiam, derisio autem erubescere facit. 2-2 q 73 1. o. et 2. c. et 4 ad 1. et q. 1. o.

4. Contumelia, et convitium ex intentione dehonorandi notabiliter, sunt peccata mortalia: si autem ad correctionem, servato debito modo, non sunt peccata. 2 2. q. 72. 2. o et q. 158. 5 ad 3.

5. Adulterium est gravius peccatum quam contumelia, et hæc quam detractio secundum se, et hæc quam furtum et rapina. 2-2. q. 73. 3. o.

6. Contumelia et detractiones debent reprimi, ad correptionem audacium, et ad vitandum scandala. 2-2. q. 72. 3. o. et q. 73. 4 ad 1.

7. Contumelia principaliter oritur ex ira, secundo ex stultitia, quia convenit cum ira. Non autem ex superbia directe, sed dispositive. 2-2. q. 72. 4. o. et q. 73. 3 ad 3. et q. 158. 7. c.

1. CONVERSIO in Deum triplex, scilicet gloriam, meritum et præparationem, quæ requirit triplicem gratiam, scilicet consummatam, habitualem, et operationem Dei. 1ª q. 62. 2 ad 3.

2. Converti ad beatitudinem, est homini difficile dupliciter, scilicet quia est super naturam ejus, et propter impedimentum corporis, et peccati, sed angelo tantum primo modo. 1ª q 62. 2 ad 2. et 4 ad 1.

3. Aliquis dum est in proposito et intentione peccandi, potest subito voluntas sua converti ad Deum ab exteriori, sicut in Paulo, vel ab interiori. 1-2. q. 112. 2 ad 2.

4. Aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter, scilicet, sicut secundarium agens, principali agenti, et sicut adjuvans ad præsuppositum finem. 1-2. q. 111. 2 ad 3.

1. COR primo generatur. 2-2. q. 122. 2. c.

2. Cor est primum principium membrorum, et virium vitalium, quantum ad esse, sed caput est principium sensuum et motus. 3ª q 90. 3 ad 3.

3. Cor est principium motus in animali. 1ª q. 10. 1 ad 2 et 1-2. q. 17. 9 ad 2.

4. Motus cordis et genitalium non subjacet, nec obedit imperio rationis, quia est naturalis. 1-2. q. 17. 9 ad 2. et ad 3. et 2-2. q 151. 4 c.

5 Omnis bona dispositio corporis redundat ad cor, sicut ad principium et finem corporalium motionum. 1-2. q. 38. 5 ad 3.

6. Cordis est duplex infirmitas, scilicet in substantia ejus, mutans naturalem complexionem ejus, et inordinatio motus ejus, vel alicujus eorum quæ circumstant cor. Prima est mortalis, non autem semper secunda. 1-2. q. 74. 9. 2.

7. Cor unius hominis tendit ad diversa dupliciter, scilicet secundum diversas potentias appetitivas, vel secundum diversa appetibilia. 2-2. q. 29. 1. c.

8. Animalia habentia magnum cor sunt timida. 1-2. q. 45. 3 c.

CORNELIUS et similes, ante baptismum, habuerunt gratiam, et virtutes,

per fidem, et desiderium baptismi implicite, vel explicite 3.ª q. 69. 4 ad 2.

CORNICULA frequenter crocitans significat pluviam cito esse futuram. 2-2. q. 95. 7 ad 2.

1 CORPORALIA et pallæ altaris debent esse alba et linea. 3.ª q. 52. 2 ad 3. et q. 83. 3 ad 7.

2. Spiritualia per corporalia consueverunt ostendi. 1.ª q. 1. 9. o. et q. 50. 3 ad 3. et 1-2. q. 4. 7 ad 1.

3. Creatura corporalis est a Deo, propter bonitatem Dei. 1.ª q. 65. 1. 2. o.

4. Omnia corporalia quanto magis considerantur, tanto minora videntur, spiritualia vero e converso 1-2. q. 42. 5. c. ad 3.

5. Non omnium corporalium est eadem materia, nisi æquivoce 1.ª q. 66. 2. o.

6. Forma corporeitatis non est una in omnibus corporibus, quia non est alia a formis quibus corpora distinguuntur. 1.ª q. 66. 2. c. ad 3.

1. CORPUS. Nullum corpus naturale nec mathematicum potest esse infinitum in actu. 1.ª q. 7. 3. o.

2. Si esset corpus infinitum, non posset moveri. 1.ª q. 7. 3. c.

3. Corpus tripliciter sumitur, scilicet pro genere animalis, pro parte ejus, et ut est species quantitatis. 1.ª q. 18. 2. c

4. Omne corpus est in potentia. 1.ª q. 3. 1. c

5. Corpus habens duos colores est continuum, non tamen secundum eos. 1-2. q. 20. 6. c.

6. Duo corpora possunt simul esse in eodem loco, virtute Dei, non autem naturaliter 1.ª q. 67 2. c. et 3.ª q. 54. 2 ad 1. et q 57. 4 ad 2.

7. Omne corpus habet motum naturalem determinatum 1.ª q. 67. 2. c.

8. Nullum corpus movet non motum 1.ª q. 3. 1. c. principio, et q. 110. 1 ad 1.

9. Nullum corpus agit, nisi tangendo et movendo. 1.ª q 45. 5. c. fin.

10. Nullum corpus potest esse principium vitæ. 1.ª q. 3. 1. c. et q. 75. 1. c.

11. Corpus vivum est nobilius corpore non vivo. 1.ª q. 3. 1 c. fin.

12. Corpus prius vivum, et postea mortuum, non est idem corpus numero. 3.ª q 25. 6 ad 3. et q. 50. 5. c ad 1.

13. Corpora, inquantum sunt in actu, possunt agere; licet hoc negent Avicebron, Plato, et Democritus 1.ª q. 115. 1. o.

14 Corpus hominis oportet habere multa organa, quia anima ejus est multiplex in potentia et operatione, propter perfectionem ejus 1.ª q. 76. 5 ad 3.

15. Corpus hominis fuit optime dispositum in ordine ad suum finem, scilicet animam. 1.ª q. 91. 3. o et 2-2. q. 164. 1 ad 1.

16. Corpus hominis componitur ex contrariis, propter tactum. 1.ª q. 76. 5. c. et q. 91. 1 ad 2 et 1-2. q 85. 6. fin et 2-2. q. 164. 1 ad 1.

17. In corpore hominis, ignis et aer prædominantur secundum virtutem, sed aqua et terra secundum substantiam. Sed corpora inferiora non sunt de natura quinti corporis, id est, cœli, quam aliqui ponunt venire in compositionem humani corporis 1.ª q. 91. 1. o.

18. Proximus motor corporis in nobis est appetitus sensitivus. 1.ª q. 20. 1 ad 1.

19. Corpus hominis regitur a ratione despotice, id est, serviliter, appetitus autem sensitivus, politice, id est, civiliter. 1.ª q 81 3 ad 2. et q. 83. 1 ad 1. et 1-2. q. 9. 2 ad 3. et q. 17. 7. c. fin. et q. 56. 4 ad 3. et q. 58. 2. c. et q. 74. 3 ad 3.

20. Corpus est gloriosum ex totali subjectione ejus ad animam, cujus

gloria redundat in ipsum. 1-2. q. 4. 5 ad 4. et 3.ᵖ q. 11. 2. c. et q 54. 2. c. ad 1. et ad 2. et q. 57. 3. c.

21. Corpus gloriosum erit in eodem loco cum alio corpore, non ex dote subtilitatis, sed sola virtute Dei. 3.ᵖ q. 54. 1 ad 1. et q. 57. 4 ad 2.

22. Subtilitas corporis gloriosi est plena participatio esse specifici, ex plena subjectione ejus ad animam. 3.ᵖ q. 54. 3. c.

23. Et erunt palpabilia, sicut et corpus Christi post resurrectionem suam. 3.ᵖ q. 54. 2 ad 2.

24. Et habebunt qualitates tangibiles. 3.ᵖ q. 54. 2 ad 2

25. Et erunt colorata, colore debito, secundum naturam suarum partium. 3.ᵖ q. 54. 2 ad 1

26 Corpus Christi fuit in Adam, et in aliis patribus, secundum originem, non autem secundum aliquid signatum: sicut etiam corpora aliorum. 3.ᵖ q. 31. 6 o. et 7. c.

27. Corpus Christi, secundum Apollinarem hæreticum, est consubstantiale deitati. 3.ᵖ q. 37. 1 c.

28. Corpus Christi est a solo Deo formatum. 3.ᵖ q. 31. 5. c. ad 3. et q. 46. 6 c

29. Corpus Christi fuit optime complexionatum, ideo in eo maxime viguit sensus tactus. 3.ᵖ q. 46 6. c.

30. Corpus Christi debuit augeri, sicut corpora aliorum hominum 3.ᵖ q 33. 1 ad 4.

31. Quantitas corporis in principio animationis proportionatur ei quantitati, ad quam per augmentum veniet; quia majorum in fine est major quantitas in principio, præter quam in Christo, in quo fuit minor. 3.ᵖ q. 33. 2 ad 2.

32. Corpus Christi, in perfecta ætate, habuit decentem, et mediocrem quantitatem, proportionatum quantitati habitæ tempore quo aliorum corpora animantur, minorem autem in principio 3.ᵖ q. 33. 2 ad 2.

33. Corpus Christi vivum et mortuum, erat idem numero. 3.ᵖ q. 50. 5. o.

34. Corpus Christi fuit subjectum impressioni corporum cœlestium. 3.ᵖ q. 12. 4 ad 3.

35 Corpus Christi fuit verum corpus, et non phantasticum, contra Manichæum, et Valentinum. 3.ᵖ q. 5. 1. o. et 2. c.

36. Christus post resurrectionem habuit verum corpus sicut prius ante mortem. 3.ᵖ q. 54 1 o et 3. c.

37. Corpora mystica sunt duo in hoc mundo, scilicet Christi et diaboli, sed corpus Christi mysticum est tota Ecclesia. 3.ᵖ q 8. 1. 3 c. et q 48. 1. c. et q 49 1 c.

38. Corpus Christi verum habet simul omnia membra, non autem corpus mysticum 3.ᵖ q. 8. 3. c.

1. CORRECTIO fraterna est admonitio fratris, de emendatione delictorum, a fraterna charitate procedens. 2-2. q. 33 1. o.

2. Correctio duplex, scilicet coactiva, et ostensiva tantum. Prima pertinet ad prælatos tantum, secunda vero ad omnes. 2-2. q. 33. 1. 3. 6. o.

3. Utraque est in præcepto, sed secunda solum, quando delinquens occurrit cum commoditate corripiendi, et spe emendationis, et superior deest. 2-2. q. 33. 2. o. et q 43. 7 ad 3.

4 Correctio fraterna est actus charitatis, coactiva vero est actus justitiæ. 2-2. q. 32 2 ad 3. et q 33. 1. o et 3. 4 c.

5. Admonitio in correctione fraterna est principaliter actus charitatis, quasi imperantis; prudentiæ vero secundario, quasi exequentis et dirigentis. 2-2. q. 33. 1 ad 2.

6. Existens in peccato mortali, etiam occulto, corrigens ex officio, peccat, non autem corrigens ut frater, nisi propter scandalum. 2-2. q. 33. 5. o.

7. Peccatum præcedens impedit, ne aliquis corripiat alium tripliciter,

scilicet ratione indignitatis, scandali et superbiæ. 2-2. q. 33. 5. c.

8. Prælatus est corripiendus a subditis, sed in secreto tantum, non cum protervia et duritia, sed cum mansuetudine, et reverenter, nisi propter periculum fidei, fiat publicum; sicut Paulus publice corripuit Petrum. 2-2. q. 33. 4. o.

9. Ordo correctionis est de præcepto, scilicet prævia admonitione secreta. 2-2. q. 33. 7. o.

10. Testes debent adhiberi in correctione fraterna, si non est emendatus per admonitionem secretam. 2-2. q. 33. 8 o.

11. In correctione fraterna, primo debet admoneri secrete, secundo debet dici prælato secrete, tertio testes adhiberi, quarto publicari. 2-2. q. 33. 8 ad 1. et ad 4. et q. 70. 1. o. et 3 ad 3.

12. Ordo fraternæ correctionis servandus est in peccatis occultis tantum. 2-2. q. 33. 7. o.

13. Christus non corripuit Judam secreto, nec Petrus Ananiam, et Saphiram, nec Paulus Petrum, multiplici de causa, scilicet quia Dominus peccatum Judæ tanquam Deus, sicut publicum habebat. Unde statim poterat ad publicandum procedere. Tamen ipse non publicavit, sed obscuris verbis eum de peccato suo admonuit. Petrus autem publicavit peccatum occultum Ananiæ et Saphiræ, tanquam executor Dei, cujus revelatione peccatum cognovit. Sed Paulus Petrum non reprehendisset, nisi aliquo modo par esset, quantum ad fidei defensionem. Vel Paulus qui erat subditus Petro, propter imminens periculum scandali circa fidem, Petrum publice arguit. De Joseph autem credendum est quod fratres suos aliquando admonuerit, licet non sit scriptum. Vel potest dici, quod peccatum publicum erat inter fratres. Unde dicitur pluraliter; Accusavit fratres suos. 2-2. q. 33. 4. ad 2. et 7 ad 2.

14. Dimittens admonitionem, vel prohibitionem, quia non sperat correctionem, sed timet sequi pejus, non peccat. 2-2. q. 33. 2 ad 3. et 6 o et q. 43. 7 ad 3. et q. 150. 1 ad 4.

15. Peccatum infectivum aliorum, ut hæresis, et fornicatio, vel cedens in damnum aliorum, ut furtum, et homicidium, debet denunciari sine admonitione. 2-2. q. 33. 2. c. ad 3.

16. Correctio est utilis ad emendationem, ad quam tamen non sufficit sine auxilio Dei. 1-2. q. 109 8 ad 2. et 2-2. q. 33. 2 ad 1. et q. 83. 7 ad 3.

17. Scandalum directe opponitur correctioni fraternæ. 2-2. q. 34. principio. et 43. 3. c.

1. CORRUPTIBILE et incorruptibile differunt, genere physico, non autem genere logico. 1.ª q. 66. 2 ad 2. et q. 88. 2 ad 4.

1. CORRUPTIO nihil corrumpitur, nisi per hoc quod forma separatur a materia. 1.ª q. 9. 2. c. et q. 50. 5. c. et q. 75. 6. c.

2. Corruptio non potest esse, nisi ubi est contrarietas, quia omnis generatio et corruptio est ex contrario in contrarium. 1.ª q. 75. 6 c.

3. Aliquid corrumpitur dupliciter, scilicet per se, et per accidens 1.ª q 75. 6. c et q. 89. 5. c. et 1-2. q. 53. 1. c.

4. Corruptio duplex, scilicet separatio formæ a materia, et resolutio in elementa. 3.ª q. 50. 5. c.

5. Corruptio non intenditur a natura, nisi per accidens. 1.ª q. 19. 9. c. et q. 49. 1. c. ad 2. et 2. c.

6. In omni mutatione est aliqua corruptio. 1.ª q. 50. 5 ad 1.

7. Impossibile est aliquod subsistens corrumpi per accidens, vel generari per accidens, sed tantum per se. 1.ª q. 75. 6. c.

8. Mors, corruptio, et omnis defectus, est contra naturam particularis formæ, sed aliquando est naturalis, ratione materiæ, et naturæ communis. 1.ª q. 22. 2 ad 2. et 1-2. q. 42. 2. c.

ad 3. et q. 85. 6. o. et 2-2. q. 65. 1 ad 1. et q. 164. 1 ad 1.

9. Materia subjecta privationi est principium et causa omnis corruptionis. 1.ª q. 50. 5 ad 3. et q. 75. 6. c

CORVUS significat voluptatibus de nigratos, vel expertes bonæ affectionis, quia non est reversus ad arcam. 1-2. q. 102. 6 ad 1. co. 2. fin.

1. COSTA fuit præcisa ab Adam sine dolore, sed cum delectatione. 1.ª q. 92. 3 ad 2 et q. 97. 2 ad 3.

2. Costa hæc non erat de perfectione individuali Adæ, sed de specifica. 1.ª q. 92 3 ad 2. et q. 97. 2 ad 3. et 3.ª q. 31. 5 ad 2.

3. Mulier convenienter fuit formata de costa Adæ 1.ª q. 92. 2. 3. o.

4. Mulier facta est de costa Adæ, ut socia ejus, non de capite, ut domina, nec de pede, ut ancilla. 1.ª q. 92. 3. o.

5. Conversio costæ in mulierem fuit supernaturalis, et obedientialis. 1.ª q. 92. 4 ad 3.

6. Multiplicatio costæ fuit per additionem materiæ noviter creatæ, vel verius per conversionem alterius materiæ præjacentis, contra Hugonem et Magistrum sententiarum. 1.ª q. 92. 3 ad 1.

7. Illud additum non venit in corpus Evæ, nisi mediante costa, ideo Eva non dicitur facta ex eo, licet esse et quid amplius in quantitate quam costa. 1.ª q 92. 3 ad 1.

1. CREATIO magis respicit esse quam naturam, vel rationem. 3.ª q. 2. 7 ad 3.

2. Creatio passiva, secundum esse, ut inhæret, est naturaliter posterior creatura, et est subjective in ea; sed secundum rationem ejus, ut causatur ex actione Dei, est prior. 1.ª q 45. 3 ad 2 et ad 3.

3. Creationem esse, ratio demonstrat. 1.ª q. 45. 2. o.

4. Philosophi concedunt creationem esse, sed ab æterno. 1.ª q. 46. 2 ad 1 et ad 2.

5. CREATIO QUID. Non est mutatio proprie. 1.ª q. 45. 2 ad 2. et 3. o. et q 46 1 ad 5.

6. Creatio non est motus nec terminus motus 1.ª q. 45. 2 ad 3. et 3. c. et q. 46. 3 ad 2.

7. Creatio est emanatio universalis entis, ex nihilo. 1.ª q. 45. 1. o. et 4 ad 1.

8. De ratione creationis est nihil præsuppenere in re, cui naturaliter prius convenit non esse quam esse. 1.ª q. 65. 3. c.

9. Creatio non admiscetur in operibus naturæ, nec artis, sed præsuppenitur. 1.ª q. 45 8. o.

10. Creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem, cum quadam novitate, sive inceptione. 1.ª q. 45. 3 ad 3.

11. Creare nihil aliud est quam absque materia præjacenti aliquid producere. 1.ª q. 65. 3. c.

12. Creatio est productio rei, secundum totam substantiam suam, nullo præsupposito. 1.ª q. 65. 3. c.

13. Creatio activa est essentia Dei, cum ralatione rationis ad creaturas. Passiva vero est in creatura, et est accidens ejus de prædicamento relationis, scilicet habitudo habentis esse ab alio, et consequens operationem Dei. 1.ª q. 45. 3. o.

14. Creatio, passive sumpta, est aliquid in re creata, quia creatio activa est actio transiens, relinquens effectum exteriorem. 1.ª q. 45. 3. o.

15. Nullum corpus potest creare. 1.ª q. 45. 5. c.

16. Solus Deus creat. 1.ª q. 45. 5. o et q 47. 1. c. et q 65. 3. c. et q. 90. 3. c. et q. 104. 3 ad 1 et ad 3.

17. Creare requirit potentiam agentis infinitam. 1.ª q. 32. 1 ad 2. et q. 45. 5 ad 3 et q 65. 3 ad 3.

18. Deus non potest communicare creaturæ potentiam creandi aliquid, virtute propria et principaliter, nec instrumentaliter. 1.ª q. 45. 5. c. ad 3.

19. Creare est commune toti Trinitati. 1.ᵖ q. 45 6. o.

20. Philosophi dixerunt quod intelligentia superior creat inferiorem, et animam, et corpus cœli moti ab ea 1.ᵖ q. 8. 3. c et q. 45 5 c. et q. 65 3. c.

21 Omne ens præter Deum, est creatum a Deo. 1.ᵖ q. 44. o. et q. 45. 2. c. et q. 65. o. et 1-2 q 79 2. c.

22. Res simplex non potest fieri nisi per creationem. 1.ᵖ q. 118. 1. c.

23. Prima individua cujuslibet speciei producta sunt per creationem tantum. 1.ᵖ q 45 5 ad 1 et q 65. 4 c et 1-2. q. 5. 7 ad 2.

24. Sola supposita proprie dicuntur creari. 1.ᵖ q. 45. 4. o. et 7 ad 2. et 8 o.

25. Creatio passiva creatur, non quidem alia creatione, sed seipsa. 1.ᵖ q. 45. 3 ad 2

26. Creatio facta est in principio temporis mensurantis motum primi mobilis, sicut in adjacente creationi, non autem sicut in mensurante eam, quia simul fuerunt. 1.ᵖ q 46. 3. c. ad 1.

27 Creatio est in instanti. 1.ᵖ q. 63. 5. c. et q 74. 1 ad 1.

28. Imo principium temporis non est mensura creationis. 1.ᵖ q. 46. 3 ad 1.

29. Creatio est prima actio quia nullum præsupponit, sed præsupponitur a qualibet alia. 1.ᵖ q. 45. 1 ad 2.

30. Creatio aliqua præsupponit materiam in qua, non autem materiam ex qua. 1.ᵖ q. 45. 1 ad 1.

1. CREATURA In productione cujuslibet creaturæ etiam minimæ, manifestatur infinita potentia, sapientia, et bonitas Dei. 1.ᵖ q. 32. 1 ad 2. et q. 45 5 ad 3.

2. In omnibus creaturis differunt suppositum et natura. 3.ᵖ q. 17 1 c

3. Omnis creatura potest deficere a bono, in non esse, secundum seipsam, nisi a Deo conservetur, secundum Gregorium. 1-2 q. 109. 2 ad 2. et q. 112 3 ad 2.

4. Omnis creatura est mutabilis. 1.ᵖ q. 9. 2. o. et q. 10. 3. c. et q. 16. 8 o. et q. 65. 1 ad 1. et 1-2. q. 109. 2 ad 2. et q. 112. 3 ad 2. et 3.ᵖ q 10. 4 c. et q. 13. 2. 3 c.

5. Creaturæ secundum se, sunt tenebræ, falsitas, et nihil. 2-2. q. 5. 1 ad 2.

6. In creaturis inveniuntur quatuor per ordinem, scilicet esse, unitas, virtus, et respectus ad effectus. 1.ᵖ q. 39. 8. c.

7. Creatura dignior facta est propter viliorem, in ordine ad totum universum, non autem secundum se. 1.ᵖ q. 70. 2 ad 4.

8. Commune est omni creaturæ, ut per omnes motus et operationes ejus tendat sicut in finem suum, in assimilationem divinæ bonitatis, conservando suum esse, et communicando illud. 1.ᵖ q 63. 3. c

9 Creatura corporalis ordinatur ad spiritualem, et tendit in assimilationem ejus. 1.ᵖ q 65. 2 c. ad 2.

10. Creatura irrationalis ordinatur ad rationalem tripliciter, scilicet auxiliando, significando, et continendo. 2-2. q. 76. 2. c.

1. CREDERE QUID Est cum assensu cogitare. 2-2. q. 2. 1. o

2. Credere est proprius et interior actus fidei. 2-2. q. 2 principio, et 2. c. et q. 4. 1. c. et 2. c. ad 1.

3. Credere est actus intellectus assentientis divinæ veritati, ex imperio voluntatis motæ a Deo per gratiam. 2-2. q 2. 9. c et q. 4 1. c. et 2 c. ad 1 et q. 5. 2. c

4. Actus fidei triplex, scilicet credere Deo, credere Deum, et credere in Deum. 2-2. q 2. 2. o.

5. Credere Deum, Deo, et in Deum, est unus actus fidei, respectu diversorum. 2-2. q. 2. 2 o.

6. Scientia de credendis est duplex, scilicet donum, quo discernuntur credenda a non credendis; et gra-

tia, qua hoc docetur. Prima conveni. omni sancto, non autem secunda. 2-2. q. 9. 1 ad 2.

7. Credere aliqua supra rationem naturalem, est de necessitate salutis, similiter et fides. 2-2. q. 1. 6 ad 3. et q. 2. 3. o. et q. 16. 1 ad 1.

8 Credere aliqua quæ ratione naturali demostrantur, est necessarium. 1-2. q 99 2 ad 2. et 2-2. q. 1. 6. ad 3. et q. 2. 4. o.

9. Quilibet tenetur explicite credere articulos fidei, alia vero implicite. 1-2. q. 76. 2. c. et 2-2 q. 2. 5. o.

10. Quilibet christianus tenetur explicite credere mysteria Christi, præcipue quæ publice in Ecclesia solemnizantur. 2-2. q 2 7. o.

11. Quilibet christianus tenetur explicite credere mysterium Trinitatis. 2-2. q. 2. 8 o.

12. Mysteria Christi et Trinitatis fuerunt explicite credita a majoribus ante Christum, sed a minoribus implicite. 2-2. q. 2. 7. c. et 8. c. ad 2.

13 Primum et principale inter omnia credibilia, est Deum esse. 2-2. q. 16. 1 c

14. Quilibet homo, omni tempore, et omni statu, tenetur credere explicite Deum esse et providentiam ejus. 2-2. q 2. 8 ad 1.

15. Mysterium incarnationis Christi oportet aliqualiter esse creditum apud omnes, sed diversimode secundum diversitatem temporum et personarum 2 2. q. 2. 7. c.

16. Majores tenentur magis explicite credere quam minores 2-2. q. 2. 7. 8. o.

17. Credere ea quæ sunt supra rationem, non est levitatis, cum habeat sufficiens inductivum ad credendum. 2-2. q. 2. 9 ad 3.

CRIMEN. Processus contra crimina triplex, scilicet per viam denunciationis, inquisitionis, et accusationis. In primo intenditur emandatio peccantis, in secundo et tertio pœna ejus, propter bonum multitudinis. Ideo in primo requiritur ordo correctionis fraternæ, in secundo infamia, in tertio autem inscriptio 2-2. q. 67. 3 ad 2. et q. 68. 1. c.

CRIMINATOR est, qui aliis publice crimina imponit accusando, vel conviciando 2-2. q. 74. 1 ad 2.

CRUCIFIGI. Christus crucifixus est hora tertia linguis Judæorum, et hora sexta, manibus militum. 3. ℘ q. 46. 9 ad 2. et q. 83. 2 ad 3.

CRUDELITAS est vitium humanum, excedens modum puniendi culpas; sed feritas sine sævitia, est bestialis. 2-2 q. 157. 1 ad 3 et q. 159. o.

1. CRUX. Conveniens fuit Christum mori in cruce, septuplici ratione, scilicet primo propter exemplum virtutis. Secundo quia hoc genus mortis, maxime conveniens erat satisfactioni pro peccato primi parentis, qui pomum ligni vetiti sumpsit. Tertio passus fuit in excelso ligno, ut etiam ipsius aeris natura mundetur. Quarto quia per hoc, ascensum nobis parat in cœlum. Quinto quia hoc competebat universali salvationi totius mundi, propter virtutem passionis ubique diffusam. Sexto quia per hoc genus mortis, diversæ virtutes designantur. Septimo quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. 5. ℘ q. 46. 4. o.

2. Signum crucis multiplex in missa significat passionem Christi, secundum diversas partes. 3. ℘ q. 83. 5 ad 3 et ad 4

3. Mors crucis est pœna acerbissima. 3. ℘ q. 46 4 9 c.

4 Crux temporalis Christi designat mystice vitam christianam, propter exemplum virtutis. 3. ℘ q. 46. 4. c. principio.

1. CULPA est voluntaria inordinatio, vel privatio boni. 1. ℘ q. 48. 5. 6. c. et 1-2. q. 21. 2. o. et q. 87. 2. c. et 2-2. et q 34. 2 c.

2. Remissio culpæ fit per conjunctionem hominis ad Deum, a quo se-

parat omnis culpa mortalis perfecte, et venialis imperfecte. 3.ª q 86. 4. c. fin. et q. 87. 1. c.

3. Manente culpa, Deus non potest non imputare ad pœnam. 3.ª q. 2-2. a 2. q. 2. c.

4. Absolutio universalis a culpa et a pœna, fit in perceptione baptismi, et in martyrio. 3.ª q. 68 2 ad 2. et q. 87. 1 ad 2

1. CULTUS Dei consistit in recipiendo divina, vel in tradendo ea aliis. 3.ª q 63. 2 3. 4. 6. c.

2. Cultus divinus, triplex, secundum triplicem statum, scilicet veteris legis, legis novæ et secundum statum gloriæ. 1-2. q. 101. 2. c. et q. 103. 3. c.

3. In statu naturæ, homines nulla lege movebantur ad cultum Dei, sed solo interiori instinctu. 3.ª q. 60. 5 ad 3.

4. Specialis cultus et honor, qui græce dicitur theosebia, vel eusebia, debetur Deo, ut omnium primo principio 2-2. q. 81 1 ad 4. et 4. o.

5. Finis divini cultus est, ut homo det gloriam Deo, et ei se subjiciat mente et corpore. 2-2. q. 93. 2. c.

6 Cor et corpus sunt applicanda cultui Dei. 1-2. q. 49. 3. c. et q. 101. 2. o. et 2-2. q. 19. 1. o. et q. 81. 7. o et q. 83. 12. c. fin. et q. 84. 2. c. et q. 93. 2. c.

7. Aliquid pertinet ad cultum Dei dupliciter, scilicet ut offerendum, vel ut assumendum. 2-2. q. 81. 3 ad 2. et q. 95. 2. c.

8. Sacramentum pertinet ad cultum Dei dupliciter, scilicet per modum actionis, ut Eucharistia, in qua principaliter cultus Dei consistit, inquantum est Ecclesiæ sacrificium, vel per modum agentis scilicet ordo, vel per modum recipientis, ut baptismus, et confirmatio. 3.ª q. 63. 6. c.

9. Cultus Dei primo ordinatur ad reverentiam Dei, secundo ad instructionem hominis a Deo, tertio ad directionem actuum humanorum, secundum instituta Dei 2-2. q. 92. 2. c.

10. Cultus Dei duplex, scilicet interior, in conjunctione ad Deum, per intellectum et affectum, id est, in devotione mentis, et exterior, in sacrificiis, oblationibus, et hujusmodi. 1-2. q. 99. 3. c. et q. 101. 2. c ad 3. et q. 102. 5 ad 4. et q. 103 3. c. 2-2. q. 83. 7. c. et q. 84. 2. c. et q. 122. 4. c.

11. Cultus secundus ordinatur ad primum, ideo secundum quod primus diversificatur in diversis statibus, sic et secundus. 1-2. q 101. 2. c ad 3. et q. 103. 3. c.

12. Cultus primus impeditur per peccata, secundus vero per immunditias corporales. 1-2. q. 102. 5 ad 4.

13. Omnis cultus Dei exterior præcipue ad hoc ordinatur, ut homines habeant Deum in reverentiam. 1-2. q. 102. 4. c. et 3.ª q. 63. 4 ad 3.

14. Cultus Dei exterior præcipitur tertio præcepto Decalogi. 2-2. q. 122. 4. c.

15. In cultu Dei potest aliquid esse perniciosum, id est, falsitas, dupliciter, scilicet ex parte rei signatæ, vel ex parte colentium, contra morem Ecclesiæ. 1-2. q. 93. 1. o.

16. In cultu Dei potest aliquid superfluum, non secundum quantitatem absolutam, sed quia non proportionatur fini. 2-2. q. 81. 5 ad 3. et q. 92. 1. c. ad 3 et q. 93. 2. o. et q. 104. 2 ad 2.

17. Antiquitus quidam colebant falsos Deos cum imaginibus, quidam vero sine eis. 2-2. q. 122 2 ad 2.

18. *Cultus disparitas* matrimonium præcedens impedit ne contrahi possit. Suppl. q. 59. 1. o.

CUPIDITAS duplex, scilicet mortalis, et venialis. Prima ponit finem in creatura, non autem secunda; sed est cum charitate. 2-2. q. 24. 10 ad 2.

1. CURA. Curam animarum habentes presbyteri vel diaconi non sunt in statu perfectionis, ex parte ordinis,

nec ex parte curæ, quia non obligantur per ordinem ad ea quæ sunt perfectionis, quamvis interior perfectio requiratur ad actum ordinis. Et possunt curam animarum deserere. Unde non omnes prælati ecclesiastici sunt in statu perfectionis, sed soli episcopi. 2-2. q. 184 6. o.

2. Ad curam pertinent duo, scilicet ratio ordinis, id est providentia, vel dispositio, et executio ordinis, id est gubernatio. 1.ª q 2-2. 1 ad 2.

3. Æqualis cura est Deo de omnibus, ex parte Dei, non autem ex parte effectus. 1.ª q. 20. 3 ad 1. et 1-2. q. 102. 4 ad 1.

4. Provisor particularis excludit defectum ab eo quod ejus curæ subditur, non autem provisor universalis. 1.ª q. 2-2 2 ad 2. et q. 103. 5. c.

1. Curiositas est vitium circa cognitionem intellectus et sensuum, ad peccandum, et circa inspectionem ludorum, et mulierum ad concupiscendum, et spectaculorum. 2-2. q. 167. o.

2 Curiositas oritur ex accidia. 2-2. q. 35. 4 ad 3.

D.

1. Damnatio. Adamnatione propter peccatum Adæ, nullus potest liberari, nisi per Christum, qui solus fuit ab ea immunis, a qua liberatur aliquis tripliciter, scilicet per baptismum, martyrium, fidem et dilectionem. 3.ª q. 17. 3. c fin. et q. 49. 2 ad 2. et q. 52. 7 ad 2.

2. Damnati homines non sunt deputati ad exercitium aliorum, quia non habent ordinem naturæ inter se, sicut dæmones. 1.ª q 64. 4 ad 2.

3. Damnati non possunt velle bonum actualiter, et tamen voluntas eorum naturaliter inclinatur ad bonum. 1.ª q. 64. 2. o. et 1-2. q. 85. 2 ad 3.

4. Damnati blasphemant Deum mente et voce, et in hoc peccant. 2-2. q. 13. 4. o.

5. Damnati liberum arbitrium habebunt, et voluntatem in malo obstinatam. 3.ª q. 18. 4 ad 3.

6. Damnati non pœnitent de malis quæ fecerunt, ratione culpæ, sed ratione pœnæ. 2-2. q. 13. 4. c. et 3.ª q. 86. 1. c.

7. Damnati non amant eos quos prius inordinate dilexerunt, sed causas dilectionis. 2-2. q. 13. 4. c.

8. Pœna damnatorum nunquam finietur, contra Origenem. 1.ª q. 10. 3 ad 2. et q. 64. 2 c.

9. Obstinatio in damnatis est perpetua culpa et pœna. Sed non demerentur, quia non sunt in via, sed ad terminos pœnæ devenerunt. 2-2. q. 13. 4 ad 2.

10. In damnatis erit varietas pœnarum, non refrigerans, sed magis affligens. 1.ª q. 10. 3 ad 2. et 1-2. q. 67. 4 ad 2.

11. Bona quæ damnati fecerunt hic, prosunt eis in inferno. 3.ª q. 89. 6 ad 3.

12. Bona quæ damnati fecerunt hic, prosunt eis in inferno; ad mitigationem pœnæ, impediendo ne incurratur, non autem subtrahendo, nec fortificando subjectum, nec minuendo remorsum conscientiæ. 3.ª q. 89. 6. ad 3.

13. Quælibet pœna damni vel sensus in damnatis excedit omnem pœnam et dolorem cujuscumque viatoris, etiam Christi. 3.ª q. 46. 6 ad 3.

14. Corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent. Suppl. q. 86. 1. c.

15. Nihil erit quo corpora damnatorum corrumpi possent. Suppl. q. 86. 2. c.

16. Corpora damnatorum futura sunt passibilia, sine mutatione naturalis dispositionis propter justitiam. Suppl. q. 86. 3. o.

17. Sicut per multa et varia damnati peccarunt, conveniens est ut mul-

tipliciter et ex multis affligantur. Suppl. q. 97. 1. o.

18. Cum post diem judicii nullum corpus mixtum remansurum sit, vermis qui damnatis assignatur, non erit materialis sed spiritualis, qui conscientiæ remorsus dicitur. Suppl. q. 97. 2. c.

19. Ratione lacrymarum resolutionis fletus non erit in damnatis, ratione vero commotionis et turbationis capitis in damnatis fletus esse poterit Suppl. q 97 3. o.

20 Ut dispositio inferni miseriæ damnatorum conveniat, erunt in eo tenebræ corporales, cum quadam tamen luce, ut videant damnati ea, quæ animam torquere possunt. Suppl q. 97. 4. c.

21. Ignis inferni erit corporeus. Suppl. q. 97. 5. o.

22. Ignis quo torquentur damnati in inferno est ejusdem speciei cum igne nostro. Suppl. q. 97 6. c.

23. Etsi nullus scit ubi infernus sit constitutus, nisi qui de hoc a Spiritu sancto edoctus fuerit, conveniens tamen est ut sub terra esse credatur. Suppl. q. 97 7. o.

24. Quamvis damnati voluntate naturali aliquid bonum velle possunt, tamen voluntate deliberata non bene volunt illud Suppl. q. 98. 1. c.

25. Damnati per se non pœnitebunt de peccatis, sed per accidens, inquantum affligentur a pœna, quam pro peccatis sustinent. Suppl. q. 98. 2. o.

26. Non vellent damnati non esse, inquantum non esse consideratur secundum se, quia illud non est appetibile, inquantum vero consideratur ut est ablativum pœnalis vitæ aut alicujus miseriæ non esse potest desiderari a damnatis. Suppl. q. 98. 3. c.

27. Damnati propter consummatum suum odium gaudent de malis, et dolent de bono, et sic vellent secum alios esse damnatos. Suppl. q. 98. 1. o.

28. Damnati Deum odio prosequuntur, cum illum non percipiant in se, sed in effectu suæ justitiæ, qui est illis in pœnam. Suppl. q. 98. 5 c.

29. Cum meritum vel demeritum ordinetur ad aliquod bonum vel malum consequendum, neque boni merebuntur neque mali demerebuntur, quia eorum mala voluntas non est demeritum sed pœna. Suppl. q. 98. 6. c.

30. Damnati habebunt actualem notitiam eorum quæ sciverunt, ut inde tristitia, non lætitia afficiantur. Suppl. q. 99. 7. o.

31. Damnati nullo modo possunt cogitare de Deo per se, hoc est tanquam totius bonitatis principio, per accidens vero, hoc est, per Dei effectus, inquantum punit, et alia id genus, poterit Deus a damnatis cogitari. Suppl. q. 98. 8. c

32 Damnati ante diem judicii bonos in gloria sua vident, sed post diem judicii visione beatorum privabuntur. Suppl. q. 98. 9. o.

1. DAMNUM est ex hoc quod aliquis minus habet quam debet habere. 2-2. q. 62. 4 c

2. Dare alicui occasionem damni, vel periculi, semper est illicitum. 2-2. q. 77. 3. c.

3. Omnes qui sunt quocumque modo causa damni, qui in his versibus sunt scilicet:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus.
Participans, mutus, non obstans, non manifestans,

tenentur ad restitutionem totius. 2-2. q. 62 7. o.

DAMNIFICATIO. Damnificatio duplex, scilicet in re habita, et in re habenda. In prima tenetur quis restituere totum, in secunda vero aliquid secundum æstimationem et arbitrium sapientis. 2-2. q. 62. 2 ad 4. et 4. o.

5. DANIEL fuit simul accusator et judex senum, instinctu Dei. Et judicavit non subditos ex commissione. 2-2. q. 67. 1 ad 1. et 3 ad 3.

1. DATIO de ratione dationis nihil est, nisi quod datum libere habeatur a dante 1.ª q 38. 1. c.

2. Inter dantem et datum non requiritur distinctio, nisi rationis. 1.ª q. 38. 1 ad 1.

3. Dans semper distinguitur realiter ab eo cui datur. 1.ª q. 38. 1 ad 1.

4. Datio duplex, scilicet ex debito, et ex amore. In prima potest esse vitium acceptionis personarum, non autem in secunda. 1.ª q, 23. 5 ad 3 et fin et 2-2. q. 63. 1 ad 3.

5. Aliquis dupliciter aliquid dat illicite, scilicet vel quia ipsa datio est illicita et contra legem, sicut patet in eo qui simoniace aliquid dedit, vel quia propter rem illicitam dat, licet ipsa datio non sit illicita, sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem. 1-2. q. 73. 8. c. ad 3. et 2-2. q. 62. 5 ad 2.

6 Datio et missio dicuntur tantum temporaliter in divinis, sed donum æternaliter. 1.ª q. 38. 1 ad 4. et q. 43. 2. o.

7. Datio, datum, et donum, in divinis dicuntur notionaliter, ut important auctoritatem respectu dati Sed sine illa dicuntur essentialiter. 1.ª q 38. 1. o

8. Donum quadrupliciter differt a dato in divinis, quia non consignificat tempus, est æternum, significat aptitudinem, et liberalitatem. 1.ª q. 38. 1 ad 4. et 2 ad 3.

9. Divinæ personæ dantur nobis invisibiliter missæ, tantum secundum dona gratum facientia. 1.ª q 43. 3. o. et 3.ª q. 72 7. c

10. Dari convenit essentiæ, et cuilibet personæ divinæ, et a seipsa. 1.ª q. 43 4 ad 1.

11. Spiritus sanctus potest dici datum nostrum, non autem donum nostrum. 1.ª q. 38. 2 ad 3.

12 Nulla creatura potest dare Spiritum sanctum. 1.ª q 43. 8. c fin.

13. Nulla creatura potest dare Spiritum sanctum, licet aliquis possit esse minister collationis ejus. 1.ª q. 42. 8. fin et 3.ª q. 8. 1 ad 1.

14. Dare Spiritum sanctum dicitur dupliciter, scilicet auctoritate, et sic est tantum Dei, et ministerio, et sic homines, et Christus secundum quod homo dicuntur eum dare. 3.ª q. 8. 1 ad 1.

1. DAVID peccante, populus punitur, primo propter bonum unitatis, secundo propter demerita populi in sequendo Absalon, tertio quia populus erat possessio ejus. 2-2. q. 108. 4 ad 1.

2 David propheta, secundum glosam, dicit se servasse ordinem doctrinæ, prout transeundum est a facilioribus ad difficiliora, constringens se maledicto, si eum non servasset. 2-2. q. 189. 1 ad 4 et 6 ad 2.

1. DE.—Ex, denotant habitudinem causæ efficientis, vel materialis, non autem formalis, vel finalis. 1.ª q. 39. 2 ad 5. et 8. c.

2. Quicquid est de aliquo, est ex aliquo, non autem e converso, quia, *de*, dicit principium, et consubstantialitatem; *ex*, vero, dicit principium tantum. 3.ª q. 75. 8. c.

3. De, dicit principium consubstantiale efficiens, vel formale subsistens, vel materiale. 1.ª q. 41. 3 ad 1 et ad 2. et 3.ª q. 32. 2. c. et q. 75. 8. c.

1. DEBITUM. In communi importat ordinem exigentiæ, vel necessitatem alicujus ad quod ordinatur. 1.ª q. 21. 1 ad 3.

2. Aliquid dicitur debitum dupliciter scilicet secundum se, ut finis, vel propter aliud, ut ea quæ sunt ad finem. 2-2. q. 44. 1. c.

3. Debitum duplex, scilicet naturæ, et meriti. 1-2 q. 111. 1 ad 2.

4. Debitum duplex, scilicet legale, et morale. 1-2. q. 99. 5. o. et 2-2. q. 23. 3 ad 1. et q. 31. 3 ad 3. et q. 78.

2 ad 2. et q. 80. 1. c. et q. 102. 2 ad 2. et q. 106. 1 ad 2. et 4 ad 1. et q. 114 2. c. et q. 117. 5 ad 1. et q. 118. 3 ad 2.

5. Debitum duplex, scilicet necessitatis, et congruitatis vel utilitatis. 1-2. q. 99. 5. c. et 3.ᵐ q. 64. 5 ad 3.

6. Aliquid est alicui debitum dupliciter, scilicet ratione necessitatis, vel quia dat aliquid. 2-2. q. 187. 4 c.

7. Debitum non minuit meritum, nisi minuat voluntarium. 1.ᵐ q. 21. 1 ad 3. et 1-2. q. 114. 1 ad 1. et 2-2. q 50. 3 ad 2. et q. 104. 1 ad 3. et q. 186. 5 ad 5.

8. Deus nulli est debitor 1.ᵐ q. 21. 1 ad 4. et 1-2. q. 99. 5. c. et q. 111. 1 ad 2. et q. 114. 1 ad 3.

9. Deus reddit duplex debitum, scilicet respectu suæ sapientiæ et voluntatis, et respectu creaturæ. Sed primum præsupponitur in secundo. 1.ᵐ q. 21. 1 ad 3. et 4. c. et 1-2. q. 114. 1 ad 3.

10. In Deo est principaliter ratio et causa debiti. 2-2. q. 106. 1. c.

11. Conjuges in petendo debitum, et in aliis, sunt æquales, secundum proportionem, non autem secundum quantitatem 2-2. q. 32. 8 ad 2.

12. Petere debitum a conjuge in festo non licet, quia est incongruum, tamen non est peccatum mortale, si sine contemptu fiat. 2-2 q. 186. 9 ad 3.

13. Tenentur conjuges sibi mutuo debitum præstare, cum sacrum conjugium institutum sit, ut et vitetur fornicatio, et ut liberis opera detur, salva tamen utriusque incolumitate. Suppl. q. 64. 1. o.

14. Cum natura mulieres sint verecundæ, ita ut non audeant petere debitum a viris sibi præstari, tenetur vir etiam uxori non petenti debitum reddere, si aliquo signo id eam velle perceperit. Suppl. q. 64. 2. o.

15. Sunt vir et uxor in actu conjugii æquales quantum ad æqualitatem proportionis, non autem quantum æqualitatem quantitatis. Suppl. q. 64. 3. o.

16. Non potest vir aut uxor absque mutuo consensu continentiam vovere. Suppl. q. 64. 4. c

17. Cum actus matrimonialis propter delectationem carnis reddat hominem ineptum ad spiritualia, non licet petere debitum actus matrimonii diebus sacris Suppl q. 64. 5. o.

18. Non peccat mortaliter vir aut uxor si debitum diebus festis petat; si tamen hoc faciat sola delectationis causa, gravius peccat quam qui hoc facit, ut sibi de lubrico carnis caveat. Supp q 64. 6 c.

19. Tenentur conjuges etiam diebus festis, et quacumque hora sibi mutuo debitum reddere, salva tamen honestate. Suppl. q. 64. 7. o.

1. DECIMÆ. In communi. Non solvebantur ex præcepto ante legem quia non erant determinati ministri. 2-2. q. 87. 1 ad 2.

2. Oblationes et decimæ in veteri lege erant sacramenta, non autem nunc, quia tunc erant ut figurales, nunc autem ut morales. 3.ᵐ q. 65. 1 ad 7.

3. Decimæ non erant oblationes, nec sacrificia, quia non offerebantur Deo immediate, sed ministris ejus. 2-2 q. 85. 3 ad 1.

4. Decimatio est actus moralis, inquantum offertur ad cultum Dei, et ad sustentationem ministrorum ejus, sed est figuralis, inquantum significat imperfectionem dantis decimas. 3.ᵐ q. 31 8, c. et q. 65. 1 ad 7.

5. Præceptum de solutione decimarum quoad sustentationem ministrorum Dei est morale, et juris naturalis, sed quoad certum numerum est judiciale, sed quoad significationem ejus est ceremoniale; et quoad Christianos, est præceptum Ecclesiæ positivum. 2-2. q. 87 1. o

6. In doctrina Christi et apostolorum continetur præceptum de decimis

quantum ad id quod est morale tantum. 2-2. q 87. 1 ad 2.

7. Ecclesia potest determinare aliam partem ad solvendum quam decimam. 2-2. q. 87. 1. c.

8. Jus percipiendi decimas potest vendi Ecclesiæ, non autem laicis, licet fructus quandoque eis concedantur. 2-2. q. 87. 3. c. ad 3. et q. 100. 4 ad 3.

9. Decimæ possunt dari in feudum. 2-2. q. 87. 3 ad 3.

10. Non solvens decimas, ubi non est consuetudo, non peccat, si est paratus solvere, ad mandatum Ecclesiæ. 2-2. q. 87. 1 ad 5.

11. Decimato non convenit Christo, sed cuilibet alii, quia significat liberationem a peccato originali. 3.ª q. 31. 8. o.

12. Judæi dabant decimas prædiales, non autem personales. 2-2. q. 87. 2 ad 1.

13. Judæi dabant tres decimas ex præcepto Dei, primas ministris, sicut et nunc, secundas in sacrificia, quæ cessaverunt, tertias pauperibus, quæ nunc plus debentur. 2-2. q. 87. 1 ad 4

14. Pauper tenetur dare decimas sacerdoti, licet sit dives. 2-2. q. 87. 3 ad 1. et 4 ad 4.

15. Omnes clerici tenentur dare decimas Papæ, si petat. 2-2. q. 87. 4 ad 3.

16. Clerici tenentur dare decimas de prædiis propriis, non autem de prædiis Ecclesiæ. 2-2. q 87. 4. c. ad 1.

17. Religiosi curati possunt exigere decimas, nec tamen tenentur dare, non curati vero e converso, habent tamen aliquam immunitatem, secundum diversas concessiones eis a Sede apostolica factas. 2-2. q. 87. 3 ad 3. et 4 ad 2.

18. Petens decimas, ubi non est consuetudo, peccat. 2 2. q. 87. 1 ad 5.

19. Ecclesia abstinet a decimis exigendis, in terris in quibus non est consuetum decimas solvere. 2-2. q. 45. 8 ad 5.

20. Ecclesia potest petere decimas ab emente rem non decimatam, et etiam a vendente. 2-2. q. 87 2 ad 4.

21. Decimæ debent dari iis quibus solent dari secundum consuetudinem, licet personales magis conveniant Ecclesiæ parochiali, prædiales vero Ecclesiæ ubi est ager 2-2. q. 87. 3 ad 2.

22. Decimæ debent in usus pauperum per clericos dispensari. 2-2. q. 87. 1 ad 4. et 3 ad 1. et 4 ad 4.

23. Decimæ debent dari de omni re possessa secundum consuetudinem, scilicet de omni lucro prædiali, vel personali, et de meretricio, et histrionatu, et hujusmodi, sed Ecclesia non debet recipere, quamdiu sunt in peccato. 2-2. q 87. 2. o.

24. Decimæ non debent dari de rapina, furto, vel usura, nec de aliis obnoxiis restitutioni, sed de fructibus rei emptæ ex usuris. 2-2. q 87. 2 ad 2.

25. Nullus tenetur dare decimas, de re sibi ablata furto, vel rapina, nisi ob culpam, scilicet negligentiæ. 2 2. q. 87. 2 ad 4.

26. Decimæ de herbis, et aliis minimis dantur de consilio, non autem de præcepto, sicut nec in veteri lege, nisi de consuetudine patriæ. 2-2. q. 87. 2 ad 3

27. Decimæ debent dari non deductis expensis, nec tributis, nec mercede operariorum. 2-2. q. 87. 2 ad 4.

DECOR faciei est periculosus, et tamen non fuit causa principalis matrimonii Jacob cum Rachel, sed fuit causa secunda, et hoc bene potest esse sine peccato, vel quandoque est cum peccato veniali; si autem esset principalis causa libido pulchritudinis, tunc non excusaretur a peccato mortali, si esset effrenata libido. 2-2. q. 167. 2. c. fin

1. DEFECTUS sumitur dupliciter, scilicet privative, et negative; secundus est in omni creatura, primus autem non est in angelis. 1.ª q. 12. 4 ad 2.

2. Defectus in effectu contingit dupliciter, scilicet defectu agentis et defectu patientis 1. ᵖ q. 49 1. c.

3. Defectus in effectu naturæ et artis contingit quadrupliciter, scilicet ex defectu agentis, materiæ, formæ et effectus, sed in moribus tantum ex primo. 1 ᵖ q. 49. 1. c. ad 3.

4 Malum in defectu actionis semper causatur ex defectu agentis. 1. ᵖ q. 49. 1 2. c

5. Id quod sequitur defectum actionis non attribuitur agenti, nisi cum potest, et debet agere. 1. ᵖ q 49. 1 ad 3. et 2 ad 3. et 1-2. q. 6. 3. c. et q. 79. 1 c.

6. Defectus naturæ humanæ contingit dupliciter, scilicet vel quia nondum pervenit ad ultimam perfectionem naturæ, ut in pueris, vel quia recedit ab ea, ut in senibus. 1. ᵖ q. 99. 1 ad 4.

7. Defectus duplex sequitur ex peccato, scilicet ut pœna a judice, vel consequens pœnam, primus debet esse æqualis in peccato æquali; non autem secundus. 2-2 q 164. 1 ad 4.

8 Christus curans corporalitatem et passibilitatem corporis nostri curavit omnes alios defectus nostros, quia omnes causantur ex ea superadditis quibusdam particularibus causis. 3. ᵖ q. 14. 4 ad 1.

9. Nullus defectus potest esse in Deo. 1. ᵖ q. 49. 2. c. et 2-2 q. 161. 1 ad 4.

10. Nullus defectus reducitur in Deum, sicut in causam. 2-2. q. 24. 10. c.

11. Intellectus angeli non habet defectum, si defectus accipiatur privative, ut scilicet careat eo quod habere debet; si vero accipiatur negative, sic quælibet creature invenitur deficiens Deo comparata, dum non habet illam excellentiam quæ invenitur in Deo. 1. ᵖ q. 12. 4 ad 2.

DEFINITIO. Vide infra *Difinitio*.

DEGRADATIO aufert ordinis executionem, quasi in perpetuum, sed excommunicatio solum usque ad emendationem. 3. ᵖ q. 82. 8 ad 3.

DEIFICATUS prædicatur de humanitate Christi, non autem de homine Christo. 3. ᵖ q. 16. 3. c. ad 2. et 5 ad 2.

1. DEITAS inquantum una in pluribus personis convenit cum forma nominis collectivi. 1. ᵖ q. 39. 5 ad 6.

2. Deitas non potest supponere pro persona 1 ᵖ q. 39. 5. c.

1. DELECTATIO non est generatio, sed generatum esse. 1 2. q. 31. 1. c. et q. 35. 5. c.

2. Delectatio, secundum Aristotelem, est quidam motus animæ, et constitutio simul tota, et sensibilis in naturam existentem. 1-2. q. 31. 1. c.

3. Delectatio est motus, qui est actus perfecti, non autem est motus, qui est actus existentis in potentia. 1-2. q. 31. 2 ad 1.

4. Delectatio est motus in appetitu animali, consequens apprehensionem boni naturalis, præsentis per sensum. 1-2. q. 11 1 ad 3. et q. 31. 1. c ad 2. et q. 35. 1 c.

5. Delectatio est operatio causaliter, non autem formaliter. nec essentialiter. 1-2. q. 31. 1 ad 1.

6. Delectatio est passio animæ. 1-2. q. 31. 1. 1. c. et 4 ad 2. et 5. c. fin. et ad 2. et q. 35. 1. c.

7. Nulla delectatio est quid optimum. 1-2. q. 2. 6. c.

8. Objectum delectationis est bonum apparens, conveniens, conjunctum 1-2. q. 43. 1. c.

9. Delectatio est quietatio cognita in re convenienti. 1-2. q. 11. 1 ad 3. et q. 34. 1. c. et q. 43. 1. c.

10. Delectatio est quies appetitus tendentis in finem, propter præsentiam ejus, sed, est motus appetitus ab appetibili præsenti, immutante appetitum. 1-2. q. 31. 1 ad 2. et q. 33.

3 ad 1. et q. 34. 2 ad 2 et 3 ad 3. et 4. c. ad 2. et q. 38. 1. c.

11. Delectatio est sicut quies naturalis, sed tristitia est sicut quies violenta. 1-2. q. 31. 8. c. ad 1.

12. Delectari de Deo in via plene non possumus, sicut nec Deum cognoscere. 2-2. q. 44. 6. c.

13. Nulla delectatio est in carentibus omni cognitione. 1-2. q. 11. 2. c. et q. 31. 1. c. et q. 32. 1. c et q. 35. 1. c. et q. 41. 3. c.

14 Delectatio proprie dicta est in Deo. 1-2. q. 31. 4 ad 2.

15, Delectatio diversimode est in Deo, angelis, hominibus, et brutis. 1-2. q. 31 4.ad 2.

16. Delectatio est in appetitu sensitivo, et in appetitu intellectivo. 1-2. q. 30. 1. c. et q. 31. 3. 4. o. et q. 35. 1. c.

17. Omnis delectatio est proprium accidens beatitudinis, vel partis ejus. 1-2. q. 2. 6. c. et q. 3. 4. c.

18. Causa proxima delectationis est operatio, cujus objectum est causa remota. 1-2. q. 32. 1. o.

19. Oportet quod omnis delectatio aliquam operationem consequatur. 1-2. q. 32. 1. o.

20. Omnis operatio procedens ex habitu perficiente naturam causat delectationem. 1-2. q. 100. 9. c. ad 3.

21. Operatio non est propter delectationem, sed e converso. 1-2. q. 4. 2 o.

22. Delectatio est major in principio operationis quam in processu ejus continuitate, quamvis forte in processu operatio sit intensior, et hoc triplici ratione, scilicet primo, quia cum operatio sit delectationis causa, quanto aliquid attentius operatur, tanto major delectatio ex operatione consurgit, homo autem in principio operationis attentior est ad operationem quam in progressu, et ideo in progressu operationis quando aliquis negligentius intendit operationi, non sentit tantam in operatione delectationem: secundo quia oportet in nobis delectationem esse secundum modum nostræ naturæ, unde cum nostra natura sit mutabilis, non est nobis semper idem delectabile, quia jam mutati sumus a pristina dispositione, et sic post pauca, non est nobis conveniens quod prius conveniens erat, et ideo quod prius erat delectabile, postea fit minus delectabile, vel etiam triste, et hæc est etiam ratio, quare continuitas unius rei in nobis fastidium parit; alternatio vero delectat: tertio quia cum ad delectationem requiratur convenientis perceptio, quanto aliquid minus sentitur, minus est delectabile: res autem in sui novitate magis sentiuntur, quia postmodum earum dispositio fit quasi qualitas quædam inhærens sentientibus. 1-2. q. 32 1 ad 3.

23. Operatio unius potest esse causa delectationis in alio tripliciter, scilicet benefaciendo, faciendo æstimationem boni ejus, et propter amorem vel odium. 2-2. q. 32. 5 o.

24. Ad delectationem requiruntur duo, scilicet adeptio, vel conjunctio, vel præsentia boni convenientis, et cognitio hujus. 1-2. q. 32. o. et q. 33. 1. c. et q. 35. 1. 7. c. et q. 43. 1. c.

25. Motus est causa delectationis tripliciter, primo quia mutamur, secundo quia objectum excedit, tertio ratione cognitionis. 1-2. q. 32. 2. o.

26. Consueta delectant, quia fiunt connaturalia. 1-2. q. 32. 2 ad 3. et 8 ad 3.

27. Raro contingentia delectant, ratione admirationis, et desiderii. 1-2. q. 32. 8 ad 3.

28. Benefacere aliis, est causa delectationis tripliciter, scilicet propter spem, vel amorem, ratione excellentiæ, et ratione libertatis 1-2. q. 32. 6. o.

29. Amor et concupiscentia causant delectationem, sed magis spes. 1-2. q. 32. 3 ad 3. et q. 35. 3 ad 2. et q. 100. 9 ad 3.

30. Spes ratione præsentis æsti-

mationis delectat, sed ratione absentiæ affligit. 1-2. q. 32. 3 ad 2. et q. 40 8 ad 2.

31. Sensus magis delectat quam spes, et hæc magis quam memoria, quia delectatio est de re præsenti. 1-2. q. 32. 3. o. et 2-2. q. 30. 1. ad 3.

32. Vincere delectat inquantum demonstrat propriam excellentiam, ideo omnes ludi et pugnæ delectant, propter spem victoriæ. 1-2. q. 32. 6 ad 3.

33. Otium, ludus, et omnia quæ ad requiem pertinent, sunt delectabilia, inquantum auferunt tristitiam, quæ est ex labore. 1-2. q. 32. 1 ad 3.

34. Omne simile ratione unitatis delectat, sed contristat per excessum corrumpendo, vel ut impedit proprium bonum. 1-2. q. 32. 7. o.

35. Redarguere et punire delectant, ratione propriæ excellentiæ, vel amoris, non autem propter malum alterius 1-2. q. 32. 6. ad 3.

36. Dare aliis delectat, inquantum indicat proprium bonum, sed contristat inquantum evacuat illud. 1-2. q. 32 6 ad 1.

37. Tristitia est causa per accidens delectationis, inquantum facit magis eam appeti, et propter eam fertur. 1-2. q. 35. 3 ad 1. et q. 48. 1. c.

38. Tristitia in præsenti causat delectationem, inquantum repræsentat in memoria rem dilectam, sed in præterito, quia evasit ab aliquibus tristibus et dolorosis. 1-2. q. 32. 4. o.

39. Dilatatio metaphorice sumpta est effectus delectationis, amoris, et desiderii. 1-2. q. 33. 1. o. et q. 37.2. c.

40. Qui delectatur, constringit rem delectantem, dum ei fortiter inhæret, sed cor suum ampliat, ut perfecte fruatur. 1-2. q. 33. 1 ad 3.

41. Delectatio perficit operationem tripliciter, scilicet ut finis, ut forma, et augendo. 1-2. q. 4. 1 ad 3. et q. 33. 4. o. et q. 34. 4 ad 3. et q. 40. 8. c.

42. Quælibet delectatio mitigat quamlibet tristitiam. 1-2. q. 35. 4 ad 2 et ad 3. et q. 38. 1. o. et 3. 4. c. et 5. o. et q. 48. 1. o. et 3.^{m} q. 46. 8 ad 2.

43. Delectatio contemplationis adjuvat usum rationis, corporales autem impediunt tripliciter, scilicet per distractionem, contrarietatem, et ligationem. 1-2. q. 4. 1 ad 3. et q. 33 3. o. et 4 ad 1. et q. 34. 1 ad 1. et 22. q. 15. 3. o. et q. 53. 6. o.

44. Delectatio maxime corrumpit æstimationem prudentiæ, et præcipue in venereis, quia totam animam absorbet. 2-2 q. 53. 6. c. et q. 55. 8 ad 1. et q. 153. 5 ad 1.

45. Delectationes spirituales causant desiderium sui sine fastidio, nisi per accidens ratione corporis. 1-2. q. 33. 2. o.

46. Delectationes corporales ratione habiti excedentis causant fastidium, sed ratione non habiti causant desiderium. 1-2. q. 33. 2. o.

47. Delectationes corporales sunt medicinales, contra fastidium, vel sunt ægritudinales, id est, inordinate amatæ. 1-2. q. 31. 5. c. fin. ad 1. et q. 48 1. c.

48. Omnis tristitia impedit omnem delectationem per redundantiam, sed per se impedit tantum contraria. 1-2. q. 35. 4 ad 2. et ad 3. et 5. c. fin. et 3.^{m} q 46 8 ad 2.

49. Omnis tristitia impedit aliquam operationem, inquantum est contraria operanti. Sed non omnis delectatio coadjuvat ad operandum Imo extranea impedit, avertendo intentionem. 1-2. q. 33. 3. 4 c.

50. Operatio secundum se est delectabilis, sed per accidens, est pœnosa, et contristans, scilicet ratione motus fatigantis, ideo quies est delectabilis per accidens, id est removendo contristans, scilicet motum. 1-2. q. 32. 1 ad 3.

51. Quælibet delectatio contrariatur cuilibet tristitiæ secundum dispositionem subjecti, et secundum effectus, quia per primum natura confor-

tatur, et per secundum molestatur. 1-2. q. 35. 4 ad 2. et q. 38. 1 ad 1.

52. Delectationi considerationis intellectus nulla tristitia contrariatur ratione sui, sed tantum ratione objecti. 1-2. q. 31. 5. c. fin et q. 32. 7 ad 2. et q. 35 5. o. et 2 2. q 9 4 ad 2. et q. 180. 8. c. et 3.ª q. 46. 7 ad 4

53. Dolor et tristitia contrariantur cuilibet delectationi secundum genus, non autem secundum speciem. 1-2. q. 35. 3. 4. o. et q. 38. 1. ad 1.

54. Delectatio potest esse integra et perfecta, non autem tristitia, sed semper est secundum partem. 1-2. q. 35. 6 c.

55. Delectatio et tristitia de eodem contrariantur secundum speciem, sed de oppositis habent convenientiam, et de disparatis sunt disparatæ. 1-2. q. 35. 4. o. et 5. c. et q. 36. 1 ad 2

56 Omnes fugiunt quamlibet tristitiam, non autem omnes appetunt quamlibet delectationem. 1-2. q. 39. 1 ad 2 et 3. c.

57. Appetitus delectationis est major quam fuga tristitiæ secundum se, sed per accidens est e converso tripliciter, scilicet primo, quia tristitia magis sentitur, secundo ex causa, tertio ex effectu. 1-2. q. 35 6. o. et 2-2. q. 138. 1. c.

58. Delectatio magis afficit quam tristitia, quæ magis sentitur. 1-2. q. 29 3. o.

59. Omne animal appetit delectationes naturaliter, ut medicinas, contra labores sensuum et motuum. 1-2. q. 32 7 ad 2. et 2-2. q. 4. 6. c.

60. Delectatio appetitus naturalis dicitur tantum delectatio, et opposita passio dicitur dolor. Sed delectatio appetitus animalis dicitur etiam gaudium; et opposita passio dicitur tristitia. Primæ sunt in qualibet potentia, secundæ vero in concupiscibili tantum. 1-2. q. 31. 3. o. et q. 35. 2. 7. c. et q. 41. 3. c

61. Juvenes et melancholici vehementer appetunt delectationes sensuum, propter laborem suæ naturæ. 1-2. q. 32. 7 ad 2

62. Delectatio naturaliter appetitur propter se finaliter, non autem formaliter, nec effective. 1-2. q. 2. 6 ad 1. et ad 3 et q. 34. 2 ad 2.

63 Delectatio corporalis plus appetitur quam spiritualis, per accidens, quia quidam abundant sensu, et deficiunt intellectu; et quia pluribus est nota quam spiritualis. 1-2. q 2. 6. c. ad 1. et ad 2. et q. 31. 5 c. et q. 32. 7 ad 2.

64. Non omnis delectatio est bona, nec omnis est mala, sed aliqua est bona, et aliqua mala. 1-2. q. 34. 1. 2. c.

65. Omnis tristitia per se est mala, licet per accidens possit esse bona, sed non omnis delectatio est bona per se 3 ª q. 15. 6 ad 2. et ad 3.

66. Delectatio de apparenti bono et vero ma o, et tristitia de apparenti malo et vero bono, sunt malæ moraliter. 2-2. q. 35. 1. c.

67. Tristitia est materia delectationis et gaudii, per accidens tantum, et e converso, inquantum tristitiæ accidit esse bonum, et illis malum. q. 35. 3 ad 2 et ad 3.

68. Delectatio non dicitur morosa, nisi sit cum consensu rationis deliberatæ. 1-2. q. 74. 6 ad 3. et q. 88. 4 ad 2.

69. Consensus rationis in delectationem cogitationis pravæ, ratione objecti est peccatum mortale, sed ratione cogitationis tantum est veniale, vel nullum, puta cum aliquis causa disputationis, vel confessionis, et hujusmodi, cogitat de peccatis carnalibus 1-2. q. 31. 5 c. et q. 74. 8. o. et q. 88. 5 ad 2. et 2-2. q. 154. 4. c. et q. 180. 7. o.

70. Delectatio actus conjugalis de se non est peccatum mortale, nec veniale. 1-2. q. 34. 1 ad 1.

71. Actus matrimonii propter delectationem tantum, intra limites matrimonii, est peccatum veniale, sed

extra limites matrimonii, vel excludendo ordinem finis ultimi, est peccatum mortale, quia quando est peccatum luxuriæ, propter solam inordinationem concupiscentiæ, sicut cum aliquis libidinose accedit ad suam uxorem, tunc est distinguendum, quia quandoque est talis inordinatio, quæ excludit ordinem finis ultimi, puta cum aliquis intantum concupiscit delectationem veneream, quod ab ea non abstineret propter præceptum Dei; et quod illam mulierem cognoscere vellet, vel etiam aliam, præter matrimonii legem, et sic est peccatum mortale; quia concupiscentia non refrenatur intra limites matrimonii; aliquando vero inordinatio concupiscentiæ non tollit ordinem ultimi finis, quando scilicet aliquis, etsi superabundet in concupiscentia delectationis venereæ, tamen potius ab ea abstineret quam contra Dei præceptum ageret, nec istam mulierem, aut aliam cognosceret, si sua uxor non esset, et tunc concupiscentia sistit intra limites matrimonii, et est peccatum veniale. Manifestum est enim quod in quibusdam peccatis est quidem aliqua inordinatio, non tamen per contrarietatem ad ultimum finem, sed solum circa ea quæ sunt ad finem, inquantum plus vel minus debite eis intenditur, salvato tamen ordine ad ultimum finem, puta cum homo, etsi nimis ad aliquam rem temporalem afficiatur, non tamen pro ea vellet Deum offendere, aliquid contra præceptum ejus faciendo. 1-2. q. 87. 5. c. et 2-2. q. 68. 3. c.

72. Delectatio duplex, scilicet carnalis, id est, quæ completur sensu carnis, scilicet ciborum et venereorum; et spiritualis, id est, quæ completur sola apprehensione animæ. 2-2. q. 118. 6. c. et q. 123. 8. c.

73. Delectatio corporalis, id est, secundum sensum, est vehementior quoad nos, sed delectatio spiritualis est simpliciter major, firmior, et dignior. 1-2. q. 2 6. c. et q. 31. 5. o. et q. 38. 4. c. et 2-2. q. 141. 4 ad 4. et q 180. 7. c.

74 Delectatio corporalis vocatur voluptas, quia pluribus est nota quam spiritualis 1-2 q. 2. 6. c.

75. Delectationes corporales indigent temperari, et refrenari per rationem, non autem spirituales, quia non sunt secundum mentem, quæ est regula, ideo secundum se sunt sobriæ et moderatæ. 1-2 q. 31. 5 ad 3. et 2-2. q. 141. 4 ad 4.

76. Nullus diu potest esse sine delectatione, ideo carens delectationibus spiritualibus, transit ad carnales. 2-2 q. 35. 4 ad 2. et q. 119. 1. 3.

77. Delectatio spiritualis est tota simul, non autem corporalis. 1-2. q. 31. 2. o. et 5. c fin.

78. Delectatio secundum tactum est major utilitate et simpliciter, et naturalior, quam secundum alios sensus, sed delectatio secundum visum est major ratione cognitionis. 1-2 q. 31. 6. o. et 2-2. q. 15. 3. c. et q 141. 4. c. ad 3. et 7. c.

79. Delectatio contemplationis excedit omnem delectationem humanam. 1-2. q. 3. 5. c. fin. et q. 38. 4. c. et 2-2. q. 180 7. o.

80. Delectatio vitæ contemplativæ est nobilior, convenientior nobis, purior et perfectior, quam vitæ activæ. 2-2. q 1-2. 1 c.

81. Delectatio contemplationis in via est imperfecta respectu contemplationis in patria. 2-2. q. 180. 7 ad 3.

82. Contemplatio divinorum in via est majoris delectationis qualibet contemplatione alterius rei. 2-2. q. 180. 7 ad 3.

83. Delectatio secundum voluntatem est mensura et regula omnis actus moralis, non autem delectatio secundum sensum. 1-2 q 34. 4. o.

84. Delectatio sensibilis fuisset major et purior ante peccatum quam post, sicut delectatio temperati quam intemperati. 1.ª q. 98. 2 ad 3.

85. Delectatio est prior amore, et ille desiderio, secundum rationem

finis, sed ordine generationis est e converso. 1-2. q. 25. 2. c. ad 3. et q. 34. 4 ad 1.

86. Delectatio contrariatur delectationi de objecto contrario. 1-2. q. 31. 8. o.

87. Differentia inter delectationem, gaudium, exultationem, lætitiam, hilaritatem, et jucunditatem. 1-2. q. 31. 3. o. et q. 35. 2. c.

88. Delectatio est in tempore per accidens tantum, scilicet ratione transmutationis adjunctæ. 1-2. q. 31. 2. o.

89. Delectationes dupliciter sunt innaturales, scilicet quæ sunt contra rationem, et quæ sunt contra naturam communem. 1-2. q. 31. 3. c. et 7. o.

90. Delectari propter se formaliter licitum est in omni delectabili, secundum suam formam, non autem finaliter. 1-2. q. 70. 1 ad 2.

91. Delectatio non est finis charitatis, sed magis visio, cui consequitur. 1-2. q. 4. 2 ad 3.

DELITIOSI dicuntur qui non possunt sustinere aliquos labores, nec aliquid minuens delectationem 2-2. q. 138. 1 ad 2.

DELICTUM communiter significat quamcumque omissionem, sed stricte, omissionem pertinentium ad Deum, vel quando scienter et cum contemptu omittit homo id quod facere debet. 2-2. q. 79. 4 ad 1.

1. DÆMONES, secundum Apuleium, sunt corpore aerei, animo passivi, mente rationales, tempore æterni. 1.ᵖ q. 51. 1 ad 1. et q. 115. 5. c.

2. Dæmones secundum Porphyrium sunt natura fallaces, et sensitivi. 1.ᵖ q. 63. 4 ad 1.

3. In dæmonibus est ordo. 1.ᵖ q. 109. 1. o.

4. Nomina aliquorum ordinum sunt in dæmonibus, non tamen seraphin, nec Throni, nec Dominationes. 1.ᵖ q. 63. 7 ad 1. et 9 ad 3. et q. 109. 1 ad 3.

5 Ordinatio dæmonum est sacra ex parte Dei, non autem ex parte ipsorum. 1.ᵖ q. 109. 1 ad 2.

6. Dæmones vigent acumine scientiæ, et lumen intellectuale in eis est perspicuum. 1.ᵖ q. 64 1. o.

7. Error est in intellectu dæmonum solum respectu supernaturalium. 1.ᵖ q. 58. 5. o.

8. Dæmones cognoscunt veritatem tripliciter, scilicet per naturam, revelationem, et experientiam. 1.ᵖ q. 64. 1 ad 5. et 2-2. q. 172. 5 ad 1. et 6. o.

9. Cognitio veritatis per naturam et per gratiam tantum speculativa est in dæmonibus, non autem producens amorem Dei. 1.ᵖ q. 64. 1. o.

10. Boni angeli revelant aliqua dæmonibus. 1.ᵖ q. 64. 1. c ad 5. et q. 109. 4 ad 1. et 2-2 q. 172. 6 ad 2 et ad 3.

11 Revelationes a bonis angelis factæ dæmonibus sunt illuminationes ex parte angelorum, quia ordinant eas ad Deum, non autem ex parte dæmonum. 1.ᵖ q. 109. 4 ad 1.

12. Revelatio beatorum angelorum facta dæmonibus non est per modum illuminationis, sed locutionis. 2-2. q. 172. 5 ad 2

13. Dæmones cognoscunt futura contingentia. 1.ᵖ q 57. 3. c. et q. 86. 4 ad 2.

14. Illuminatio non est in dæmonibus, sed conceptus suos manifestant per modum locutionis. 1.ᵖ q. 109. 3. o. et 2-2. q. 172. 5 ad 2.

15. Dæmon non habet cognitionem matutinam, nec vespertinam, sed nocturnam. 1.ᵖ q. 64. 1 ad 3.

16. Dæmones cognoscebant Christum esse Messiam promissum in lege, non autem divinitatem ejus, nisi per conjecturas. 1.ᵖ q. 64. 1 ad 4. et 3.ᵖ q. 41. 1 ad 1. et q. 44. 1 ad 2. et q. 47. 5. c.

17. Dæmon prohibebatur virtute divina ab investigatione beatæ Mariæ, nec noverat divinitatem Christi, sed confitebatur suspicando. 3.ᵖ q. 29.

1 ad 3. et q. 41. 1 ad 1. et q. 44. 1 ad 2. et q. 47. 5. c.

18. Dæmones sciunt se damnatos in perpetuum. 2-2. q. 18. 3. c.

19. Liberum arbitrium dæmonum est obstinatum in malum principaliter ex justitia Dei non dantis gratiam, secundo ex indivisibili appetitu eorum, tertio ex cognitione intellectiva, quia non possunt deponere æstimationem semel habitam. 1.ᵖ q. 64 2. o.

20 Omnis motus liberi arbitrii dæmonum est inordinatus, nec possunt se præparare ad gratiam. 1.ᵖ q 64. 2 ad 5.

21. Dæmones possunt facere actum bonum ex genere, sed nullo modo ex bona voluntate. 1.ᵖ q. 64. 2 ad 5.

22. Dæmones non sunt naturaliter mali, sed propria voluntate. 1.ᵖ q. 63. 4. o et q. 67 4 ad 4.

23. Natura dæmonum est bona, sed voluntas eorum est mala, cujus malitiæ ipsi sunt causa. 1.ᵖ q. 64. 3 ad 3.

24. Omnis actus naturæ dæmonum est bonus, et actus voluntatis ejus est malus. 1 ᵖ q. 64. 2 ad 5.

25. Dæmones non diligunt se mutuo, licet concordiam habeant in malo. 1.ᵖ q. 109. 2 ad 2.

26 Nulla passio sensitiva est in dæmonibus, sed timor et dolor voluntatis est in eis. 1.ᵖ q. 63. 2 ad 2. et q. 64. 3. c.

27. Furor, phantasia, et concupiscentia, non sunt in dæmonibus, nisi metaphorice, id est, velle inordinate. 1.ᵖ q. 54. 5 ad 3. et q. 58. 5. c. fin. et q. 59. 4 ad 1.

28. Dæmon est caput omnium malorum, non influxu interiori, sed gubernatione exteriori, inquantum avertuntur a Deo. 3.ᵖ q. 8. 7. 8. o.

29. Dæmon et Antichristus sunt tantum unum caput malorum, quia Antichristus dicitur caput, quia in eo erit plenissime malitia diaboli. 3.ᵖ q. 8. 8 ad 1.

30. Dæmones meruerunt beatitudinem, sed statim præbuerunt impedimentum ejus. 1.ᵖ q. 63. 5 ad 4. et 6. o.

31. Omnes dæmones simul peccaverunt, et tanto gravius, quanto superiores. 1 ᵖ q. 63 8 ad 1 et ad 3. et 2-2. q. 24. 3 ad 3.

32. In omnibus quæ agunt dæmones propria voluntate peccant mortaliter. 1.ᵖ q. 64 2 ad 5. et 1-2. q. 89. 4. o.

33. Peccatum dæmonis durat adhuc secundum appetitum, non autem secundum æstimationem. 1.ᵖ q. 64. 2 ad 3.

34. Primum peccatum Adæ, vel dæmonum, non fuit blasphemia in Spiritum sanctum, licet potuerit esse. 2-2 q. 163. 4 ad 3.

35 Omnia peccata sunt in dæmonibus secundum reatum, sed tantum spiritualia, secundum effectum. 1.ᵖ q. 63. 2. o.

36. In dæmonibus non fuit labor, nec tædium, nec accidiæ peccatum. 1.ᵖ q. 63 2 ad 2.

37. In dæmonibus non sunt proprie nisi duo peccata, scilicet superbia, et invidia. 1 ᵖ q. 63. 2 o.

38 Dæmones non afficiuntur peccato carnali, sed tentant ex invidia. 1.ᵖ q. 63. 2 ad 1 et 2.

39. Dæmon tentavit primos parentes ex invidia. 1.ᵖ q. 63 2. o.

40. Dæmon non potuisset tentare hominem in statu innocentiæ, suggestione interiori, quia per hanc immutatur phantasia. 2-2 q 165 2 ad 2

41. Dæmon tentans primos parentes promiserat Adæ quod sciret bonum et malum, sed non solvit promissum. 2-2. q. 163. 2. o.

42. Dæmon tentans primos parentes non potuit sumere formam quam voluit, sed tantum serpentis. 2-2. q. 165. 2 ad 3.

43. Tentare ad nocendum est proprium dæmonum, sed mundus et caro tentant instrumentaliter. Deus autem tentat faciendo sciri virtutem tentati. 1.ᵖ q. 114. 2. o. at 2-2. q. 97. 2. c.

44. Impugnatio dæmonum est ex malitia eorum, scilicet ex superbia et invidia, sed ordinatio ejus est a Deo. 1.ᵖ q. 64. 4 c. et q. 114. 1. o

45. Dæmones dupliciter impugnant homines, scilicet instigando ad peccatum, et puniendo; secundo modo mittuntur a Deo, non autem primo modo. 1.ᵖ q 114. 1 ad 1.

46. Tentatio dæmonum non semper est peccatum, quia vitari non potest, sicut vitari potest tentatio carnis; ideo tentatio carnis sine peccato esse non potest, ut patet per glossam. 1-2. q. 80. 3 ad 3. et 3.ᵖ q. 41. 1 ad 3.

47 Dæmones maxime gaudent de peccato luxuriæ, propter difficultatem evadendi 1-2. q. 73. 3. ad 2

48 Omnia peccata sunt ex suggestione dæmonum indirecte, non autem directe. 1 ᵖ q 63. 2. c. et q. 114 3. o. et 1-2. q. 80. 4. o. et 3.ᵖ q. 8. 7 ad 2.

49. Dæmones non sunt causa peccatorum nostrorum, nisi indirecte, scilicet persuadendo, vel proponendo aliquod appetibile. 1-2 q. 75. 3. o. et q. 80. 1. o. et 3.ᵖ q. 8. 7. o.

50. Dæmon potest impedire usum rationis, si permittatur; ideo potest sufficienter impellere in actum peccati, non autem in peccatum. 1-2. q. 80. 3. o

51. Dæmones inducunt ad peccatum interius operando, scilicet in phantasiam, et in appetitum sensitivum tantum. 1-2. q. 80. 2. o.

52 Dæmon non statim tentat hominem spiritualem de gravibus peccatis. 3.ᵖ q. 41. 4. c.

53. Dæmones victi non cessant a tentatione aliorum, nec ejusdem semper, sed ad tempus. 1.ᵖ q. 114. 5. o.

54. Remedium semper est paratum hominibus contra dæmones, ex passione Christi, etiam tempore Antichristi 3.ᵖ q. 49. 2 ad 2 et ad 3.

55. Dæmones fingunt se esse animas defunctorum, ut inducant in errorem, vel etiam divina dispensatione apparent animæ defunctorum; nam, secundum Augustinum, non est absurdum credere, aliqua dispensatione permissum fuisse, ut non dominante arte magica vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ pythonissam et Saulem latebat, se ostenderet spiritus justi aspectibus regis, divina eum sententia percussurus; vel non vere spiritus Samuelis a requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma et illusio imaginaria diaboli machinationibus facta, quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari. 1.ᵖ q. 89. 8 ad 2. et q. 117. 4 ad 2. et 2-2. q. 95. 4 ad 2. et q. 174. 5 ad 4 (Vide etiam *Spiritismus.*)

56. Non licet habere familiaritatem cum dæmone, nec requirere veritatem ab eo, ad cognitionem occultorum, scilicet de iis quæ excedunt facultatem et cognitionem humanam, nec a dæmonibus auxilium implorare, quia est apostasia a fide (secundum Augustinum). 1.ᵖ q. 114. 4 c. ad 2. et 2-2. q. 90. 2. 3. o. et q. 95. o. et q. 96 o.

57. Dæmon veritatem dicit, ut decipiat. 1.ᵖ q. 64. 2 ad 5.

58. Dæmones faciunt aliquas levitates, ut sint familiares hominibus, quos conantur decipere. 1.ᵖ q. 89. 4 ad 3. et 1-2. q. 89. 4 ad 3.

59. Quærere aliquid a dæmone, sponte occurrente licet, propter utilitatem aliorum, maxime quando virtute divina compelli potest ad dicendum vera, sicut Christus fecit. Nam et Beda dicit, *Non velut inscius dominus inquirit, sed ut confessa peste quam tolerabat, virtus curantis gratius emicaret*, et sicut Jacobus, et Simon, et Judas fecerunt: non autem licet dæmonem invocare ad auxilium vel cognitionem occultorum, inquirendo ab ipso. 2-2. q. 90. 2. c. fin. et 3. c. et q 95 4 ad 1 et ad 3. et q. 96. 2 ad 3. fin.

60 Invocantes dæmonem peccant mortaliter, et sunt apostatæ a fide (secundum Augustinum) propter pac-

tum initum cum dæmone, tacite vel expresse, vel verbotenus si invocatio intersit, vel facto aliquo, etiamsi sacrificia desint. 2-2. q. 96. 2 ad 3. fin.

61. Dæmones alliciuntur diversis generibus herbarum, animalium, carminum et rituum, ut signis, non autem ut rebus. 1.ᵖ q. 115. 5 ad 3. et 2-2. q. 85. 2. ad 2. et q. 96. 2 o.

62. Dæmones vocati sub certa constellatione veniunt, licet non subsint cœlis, nec alicui virtuti corporali, ut ducant in errorem, vel quia coguntur a superioribus dæmonibus. 1.ᵖ q. 115. 5. o.

63. Dæmones vocati sub certa constellatione, veniunt, quia sciunt illius virtutem juvare ad effectum requisitum. 1 ᵖ q. 115 5 ad 2

64. Dæmones plus vexant lunaticos in augmento lunæ, ut eam infament, et quia tunc cerebrum est sic dispositum per lunam. 1.ᵖ q. 115. 5 ad 1.

65. Dæmones maxime anhelant ad hoc ut eis exhibeatur cultus divinus. 2-2. q. 85 2 ad 3.

66. Deus non est in dæmone nec in peccatore simpliciter, sed ut est creatura, vel addendo per essentiam, præsentiam et potentiam. 1.ᵖ q. 8 1 ad 4.

67. Dæmon habet potestatem aliquam in homine, ex hoc quod subditur peccato originali, vel actuali. 3.ᵖ q. 71. 2. c ad 1.

68. Nullus ante passionem Christi potuit evadere manus dæmonum, quin descenderet ad infernum. 3.ᵖ q 49. 2 ad 2. et 5 ad 1. et q. 52. 5 ad 2. et 6 ad 2.

69 Dæmon etiam nunc potest Deo permittente homines tentare quantum ad animam, et vexare quantum ad corpus. 3.ᵖ q. 49. 2 ad 2

70 Idem dæmon potest recipere semen viri, et transfundere in mulierem: et generabitur homo qui erit filius viri, et non dæmonis, sicut et aliarum rerum semen assumunt, secundum Augustinum. 1.ᵖ q. 51. 3 ad 6.

71. Dæmones non permittuntur facere omnia quæ possunt naturaliter, nec datur eis potestas faciendi aliquid supernaturaliter. 1 ᵖ q. 114. 4 ad 2. et 3.ᵖ q. 29. 1 ad 3. et q. 75. 4 c. ad 3.

72. Etsi dæmones animam alicujus sancti evocare non possint, neque cogere ad aliquid agendum, potest tamen hoc fieri divina virtute, ut dum dæmon consulitur, ipse Deus per suum nuntium, veritatem enunciet, sicut per Heliam respondit. 2-2 q. 174. 5 ad 4.

73. Dæmones frequenter apparent in figuris bestiarum, quæ designent conditiones eorum, ex providentia, et permissione Dei, sicut in figura serpentis, cum esset tamen in dæmone decipiendi cupiditas (secundum Augustinum). 2-2. q. 165. 2 ad 3.

74. Potestas duplex dæmonis, scilicet quæ sufficienter impellit in actum peccati, sed non in peccatum, et quæ trahit ad supplicium. 1-2. q. 80. 3. o.

75. Dæmones non possunt producere effectus qui non sunt in potestate alicujus virtutis naturalis active, ut suscitare mortuos, et hujusmodi, nisi in præstigio. 1.ᵖ q. 91. 2 ad 1 et ad 3. et q. 114. 4. c. ad 2.

76. Dæmones possunt vere naturales effectus producere, sed mediantibus agentibus naturalibus. 1.ᵖ q. 114. 4. c. ad 2. et q 115. 5 ad 1. et q. 117. 3. c.

77 Dæmones nullam formam possunt influere in materiam, nisi mediante agente naturali, sed solus Deus. 1.ᵖ q. 91. 2. c et q 105, 1 ad 1. et q. 114. 4. c. ad 2.

78. Dæmon potest dupliciter facere aliquid apparere aliud quam sit, scilicet immutando alicujus phantasiam interius, et alios corporeos sensus, vel exterius aliquod corpus formando. 1.ᵖ q. 114. 4 ad 2.

79. Pluvia et venti, et quæcumque solo motu locali fiunt, possunt causari a dæmonibus. 1-2. q. 80 2. c

80. Christus sufficienter probavit

quadrupliciter quod expelleret dæmones per virtutem Dei, et non per virtutem dæmonum, primo per hoc quod Satanas contra seipsum non dividitur; secundo exemplo aliorum, qui dæmonia ejiciebant per spiritum Dei; tertio quia dæmonium expellere non posset, nisi ipsum vicisset virtute divina; quarto quia nulla convenientia in operibus nec in effectu erat sibi et Satanæ, cum Satanas dispergeret quos Christus colligebat. 3.ª q. 43. 2 ad 3.

81. Christus permisit dæmones intrare porcos, et affligere illum quem liberavit, triplici ratione, scilicet ut instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur; ut omnes discerent quod nec adversus porcos audent aliquid facere, nisi ipse concesserit; et ut ostenderet quam graviora in illos homines operati essent, quam in illos porcos, nisi essent divina providentia adjuti 3.ª q. 44. 1 ad 4.

82. Dæmones superiores expellunt inferiores corporaliter, non autem a dominio animæ; sed Christus utroque modo expellit utrosque 3.ª q. 43. 2 ad 3.

83. Locus duplex debetur dæmonibus, scilicet aer caliginosus, causa exercitandi homines usque ad diem judicii; et infernus, ratione pœnæ. 1.ª q. 64. 4, c.

84. Dæmones, ubicumque sint, habent semper secum infernum; nec diminuitur pœna eorum ex recessu. 1.ª q. 64. 4 ad 3.

85. Pœna dæmonum in nullo mitigatur per potestatem puniendi alios. 1.ª q. 109. 2 ad 3.

DÆMONIACI nesciunt quid loquantur quando dæmon loquitur in eis, sicut nec serpens quo diabolus tentavit Evam, nec asina qua angelus locutus est ad Balaam. 2-2. q. 165. 2 ad 4.

1. DEMONSTRATIO duplex, scilicet propter quid, id est, per causam, et signi, id est, per effectum. 1.ª q. 2. 2 c.

2 Demonstratio duplex, scilicet ad sensum, et ad intellectum 1.ª q. 13. 1 ad 3.

3 Ex quolibet effectu notiori potest demonstrari propriam ejus causam esse. 1.ª q. 2. 2. c. ad 3.

4. Unius conclusionis est tantum unum medium demonstrativum, sed multa probabilia. 1.ª q. 47. 1 ad 3.

1 DENOMINATIO quælibet fit ab aliquo habente se per modum formæ, non autem semper a forma. 1.ª q. 13. 11 c et q, 37. 2. c.

2. Transcendentia denominant seipsa, non autem formæ speciales. 1-2. q 55. 4 ad 1.

3 Agens denominatur ab actione, non autem ab effectu, nisi sit de intellectu actionis 1.ª q. 37. 2. c. ad 2.

4 In respectivis fit denominatio ab extrinseco, non autem in absolutis. 1.ª q. 6. 4 c. et q. 37. 2. c. et 1-2. q. 7 2 ad 1.

5. Omnia quæ habent ordinem ad aliquid unum, licet diversimode, denominari possunt ab eo. 3.ª q. 60, 1. c.

1. DENUNCIATIO semper debet fieri in peccatis occultis præcedente secreta admonitione, nisi mora sit periculosa. 2-2. q. 33 7. c.

2. In denunciatione non requiritur scriptura, quia denuncians non obligat se ad probandum, nec punitur non probans. 2-2 q 68. 2 ad 3.

1. DEPOSITUM datur ad utilitatem dantis; sed mutuum, ad utilitatem accipientis. 1-2. q. 105. 2 ad 5. et 2-2. q 62. 6. c

2. Lex vetus bene ordinavit de mutuis, et de depositis 1.ª q. 105. 2 ad 4 et ad 5.

3. Depositus gladius non debet restitui furioso. 2-2. q 51. 4. c. et q. 57. 2 ad 1. et q. 62. 5 ad 1. et q. 120. 1. c.

4. Furans suum depositum peccat et tenetur relevare gravamen depositarii. 2-2. q. 66. 3 ad 3. et 5 ad 3.

5. Depositum amittens sine culpa, non tenetur restituere. 1-2. q. 105. 2 ad 5. et 22. q. 62. 6. c.

1. DERISIO de re notabili est peccatum mortale, et est gravius quam contumelia; sed gravissimum derisio Dei, secundo parentum, tertio justorum. 2-2. q. 75. 2. o

2. Derisio secundum rationem suam est minus grave peccatum detractione, et contumelia, licet quandoque sit e converso. 2-2. q. 75. 2 ad 3.

3. Recidivans, et simulans, id est, fictus, non derident Deum expresse, sed interpretative. 2-2. q. 75. 2 ad 2

1. DESCENDERE Christum ad inferos, fuit conveniens. 3.ª q. 52. 1. o et 4. c.

2. Christus per suum effectum descendit usque ad infernum damnatorum. 3.ª q. 51. 2. c.

3. Christus per essentiam descendit tantum ad limbum patrum, sed per suum effectum descendit ad quemlibet infernum. 3.ª q. 53. 2. o.

4. Christus descendens illuminavit limbum patrum, quoad eos tantum. 3.ª q. 52. 2 ad 1.

5. Christus post mortem statim descendit, et statim liberavit justos qui erant in limbo. 3.ª q. 52. 4 ad 1. et 5 ad 3.

6. Christus descendens nullum damnatum liberavit de inferno, nec de limbo puerorum, nec de purgatorio, sed tantum omnes justos. 3.ª q. 52. 5. 6. 7. 8. o.

7. Christus descendens in infernum damnandos confutavit de eorum incredulitate, sed purgandis dedit spem gloriæ 3.ª q. 52. 2. c. ad 3. et 6 ad 1.

8. Christus descendens ad inferos liberavit a purgatorio sufficienter purgatos, vel qui dum hic viverent, hoc meruerunt per fidem et dilectionem et devotionem ad mortem Christi. 3.ª q. 52. 4 ad 2.

9. Christus descendens ad inferos operatus est in virtute passionis suæ, confringendo vectes, id est, impedimenta impedientia patres exire. 3.ª q. 52. 4 ad 2. et 5. 6. 7. c. et 8. c. ad 2.

10. Descensus duplex convenit Christo, scilicet de cœlo, secundum deitatem, non quidem motu locali, sed incarnatione secundum exinanitionem; et ad inferos, secundum animam qui est motus localis; et convenit Christo secundum conditionem humanæ naturæ. 3.ª q. 57. 2 ad 2.

11. Christus secundum animam tamdiu fuit in inferno, ad quem descendit, quamdiu corpus ejus fuit mortuum. 3.ª q. 52. 4 o.

12. In mysterio incarnationis non consideratur ascensus, quasi alicujus præexistentis, et proficientis; sed descensus Verbi, ad imperfectionem nostræ naturæ 3.ª q. 33. 3 ad 3. et q. 34. 1 ad 1.

13. Christus postquam ascendit, aliquando descendit de cœlis ad terram. 3.ª q. 57. 6 ad 3.

14. Describuntur aliqua in libris materialibus, ad succurrendum memoriæ. 1.ª q. 24. 1 c.

DESERERE gregrem sibi commissum procedit vel ex timore male humiliante, vel ex amore malè inflammante, vel ex amore salutis propriæ, ut si prælatus solus quæratur. 1-2. q. 72. 3. c.

DESERTUM. Nullus de filiis Israel natus in deserto mortuus est ibi. 3.ª q. 70. 4 ad 3.

1 DESIDERIUM dicitur dupliciter, scilicet appetitus rei non habitæ, et intensio affectus tollens fastidium. 1-2. q. 33. 2. c.

2 Desiderium est de bono non habito, sed amor est de bono absolute. 1.ª q 20. 1. c. ad 2.

3. Desiderium, spes, amor, et odium, sunt aliquo modo in carentibus cognitione, non autem timor, nec desperatio. 1 2. q. 41 3. c

4. Desiderium proprie est in appetitu sensitivo, et in appetitu rationali. 1-2. q. 30 1 ad 2.

5. Desiderium est in concupiscibili. 1-2. q. 23 2. c et q. 40. 1. c.

6. Desiderium naturale rationalis creaturæ est ad cognoscendum genera, species, et rationem omnium rerum; non autem omnia individua vel futura contingentia, quæ solus Deus in sua æternitate cognovit. 1.ª q. 12. 8 ad 4. et q. 14. 13. o.

7. Omne quod naturaliter desideratur ab homine, naturaliter cognoscitur ab eo. 1.ª q. 2. 1 ad 1. et q 63. 3. c.

8. Desiderium animæ beatæ quiescit ex parte appetibilis, non autem ex parte appetentis. 1-2 q. 4 5 ad 5

9. Inest unicuique rei naturale desiderium ad conservandum suum esse. 1.ª q 5. 2 ad 3 et ad 4. et q. 63. 3. c. et q. 104 2. 3. o.

10. Desiderium quodammodo facit desiderantem aptum et paratum ad susceptionem desiderati. 1.ª q 12. 6. c. fin.

1. Desperatio non importat solam privationem spei; sed recessum a re desiderata, propter impossibilitatem æstimatam. 1-2. q. 40. 4. ad 3.

2. Desperatio non respicit malum sub ratione mali; sed per accidens quandoque, inquantum facit impossibilitatem adipiscendi; sed potest esse ex solo excessu boni. 1-2. q. 40. 4 ad 1.

3 Desperatio est peccatum in appetitu 2-2. q 20. 1. o. et 2 c.

4 Desperatio est minus grave peccatum infidelitate, et odio Dei, sed periculosius. 2-2 q. 20 3. o.

5. Desperatio potest esse sine infidelitate. 2-2. q. 20. 2. o.

6 Desperatio principaliter causatur ex accidia, seu tristitia, et negligentia; secundo ex luxuria. 2-2. q. 24. 4. o.

7. Desperatio est prior timore, sicut ratio et causa ejus, ideo timor consequitur desperationem vincendi. 1-2. q 25 3 c.

8 Desperatio oritur occasionaliter ex timore Dei et horrore peccatorum, non autem directe. 2-2 q 20. 1 ad 2.

9. Desperatio in damnatis non est culpa, sed pars damnationis: sicut nec in viatore, de re non nata haberi. 2-2. q 21 ad 3.

1 DESPONSATIO beatæ Mariæ fuit facta duodecim rationibus, scilicet ne Christus infidelibus, tanquam illegitime natus adjiceretur, ut consueto modo, ejus genealogia per virum describeretur; et ad tutelam pueri nati; ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procurasset; et ut a Joseph nutriretur: et per hoc beata Virgo redditur immunis a pœna, ne scilicet lapidaretur a Judæis, tanquam adultera; et ut per hoc ab infamia liberaretur; et ut ei Joseph ministerium exhiberet; et testimonio Joseph comprobatum est Christum ex Virgine natum; et verba Virginis matris magis credibilia redduntur, suam virginitatem asserentis; et ut tolleretur excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam non vitant infamiam; et per hoc significatur universalis Ecclesia, quæ cum virgo sit, desponsata tamen est uni viro Christo; et quod mater Domini fuit desponsata et virgo; in persona ipsius et virginitas et matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes. 3.ª q. 29 1. o.

Destinare est dirigere aliquid in aliquid, vel mente proponere 1.ª q. 23 1. c et 2 ad 2,

1. Detractio quæ est occulta maledictio, ad denigrationem famæ, per impositionem falsi, per adauctionem mali, per revelationem mali occulti, aet per depravtionem intentionis, de

se est peccatum mortale; ex levitate vero, est veniale, nisi sit de gravi; sed propter bonum cum debitis circumstantiis, nullum est peccatum. 2-2. q 3 1. 2. o. et q 74 1. o. et q. 75. 1. c

2. Detractio non est filia iræ, sed invidiæ 2-2 q. 73. 3 ad 3

3. Detractio contrariatur adulationi, quoad ea quæ dicuntur, licet utrumque sit malum, non autem quoad finem, quia prima intendit infamiam, secunda vero delectationem. 1-2 q. 115. 1 ad 3.

4. Diligens et insidiosa inquisitio eorum quæ ab aliis fiunt, ordinatur ad aliquid noxium scilicet ad detrahendum proximo. 2-2 q 167. 2 c ad 3 fin.

1. Devotio est spiritualis actus voluntatis, promptæ tradendi se ad famulatum Dei. 2-2. q 82. 1. o. et 2. c. et q. 83. 3 ad 1.

2 Devotio est principalis actus religionis virtutis. 2-2. q. 82 22. 2. o. et q. 83. 3 ad 1. et 15. c. et q. 104 3 ad 1.

3. Devotio est pinguedo animæ causata a charitate, et conservans eam 2-2. q 82 2 ad 2 et 3 c.

4. Causa devotionis triplex, scilicet extrinseca et principalis, id est, Deus; et intrinseca duplex, scilicet contemplatio bonitatis Dei et beneficiorum ejus, et consideratio propriorum defectuum excludens præsumptionem. 2-2 q. 82 3 o. et 4. c

5 Consideratio eorum quæ sunt apta excitare dilectionem Dei, causat devotionem; sed consideratio distrahentium mentem a divinis impedit eam. 2-2. q. 82 3 ad 2.

6. Ea quæ pertinent ad humanitatem Christi maxime excitant devotionem manuducendo, licet devotio sit circa ea quæ sunt divinitatis, vel etiam utrumque. 2-2 q. 82, 3 ad 1

7. Devotio primo et per se causat delectationem et lætitiam; secundario autem et per accidens, causat tristitiam. 2-2 q. 82. 4 o

8. Qui semel orat devote, remanet devotior per plures dies 2-2. q. 83. 14 ad 4. et q. 171. 2 ad 2.

9. Mens semel ad devotionem excitata, facilius postea ad devotionem pristinam revocatur; ideo ad hoc orationes crebræ sunt necessariæ. 2-2. q. 171. 2 ad 2.

10. Devotio ad sanctos non terminatur ad eos, sed transit in Deum; devotio vero ad dominos temporales, est alterius rationis. 2-2 q. 82. 2. ad 3

11. Devotio abundat in simplicibus mulieribus propter humilitatem elationem comprimendo; sed scientia, et quælibet perfectio subjecta Deo, auget devotionem, 2-2. q. 82. 3 ad 3.

1 DEUS. Esse proprie convenit Deo. 1ª q 13 11. o.

2. Deum esse demonstratur multipliciter. 1. ª q. 2 3. o

3. Deum esse est demonstrabile per effectus a posteriori tantum 1. ª q. 2 1. c. fin. et 2. o.

4. Dei non est demonstratio, nisi per effectum. 1 ª q 3. 5. c. fin.

5. Deum esse non est per se notum, sed est primum inter omnia credibilia. 1. ª q. 2. 1 ad 2. et 2-2. q. 16 1 o.

6. Deum esse non est nobis naturaliter notum secundum se, sed secundum similitudinem et participationem ejus. 1 ª q. 2. 1 ad 1.

7. De Deo scimus an est, id est, hanc propositionem esse veram ex effectibus ejus: non autem actum essendi ejus, sicut nec essentiam ejus 1. ª q 3 4 ad 2

8 Esse Dei est esse cujuslibet creaturæ exemplariter vel causaliter; non autem formaliter seu essentialiter. 1. ª q. 3. 8 o

9. Esse Dei est proprium, et determinatum, et distinctum, a quolibet esse creaturæ, per hoc quod ei non potest aliquid addi 1 ª q 3. 2 ad 3 et 4 ad 1. et q. 7. 1 ad 3.

10. Esse Dei, per hoc quod est

subsistens, non receptum in aliquo, distinguitur a quolibet alio 1 ᵖ q. 3. 2 ad 3. et 4 ad 1. et q. 7 1 ad 3. et q 44 1. c.

11 In solo Deo, esse et essentia sunt idem realiter 1 ᵖ q. 2. 1 c. et q. 3 4. o et q 5 6 c et q. 6 3. c et q. 12 2 c ad 3 et 4 c. et q 13. 11. c et q 14 4. c et 14 ad 2. et q 25. 1 ad 2 et q. 44 1 c et q. 45. 1 ad 5. et q 50 2 ad 3. et q 54. 1. et c. et 3 c. et q 61. 1 o. et q. 75 5 ad 4. et q 104 1. c fin et 1-2. q. 3. 7 c. et 3 ᵖ q. 13 1 c.

12. Essentia divina est actus purus; angelica vero est intelligibilis in actu, sed intellectus noster est intellectus in potentia tantum 1. ᵖ q 25 1. c et q 87. 1. c ad 2

13. Deus est sua essentia. 1. ᵖ q. 3. 3: o. et q. 11. 3. c. ad 2. et q. 29. 4. c. ad 1.

14. De Deo non possumus scire quid est. 1. ᵖ q 1. 7 ad 1 et q. 2. 2 ad 2. et q. 3- principio. et q. 12 12. c. ad 1. et 13 ad 1. et q. 13 8 ad 2

15. Essentia divina est omne quod est in ea. 1. ᵖ q. 40. 1 ad 1.

16. Deus tripliciter dicitur, scilicet essentialiter, participative, et nuncupative. 1. ᵖ q. 13. 9. 10. o. et 2-2. q. 85 2 ad 1.

17. Deus essentialiter est extra ordinem totius creaturæ. 1. ᵖ q. 28. 1 ad 3.

18 Deus est forma 1. ᵖ q. 3. 2. c. fin. et ad 3. et 7. 8. c. et 3. ᵖ q. 2. 1. c.

19. Una tantum forma est in divinis. 1. ᵖ q. 31. 2 ad 2.

20. Deus non est forma inhærens 1. ᵖ q. 3. 8 o.

21. Deus non est forma corporis. 1. ᵖ q. 3. 8 o. et 3. ᵖ q. 2. 1. c. ad 2. et q. 5. 1 ad 2. et q 50 2 ad 3.

22. Deus non est anima mundi, contra quosdam, nec anima cœli, contra Almarianos. Nec materia prima, contra David de Dinando. 1. ᵖ q. 3. 8. c. et q. 51. 1 ad 1. et q. 90. 1. c.

23. Anima attribuitur Deo secundum similitudinem actus. 1. ᵖ q 3. 2 ad 1. et q. 19. 11. c.

24. Deus non est corpus. 1. ᵖ q. 3. 1. o.

25. Deus non habet deffinitionem. 1. ᵖ q. 1. 7 ad 1. et q. 2. 2 ad 2. et q. 3. 5. c. fin

26. Deus non est genus, nec species. 1. ᵖ q 3. 5. c. et q. 30. 4. ad 3.

27 Deus non est in genere, nec in prædicamento per se, nec reductive ut principium. 1. ᵖ q 3. 5. o. et q 4 3 ad 1. et q. 6. 2 ad 3. et q. 88. 2 ad 4.

28. Substantia secundum quod significat per se existere id est, non in alio, convenit Deo, non autem proprie, nec univoce 1. ᵖ q. 29. 3 ad 4.

29. Solus Deus est omnino simplex 1. ᵖ q. 3. o et q. 9. 1. c. et q. 25. 1. c et q. 28. 2. c

30. In Deo nulla est compositio. Sed hanc pluralitatem, quæ est secundum rationem, repræsentat in propositione pluralitas prædicati et subjecti; unitatem vero repræsentat per compositionem Quandoque enim intellectus noster enunciationem de Deo format, cum aliqua diversitatis nota, præpositionem interponendo, ut cum dicitur, bonitas est in Deo, quare et hinc designatur aliqua diversitas, quæ competit intellectui; et aliqua unitas, quam oportet ad rem referre. 1. ᵖ q 13. 12. c. fin

31. In solo Deo sunt idem suppotitum et natura, et in omnibus creaturis differunt 3. ᵖ q. 27. 1. c.

32. In Deo non est materia, nec potentia, sed est purus actus. 1 ᵖ q. 3. 1. 2. c. et q. 7. 1. c. et q. 9 1. c. et q. 12. 1. c. et q. 14. 2 ad 3 et 3. c. ad 2 et q. 25. 1. c. et q 49 3 ad 2 et q. 50. 2 ad 5. et q. 54. 1. c. et q. 75 5 ad 4. et q. 87. 1. c. et q 89. 2 ad 3. et q. 90. 1. c. et q. 115. 1 ad 2. et 1-2. q. 49. 4. c. et q. 50. 5. c.

33. Deus est perfectissimus. 1. ᵖ q. 4 1. o. et q 25. 1. c. et 2-2. q. 161. 1 ad 4.

34 Quicquid entitatis, bonitatis,

et perfectionis est in creatura quacumque, totum est eminentius in Deo. 1.ª q. 4. 2. o. et q. 6. 1. ad 2. et 2. 3. 4. c. et q 9. 1. c. et q. 11. 3. c et q. 12. 2 c. q. et 13. 2. 3. 4. 5. c. et q. 14. 6. 11. c. et q 25. 1. c. ad 3. et 3. c. et q 26. 1. c. ad 1. et 4. o. et q 28. 2 ad 3. et q 29. 3. c. et q. 49. 3. c. et q. 75. 1 ad 5. et q 91. 1. c.

35. Quicquid est in Deo, est Deus. 1.ª q. 3. 3. c. et q. 27. 3 ad 2 et 4 ad 1. et q. 28. 2. c. et q. 40. 1. c.

36. Deus et creatura non est aliquid melius, nec majus, quam solus Deus. 1. q. 4. 2. o. et q. 103 3 ad 3. et 1-2. q. 34. 3 ad 2.

37. In Deo est magnitudo virtutis et perfectionis, non autem magnitudo molis. 1.ª q. 42. 1 ad 1. et 4 ad 2. et 3.ª q. 58 3. o.

38. Magnitudo Dei est perfectio naturæ ejus. 1.ª q. 42. 4. c. ad 2. et 1. d. 19. q. 1. 1. o et q. 3. 1. o.

39. In Deo non est quantitas. 1.ª q 28. 4. c.

40 In Deo est similitudo omnium rerum, secundum formam, et secundum materiam 1.ª q. 57. 2 ad 2.

41. Deus dicitur esse finitus sibi, secundum similitudinem proportionis tantum 1.ª q. 14. 3 ad 2.

42. Deus est infinitus negative, non autem privative; formaliter, non autem materialiter. 1.ª q. 7. 1 o. et q. 12. 1 ad 2. et 7. c et q. 25. 2. o. et 3. c. et q. 52. 2. c et q. 55. 1. c. et q. 75. 5 ad 4. et q. 86 2. ad 1. et 3.ª q. 10. 3 ad 1. et ad 2.

43. Solus Deus est omnino immutabilis. 1.ª q. 9. 1. 2. o. et q. 10. 2. 3. c. et q 14. 15. o. et q. 19. 7. o. et q. 30. 1 ad 3. et q. 65. 1 ad 1. et 3.ª q. 2. 1 c. et q. 57. 1 ad 1

44 Deus movetur metaphorice dupliciter, scilicet operando in se, et secundum emanationem in alia. 1.ª q. 9. 1 ad 1. et ad 2. et q. 73. 3. c.

45. Nulla passio est in Deo. 1.ª q. 20. 1. o. et q. 21. 1 ad 1. et q. 41. 1 ad 3.

46. Cognitio Dei per essentiam est naturalis soli Deo, angelo autem per similitudinem, nobis vero per speculum, id est, per speciem aliorum. 1.ª q. 56. 3. o. et q. 62. 4 c. et 3.ª q. 9 4. c.

47. Deum esse intelligentem, probatur multipliciter. 1.ª q. 14. 1. o. et q. 26. 1 c.

48. Intelligere Dei est suum esse, et sua essentia 1.ª q 14. 4. o. et 8. 9. c. et q. 16. 5. c. et q. 18 3. c. ad 2. et 4 c. et q. 19. 1. c. et 4. c. ad 2. et q. 26. 2 c et q. 27. 2 ad 3 et q. 34. 2 ad 1 et q. 41. 3 ad 4. et q. 54. 2. c. et q. 79. 1. c. et q. 87. 3. c. et 3.ª q. 9. 1 ad 1.

49. Solus Deus est suus intellectus, et suum intelligere. 1.ª q. 14. 4. o. et q. 18. 3. c ad 2. et 4. c et q. 27. 2. c. fin. et ad 2. et q. 28. 4 ad 1. et q. 34. 2 ad 1. et q. 41. 4 ad 3. et q. 54. 2. c. et q. 79. 1. 2. c. et q. 87. 3. c.

50. Essentia Dei se habet ut intelligens, ut intellecta, et ut quo intelligitur. 1.ª q. 14. 2. 4. c.

51. Deus nihil intelligit per speciem aliam ab essentia sua. 1.ª q. 14. 2. 4. c. et 5. o. et q. 55. 1. c. ad 3. et q. 57 1. c. et q. 79. 1. c. et q. 84. 2. c. et q. 85. 4. c. et q. 87. 1. c. et q. 89. 1. c.

52. Nihil pertinens ad intellectum in divinis dicitur personaliter, præter Verbum. 1.ª q. 34. 1 ad 2. et q. 37. 2 ad 1.

53. Impossibile est quod primum et per se intellectum a Deo sit aliud quam essentia ejus. 1.ª q. 14. 2. 5. o.

54. Deus intelligit totum in actu, nihil autem in potentia. 1.ª q. 14. 2 c. ad 2. et q. 79. 2. c.

55. Deus intelligendo, non componit, nec dividit 1.ª q. 14. 5 ad 3. et 14 o et q. 85. 5. c.

56. Deus intelligit se. 1.ª q 14. 2 3. o. et 5. c.

57. Deus intelligit omnia. 1.ª q. 14. 5. o et 7. o. et 12. c. et q. 79. 2. c. et q. 87. 1. c. et q 89 1. c

58. Deus intelligit omnia simul.

1.ᵖ q. 14. 7. o. et 12 ad 1. et 13. c. et q 22. 3 ad 3. et q. 27. 5 ad 3. et q. 85 4. c.

59. Deus cognoscit omnia unica cognitione. 1.ᵖ q 19. 2 ad 4. et 5. c. et q 22, 3 ad 3. et q. 27. 5 ad 3. et q. 28 4 ad 2. et q. 34. 3. c. et q. 41. 6. c.

60. Deus cognoscit omnia singularia distinctissime 1.ᵖ q. 14 6. 11. o. et 12. c. fin. et q. 22. 2. 3. c. et q. 55. 1 ad 3. et q. 57. 2. c fin. et q 89. 4. c.

61. Deus intelligit enunciabilia 1.ᵖ q. 14. 14. o. et q 16 5 ad 1.

62. Videre Dei est approbare, ut maneret quod fecerat, non quod alio modo cognosceret, aut placeret ei creatura antequam faceret. 1.ᵖ q. 32. 1 ad 3. et q. 73. 3 ad 3. et q. 74 ad 3.

63. Deus intelligens vilia non vilescit. 1.ᵖ q. 22. 3 ad 3.

64. Intellectus Dei cognoscens mala non impeditur a consideratione meliorum, sicut fit in nobis, et ejus voluntas ad malum flecti non potest. 1.ᵖ q. 22. 3 ad 3.

65. Deus cognoscit se et creaturas, eadem ratione ex parte cognoscentis; sed diversa ratione, ex parte cogniti. 1.ᵖ q. 85. 3 ad 4

66. Deus ab æterno cognovit creaturas, et non entia quæ aliquando erunt, non solum ut sunt in Deo, vel in ejus intellectu, sed etiam in propriis naturis. 1.ᵖ q 20. 2 ad 2

67. Deus per idem cognoscit omnes conditiones particulares rerum 1.ᵖ q. 14. 11. o. et 12. c et q. 15. 3 ad 4.

68. Scientia est in Deo perfectissime. 1.ᵖ q. 14 1 o.

69. Scientia dicitur analogice de Deo, et de creatura. 1.ᵖ q. 13. 5. c.

70. Scientia Dei non est habitus, nec æqualitas nec effectus demonstrationis, vel principiorum, vel habens causalitatem 1.ᵖ q. 14 1 ad 1. et q 19. 5. c. et 2-2. q. 9. 1 ad 1.

71. Scientia Dei non est universalis, nec particularis, nec in potentia, vel habitu, sed semper in actu. 1.ᵖ q. 14. 1 ad 3.

72. Scientia Dei non est inquisitiva vel discursiva. 1.ᵖ q. 14. 7. o. et q 85. 5. c. et 1-2. q. 14 1 ad 2. et 2-2. q. 9, 1 ad 1. et q 49. 5 ad 2. et ad 3.

73. Scientia Dei est uniformis, et invariabilis. 1.ᵖ q. 14. 15. o. et q. 19. 7. c.

74 Scientia Dei de seipso est tantum speculativa; sed de aliis est speculativa et practica simul. 1.ᵖ q 14. 16. o. et q 34. 3. c. et 1-2. q 3 5 ad 1.

75. Scientia Dei duplex, scilicet visionis, et simplicis intelligentiæ. Prima est tantum entium; secunda est etiam non entium, quæ possunt esse. 1.ᵖ q 14. 9 12. o. et q. 34. 3 ad 5. et 3.ᵖ q. 10 2 ad 2. et 3. c. et q. 13. 1 ad 2.

76. Deus scit infinita, etiam scientia visionis. 1.ᵖ q. 14. 12 o. et 3.ᵖ q 10. 3. o.

77. Solus Deus habet scientiam de futuris contingentibus in se. 1.ᵖ q. 14. 13. o. et q. 86. 3. 4 o.

78. Necesse est quod scientia Dei usque ad singularia se extendat, quæ per materiam individuantur. 1.ᵖ q. 14. 11. c. fin.

79. Deus scivit aliqua quæ nescit, et e converso. 1.ᵖ q. 14. 15 ad 3.

80. Mala sciuntur a Deo. 1.ᵖ q. 14. 10. o. et q. 15. 3 ad 1. et q. 18. 4 ad 4.

81. Mala pertinent ad scientiam ejus practicam. 1.ᵖ q. 14. 16. c fin.

82. Scientia Dei duplex, scilicet simplicis notitiæ, et approbationis. Secunda est tantum bonorum, sed prima est etiam malorum. 1.ᵖ q. 14. 8. c. fin.

83. Deus eadem scientia cognoscit se, et ea quæ facit. 1.ᵖ q. 1. 4. c. et q. 14. 16. c.

84. Scientia Dei est causa rerum, adjuncta voluntate. 1.ᵖ q. 14. 8. o. et 9 ad 3. et 16 ad 1. et q. 19.

4. c. ad 4. et 11 ad 1. et q. 27. 1 ad 3. et q. 45. 6. c.

85. Scientia Dei comparatur ad creaturas, ut ars ad artificiata. 1.ª q. 14. 8. o. et q. 17. 1. c. et q. 21. 2. c. et q. 22. 2. c. fin. et q. 74. 3 ad 1. et q. 91. 3. c. et 1-2. q. 13. 2 ad 3. et q. 93. 2. c.

86. Scientia Dei causat res; nostra vero causatur a rebus et dependet ab eis; sed angelica nec causat nec causatur a rebus. 1.ª q. 14. 8 ad 3. et 11. c. fin. et q. 21. 2. c. et 1-2. q. 3. 3. c. et q. 3. 5 ad 1.

87. Deus est cognoscibilis ab omni intellectu creato. 1.ª q. 12. o. et 1-2. q. 93. 2. o.

88. Intellectus creatus potest videre Deum per essentiam. 1.ª q. 12. 1. o. et q. 4 ad 3. et 1-2. q. 5. 1. c.

89. Deus non potest videri per essentiam naturaliter ab aliqua creatura. 1.ª q. 12. 4. o. et q. 27. 1. c. et q. 56. 3. c. ad 2. et q. 62. 1. 2. 9. c. et q. 64. 1 ad 2. et q. 94. 2. c. fin. et q. 108. 4. c. et 1-2. q. 5. 5. 7. c. et 3.ª q. 10. 4 ad 2.

90. Qui impurus est, non potest intrare in templum Dei, quanto magis nec Deum videre. 1-2. q. 109. 1. o.

91. Jacob vidit Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima ejus. 1.ª q. 12. 11. ad 1 et ad 1.

92. Deus non potest videri per essentiam in hac vita mortali. 1.ª q. 12. 11. o. et q. 13. 1. c. et 2 ad 3. et 1-2. q. 5. 3. c. et q. 93. 2. o. et 2-2. q. 180. 5. o.

93. Cognitio divinæ veritatis et bonitatis duplex, scilicet cognitio pure speculativa, et cognitio affectiva seu experimentalis. 1.ª q. 64. 1 ad 3. et 1-2. q. 112. 5. c. ad 1 et ad 5. et 2-2. q. 97 2 ad 2. et q. 154. 5. c. et q. 162. 3 ad 1. et q. 180 5 ad 2.

94. Per illustrationem divini luminis, de facili possunt quæcumque videri. 2-2. q. 180. 6 ad 3.

95. Cognoscimus essentiam Dei in hac vita, secundum quod repræsentatur in creaturis, non autem ut est in se. 1.ª q. 1. 7 ad 1 et q. 2. 1. o. et 1ª. 12. c. et q. 13. 2 ad 3. et q. 32 1. c. et q. 86. 2 ad 1.

96. Solus homo viator cognoscit Deum per creaturas. 1.ª q. 12. 12. o.

97. Creatura venit in cognitionem Dei tripliciter, scilicet per viam causalitatis, eminentiæ, et remotionis. 1.ª q. 12 12. c. et q. 13. 1. c. et 8 ad 2 et 10 ad 5 et q. 84 7 ad 3.

98 Deum esse, possumus cognoscere, per rationem naturalem. 1.ª q. 12. 12. o

99. Similitudo intellectus nostri non sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc quod intellectus non univoce invenitur in Deo et in nobis Et deinde est, quod Augustinus dicit: quod per fidem venitur ad cognitionem, et non e converso. 1 ª q 32 1 ad 2 fin.

100. Intellectus noster intelligit totum Deum, non autem totaliter 1.ª q. 12. 7 ad 3 et 3.ª q 10. 1 ad 2.

101. Deus non est primum cognitum ab intellectu nostro 1 ª q. 88. 3 o

102. Quilibet intellectus, etiam infimus, potest per gratiam Dei videre Deum per essentiam 1-2. q. 109. 10.

103 Deus perfectius cognoscitur per gratiam quam per naturam a nobis 1 ª q 12 13 o

104 Intellectus noster indiget nova illuminatione, respectu supernaturalium, non autem respectu naturalium 1 ª q. 1. 1. c. ad 1 et ad 2.

105 Solus Deus format mentem per gratiam, et per lumen connaturale, non autem per aliud lumen immediate 1 ª q 106. 1 ad 3.

106 Inter Deum et mentem nostram datur medium quoad gradum naturæ, non autem ut est objectum beatitudinis. 1-2 q 5. 1 ad 3

107 Non est possibile videre rationes rerum in divina essentia, nisi ipsa videatur. 2-2. q 173 1. c

108. Dei non est demonstratio, nisi per effectum. 1.ª q 3. 5 c. fin

109 Illud verbum Job, *Semel loquitur Deus*, referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus Pater Verbum unicum protulit sibi coæternum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali voce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendendum diversum modum quo homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ. Unde Filius Dei non habetur ex qualicumque cognitione Dei, sed tantum ex ea quæ est cum amore. 1 ª q 27. 5 ad 3. et q. 43 5 ad 2 et 3 ª q 45 4 ad 1

110. Cognitio Dei acquiritur per alia. Sed postquam jam cognoscitur, non per alia cognoscitur, sed per se. 1.ª q 2. 2. o. et 2-2 q. 27. 3 ad 2. et q. 34. 1. c. et q. 171. 2 ad 3.

111. Videre Deum facie ad faciem, est videre eum per essentiam immediate. 1.ª q. 12. 11. ad 1.

112. Essentia Dei videtur mediate, et semper, a quolibet beato. 1.ª q. 12. 2 o. et q. 58. 1. c. et q. 62. 9. c. et q. 106 1 ad 1. et q. 112. 3 c. et 1-2. q. 5. 6 ad 3. et 3 ª q. 9. 3 ad 3. et q. 10. 4 ad 1.

113. Essentia Dei est in intellectu beatorum, ut forma quoad operationem, non autem quoad esse. 1.ª q. 12 2 ad 3. et 5. c. et 3.ª q. 9. 2. c. et 3 ad 3.

114. Essentia Dei per nullam speciem creatam repræsentari potest. 1.ª q. 12 2. o. et 6. 11. c. et q. 56 3. c. et 2 2. q 175. 4. o. et 3 ª q. 9. 3 ad 3.

115. Essentia Dei non potest videri ab aliquo intellectu creato, sine lumine supernaturali, id est, gloriæ 1.ª q. 12 2. c ad 1. et 5. o. et 2-2. q. 174 5 ad 1. et q. 175. 3 ad 2. et 3.ª q. 10 4. c et q 45. 2 c.

116. Quidam clarius aliis videbunt essentiam Dei. 1.ª q. 12. 6. o. et 7. 8. c. et q. 62. 9. c.

117. Deus solo intellectu videri potest, quia quælibet potentia sensitiva se extendit tantum ad corporalia. 1.ª q. 12. 3. c. ad 3. et 2-2. q 175. 4. c.

118. Deus a nullo oculo corporali potest videri. 1.ª q. 12. 3. o. et 4 ad 3. et 2-2. q. 175. 4 c.

119. Beati vident essentiam Dei, oculis corporalibus per accidens, non autem per se. 1.ª q 12. 3 ad 2.

120. Naturale est homini quod aliquando videat essentiam. Dei. 1.ª q. 12. 1. c et 3.ª q. 9. 2 ad 3.

121 Deus videri non potest per essentiam, nisi videatur Trinitas personarum. 2-2. q. 2. 8 ad 3.

122. Visio Dei per essentiam, ut est species rerum, est perfectior visione ejus, ut est objectum beatitudinis 1.ª q 12. 8 ad 3.

123. Quicumque videt Deum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. 1.ª q. 60. 5 ad 5.

124. Omnes qui vident ipsam Dei essentiam, eodem motu dilectionis moventur in ipsam Dei essentiam, prout est ab aliis distincta, et secundum quod est quoddam bonum commune. 1.ª q. 60. 5 ad 5.

125. Beati vident in essentia Dei simul omnia quæ aliquando vident. 1.ª q. 12. 10 o. et q. 58 1. c. et 2 o.

126. Videntes essentiam Dei non vident omnia quæ Deus facit, vel facere potest. 1.ª q. 12 8. o. et q. 57. 5 ad 2. et q. 106. 1 ad 1. et 3.ª q. 10 2. c.

127. Beati vident res in essentia Dei: non per similitudines earum, sed per essentiam Dei. 1 ª q 10 9 o. et 10. c. et 3 ª q 9 3 ad 3

128 Quanto quis limpidius videt essentiam Dei, tanto plura in eo videre potest 1.ª q. 12 8 c. et q 106. 1 ad 1 et 2-2. q 180. 5 ad 3 et 3.ª q. 10 2 c.

129. Quilibet videns Deum, videt omnia quæ pertinent ad perfectionem intellectus; scilicet species, et genera, et rationes rerum. 1.ª q. 12. 8 ad 4.

130. Res videntur in essentia Dei seu in Verbo, sicut effectus in causa,

et conclusio in principio, scilicet unite, non autem sicut in speculo. 1. ᵖ q. 12 8 c. et 22. et q. 173. 1. c. fin.

131. Per visionem Dei non solum ratio glorificatur, sed totus homo 1-2. et q. 3. 3 ad 3.

132. Voluntas est in Deo. 1. ᵖ q. 19. 1. o. et 3 ᵖ q. 1. 8. 1 c.

133. Voluntas Dei est suum esse; sed differt ab eo secundum rationem. 1. ᵖ q. 19. 1. c et 2 ad 1. et q. 54. 2. c. et q 61. 2 ad 1.

134. Voluntas Dei est sua essentia. 1. ᵖ q. 19. 1 ad 3. et q. 20. 3 ad 2. et q. 59. 2. c

135. Voluntas Dei est tantum una numero, licet sit multorum volitorum 1. ᵖ q 19. 2 ad 4. et 5. c et q. 27. 5 ad 3. et q. 41. 6. c.

136. Deus communicat naturam suam per actum voluntatis, non autem creatura, quia in solo Deo idem est intellectus, voluntas, et natura. 1. ᵖ q 27. 3 ad 2 et ad 3. et 4. c. et q. 59. 2. c.

137. Voluntas Dei, respectu suæ bonitatis, est necessaria, sed respectu creaturarum est ad utrumlibet, et ex necessitate suppositionis. 1. ᵖ q. 19. 3. o. et 7 ad 4. et 10. c. et q. 23. 6 ad 3. et q. 41. 2 ad 3. et q. 46. 1. 2. c. et 3. ᵖ q. 46. 1. 2. c.

138. Voluntas Dei est perfecta per se, non autem per aliud. 1. ᵖ q. 14. 2 ad 3. et 4. o.

139. Primum objectum voluntatis Dei est ejus essentia. 1. ᵖ q. 19. 1 ad 3. et 2. o. et 3. c. et 4 ad 3.

140. Finis naturalis voluntatis Dei est bonitas ejus, quam non potest non velle. 1. ᵖ q. 19. 1 ad 1 et ad 3.

141. Error reducentium omnia in simplicem Dei voluntatem. 1. ᵖ q. 19. 5 ad 2 et ad 3. et q. 23. 5. c.

142. Deus non vult omne bonum, licet necessario sciat omne verum. 1. ᵖ q. 19. 3 ad 6. et 6 ad 2.

143. Voluntas Dei est causa rerum. 1. ᵖ q. 19. 4. o. et q. 20. 2. c et 25. 5. c. et q. 45. 6. c et 46 1. c. et 1-2. et q. 110. 1. c. et 3. ᵖ q. 86. 2 o.

144. Voluntas Dei non aufert contingentiam a rebus, sed eam quibusdam imponit, et quibusdam necessitatem. 1. ᵖ q. 19. 8. o. et 1-2 et q. 10. 4. o.

145 Ratio aliqua est voluntatis Dei 1. ᵖ q 19. 5 o.

146 Nihil est causa voluntatis Dei, nisi sua bonitas. 1. ᵖ q 19 5. o.

147. Ratio aliqua est voluntatis Dei, non ex parte ejus, sed ex parte voliti propter aliud. 1. ᵖ q. 19. 5. o. et q 23. 5. c.

148. Voluntas Dei est omnino immutabilis, licet effectus ejus mutentur. 1. ᵖ q. 19. 3. 7. o et q. 23. 8 c. et 3. ᵖ q. 46. 2. c.

149 Voluntas Dei non movetur proprie, sed metaphorice, a sola bonitate sua. 1 ᵖ q. 19. 1 ad 3 et 2 ad 2. et q. 105 2 ad 2.

150. Voluntas Dei duplex, scilicet antecedens, id est, respectu voliti absolute; et consequens, id est, respectu voliti cum conditionibus ejus. 1. ᵖ q. 19. 6 ad 1. et q. 23. 4 ad 3.

151. Nihil fit contra voluntatem Dei consequentem, sed præter eam, et contra voluntatem ejus antecedentem. 1. ᵖ q. 19. 6. o.

152. Omne quod est præter, vel contra voluntatem Dei antecedentem, obsequitur et servit voluntati ejus consequenti. 1. ᵖ q. 19. 6. o.

153. Voluntas Dei duplex, scilicet beneplaciti, et signi Quæ signa sunt quinque, scilicet *prohibitio, præceptum, consilium, operatio, et permissio.* 1 ᵖ q 19. 11. 12. o et q. 23. 5. c.

154. Voluntas signi in Deo dicitur tantum metaphorice, sed voluntas beneplaciti dicitur proprie. 1. ᵖ q. 19. 11. c.

155. Voluntas Dei semper et infallibiliter impletur. 1. ᵖ q. 19. 6. c.

156. Impossibile est præscientiam Dei falli, et ejus voluntatem et dispositionem cassari. 1 ᵖ q. 46. 2. c.

157. Deus vult alia a se. 1. ᵖ q. 19. 2. o.

158. Solus Deus nihil extra se

vult, nisi ratione suæ bonitatis 1.ª q 59 2. c.

159. Deus uno actu vult se, et omnia alia quæ vult. 1.ª q. 19 2 ad 4 et 5. c. et q. 27. 5 ad 3. et q. 41. 6. c

160. Quicquid Deus vult, vult sub ratione boni communis, quod est sua bonitas, quæ est bonum totius universi 1-2 et q 19. 10. c

161. Multitudo volitorum non repugnat simplicitati Dei 1.ª q 19. 2 ad 4.

162. Deus tripliciter vult omnes homines salvos fieri, scilicet vel ut sit ibi distributio accommoda, vel ut fiat distributio pro generibus singulorum et non pro singulis generum, vel voluntate antecedente, et non voluntate consequente. 1.ª q 19. 6 ad 1 et q. 23. 4 ad 3.

163. Deus non potest velle malum culpæ, sed malum pœnæ, per accidens tantum 1.ª q 19 9. o. et 10 ad 1 et ad 2. et q. 22. 3 ad 3. et q. 48. 6. c. et 1-2, et q. 39. 2 ad 3. et q 79. 4 ad 2.

164. Mala culpæ fiunt Deo non volente, nec nolente, sed permittente. 1.ª q. 19. 9 ad 3. et 1-2. q. 39. 2 ad 3.

165. Voluntas creaturæ movetur a solo Deo, ut a principio intrinseco. 1.ª q 57. 4. c. fin. et q 105. 4. o et q. 106. 2 c. et q 111. 2. o et 1-2. q. 6. 4 ad 1. et q 9. 6. o et q. 80 1. o. et 3. c. fin et q. 111. 4. c. et 3 ª q. 18. 1 ad 1

166. Omnis motus, tam voluntatis quam naturæ, procedit a Deo, sicut a primo movente 1-2 q 6. 1 ad 3. et q. 9. 4 ad 1. et 6. c. et q 55. 4 ad 6. et q. 80 1 ad 3. et q. 109. 1. 9. c. et 2-2 q. 104. 4. c.

167. Deus movet hominem ad agendum tripliciter, scilicet proponendo appetibile, et mutando corpus, et movendo voluntatem 1-2 q 6 1 ad 3.

168. Motus voluntatis hominis disponuntur immediate a Deo, intellectus autem mediantibus angelis, corporalia vero interiora et exteriora ejus, mediantibus angelis et cœlis, ut multiformia, mutabilia, et defectibilia ab oppositis. 1.ª q. 79. 4. c. et q 113. 1 c. et q. 115. 3. c. et 4 ad 2. et 1-2. q. 9 5 ad 1.

169. Solus Deus imprimere in voluntatem potest. 1.ª q. 105. 4. c et q. 106. 2. c. et q. 115. 4. o. et q. 116. 1. c. fin. et 1-2. q. 75. 3. c. et q. 80. 1. o. et 3 ad 1. et 2-2. q. 172. 2 ad 1.

170. Solus Deus implet voluntatem, quia solus Deus movet eam sufficienter, ut objectum. 1.ª q. 105. 4 c. et q 106. 2. c. et q. 111. 2. c. et 1-2. q. 2. 7. 8. c. et q. 3. 1. c.

171. Voluntas creaturæ potest conformari voluntati Dei quadrupliciter, scilicet materialiter, formaliter, effective, et finaliter. 1-2. q. 19. 10. c. co. 2.

172. Voluntas, scientia et actio creaturæ, potest et debet conformari voluntati, scientiæ, et actioni Dei, secundum imitationem, non autem secundum æquiparantiam. 1-2. q. 19. 9. ad 1.

173. Virtus et rectitudo voluntatis humanæ principaliter consistit in hoc, quod divinæ voluntati conformetur, et ejus sequatur imperium. 2-2. q. 104. 4 ad 2.

174. Conformitas voluntatis humanæ ad divinam attenditur secundum voluntatem rationis. 3.ª q. 18. 5. c. ad 2.

175. Ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur quod conformetur voluntati Dei. 1-2. q 19 9. o

176. Quilibet homo tenetur conformare voluntatem suam voluntati Dei, in volito formaliter, id est, secundum rationem communem boni, et in modo, scilicet ex charitate, et effective, id est, quod velit id quod Deus vult eum velle, non autem materialiter, id est, in quolibet particulari. 1-2. q. 19. 10, o. et q. 39. 2 ad 3. et 2-2. q 104. 4 ad 3.

177. Voluntas beatorum conformatur voluntati Dei, in quolibet volito. 1-2. q. 19. 10 ad 1.

178 Potentia proprie convenit Deo 1.ª 25. 1 o.

179. Potentia secundum propriam rationem principii convenit Deo respectu actionum notionalium secundum quas aliqua procedunt secundum rem, non autem respectu aliarum. 1.ª q 41. 4 ad 3.

180. Potentia activa proprie convenit Deo, non autem passiva 1 ª q. 25. 1 o et 3 ad 1. etq. 41. 4 ad 2

181 Potentia Dei est principium suæ actionis secundum rationem tantum; sed est principium realiter suo rum effectuum. 1 ª q 25. 1 ad 3. et q. 41. 3 ad 4

182. Potentia Dei est ejus essentia 1 ª q 25. 1 ad 2

183. Potentia Dei est infinita. 1. ª q. 25 2. o.

184 Potentia Dei duplex, scilicet absoluta, id est, secundum se, et ordinata, id est, cum præscientia et voluntate. 1. ª q. 25 5 ad 1

185. Potentia Dei non est ad malum, quia est sua bonitas, 1-2. q 2. 4 ad 1.

186. Circa potentiam Dei fuit duplex error, scilicet quod Deus agit ex necessitate naturæ, et quod divina sapientia limitatur ad hunc ordinem rerum qui nunc est 1 ª q 25 5 c

187. Potentia generandi est in Deo 1. ª q 41. 4. o.

188 Potentia generandi in Deo est medium inter absolutum, et relativum 1. ª q 41. 5 o.

189. Potentia generandi in Deo significat essentiam in recto, et relationem in obliquo 1. ª q 41 5 o

190 Potentia generandi in divinis non continetur sub omni potentia Dei 1 ª q. 42 6 ad 3

191. Potentia generandi in divinis sumitur tripliciter, scilicet active, et passive, et impersonaliter. Prima convenit soli Patri, secunda tantum Filio, sed tertia cuilibet personæ 1. ª q. 41 6 ad 1.

192. Cum Pater sit principium generationis, et Pater et Filius sint principium spirationis, in Patre erit potentia generandi, et in Patre et Filio potentia spirandi. 1. ª q. 41. 4 ad 3.

193 Eadem numero potentia generandi est in Patre ut generet, et in Filio ut generetur 1. ª q. 41. 6 ad 1. et q. 42 6 ad 3

194. Deus est omnipotens. 1. ª q. 25. 3. o et 3. ª q 13 1 c

195 Deus potest facere quicquid non implicat contradictionem. 1 ª q. 7 2 ad 1. et q. 25. 3. 4. o et 3. ª q. 13 1 c.

196. Deus dispensare non potest ut homini liceat non subdi ordini ejus, etiam in iis secundum quæ homines ad invicem ordinantur. 1-2. q. 100. 8 ad 2.

197 Deus potest disponere, agendo præter ordinem suæ providentiæ, quoad res subjectas ordini, non autem quoad rationem ordinis quæ est in Deo. 1 ª q 105 6 c.

198. Divina potentia non est ita ordini ejus all gata, quin possit quandoque præter ordinem causarum secundarum aliquid agere, cum sibi placuerit, ut patet in operibus miraculosis 1 ª q 25. 5. c.

199. Deus non potest facere duo contraria, vel privationem et habitum, vel alia opposita esse simul in eodem 1. ª q. 105. 2. 6. c. et 1-2. q. 51 4. c.

200 Deus non potest aliquid facere quod non sit conveniens sapientiæ et bonitati ejus. 1. ª q. 21 4. c.

201. Deus potest facere quicquid olim fecit, nisi sit impossibile, ratione præteriti. 1. ª q. 25. 4 ad 2.

202. Deus potest reparare virginitatem perditam 1. ª q. 25. 4 ad 3.

203. Deus potest facere quæ non facit, et dimittere quæ facit. 1. ª q. 25. 5. o. et 3. ª q. 1. 3 ad 3.

204. Solus Deus potest mutare formam in formam, et materiam in materiam, et totum in totum. 3. ª q. 75. 4. c. ad 3.

205. Deus potest transmutare om-

nem materiam in quamcumque formam. 3. p. q. 28. 1 ad 5.

206. Deus potest immediate movere materiam ad formam, et omne corpus ad locum, et intellectum, et voluntatem interius eam inclinando. 1. p. q. 105. 1. 2. 3. 4. o et 110. 2. c.

207. Deus non potest facere materiam esse sine forma. 1. p. q. 66. 1 o.

208 Deus potest facere raritatem et densitatem esse sine materia. 3. p. q. 77 2 ad 3. et 7 ad 1 et ad 2.

209. Deus potest facere angelum non esse. 1. p. q. 9 2. c. et q. 10. 5. c. ad 3. et 2-2. q. 1 1 ad 7.

210. Deus potest immediate movere quodlibet corpus, quacumque mutatione possibili cuicumque creaturæ. 1. p. q. 105. 1. 6. c.

211. Deus potest immediate facere omnem effectum cujuscumque agentis, sine eo. 1. p. q. 105. 2. 6. c. et 1-2. q. 51. 4. c. et 3. p. q. 77. 1. c.

212. Nullius rei virtus posset aliquid, nisi per virtutem Dei, a quo est omnis virtus, et virtutis conservatio, et ordo ad effectum. 1-2. q. 109. 1 c.

213. Hoc quod Deus in omnibus operatur secundum modum eorum, non excludit quin Deus quædam operetur, quæ natura operari non potest. 1-2. q. 51. 4 ad 2.

214. Nihil prohibet esse aliquid in potentia divina, quod non vult, et quod non continetur sub ordine quem statuit rebus. 1. p. q. 25. 5 ad 1.

215. Solus Deus potest facere præter ordinem et cursum totius naturæ. 1. p. q. 105. 6. o. et q. 106. 3. c. et 3. p. q. 43. 2 c.

216 Quicquid potest intelligi esse sine alio, Deus potest facere esse sine eo, non autem si posset intelligi, alio non intellecto, ut ens sine bono. 1-2. q. 110. 4 ad 4.

217. Deus potest facere universum, et quamlibet creaturam meliorem quam fecerit. 1. p. q. 25. ad 3. 6. o.

218. Qualibet re creata, Deus potest facere aliam meliorem, bonitate essentiali et accidentali. 1. p. q. 25. 5 ad 3. et 6. o.

219. Deus potest facere aliquid melius humanitate Christi, matre ejus, beatitudine, et gratia, secundum se, non autem ut relata ad Deum. 1. p. q. 25. 6 ad 4. et 3. p. q. 7. 12 ad 2. et q. 10. 4 ad 3.

220. Deus non potest peccare. 1 p. q. 25. 3 ad 2. et q. 63 1. c. et 2-2. q. 6. 2. c. ad 2.

221. Deus si vellet, posset prava agere, et peccare. Et istius conditionalis, *Socrates potest currere, si vult*, antecedens est possibile; et ideo sequitur possibilitas consequentis Sed in hac conditionali. *Deus potest peccare, si vult*, antecedens est impossibile. Non enim potest Deus velle malum. Et ideo non est simile. 1. p. q. 25 3 ad 2.

222. Deus est causa peccati. 1-2. q. 79 o. et q. 80 1. c.

223. Deus est causa mali pœnæ per accidens tantum, mali autem culpæ nullo modo est causa. 1. p. q. 48. 6. c. et q. 49 2 o. et q. 63. 5. c. fin. et 1-2. q. 87. 1 ad 2. et 2-2. q. 19 1 ad 3. et q. 24. 10. c.

224. Deus est causa excæcationis et obdurationis per accidens tantum, scilicet subtrahendo gratiam. 1 p. q. 23. 3 ad 2. et 1-2 q. 79 3. o. et 2-2. q. 15. 1. o.

225. Deus per se inclinat ad bonum, dando gratiam et virtutes, et directe ordinando ad bonum, sed inclinat ad malum per accidens tantum, scilicet non dando gratiam. 1-2. q. 79. 1 ad 1.

226. Deus est causa productiva cujuslibet rei. 1. p q 22 2. c. et q. 44. o. et q. 45 2. c. et q. 55. 1 ad 3. et q. 57. 2. c. fin. et q 61. 1 o et q. 65 1. o. et 3. c. et q. 75 5 ad 1. et q. 79. 2. c. et q. 103 5. 7. c. et 1-2. q 79 2. c. et q. 93 1. c.

227. Deus est causa omnium efficiens, exemplaris, et finalis. 1. p. q. 44. 1. 2. 3. o. et q. 65. 2. o. et q. 103 2.

o. et 5. c. et q 105. 5. c. et 1-2. q. 79. 2. c.

228. Deus est causa omnis motus, tam voluntatis quam naturæ. 1-2. q 6. 1 ad 3.

229. Deus immediate producit omnia. 1. ᵖ q. 65. 3. o. et 3. ᵖ q. 6. 1 ad 1.

230. Deus agit mediantibus aliis causis, non ex insufficientia ejus, sed ut dignitatem causandi communicet creaturis. 1. ᵖ q. 22. 3. c. et 8 ad 2. et q. 103 6. c. ad 2. et q. 106. 4. c.

231. Bonitas, liberalitas, justitia et misericordia Dei differenter producunt res. 1. ᵖ q 21. 3. c.

232. Deus produxit creaturas, non ex necessitate. 1. ᵖ q. 19. 4. o. et q. 25. 5. o. et q. 28. 1 ad 3. et q 32. 1 ad 3. et q. 45. 6. c. et q. 50. 1. c. et q. 61. 2 ad 1 et q. 104. 3. o. et q. 105. 1 ad 2. et 1-2. q. 66. 1 ad 3. et q 109. 1. c. et 3. ᵖ q. 50. 2 ad 3.

233. Deus in productione rerum finem aliquem intendit, scilicet divinam bonitatem. 1. ᵖ q. 25. 5. c.

DEXTRUM et sinistrum, et aliæ differentiæ situs sunt in inanimatis quoad nos tantum; in animatis vero sunt secundum se 1. ᵖ q. 13. 7. c.

DIABOLUS dicitur esse Deus hujus sæculi non creatione, sed quia seculariter viventes ei serviunt, eo modo loquendi quo Apostolus loquitur dicens, quorum Deus venter est. 1. ᵖ q. 65. 1. c. fin. et q. 114. 3 ad 2. et 1-2. q. 1. 5. c.

1. DIACONUS non est proprius minister alicujus sacramenti. 3. ᵖ q. 67. 1. o.

2. Diaconus est proprius dispensator sanguinis Christi, non autem corporis Christi, nisi de licentia episcopi, vel presbyteri, vel in necessitate. 3. ᵖ q. 82. 3. o.

3. Diacono non licet tangere corpus Christi, quia non habet manus consecratas. 3. ᵖ q. 82. 3. o.

4. Ad diaconum pertinet assistere et ministrare majoribus sacerdotibus, in omnibus agendis, circa sacramenta Ecclesiæ. 3. ᵖ q. 671. c. et q. 71 4. c

5. Ad diaconum pertinet purgare tantum, id est, ejicere immundos, et disponere fideles per admonitiones. Sed ad sacerdotes pertinet etiam illuminare, id est, tradere sacramenta, ad episcopos vero perficere. 3. ᵖ q. 64. 1 ad 1. et q. 67. 1 ad 1 et ad 2. et q. 82. 3 ad 3.

DIALECTICA scientia est tantum una in speculabilibus; demonstrativæ vero sunt plures. 1 2. q. 57. 6 ad 3. et 2-2. q. 51. 4 ad 2.

1. DICERE proprie importat principaliter respectum ad Verbum, secundario autem ad rem intellectam, ideo in divinis convenit tantum Patri. 1. ᵖ q. 34. 1 ad 3. et 3. ᵖ q 39. 8. ad 2.

2. Dicere se habet tripliciter ad illud quod dicitur, scilicet enuntiative, causative seu imperative et optative. 2-2 q 76. 1. c.

3. Dicere Dei sumitur dupliciter, scilicet pro formatione Verbi; et pro expressione ejus, primum est æternum, non autem secundum. 1. ᵖ q. 31. 1 ad 3. et q. 47. 1. c. fin. et q. 65. 4. c. fin et q. 67 4. c. ad 2. et q. 74. 3 ad 1. et ad 3. et ad 5

4. Per hoc quod dicitur in Scriptura, *dixit Deus*, importatur divinum imperium, secundum Basilium, prius autem oportuit produci creaturam quæ obediret, quam fieri mentionem de divino imperio 1. ᵖ q. 74. 4 ad 1.

DICI ut Verbum convenit tantum Filio in divinis, sed dici ut res, convenit singulis personis, toti Trinitati, essentiæ Dei, et omni creaturæ. 1. ᵖ q. 34. 1 ad 3.

1. DIES dicitur dupliciter, scilicet naturalis continens viginti quatuor horas; et artificialis, scilicet a claritate solis. 3. ᵖ q. 53. 2 ad 3.

2. Dies naturalis secundum Ecclesiam incipit in media nocte, non autem dies artificialis. 3 ℘ q 80. 8. ad 5.

3. Dies naturalis non terminatur in vespere, sed in mane secundum Chrysostomum. 1 ℘ q 74 3 ad 6.

4 De operibus septem dierum, in principio Bibliæ. 1. ℘ q. 67. usque 75. o.

5. Septem dies fuerunt unum instans secundum cognitionem septem operum Dei in mente angeli, secundum Augustinum; licet, secundum alios, fuerint vere septem dies successive. 1. ℘ q. 58. 6. c. et 7 ad 1. et q. 68. 1. c. et q. 69. 1. c. et q. 70. 1 ad 1. et q. 74. 1. 2. o.

6. Diversæ res diversimode præfuerunt in operibus septem dierum. 1. ℘ q. 73. 1 ad 3. et q. 90 4. o. et q. 91. 2 ad 4. et q. 92. 4 ad 3. et q. 118 3 ad 1.

7. Dies primi, scilicet creationis, a luce in noctem computantur propter futurum hominis lapsum, sed e converso triduum Christi in sepulchro, propter reparationem hominis. 3. ℘ q. 51. 4 ad 1. et q. 53. 2 ad 3

8. Prima dies dicitur habuisse vespere et non mane. 1. ℘ q. 63. 6 ad 4.

9 Dies dominicus succedit sabbato ex statuto Ecclesiæ, et consuetudine christianorum tantum; ideo obse. vatio ejus non est sic arcta, nec figuralis, sicut sabbatum, quia veritas etiam in modico prætermitti non debet. 1-2. q. 103. 3 ad 4. et 2-2. q. 122. 4 ad 4.

10. Dies in qua res creatæ sunt, scilicet prima, non debuit benedici, seu sanctificari 1 ℘ q. 73. 3 ad 2.

11. De secunda die non dicitur, *vidit Deus*, pluribus rationibus, scilicet vel quia quod ponitur in tertia die, refertur etiam ad secundum; vel quia est de iis quæ non sunt manifesta populo; vel quia per firmamentum simpliciter intelligitur aer nebulosus qui non est de partibus principalibus mundi; vel esset mystice ex parte numeri, quia dualitas ab unitate recedit. 1. ℘ q 3. 74. ad 3.

12. In tertia die informitas terræ removetur secundum Augustinum. 1. ℘ q. 69. 1 2. c. princ.

13 Die quarta producuntur luminaria quæ moventur in cœlo, ad ornatum ipsius. 1. ℘ q. 70. 1. c.

14. Die quinta producuntur aves et pisces, ad ornatum medii elementi, qui habent motum in aere et aqua, quæ pro uno elemento accipiuntur. 1. ℘ q. 70. 1. c. et q 71. o.

15. Die sexta producuntur animalia, quæ habent motum in terra, ad ornatum ipsius. 1. ℘ q. 70. 1. c. et q. 72. o.

16. Dies septima debuit benedici, et sanctificari. 1. ℘ q. 73. 3. o.

17. Diei septimæ convenit completio operum Dei, et requiem ejus. 1. ℘ q. 73. 1. 2. o.

1. Differentia est nobilior genere, sicut determinatum indeterminato, et proprium communi, non autem sicut alia natura. 1. ℘ q 50. 4 ad 1. et q. 75. 7 ad 2.

2. Differentia complet essentiam generis 1-2. et q. 67. 5. c.

3. Differentia et genus secundum considerationem realem et metaphysicam fundantur super diversas naturas necessario, non autem logice, 1. ℘ q. 50. 2 ad 1.

4. Id a quo sumitur differentia, se habet ad illud a quo sumitur genus, ut actus ad potentiam. 1. ℘ q. 5. 3. c. et q. 50. 2 ad 1. et q. 85. 3 ad 4. et 5 ad 3. et 1-2. q. 67. 5. c.

5. Differentia completiva speciei sumitur a forma; genus a materia communi, sed particulare, a materia individuali. 1. ℘ q. 85. 5 ad 3

6. Differentia significat totum compositum, sicut et species, licet sumatur a parte formali, et genus a parte materiali, licet genus significet totum. 1. ℘ q. 85. 5 ad 3. et 1-2. q. 67. 5. c.

7. Differentia est in genere tan-

tum in potentia; ideo non participat genus, nec est de intellectu ejus, nec e converso. 1.ª q. 3. 5. c.

8 Differentia importat distinctionem formæ 1.ª q. 31. 2 ad 2.

9 Differentia est forma generis inquantum facit ipsum esse actu, sed genus est formalius specie, inquantum est universalius. 1-2. q. 18. 7. ad 2.

10. Remota differentia non remanet genus idem numero. 1-2. et q. 67. 5. c.

11. Differentia formæ proveniens ex sola dispositione materiæ, non facit diversitatem secundum speciem, sed tantum secundum numerum. 1.ª q 85. 7 ad 3.

12. Differentia secundum speciem est propter finem; sed differentia secundum numerum est propter materiam. 1.ª q. 62. 6 ad 3.

13. Differentiæ essentiales sunt nobis ignotæ. 1.ª q 29. 1 ad 3.

14 Differentiæ essentiales sæpe nominantur ex accidentibus. 1.ª q. 29. 1 ad 3. et q 77. 1 ad 7. et 1-2. q 49. 2 ad 3. fin.

15 Differentiæ per se, scilicet contentæ virtualiter in genere, constituunt veras species ejus; non autem differentiæ extraneæ, nisi improprie. 1-2. q 18 7. c. et q. 35. 8. c.

16. Differentiæ quæ consequuntur diversitatem specierum, possunt esse in rebus ejusdem speciei, non autem differentiæ quæ constituunt species. 1-2 q. 72 5. c.

17. Divisio generis in species non est semper per veras differentias. 1-2. q. 49. 2 ad 3.

18. Differentia triplex inter homines, secundum habitus et actus animæ rationalis, scilicet secundum diversas gratias gratis datas, secundum duplicem vitam, contemplativam et activam, et secundum diversos status et officia. 2-2. q. 171. principio.

19. Differentia informis esse non potest, nisi secundum quod una est perfectior alia. 1.ª q. 31 2 ad 2.

1. DIFFERRE proprie est semper aliud et est per relativum; sed diversum est absolutum, et seipso, vel alio, ideo omne differens est diversum, et non e converso. 1.ª q. 3. 8 ad 3. et q. 90. 1 ad 3.

2. Simplicia seu prima non proprie differunt, scilicet per aliud sicut composita seu secunda; sed sunt diversa, scilicet seipsis tantum. 1.ª q. 3. 8 ad 3. et q. 90. 1 ad 3.

3. Differre specie contingit dupliciter, scilicet in diversis speciebus completis, vel secundum diversos gradus in generatione ejusdem speciei. 1-2. q. 72. 7. c.

4. Propter divinam simplicitatem consideratur duplex realis identitas in divinis, eorum quæ differunt in rebus creatis. 1.ª q. 40. 1 ad 1.

1. DIFFICILE est id quod transcendit potentiam secundum naturam, vel propter impedimentum. 1.ª q. 62. 2 ad 2 et 4 ad 1.

2. Difficultas operandi duplex, scilicet ex magnitudine operis, vel ex defectu voluntatis; prima auget meritum, secunda vero minuit illud. 1-2. q. 114. 4 ad 2. et 2-2. q. 155. 4 ad 2.

3. Ratio virtutis magis consistit in bono quam in difficili; ideo magnitudo ejus magis mensuranda est secundum rationem boni quam secundum rationem difficilis. 2-2. q. 123. 1-2 ad 2. et q. 137. 1 ad 1. fin. et q. 141. 8 ad 2.

4. Opera virtutum sunt difficilia. 1-2. q. 107. 4. c.

5. Opus virtutis habet duplicem difficultatem, scilicet ex specie actus, ut in fortitudine et temperantia et ex diuturnitate, ut in perseverantia. 2-2. q. 137. 1. c

6. Difficultas in actibus virtutum duplex, scilicet in inveniendo medium rationis, et in refrenando passiones; tantum prima est in virtutibus intellectualibus et in justitia: secunda vero in aliis. 2-2. q. 129. 2. c.

7. Ubi est specialis difficultas, ibi requiritur specialis virtus. 2-2. q. 137. 1. c

8. Difficultas duplex circa actus virtutem habentium materiam exteriorem, scilicet propter excessum passionum principaliter, vel principaliter propter magnitudinem objecti; in prima sufficit una virtus, sed in secunda requiruntur duæ. 2-2. q. 129. 2. c. et q. 134. 3 ad 1.

9 Difficultas vitandi peccatum duplex, scilicet propter vehementiam passionis, ut ira; vel propter latentiam, ut superbia. 2-2. q. 162. 6 ad 1.

1. DEFFINITIO non potest esse falsa nisi per accidens, scilicet ratione duplicis compositionis 1.ª q. 17. 3. c. et q. 58. 5. c. et q 85. 6. c.

2. Doctores et philosophi negligunt modum deffinitionis; et tangeutes principia prætermittunt formam syllogismi, ponentes ea ex quibus syllogismus formari potest. 2-2 q. 4. 1. c.

3. Cum demonstratur causa per effectum, necesse est uti effectu, loco deffinitionis causæ. 1.ª q. 1. 7 ad 1. et q. 2. 2 ad 2.

4. Unius rei est tantum una deffinitio perfectissima, scilicet per omnes causas; sed sunt plures per diversas causas, vel proprietates. 1-2. q. 55. 4. c. Vide *Lexicon*, pag. 317.

5 Unumquodque deffinitur et denominatur secundum illud quod convenit ei primo et per se; non autem per illud quod convenit ei per aliud. 3.ª q. 60. 4 ad 1.

6. Materia communis ponitur in deffinitione speciei, non autem materia individualis. 1.ª q 29. 2 ad 3. et q. 75. 4. c. et q. 85. 1 ad 2.

7. Deffinitio naturalium significat formam et materiam. 1.ª q. 29 2 ad 3. et q. 75. 4. c. et q. 85. 1 ad 2.

8. Nomina intentionum quandoque ponuntur in deffinitione rerum, quando nomina non sunt imposita rebus, ut in diffinitione personæ. 1.ª q. 29. 1 ad 3.

9. Singulare non deffinitur 1.ª q. 29. 1 ad 1.

10. Nomen pertinens ad communum rationem singularitatis deffiniri potest, ut persona et hujusmodi. 1.ª q. 29. 1 ad 1.

11. Deffinitio et scientia sunt tantum entium, non secundum modum rei, sed secundum modum intellectus. 1.ª q. 44 3 ad 3.

12. Partes rei vel deffinitionis sunt prius notæ quam totam vel diffinitum, sed ut partes, est e converso. 1.ª q. 85 2 ad 2 et ad 3.

DIGESTIO est completio a calore naturali. 3.ª q. 74. 5 ad 3.

DIGNITAS est de absolutis; ideo est eadem in Patre et Filio. 1.ª q. 42. 4 ad 2.

DILIGENTIA idem est quod sollicitudo, ideo requiritur in omni virtutes, sicut etiam sollicitudo. 2-2. q. 54. 1 ad 1.

DILUCULUM potest dici pars diei et noctis. 3.ª q. 51. 4 ad 3.

1. DIMENSIO situs est de ratione quantitatis dimensive. 3.ª q. 77. 2. c.

2. Additio quantitatis non tollit essentiam dimensionis. 3.ª q. 77. 8 ad 4.

3. Dimensio corrumpitur tripliciter, scilicet per additionem, divisionem, et diminutionem. 3.ª q. 77. 4. c.

4. Quantitas dimensiva est aliquorum dupliciter, scilicet per se, et per accidens, vel proprie et similitudinarie; primo modo convenit corporibus, sed secundo modo convenit etiam aliis. 1.ª q. 3. 1 ad 1 et ad 3.

DIONYSIUS dicit in quadam epistola super Joannem, quod Christus operabatur divinitus ea quæ sunt hominis; et hoc monstrat virgo supernaturaliter concipiens; et aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens gravita-

tem. 3.ª q. 28. 2 ad 3. fin et q. 4. 5. 2. c.

DISCIPLINA est pars potentialis justitiæ, contenta sub humanitate. 2-2. q. 80 ad 3.

1. DISCORDIA importat disgregationem quamdam voluntatum, in diversa. 2-2 q. 37 1. c. ad 3

2. Discordia per se, id est ex intentione deliberata dissentiendi a bono Dei vel proximi, est peccatum mortale, non autem si per accidens. 2-2. q. 37. 1. o. et q. 42. 2 ad 2.

3. Discordia principaliter oritur ex inani gloria, secundario autem ex invidia. 2-2. q. 37. 2. o. et q. 38. 2. c. et q. 132. 5. o.

1. DISPENSATIO importat commensuratam distributionem, vel applicationem alicujus communis ad singula. 1-2. q. 97. 4. c. et 2-2. q. 88. 10. c.

2. Nunquam dispensandum est in præjudicium boni communis. 1-2. q. 97 4 ad 1 et q. 100. 8. c.

3. Omnis dispensatio a prælato debet fieri ad honorem Christi, vel ad utilitatem Ecclesiæ. 2-2 q. 88. 12. c.

4. Infidelis est qui dispensat non habens intentionem ad bonum commune; imprudens autem, non habens rationem dispensandi. 1-2. q 97. 4. c.

5. Dispensatio non potest fieri contra præcepta juris naturalis communia; sed tantum contra ea quæ sunt quasi conclusiones eorum. 1-2. q. 97. 4 ad 3. et 2-2. q. 147. 4 ad 1.

6. Solus Deus potest dispensare in præceptis divinis, non autem papa. 1-2. q 94. 5 ad 2. et q. 97. 3 ad 1. et 4 ad 3. et q. 100. 8. o. et 2-2. q. 89. 9 ad 1.

7. Omnia præcepta Decalogi sunt omnino indispensabilia, etiam a Deo. 1-2. q. 99 5. c. et q. 100. 8 ad 2.

8. Præcepta continentia intentionem legislatoris, scilicet conservationem boni communis, vel ordinem justitiæ et virtutis, ut omnia præcepta Decalogi, sunt omnino indispensabilia. 1-2. q. 100. 8 o.

9. Cum dispensatur in aliqua lege humana, non fit ut legi humanæ non obediatur, quod esset contra legem naturæ et mandatum divinum; sed fit ut hoc quod erat lex, non sit lex in hoc casu. 2-2. q. 88. 10 ad 2.

10. Facilius dispensatur in gradibus prohibitis consanguinitatis et affinitatis, circa personas excellentes, sine acceptione personarum propter pacem communem. 1-2. q. 97. 4 ad 2. et 2-2 q 63. 2 ad 2.

11. In publica lege humana nullus potest dispensare, nisi ille a quo lex habet auctoritatem, vel cui ille commiserit. 1-2. q. 97. 4 ad 3.

12. Inferior potest dispensare in præceptis superioris, quando sibi permittitur a superiori, non autem aliter. 1-2 q. 97. 4 ad 3.

13 Rectores multitudinis possunt dispensare in legibus humanis quando deficiunt in aliquo casu, vel necessitas imminet; vel quando non expediunt aliqui personæ. 1-2. q. 96. 6. c et q. 97. 4. o et q. 100. 8. c. et 2-2 q. 88. 10 c. ad 2 et q. 89. 9. o. et q. 147. 4. c. ad 1.

1. DISPOSITIO semper importat ordinem habentis partes. 1-2. q. 49. 1 ad 3. et 2 ad 1.

2. Dispositio potest dici tam ratio ordinis rerum in finem, quam ratio ordinis partium in totum; providentia vero, primum tantum. 1.ª q. 22 1. c. fin.

3. Dispositio sumitur dupliciter, sciliter pro genere habitus, et ut dividitur contra habitum; et hoc dupliciter, scilicet vel ut diversæ species; vel ut imperfectum contra perfectum, in eadem specie. 1-2. q. 49 2 ad. 3.

4. Dispositio triplex, scilicet vel secundum locum, id est, prædicamentum situs; vel secundum potentiam, id est, præparatio ad habitum; vel secundum speciem, id est, habitus sed

dispositio tertio modo fit habitus, non autem secundo modo. 1 2. q. 49. 1 ad 3 et 2 ad 3 et 4. c. et q. 48. 4 ad 4.

5. Dispositio duplex, scilicet dispositio removens et dispositio perficiens 1-2. q 88. 3. c

6. Dispositio duplex, scilicet materiæ, et agentis; prima est tantum entium: secunda vero est etiam non entium, ut prædestinatio. 1.ª q. 23. 2 ad 3.

7. Dispositio dupliciter se habet ad id ad quod disponit, scilicet ut via ad perfectionem, et ut effectus; secundo modo manet cum perfectione, non autem primo modo. 3.ª q. 9. 3 ad 2.

8. Dispositio tripliciter se habet ad id ad quod disponit, scilicet ut idem in eodem; in eodem ut non idem, et ut nec idem nec in eodem. 1-2 q. 74. 4 ad 3.

9. Dispositio quæ dividitur contra habitum, ut imperfectum contra perfactum in eadem specie, fit habitus; non autem quæ dividitur contra habitum, ut diversa species. 1-2. q. 49. 2 ad 3 et q. 88. 4 ad 4.

10. Omne subjectum dispositionis vel habitus requirit tria, scilicet compositionem subjecti ex actu et potentia; indeterminationem ad multa, et concursum plurium accidentium. 1-2. q. 49. 4. o.

11. Nulla dispositio vel habitus ad operationes est principaliter in corpore, sed tantum dispositio ad formam, non autem habitus proprie. 1-2. q. 50. 1. o. et 2 c

12. Difficile mobile diversificat habitum a dispositione, non autem ad aliis speciebus qualitatis. 1-2 q. 49. 2 ad 3.

13. Habitus vel dispositio non est in Deo nec in angelis, nec in cœlis, nec in elementis. 1-2. q. 49 4. c.

14. Ejusdem est disponere ad finem, et ad finem perducere, vel per se, vel per suos subditos. 1-2. q. 98. 2. 3. c.

15. Dispositio eorum quæ sunt ad finem attenditur secundum rationem finis. 1-2. principio et q. 95. 3. c. et q. 102. 1. c. et 2-2. q 33. 2. 6. c.

16. Omne quod elevatur ad formam altiorem sua natura, requirit dispositionem supra naturam suam. 1.ª q. 12 5 c.

17. Quilibet artifex etiam artifex divinus intendit operi suo inducere dispositionem optimam respectu sui finis; non autem optimam simpliciter. 1.ª q. 47. 2 ad 1. et q. 91. 3. c.

18. Dispositio patientis est in eodem subjecto cum forma ad quam disponit, non autem dispositio agentis. 1-2. q. 74. 4 ad 3.

19. Forma non necessario consequitur dispositionem, nisi per virtutem agentis, quod causat dispositionem. 1-2. q. 112. 3 ad 3.

20. Dispositio sequitur naturaliter formam et perfectionem, ad quam disponit licet præcedat eam via generationis 3.ª q. 7. 13 ad 2.

21. Prima dispositio materiæ est quantitas dimensiva. 3.ª q. 77. 2. c.

22. Dispositio materialis non est causa simpliciter, sed secundum quid. 2-2. q. 27. 3. c.

23. Forma semper est in materia disposita, non quidem respectu primi effectus formæ, scilicet esse actu sed respectu effectuum posteriorum. 1.ª q. 76. 6 ad 1.

24. Dispositio est in eodem subjecto cum eo ad quod disponit propinque. 3.ª q. 63. 4 ad 1.

25. Dispositio subjecti est prior naturaliter susceptione formæ; sed est posterior actione ugentis. 1-2. q. 113. 8 ad 2.

26. Omnis dispositio inordinata habet unitatem specificam a sua causa, sed unitatem numeralem habet a suo subjecto. 1-2. q. 82. 2. c.

1. Disputatio. Contentio in disputatione importat quamdam acrimoniam locutionis. 2-2. q. 38. 1. c.

2. Disputatio cum infideli intentione confutandi errores, vel causa exercitii, est laudabilis; sed absint

rudes, ne ab infidelibus tententur. 2-2. q. 10. 7. o.

DISSENSIO duplex, scilicet ad se et ad alterum, et utraque opponitur paci, sed tantum secunda opponitur concordiæ. 2-2. q. 29. 1 ad 4.

1. DISTANTIA et propinquitas creaturæ ad Deum, est similitudo vel dissimilitudo; non autem secundum locum. 1 ᵖ q. 8 1 ad 4.

2. Corruptibilia plus distant a Deo quam incorruptibilia; ideo debilius esse recipiunt. 1. ᵖ q. 65. 1 ad 1.

1. DISTINCTIO duplex, scilicet formalis, id est, specifica, et materialis, id est, numeralis. 1. ᵖ q. 30. 3. c. et q. 47. 1. 2. c.

2. Distinctio numeralis est propter specificam, quia specifica est nobilior. 1. ᵖ q 47 2. c

3 Distinctio formalis semper requirit inæqualitatem. 1. ᵖ q. 47. 2. c

4. Omnia quæ dicuntur secundum ordinem ad aliquid, distinguuntur secundum distinctionem eorum ad quæ dicuntur. 1-2. q. 54. 2. c.

5. Prima distinctio rerum a principio fuit solum a Deo, ad perfectionem universi. 1. ᵖ q. 47. 1. o et 2. c. et q 65. 3 ad 2

6. Distinctio potentiarum non est secundum materialem, sed secundum formalem distinctionem objectorum, quæ est secundum rationem. 1. ᵖ q. 59. 2 ad 2. et q. 77. 3 ad 3. et q. 80. 1 ad 2. et 2-2. q. 17. 6 ad 1. et q. 47. 5. c.

7 Ea quæ non conveniunt in una potentia, ut differentiæ generalissime, et materiæ a se ipsis distinguuntur. 1. ᵖ q. 85. 1 ad 2.

8. Omnis distinctio formalis est per aliquam oppositionem. 1. ᵖ q. 36. 2. c.

9. In divinis nulla est distinctio realis, nisi per oppositas relationes originis. 1 ᵖ q. 27. principio. et q. 28. 3. c. et q. 29. 4. c. et q. 30. 2. c. et q. 32. 3 c. ad 3. et q. 36. 2. c. ad 1. et q. 40. 2 3. o. et q. 93 5. c

10. Distinctio realis in personis divinis stat cum identitate essentiæ. 1. ᵖ q. 39. 1. o.

11. Distinctio in divinis personis non est per divisionem alicujus communis, quia essentia communis remanet indivisa; sed oportet distinguentia constituere personas 1. ᵖ q. 40. 2. 3 c.

12. Distinctio divinarum personarum est minima secundum quantitatem; et est maxima secundum dignitatem et causalitatem. 1. ᵖ q. 40. 2 ad 3

13. Proprietates in divinis determinant et distinguunt personas, non autem essentiam. 1. ᵖ q. 40. 1 ad 2.

14. Personæ divinæ constituuntur et distinguuntur per origines; sed primo et principalius per relationes. 1. ᵖ q. 40. 2. c. fin.

15. Relatio ut relatio non constituit, nec distinguit personas divinas, sed ut divina. 1. ᵖ q 40. 2. o.

16. Remotis relationibus, personæ divinæ non distinguerentur. 1. ᵖ q. 40. 3. o. et 3 ᵖ q. 3. 3 ad 3.

17. Relationes divinæ distinguuntur ab invicem realiter, re relativa, non autem re absoluta. 1. ᵖ q. 28. 3. o. et q. 30. 1. c. et 2. c.

1. DIVERSITAS. In Deo nulla est diversitas. 1. ᵖ q. 31. 2 c. ad 1.

2. Diversitas speciei sumitur a forma. 1-2. q. 23. 1. c. et q. 54. 1 ad 1.

3. Materia secundum se diversificat genus; sed distinctio materiæ per quantitatem diversificat tantum individua. 1. ᵖ q. 50. 4. c. et 1-2. q. 23. 1. c. et q. 54 1 ad 1.

4. Diversitas materiæ diversificans formam diversificat speciem. 2-2. q. 154. 1 ad 1.

1. DIVINATIO non dicitur si quis prænunciet ea quæ ex necessitate eveniunt, vel ut in pluribus, quæ

humana ratione prænosci possunt ex causis; neque etiam si quis futura aliqua contingentia, Deo revelante cognoscat, tunc enim non ipse divinat, id est, quod divinum est facit, sed magis quod divinum est suscipit. 2-2. q. 95. 1 c. fin.

2 Considerare hujusmodi effectus contingentes in seipsis antequam fiant, non est alicujus divini, sed est Dei proprium, qui solus in sua æternitate videt ea quæ futura sunt quasi præsentia 2-2. q. 95. 1. c.

3. Si quis hujusmodi futura prænunciare, aut prænoscere quocumque modo præsumpserit, nisi Deo revelante, manifeste usurpat sibi quod Dei est, et ex hoc aliqui divini dicuntur. 2-2. q. 95. 1. c.

4 Divini enim dicti sunt, secundum Isidorum, quasi Deo pleni, divinitate enim se plenos simulant, et astutia quadam fraudulentiæ, hominibus futura conjectant. 2-2. q. 95. 1. c.

5. Homo habet naturalem inclinationem ad cognoscendum futura, secundum modum humanum, non autem secundum indebitum divinationis modum. 2-2. q. 95. 1 ad 3.

6. Divinatio non dicitur ab ordinata participatione alicujus divini, sed ab indebita usurpatione ejus quod Dei est. 2-2. q. 95. 1. c. ad 1.

7. Si hujusmodi divinatio causetur ex revelatione dæmonum, cum quibus pacta habentur, vel expressa, quia ad hoc invocantur, vel tacita, quia hujusmodi divinatio extenditur ad id, ad quod se non potest extendere, erit divinatio illicita et superstitiosa 2-2. q. 95. 6. fin.

8. Divinatio igitur est indebita usurpatio prænunciandi futuros eventus. 2-2. q 95. 1. o.

9. Divinatio semper est peccatum, quia semper in malam partem accipitur, secundum Hieronymum. 2-2 q. 95. 1. c. fin.

10. Omnis divinatio provenit ex operatione dæmonum; ideo est species superstitionis 2 2. q. 95. 2. o. et 3. c. principio.

11. Divinatio est species curiositatis, ratione finis; sed quoad modum operis, est species superstitionis. 2-2. q. 95. 2 ad 1.

12. Genus divinationis triplex, scilicet necromantia, augurium, et sortilegium, quorum quodlibet multas habet species. 2-2 q. 95. 3. o.

13 Divinatio facta per invocationem dæmonum, per astra, somnia, auguria, vel sortes, non est licita, sed superstitiosa. 2-2. q. 95. o. et q. 96. 1. o.

14. Dæmones possunt divinari verum tripliciter, scilicet subtilitate naturæ, revelatione, et experientia. 1 ᵖ q. 64. 1 ad 5. et 2-2. q. 172. 5 ad 1. et 6. o.

DIVINUM prædicatur de essentia, et de personis divinis. 3. ᵖ q. 16. 3 ad 3.

1. DIVISIO duplex, scilicet secundum quantitatem, et secundum formam; prima est posterior uno, secunda vero prior; ideo deffinit unitatem 1 ᵖ q. 30. 3. c.

2. Continuum mathematice dividitur in infinitum secundum eamdem proportionem; non autem secundum eamdem quantitatem, sed per minorem. 1. ᵖ q. 48 4 ad 3. et 1-2. q. 85. 2. c.

3. Unumquodque potest per se dividi, secundum illud quod in ejus ratione continetur, non autem per alia. 1-2. q 95. 4. c.

4. Res dividitur per se per id solum quod convenit ei secundum genus. 1-2. q. 18. 7. c.

5 Partes divisionis univoce sunt coæquæ secundum rationem generis, licet altera earum sit prior secundum rem; sed in analogis, una earum semper est prior re et ratione. 1-2. q. 61. 1 ad 1.

6. Omnis pluralitas sequitur aliquam divisionem 1. ᵖ q. 30. 3. c.

7. Divisorum ex opposito aliqua

sunt simul secundum rem, et secundum rationem, ut species animalis, et coloris; aliqua simul secundum rationem; sed unum est prius secundum rem, ut species numeri, figuræ et motus; aliqua quorum unum est prius alio secundum rem et secundum rationem, ut substantia accidente. 1. ᵖ q. 77. 4 ad 1. et 1-2. q. 29. 2 ad 1.

1. DIVITIÆ duplices, scilicet corporales, et spirituales; secundæ sunt veræ, non autem primæ. 2-2. q. 126. 1 ad 3.

2. Divitiæ duplices, scilicet naturales, et artificiales; primæ appetuntur finite, secundæ dum habentur appetuntur finite, sed dum non habentur, infinite. 1-2. q. 2. 1. c. ad 3. et q. 30. 4. o.

3. Divitiæ causant tria mala, quæ vitantur per paupertatem, scilicet sollicitudinem, elationem, et amorem earum. 2-2. q. 188. 7. c.

4. Divitiæ non sunt finis œconomicæ, sed bene vivere. 2-2. q. 50. 3 ad 1.

5. Divitiæ, inquantum prosunt ad virtutes, sunt bonæ; sed sunt malæ inquantum impediunt; similiter et paupertas. 2-2. q. 126. 1 ad 3.

6. Deus dat aliquibus abundantiam divitiarum, ut meritum bonæ dispensationis acquirant 2-2. q. 117. 1 ad 1. et q. 126. 1 ad 3.

7. Difficile est inter divitias charitatem servare; quia impediunt eam principaliter alliciendo animum, et distrahendo. 2-2. q. 186. 3 ad 4. et q. 188. 7. c.

8. Divitiæ sunt viles, vanæ, et mutabiles; et ideo debent contemni. 2-2. q. 126. 1 ad 3.

9. Divitiæ de consilio abdicantur per perpetuam paupertatem, delitiæ carnis per perpetuam castitatem, et superbia vitæ, per obedientiæ servitutem. 1-2. q. 108. 4. c. fin. et 2-2. q. 186. 6. o.

DIUTURNITAS auget amorem amici præsentis, absentis autem diminuit. 2-2. q. 49. 2 ad 2.

1. DOCERE est actus vitæ activæ quoad actum exteriorem, et interiorem, ut dirigit ad opus; sed est actus contemplativæ, secundum actum interiorem absolute. 2-2. q. 181. 3. o.

2. Docere dicitur dupliciter, scilicet principaliter infundendo lumen, et instrumentaliter dirigendo. Secundum convenit angelis illuminando alios de revelatis, et homini exterius adminiculando, proponendo exempla, vel applicando principia conclusioni; primum autem soli Deo. 1. ᵖ q. 107. 1. o. et q. 117. 1. o. et 2-2. q. 173. 2. c. et 3 ᵖ q 69. 5 ad 2.

3. Christus convenienter multa docuit in parabolis propter tria, scilicet tum quia connaturale est homini, per sensibilia devenire in cognitionem intelligibilium; tum propter simplicitatem quorumdam audientium, tum etiam ut indignis divina mysteria occultarentur. 3. ᵖ q. 42. 3. o.

4. Docere per modum exhortationis private convenit mulieri, non autem publice prædicare. 2-2. q. 177. 2. o et 3. ᵖ q. 55. 1 ad 3. et q. 67. 4. ad 2.

5. Nullus potest seipsum proprie docere. 1. ᵖ q. 117. 1 ad 4.

6. Docere habet duplicem materiam, scilicet scientiam, et discipulum ideo construitur cum duplici accusativo. 2-2. q. 181. 3. c.

7. Ad docendum alios in divinis tria requiruntur, scilicet plenitudo cognitionis, vis probandi, et pronunciatio. 1 2. q 111. 4 c.

8. Prædicator docendo debet facere tria, scilicet instruere, delectare et flectere. 2-2. q. 177. 1 c.

1. DOCILITAS est aptitudo bene acquirendi rectam opinionem ab alio, sicut solertia a seipso. 2-2. q. 48 c. et q. 49 3. o. et 4. c

2. Docilitas secundum aptitudinem est a natura. Sed ad ejus consumma-

tionem plurimum valet studium, scilicet sollicite, frequenter et reverenter, animum applicando documentis majorum, non negligendo ea per ignaviam, nec contemnendo per superbiam. 2-2. q. 49. 3 ad 2.

1. DOCTOR primus et principalis doctrinæ spiritualis et fidei fuit Christus. 3.ª q. 7. 7. c.

2. Christus fuit verissime doctor, martyr, et virgo. 2-2. q. 152. 4. c.

3 Quia catholicæ veritatis doctor, non solum provectos debet instruere, sed ad eum pertinet etiam incipientes erudire, propositum nostrum in hoc opere est, ea quæ ad christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit eruditioni incipientium. 1.ª Prolo. principio et 2-2. q. 189. 1 ad 4.

4. Auctoritas sacræ Scripturæ, auctoritati cujuscumque doctoris præfertur. 1.ª q. 1. 8 ad 2.

1. DOCTRINA tripliciter est occulta, scilicet ex intentione docentis, propter invidiam vel turpitudinem rei; secundo quia paucis ostenditur; tertio, ex modo, scilicet figuraliter. Sed doctrina Christi fuit occulta, tertio modo tantum. 3.ª q 42 3. c.

2. In doctrina sacra multa occultantur, maxime infidelibus, ne irrideantur. 1.ª q. 1. 9 ad 3. fin. et 2-2. q 40 3. c.

3. Christus noluit scribere doctrinam suam, triplici ratione, scilicet propter dignitatem Christi, propter excellentiam doctrinæ, et propter spiritualitatem, ejus 3.ª q. 42. 4. o.

4. Divina doctrina dicitur lac, triplici ratione, scilicet propter pulchritudinem, propter dulcedinem, et propter sumendi facilitatem. 2 2. q. 189. 1 ad 4.

5. Doctrina ostenditur esse vera, per hoc quod consonat rationi. Et similiter lex. 1-2. q. 98. 1. c

6. Homo adjuvatur et impeditur interius a doctrina dupliciter, scilicet propter virtutem et culpam doctorum, vel auditorum. 2-2. q. 177. 1 ad 3. et q. 189. 1 ad 4. et 10. o.

7. Nomen doctrinæ et disciplinæ ad inquisitionem cognitionis pertinet. Nam doctrina est actio ejus qui aliquid cognoscere facit. Disciplina autem est receptio cognitionis ab aliquo. Et debet esse a facilioribus. 2-2. q. 189. 1 ad 4.

1. DOLOR est passio animæ in appetitu sensitivo vel intellectivo. 1-2. q 35. 1. o. et 3.ª q. 84. 8. 9. o. et q. 85. 1. c.

2. Dolor interior est simpliciter major dolore exteriori. 1-2. q. 35. 7. o. et q 37. 1 ad 3.

3. Dolor magis fugitur quam amatur voluptas, quia minor est amor voluptatis quam amor conservationis sui, cui correspondet doloris fuga. 1-2. q. 29. 3 ad 1 et q. 35. 6. b et c. fin. et 2-2. q. 123. 11. c. et q. 138 1. c et q. 142. 3 ad 2.

4 Sicut dolor minuitur ex diuturnitate, sic timor ex præmeditatione. 1-2 q. 42 5. c

5. Innocentia patientis minuit dolorem quoad numerum, quia non dolet de tot. Sed auget intensive per se, quia magis indigne 3.ª q. 46, 6 ad 5.

6. Dolor et tristitia sunt tantum de contrariantibus voluntati. 1.ª q 103. 7 c

7. Tristitia est species doloris consequens interiorem apprehensionem tantum. Sed dolor consequitur ad omnem apprehensionem. 1-2. q. 35. 2. o. et 7. c et 3.ª q. 15. 6 c.

8 Omnis dolor et tristitia secundum se sunt mala. Sed præsupposita præsentia mali, sunt bona. 1-2. q 39. 1. o. et q 59. 3. o. et 3. 4. 15. 5. 6. o.

9. Dolor et tristitia possunt esse bona, honesta, et utilia, ratione fugæ mali. 1-2 q 39. 2. 3. o et 3.ª q. 15. 6 ad 2 et ad 3. et q. 46. 6 ad 2.

10. Impossibile est aliquam tris-

titiam vel dolorem esse summum malum. 1-2. q. 59. 4. o.

11. Dolor et gaudium sensitivi nullo modo possunt esse simul, quia semper contrariantur, saltem secundum motum cordis, secundum dilatationem et constrictionem. 3.ª q. 84. 9 ad 2.

12. Ad dolorem requiruntur duo, scilicet conjunctio mali, et perceptio ejus. 1-2. q 35. 1. 7 c. et q. 41 3. c. et 3.ª q. 15. 5. 6. o.

13. Malum conjunctum est magis causa doloris et tristitiæ quam bonum amissum. 1-2. q. 36. 1. o.

14. Malum conjunctum causat dolorem ut finis, sed amor ut inde principium primum, et aliquando concupiscentia. Sed odium, ut principium secundum. 1-2. q. 36. 2. o et 4. c.

15. Appetitus unitatis non cujuslibet, sed ejus quæ est de perfectione naturæ, causat dolorem. 1-2. q. 36. 3. o.

16. Potestas major, non tollens inclinationem, sed repugnans ei, causat dolorem, inquantum infert malum. 1-2. q. 36. 4. o.

17. Passio Christi, ratione defectus humani causat in nobis dolorem et tristitiam, sed ratione benignitatis Dei causat lætitiam. 2-2. q. 82. 4 ad 1.

18. In Christo fuit verus dolor sensibilis. 3.ª q. 15. 5 o. et q. 46. 6. c.

19. Dolor Christi in passione pervenit usque ad rationem superiorem. 3.ª q. 46. 8. o.

20. Dolor Christi non impediebat delectationem fruitionis ejus, nec e converso. 3.ª q. 15. 5 ad 3 et 6. c. et 9 ad 3. et q. 46. 6. c. fin. et ad 2. et 8. o.

21. Dolor Christi interior et exterior fuit maximus. 3.ª q 46. 6. o. et q. 42. 2. c.

22. Christus doluit pro omnibus peccatis simul. 3.ª q. 46. 6 ad 4.

23. Christus magis dolebat de miseriis nostris quam de passione sua. 3.ª q. 46. 6 ad 4.

24. Dolor Christi fuit major dolore cujuscumque contriti. 3.ª q. 46. 6 ad 3 et ad 4.

25. Dolor Christi fuit major dolore Adæ, si passus fuisset in innocentia. 3.ª q. 46 6 ad 3.

26. Dolor et tristitia nullo modo sunt in Deo. 1.ª q. 20. 1 ad 2.

27. Mater Christi peperit sine dolore, et cum maxima jucunditate 2-2. q. 164. 2 ad 3. et 3.ª q. 35. 6. o.

28. Beati non dolent de malis quæ fecerunt. 1-2. q. 59. 3 ad 1. et 3.ª q. 84. 8. c

1. DOLUS proprie accipitur tantum in malo; sed abusive in bono. 2-2 q. 55. 4 ad 1.

2. Dolus principaliter est in verbis. 2-2. q. 55. 4 ad 2. et 5. c

3. Dolus fit tripliciter, scilicet, corde, ore, et opere Sed fraus proprie est tantum in factis, 2-2. q. 55. 4 ad 2. et 5 et q. 111. 3 ad 2. et q. 118. 8. c. ad 2.

1. DOMINATIO significat tria, scilicet libertatem rigidam, et inflexibilem gubernationem, et appetitum et participationem veri dominii. 1.ª q. 108. 5 ad 2.

2. Dominationes præcipiunt, Potestates ordinant, et Principatus dirigunt. 1.ª q. 108. 5 ad 3.

DOMINICUS potest prædicari de qualibet re Christi, non autem de homine Christo. 3.ª q 16. 3 o.

1. DOMINIUM. Deus est principium et finis, et est realiter Dominus omnium, quia creatura subjicitur ei realiter 1.ª q. 13. 7 ad 5. et 3.ª q. 35 5. c

2. Dominium convenit Deo realiter ab æterno quoad potestatem, non autem quoad relationem. Sed fundamentum relationis dominii est potestas. 1.ª q 13. 7 ad 1. et ad 6. et 8 ad 1.

3. Sola creatura rationalis habet dominium sui actus 1-2 q 1. 1 2. c et q 6. 2 ad 2 et q 15. 2 c.

4. Homo est dominus suarum operationum, per intellectum et voluntatem. 1-2. q 1. 1 c. et q 6. 2 ad 2 et q. 21 2. c et q. 109. 2 ad 1. et 2-2. q 158 2 ad 3

5. Sumus domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud eligere. Ideo non sumus domini appetitus ultimi finis. 1.ª q. 82 1 ad 3.

6. Homo in statu innocentiæ habuisset dominium super alia animalia imperando, et utendo libere, non autem super angelus 1.ª q. 96 1. 2. o.

7. Nec habuisset dominium servile super homines, sed dominium liberorum. 1.ª q 92. 1 ad 2 et q 96. 4. o et 2-2 q. 164 2. c. ad 1. et q. 139. 6 ad 2

8. Dominium et prælatio introducta sunt ex jure humano. 2-2 q 10. c. et q 12. 2. c

9 In simonia transfertur dominium, non autem in furto, nec in rapina, nec in usuris 2-2. q. 78. 3. c. ad 3.

DOMUS non est unum simpliciter, sed aggregatione. Nec forma ejus quæ est compositio vel ordo dat esse et speciem toti, et cuilibet parti ejus 1.ª q. 76. 8. c.

DONATUS hæreticus rebaptizans est condemnatus in concilio Toletano. 3.ª q. 66. 8 c.

DONEC quandoque significat tempus certum, quandoque vero tempus infinitum. 3.ª q. 28. 3 ad 3.

1. DONUM est proprium nomen Spiritus sancti. 1.ª q 38 2 o.

2. Donum est nomen personale in divinis. 1.ª q. 38 1. o.

3 In nomine doni importatur proprietas originis Spiritus sancti, quæ est processio. 1.ª q. 38 2 ad 2.

4 Donum importat distinctionem personalem, secundum quod est alicujus, secundum originem. Sed Spiritus sanctus dat se secundum quod est suiipsius 1.ª q 38 1 ad 1

5. Donum dicitur tripliciter, scilicet per identitatem, secundum origirem et secundum subjectionem. Primo modo convenit essentiæ Dei, secundo personis, tertio creaturis tantum 1.ª q. 38. 1 ad 1 et ad 2 et ad 3

6. Spiritus sanctus est ratio omnium donorum Dei, quorum principium est voluntas Dei. 1.ª q 38. 2. o. et q. 43 5 ad 1.

7. Omnia dona sub ratione doni manifestant Spiritum sanctum. Sed secundum speciem doni aliqua dona manifestant Filium, ut sapientia, et scientia. 1.ª q 43. 5 ad 1.

8. Dona Spiritus sancti sunt tantum septem, scilicet, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, et timor Domini. 1-2. q. 68. 4. o. et 2-2. q. 8. 6. o. et q. 45. 2 ad 3.

9. Et numerantur partim secundum dignitatem eorum, et partim secundum materias. 1-2. q. 68. 7. o.

10. Circa materias omnium virtutum, oportet esse aliquod de septem donis. 1 2. q. 68 4 7. c. et q. 69. 1 ad 3

11. Septem dona perficiunt hominem, ut sequatur motum Dei; virtutes autem perficiunt, ut sequatur motum rationis. 1-2. q 68. o et q. 69. 1 c. et 2-2 q 8 5. c. et q. 19 9 c. et q. 52 1 3. c. et q. 121. 1. c et q. 139. 1. c. et 3.ª q. 7. 5. c. ad 1.

12 Omnia septem dona sunt priora virtutibus intellectualibus et moralibus, ordine perfectionis et dignitatis; sed e converso ordine generationis et dispositionis 1-2. q 68. 8 ad 2.

13. Et sunt dona Spiritus sancti, secundum quod charitate informantur. Ideo eis nullus male utitur 1-2 q. 68 8 ad 3.

14 Septem dona excellunt omnes virtutes morales et intellectuales, sed excelluntur a virtutibus theologicis. 1-2 q 68. 1. 8. o et q. 69. 1 ad 1. et 2-2 q. 9. 1 ad 3. et q. 19 9 ad 4. et q. 81. 2 ad 1.

15. Omnia septem dona præsupponunt tres virtutes theologicas, sicut quasdam radices, ad quas pertinent, sicut et earum derivationes. 1-2. q. 68. 4 ad 3. et 8 c. ad 3. et 2-2. q. 19. 9 ad 4. et q. 139. 2 ad 2.

16. Dona sunt principia virtutum intellectualium, et moralium. 2-2. q. 19. 9 ad 4.

17 Omnia septem dona sunt connexa, quia habens unum, habet omnia, et charitatem, et e converso. 1-2. q. 68. 5. o. et 2-2. q 19. 9. c et q. 139. 1 ad 2. et 3 ᵖ q. 7. 5 ad 3.

18 Dona sunt in omnibus viribus hominis, in quibus sunt virtutes 1-2. q. 68. 4. 5 7. c.

19 Donorum tria sunt in parte appetitiva, scilicet donum fortitudinis, pietatis, et timoris; reliqua vero in parte cognoscitiva. 2-2. q 8. 6. c.

20 Dona quorum unum dirigit alterum, combinantur simul. 1-2. q. 68. 7 ad 4.

21. Septem dona sunt habitus in anima. 1-2. q. 68. 3. o.

22 Septem dona sunt necessaria ad finem supernaturalem, non autem ad finem naturalem 1-2. q. 68. 2. o. et 3 ad 1 et ad 3.

23. Septem dona habent duplices actus unum in via, et alium in patria. 1-2. q. 68. 6 ad 2.

24. Omnia septem dona in patria habebunt actus suos circa ea quæ pertinent ad vitam contemplativam, non autem circa ea quæ pertinent ad vitam activam. 1-2. q. 68. 6 ad 3.

25. Omnia septem dona manent in beatis secundum essentiam, non circa idem, nec cum eodem actu. 1-2. q 68. 6. o. et 2-2 q. 8. 7 o. et q. 139. 1 ad 2 et 3. ᵖ q. 7 ad 3.

26. Dona Dei secundum diversas rationes emanant a bonitate, misericordia, liberalitate, et justitia. 1. ᵖ q. 21. 3. c. et 2-2. q. 31. 1 ad 2 et ad 3.

27. Præcipuum omnium donorum Dei fuit Filius ejus. 1-2. q. 102. 3. c.

28 Remissio peccatorum est majus donum Dei quam innocentia ex parte recipientis, sed e converso ex parte dati. Ideo pœnitens magis tenetur ad gratiarum actiones quam innocens. 1. ᵖ q 20. 4 ad 4 et 2-2. q. 106. 2. o. et 3. ᵖ q. 88. 2 ad 3. et q. 89. 2 ad. 3.

1. Dormiens quandoque syllogizat licet semper cum aliquo errore. 1. ᵖ q. 84. 8 ad 2 et 2-2. q. 154. 5 ad 2.

2. Interdum similitudinibus rerum inhæremus, sicut rebus ipsis, ut patet in dormientibus. 1. ᵖ q. 55. 5 ad 3. fin. et 2-2. q. 154. 5. c.

1. Dotes animæ sunt tres, scilicet, visio, fruitio et comprehensio. Et dotes corporis sunt quatuor, scilicet subtilitas, agilitas, claritas et impassibilitas. 1. ᵖ q. 12. 7 ad 1. et 3. ᵖ q. 45. 4 ad 3.

2. Dotes corporis procedunt ex virtute animæ glorificatæ, secundum quod anima causat quatuor in corpore, scilicet, esse substantiale, vires, formas secundarias scilicet accidentales, et motum expeditum. 3. ᵖ q. 28. 2 ad 3. et q. 45. 2. c.

3. Christus ante resurrectionem non habuit dotes corporis secundum habitum, sed tantum actus supernaturaliter, contra Ugonem de Sancto Victore. 3. q 28. 2 ad 3. et. q. 45. 1 ad 3. et 2. o. et q. 81. 3. c.

4. Aliquibus donis, quæ a theologis dotes appellantur, ornabuntur beati in paradiso. Suppl. q. 95. 1. o.

5. Beatitudo et dos realiter inter se differunt. Suppl. q. 95. 2. c.

6. Si Christo aliquomodo competat habere dotes, non ita proprie sicut aliis sanctis competit, cum tamen ea quæ dotes vocantur, excellentissime ei conveniant. Suppl. q. 95. 3. c.

7. Dotes proprie non competunt angelis, sicut et hominibus, sed metaphorice. Suppl. q. 95. 4. o.

8. Convenienter tres assignatæ sunt animæ dotes, scilicet visio quæ fidei, comprehensio quæ spei, fruitio

quæ charitati respondet. Suppl. q. 95. 5. c.

1. DUBITATIO dicitur dupliciter, scilicet, motus rationis supra utramque partem conditionis, cum formidine determinandi alteram partem ejus, et formido affectus ad aliquod terribile sustinendum. Prima non fuit in Christo, sed secunda, non secundum rationem, sed secundum sensualitatem. 3.ᵖ q. 18. 4 ad 1 et ad 2.

2. Dubitatio non potest esse in Deo, nec in angelis. 3.ᵖ q. 18. 4 ad 1.

3. Dubitatio duplex, scilicet infidelitatis, et admirationis Secunda fuit in matre Christe, non autem prima. 3.ᵖ q. 27. 4 ad 2. et q. 30. 4 ad. 2.

4. Dubia de personis debent in meliorem partem interpretari determinando, de rebus autem in partem veriorem, supponendo 2-2. q. 60. 4. o.

DUELLUM est illicitum. Et magis convenit ei ratio sortium quam judicio cum ferro candenti. Judicia tamen hujusmodi sunt prohibita, quia sunt de occultis, quæ divino judicio reservantur 2-2. q 95. 8 ad 3.

Deus quandoque abscondit dulcedinem suam a bonis, ut eam ardentius quærant 1-2. q. 112 5. c.

1. DULIA est honor et servitus debita creaturæ, sed latria est honor et servitus debita soli Deo; ideo differunt specie. 2-2 q. 103. 3 o.

2. Dulia sumitur dupliciter, scilicet communiter, ut exhibet reverentiam omni homini, ratione cujuscumque excellentiæ vel propriæ, scilicet tantum ut reverentiam exhibent servi domino Prima habet diversas species secundum diversitates excellentiæ, ut pietatem, observantiam et hujusmodi non autem secunda, sed est species observantiæ, quæ est ad omnes dignitate excellentes. 2-2. q 103 3. c et 4 o.

1. DUO dicitur, quasi habens dualitatem non in alio, sed in ipso de quo prædicantur duo 3.ᵖ q. 17. 1 ad 6.

2. Duo aliquando pro uno accipiuntur 1.ᵖ q. 70 1. c.

3. Unum aliquando habet vim duorum. 1.ᵖ q 39 2. c. ad 4.

1. DUPLICITAS cordis est aliud ostendere, et aliud intendere. 2-2. q. 109. 2 ad 4. et q. 111. 3 ad 2.

2 Duplicitas, ut est vertibilitas animi ad diversa, est aliquid consequens ad luxuriam, sicut et inconstantia. 2-2. q. 53. 6 ad 2.

1. DURATIO Protentio durationis videtur attendi secundum operationem magis quam secundum esse, sicut et tempus est numerus motus. 1.ᵖ q 10 1 ad 2 fin.

2. Duratio pœnæ respondet culpæ ex parte maculæ, et non ex parte actus. 1-2 q. 87. 4 ad 3.

3. Duratio pœnæ non respondet durationi culpæ, nec in judicio divino, nec humano. 1-2 q. 87. 3 ad 1.

4. Duratio Dei æternitas, et essentia ejus, sunt eadem res. 1.ᵖ q. 10. 2. o.

DURITIES est in sacramento Eucharistiæ sine materia 3.ᵖ q 77. 7 ad 2.

E.

EADEM eidem sunt eadem inter se, tunc solum quando in tertio sunt eadem re et ratione.—(Vide *Lexicon*).

1. EBRIETAS dicitur dupliciter, scilicet, defectus rationis, ex nimio potu vini, et actus causans eum. Secunda est peccatum, non autem prima. 2-2. q. 150. 1 o.

2. Ebrietas nescientis potentiam vini non est peccatum; scientis autem sed non credentis inebriari, est pec-

catum veniale. Aliter vero est peccatum mortale. 1-2. q. 88. 5 ad 1. et 2-2 q. 150. 1. 2. o.

3 Dans vinum prono ad ebrietatem, scienter peccat. 2-2 q. 150. 1 ad 2.

4. Ebrietas est species gulæ divisa contra commessationes. 2-2. q. 150. 1. c.

5. Ebrietas non est gravissimum peccatorum. 2-2. q. 150. 3. o.

6. Ebrietas voluntaria in sua causa non excusatur totaliter a peccato, nec totaliter excusat sequens peccatum 1-2. q 77. 7 ad 3.

7. Ebrietas sine peccato tollit totam culpam actus sequentis, sicut forte accidit de Loth, et Noe. 2-2. q. 150. 1 4. c.

8. Loth culpandus est non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit. 2-2. q 150. 4 c. fin

9. Ebrietas cum peccato diminuit culpam actus sequentis, inquantum diminuit voluntarium. 1-2. q. 76. 4 ad 2 et ad 4. et 2-2. q. 150 4 o.

10. Vitium contrarium ebrietati est peccatum, scilicet, abstinere a vino, in magnum gravamen naturæ scienter. Et caret nomine. 2-2. q. 150 1 ad 3.

11. Ebrius homicida meretur duplices maledictiones, propter duplex peccatum. Vel secundum legem Pittaci, qui id sua lege sancivit, non respiciendo ebriosi veniam, sed utilitatem contra quam ebrius peccat. 1-2. q 76 4 ad 4 et 2-2. q. 150. 4 ad 1.

1. Ecclesia dicitur dupliciter, scilicet militans, et triumphans 3.ª q. 68 9 o.

2. Corpus Ecclesiæ mysticum consistit ex hominibus, et angelis, ex viatoribus et beatis 3.ª q 8. 4 c. ad 2.

3. Una est Ecclesia omnium fidelium, novi, et veteris Testamenti. Nec synagoga fuit concubina, sed vera sponsa, et uxor Christi. 3.ª q. 8. 3 ad 3.

4. Decor ecclesiæ principaliter consistit in interioribus, ad quem etiam actus exteriores pertinent, inquantum ab interiori decore progrediuntur, vel ipsum conservant. 1-2. q. 101. 2. c ad 3.

5. Ecclesia potest condere legem in pertinentibus ad cultum Dei, et ad subjectionem infidelium, et rerum suarum. 2-2. q. 10. 10. c. et q. 66 8 ad 2.

6. Solus Christus fundavit Ecclesiam, cujus ministerium commisit Petro et successoribus ejus, in ædificationem, et non in destructionem. 2-2. q. 88 12 ad 2.

7. Nullus prohibetur ingredi ecclesiam, et audire verbum Dei usque ad missam catechumenorum. 3.ª q. 83. 4 ad 4.

8. In casu necessitatis licet vendere, aut emere terram, ubi quondam fuit Ecclesia. 2-2 q 100 4 ad 1. et ad 2. et ad 3.

1. ECCLESIASTICUS liber pertinet ad legem veterem 2-2. q 16 1. art 5.

2. Ecclesiasticus liber non computatur inter canonicas Scripturas apud Hebræos. 1.ª q. 89. 8 ad 2.

Eclipsis apparens in passione Christi fuit quintupliciter miraculosa; scilicet primo, quia secundum Dionysium et astrologos naturalis eclipsis solis, per interpositionem lunæ, nunquam accidit, nisi tempore conjunctionis solis et lunæ, quæ tunc non fuit. Secundo, quia cum circa horam sextam luna fuisset simul cum sole in medio cœli, in vesperis apparuit in suo loco, id est, in oriente opposita soli. Tertio, quia tunc luna jam pertransiverat solem, et distabat quasi per medietatem circuli, in oppositione existens. Quarto quia tunc luna miraculose ad orientе versus occidentem rediens, non pertransivit solem, ut esset eo occidentalior; sed postquam pervenit ad terminum solis, reversa est versus

orientem. Quinto, quia, secundum Chrysostomum, tribus horis tunc tenebræ remanserunt, cum eclipsis solis in momento pertranseat 3.ª q. 44 2 ad 2.

EDUCI de potentia, est fieri in actu, quod prius erant in potentia; et dependet a materia, et fit per agens naturale 1.ª q. 90. 2 ad 2.

1. EFFECTUS quilibet Dei est æqualiter a tota Trinitate. 1.ª q. 22. 1. c. et 3.ª q. 23 2. c.

2. Omnis effectus repræsentat aliqualiter causam suam. 1.ª q 45. 7. c.

3. Nullus effectus est de specie suæ causæ. 2-2. q. 110. 1. c. fin. et ad 3.

4. Omne signum corporale est effectus signati, vel procedit ab eadem causa. 2-2 q 95. 5. c.

5. Effectus positivus prior est effectu privativo, ordine formæ, sed ordine materiæ est e converso. 3.ª q. 62, 6 ad 3. et q. 70. 4. c.

6. Impossibile est quod illud quod est per accidens, sit effectus per se alicujus virtutis cœlestis vel alterius agentis naturalis. 1.ª q. 116. 1. c. et 2-2. q. 95. 5. c.

1. ÆGRITUDO non est pura privatio. Sed dicit humores inordinate dispositos. 1-2. q 82. 1 ad 1.

2. Ægritudo non est æqualiter in omnibus sicut nec causa ejus. 1-2 q. 82. 4 ad 2.

1. ELECTIO pertinet determinate ad unam potentiam, scilicet, ad voluntatem. 1.ª q. 83. 3. c.

2. Electionem rectam agit sola virtus, quæ est in parte appetitiva. 1-2. q. 58. 1 ad 2. et 4. c.

3. Electio sequitur inquisitionem in hominibus tantum. 1.ª q. 22. 1 ad 1. et q. 59. 3 ad 1. et q. 6 2 ad 1. et 3.ª q. 18. 4 ad 2. et q. 34. 2 ad 2.

4. Electio est tantum de possibili. 1-2. q. 13. 5. o.

5. Electio non est de ultimo fine sed tantum de iis quæ sunt ad finem. 1.ª q. 82 1 ad 3. et 1-2. q. 13. 3 o. et 4. 6. c. et 2-2. q. 24. 1 ad 3. et q. 33 1 ad 2. et q. 47. 1. c ad 2. et 3.ª q. 18. 4. c

6. Electio est tantum de actibus humanis, vel de alia re cum actu humano. 1-2. q. 13. 4. o et 5. c.

7. Ad bonam electionem requiruntur duo, scilicet intentio debiti finis per virtutes morales, et recta præaceptio eorum quæ sunt ad finem per prudentiam. 1-2 q. 56. 4 ad 4. et q. 57. 5. c. et q. 58. 4. c et 2-2. q. 47. 1 ad 2. et q. 54. 2. c.

8. Intentio et electio differunt, quia prima est respectu finis, secunda vero est eorum quæ sunt ad finem. 1-2. q. 13. 4. c.

9 Judicium liberi arbitrii est actus electionis. 1.ª q. 83. 3 ad 2.

10. Homo nihil eligit de necessitate, sed libere. 1.ª q. 115. 4. c et 1-2. q. 13. 6. c. et 2-2. q. 104. 1. c.

11. Homo est liberi arbitrii in eligendo, non autem in prosequendo respectu omnium. 1.ª q 83. 1 ad 4.

12 Electio convenit Christo. 3.ª q 11 3 ad 1. et q. 18. 4. o. et q. 34. 2 ad 2.

13. Electio convenit Deo, respectu creaturarum, non autem respectu sui. 3.ª q 18. 4 ad 1 et ad 2.

14. Electio Dei est etiam non entium, non autem nostra. 1.ª q. 23. 4 ad 2.

15. Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat et disponit, ut idonei sint ad illud. 3.ª q 27 4. c.

16. Dilectio Dei est prior electione, sed in creaturis est e converso. 1.ª q. 23. 4. c. ad 2.

17. Omnes prædestinati sunt electi a Deo, et dilecti. 1.ª q 23. 4. o. et q. 24. 1. c.

18. Electio Dei præcedit prædestinationem, quia prædestinatio Dei est actus voluntatis absolutæ, consequens ordinem electionis. 1.ª q. 23. 4. c. ad 2.

19. Electio ad prælationem sufficit quod nihil inveniat in se, per quod ei fiat illicitum illud officium. 2-2, q, 185. 3. c

20. In foro contentioso sufficit quod electus sit bonus. Sed in foro conscientiæ requiritur quod sit optimus, vel simpliciter, vel ad regimen. 2-2. q. 63. 2. c ad 3. et q. 185. 3. o.

21. Electus de gremio Ecclesiæ, ut in pluribus consuevit esse utilior ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam, in qua nutritus est. 2-2. q. 63 2 ad 4.

22. Prælatus non eligitur, quasi in hæreditatem, sed ut dispensator. Ideo non oportet eligi propinquior, 2-2. q. 63. 1 c. 2 ad 1.

1. In omni mixto oportet aliquod elementum prædominari. 2-2. q. 49. 6 ad 1. et q. 179. 2 ad 2.

2 Elementa subtiliora prædominantur in mixto secundum virtutem, sed grossiora secundum quantitatem. 1.ª q. 71 ad 2. et q. 91. 1. c. ad 3.

3. Formæ elementorum sunt in mixto virtute, non autem actu. 1.ª q. 76. 4 ad 4.

4. Primæ quatuor qualitates non sunt habitus elementorum. 1-2. q. 49. 4. c.

5. Diversæ opiniones de creatione et distinctione elementorum. 1.ª q. 66. 1. o.

6. Elementum in definitione sacramenti ponitur pro quocumque sensibili. 3.ª q. 84. 1 ad 1.

1. ELEEMOSYNA est opus, in quo datur aliquid indigenti, ex compassione, propter Deum. 2-2. q. 32. 1. c.

2. Omne obsequium impensum proximo propter Deum est eleemosyna. 2-2. q 32. 2. o.

3. Eleemosyna est proprie actus misericordiæ. Sed est actus charitatis ex consequenti, et mediate; latria vero imperative. 2-2. q. 32. 1. o. et 9 ad 3.

4. Eleemosyna est actus liberalitatis, inquantum aufert impedimentum ejus, scilicet superfluum amorem divitiarum. 2-2. q. 32. 1 ad 4.

5. Dare eleemosynam de superfluo, vel in extrema necessitate, est de præcepto; in aliis vero est tantum de concilio 2-2. q. 32. 5. 6. o. et q. 66. 7 c. et q. 71. 1. c. et q 87. 1. ad 4. et q. 118 4 ad 2. et q. 185. 7 ad 1.

6. Eleemosyna quæ est de concilio, est pars satisfactionis, non autem illa quæ est de præcepto, sed est præambulum ejus. 2-2. q. 32. 1 ad 4.

7. Eleemosyna non est facienda de necessariis sibi, et familiæ, et statui, nisi velit mutare statum, vel necessitas aliqua præponderet, scilicet extrema alicujus personæ, vel Ecclesiæ vel reipublicæ. 2-2. q. 32. 6. o et q. 117. 1 ad 2

8. Non est exspectanda extrema necessitas in danda eleemosyna. Nec oportet prætendere futuram, præter probabile. 2-2 q. 32. 5 ad 3.

9. Eleemosynæ non sunt recipiendæ a peccatoribus. 2-2 q, 154. 4. c. princip.

10. Ille qui dat eleemosynam quando dat ut foveatur in peccatis, vel quando dat ut aliquem inducat ad hæresim, mortaliter peccat, propter intentionem corruptam Et talis eleemosyna non est recipienda. 1-2. q. 19. 7 ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 154. 4 c. princip.

11. Quilibet tenetur dare eleemosynam, quicquid habet per simoniam. 2-2. q. 32. 7. c. ad 2. et q 62. 5 ad 2. et q. 110. 6 ad 1.

12. Quilibet etiam non habens dominium rei, potest facere eleemosynam cuicumque existenti in extrema necessitate. 1-2. q. 32. 7 ad 3. et 8 ad 1 et ad 2.

13. Filiifamilias et servi non possunt dare eleemosynas sine consensu dominorum, nisi de parvis, vel suis. 1-2. q. 52 8 ad 3.

14. Lucia poterat de consensu so-

lius matris dare eleemosynas 2-2. q. 32. 8 ad 3

15 Uxori non licet dare eleemosynas, nisi communes et modicas, sine consensu viri vel nisi moderatas viro ignorante et non prohibente, vel nisi habeat aliqua præter dotem, vel nisi lucretur 1-2. q 32. 8 ad 2.

16. Religiosis non licet dare eleemosynas sine licentia, nisi de modicis, sub ratihabitione. 2 2. q 32. 8 c. ad 1.

17. Quilibet potest sibi facere eleemosynas, non quidem dando sibi aliquid, sed exercendo in se actum corporalem, vel spiritualem. 2-2 q. 30. 1 ad 2. et q 32. 9 ad 3. et q. 106. 3 ad 1.

18. Eleemosyna, cæteris paribus, debet dari magis indigentibus, melioribus, propinquioribus. benefactoribus, et dantibus spiritualia 2-2. q. 32. 2 ad 1. et 9. o. et q. 71. 1. c. et q. 81 6 ad 2.

19. Efficacia eleemosynæ pensatur principaliter ex affectu ex parte dantis, respectu præmii essentialis, sed respectu præmii accidentalis, et ex parte recipientis, magis pensatur ex magnitudine dati, nisi affectus ejus multum excedat 2-2. q. 32. 9 ad 2.

20. Nullus moriens in peccato mortali potest liberari ab inferno, per eleemosynas suas, vel aliorum 2-2 q. 154. 2 ad 5.

21. Eleemosyna dupliciter liberat vivos a peccato mortali, scilicet, præservando et disponendo ad gratiam, sicut etiam alia bona. 2-2. q. 154. 2 ad 5.

22. Eleemosynæ corporales, secundum suam substantiam, habent effectus tantum corporales, sed ratione causæ, scilicet, charitatis et orationis, habent effectus spirituales. 2-2 q, 32. 4. o.

23 Eleemosynæ spirituales sunt simpliciter meliores quam corporales, scilicet, ratione dati, finis, et actus, sed respectu alicujus est e converso. 2-2. q. 32. 3 o. et q. 33. 1. c. et q. 188. 4 c.

24 Recompensatio temporalis non intenta non minuit meritum, vel laudem eleemosynæ, nec aliorum actuum, sicut nec humana gloria non intenta, sed intenta minuit, quia qui vult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id quod de se est bonum sub ratione mali. 1-2 q. 19. 7 ad 2. et ad 3.

25. Eleemosynæ corporales sufficienter numerantur septem, et spirituales septem. 2-2 q. 32 2. o.

26. Eleemosyna debet fieri abundanter secundum facultatem dantis, sed multis indigentibus ne quis superflue habet. 2-2. q. 32. 10 o. et q. 117. 1 ad 2.

EMBRIO prius vivit anima vegetativa, secundo sensitiva, et ultimo intellectiva, quia generatio ejus multiplex est, et discontinua. 1. ᵖ q. 67. 4. c. fin. et q. 76. 3 ad 3. et q. 77. 7. c. et q. 85. 3 ad 1. et q. 118 2 ad 2 et 2-2. q. 64. 1. c. et 3. ᵖ q 33. 2 ad 3.

EMERE regnum cœlorum dicitur improprie, id est, mereri, qui dat quod habet. 2 2 q. 100. 1 ad 3.

1. ENERGUMENUS dicitur, quasi intus laborans 3 ᵖ q 71. 2 ad 1. et ad 3.

2. Omnis baptizandus est energumenus; ideo debet exorcizari. 3 ᵖ q. 71. 2 ad 1.

Adam videbat Deum in ænigmate, id est obscure, scilicet, per effectus, non autem propter occupationem sensibilium causatam ex peccato, sicut nos. 3 ᵖ q. 94. 1 ad 3.

1. ENS dicitur dupliciter, scilicet quod significat essentiam rerum, et dividitur in decem prædicamenta, secundo quod significat conceptionem quam facit anima. 1. ᵖ q. 3. 4 ad 2. et q 48. 2 ad 2.—(Vide *Lexicon*).

2. Divisio entis quadruplex, scilicet per se, et per accidens rei et rationis, in decem prædicamenta, et per actum et potentiam 3. ᵖ q. 10. 3. c.

3. Ens dicitur dupliciter, scilicet, ens simpliciter, id est, substantia, et ens secundum quid, id est, accidens. 3.ᵖ q. 11. 5 ad 3

4. Omne ens rationis est relatio, vel negatio 1.ᵖ q 28 1. c.

5 Privationes, negationes, et non entia, sunt entia rationis tantum 1.ᵖ q. 16. 3 ad 2. et q 48. 1 ad 2. et 1-2. q 8 1 ad 3 et q 26 1 c.

6. Quod fit per accidens, non est ens proprie, neque unum. 2-2. q 95. 5. c.

7. Ens non est genus, quia non habet differentias. 1.ᵖ q 3. 5. c. ad 1.

8. Omnia univoca reducuntur ad unam principium, non quidem univocum, sed analogum, scilicet, ad ens. 1.ᵖ q. 13. 5 ad 1.

9 Ens prædicatur analogice, de substantia et accidente. 1.ᵖ q. 13. 10 ad 4. et 2-2. q. 120 2 c.

10. Ens participaliter et abjective prædicatur pluraliter de tribus personis divinis, substantive vero, singulariter tantum. 1.ᵖ q. 39. 3 ad 3

ENUNCIABILE de præsenti, præterito, et futuro, non est idem 1.ᵖ q. 14. 15 ad 3.

1. ENUNCIATIO fit a nobis tantum propter cognitionem habendam. 1.ᵖ q. 14 14 c. et 2-2 q 1 2 ad 2.

2. Omnis enunciatio affirmativa, in materia naturali, est vera, et negativa falsa. Sed in materia remota est e converso. In contingenti autem quælibet universalis est falsa, et particularis, vel indefinita est vera 1 ᵖ q 51. 1. c.

EPICYCLI et excentrici circuli probantur in astrologia rationabiliter, non autem demonstrative. 1.ᵖ q. 32. 1 ad 2.

1. EPYICHIA, id est, bona animositas, est idem quod securitas; ideo est pars potentialis fortitudinis 2-2. q 128. 1 ad 6.

2. Epyichia est virtus specialis, et pars potentialis justitiæ. 2-2. q. 80 ad 5. et q 120. o. et q. 128. 1 ad 6.

3. Epyichia est pars subjectiva justitiæ communiter dictæ, quæ per prius prædicatur de ea quam de justitia legali, quæ dirigitur secundum epyichiam, quæ est superior regula humanorum actuum. 2 2. q. 120. 2. c ad 1.

4. Epyichia est potior pars legalis justitiæ, obtemperantis legi quead verba, et quoad intentiotem legislatoris. Sed dividitur contra eam, ut attendit tantum verba. 2-2. q. 120. 2 ad 2.

5. Epyichia servat intentionem legis, in his ad quæ forma legis se non extendit. 2-2. q. 120. 1. o.

6 Epyiches non deserit justum simpliciter, sed justum lege determinatum Nec opponitur severitati, quæ sequitur veritatem legis, in quibus oportet, quia in quibus non oportet, est vitiosum. 2-2 q. 120. 1 ad 1.

1 EPISCOPATUS nomen operis est, et non honoris. 2-2. q 185. 1 ad 1.

2. Intelligendus est in nomine episcopatus, bonum opus, id est, actio plebi utilis. 2-2. q. 185. 1. 2. o.

3. Ex hoc quod Apostolus dicit, *qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, sumpserunt aliqui occasionem ambitionis episcopatus et prælationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apostolus voluit hic ostendere, quid pertinet ad episcocum. Episcopus est nomen grœcum. *Scopos* enim idem est quod intendens, et *epi*, id est, supra quasi superintendens; duo ergo consideranda sunt in episcopo, scilicet, gradus superior, et actio plebi utilis 2-2. q 185. 1 ad 1.

4. Aliqui projiciunt forte oculum ad ea quæ circumstant episcopatum, scilicet quod qui præest, honoratur, et habet potestatem; et qui propter ista desiderat episcopatum, nescit quid sit episcopus sive episcopatus,

et ideo dicit apostolus quid sit episcopus, et quid desiderat qui episcopatum desiderat, quia bonum opus desiderat, non dicit bonum desiderium habet, sed bonum opus desiderat, scilicet, utilitatem plebis. 2-2. q. 185. 1 ad 1.

1. Episcopi et presbyteri non differebant secundum nomina. 2-2. q. 184. 6 ad 1

2. Solus episcopus proprie est prælatus Ecclesiæ, et quasi sponsus ejus, accipit annulum; et solus habet plenam potestatem et jurisdictionem 2-2. q. 108. 4 ad 2.

3. Solus episcopus potest dispensare illa sacramenta, quæ ponunt suscipientem in aliquo gradu perfectionis super alios. 3. ᵖ q. 82. 3 ad 3.

4. Episcopi sunt successores apostolorum. 2-2. q. 184. 6 ad 1. et q. 185. 5. et 3. ᵖ q. 67. 2 ad 1. et 72. 11. c.

5 Episcopus dicit, *Pax vobis*, quia magis repræsentat Christum dicentem sic, quam simplex sacerdos dicens: *Dominus vobiscum*. 3. ᵖ q. 83. 5 ad 6.

6. Sicut diaconus participat illuminationem, et virtutem sacerdotis, sic et sacerdos perfectivam dispensationem episcopi. 3. ᵖ q. 82. 3 ad 3.

7 Episcopatus est ordo supra sacerdotium, respectu mystici corporis Christi, non autem respectu veri. 2-2. q. 184. 6 ad 1. et 3. ᵖ q. 67. 2 ad 2. et q. 82. 1 ad 4.

8 Episcopus potest judicare eos solum qui sunt de sua diœcesi. 2-2. q. 60. 2 c et 6. o. et q. 67. 1. b

9. Episcopus in cujus diœcesi aliquis delinquit in re non exempta, fit ei superior, ratione delicti; etiamsi sit exemptus, nisi forte delinquat in re aliqua exempta, puta in administratione bonorum alicujus monasterii exempti; sed si aliquis exemptus committat furtum, vel homicidium, vel aliquid hujusmodi, potest per ordinarium condemnari 2-2. q. 67. 1 ad 3.

10. Episcopus tenetur ingredi religionem quam vovit. 2-2. q. 189. 3 ad 1.

11. Monachus episcopus tenetur ad observantias regulares, scilicet ad continentiam, paupertatem, habitum, et alia, nisi impediant officium ejus, ut silentium, solitudo, abstinentiæ, et vigiliæ graves, in quibus potest ipse secum dispensare, sicut et prælati in religione. 2-2. q. 88 11 ad 4. et q. 185. 8. o. et 188. 8 ad 3

12 Episcopi tenentur exponere omnia sua pro honore Dei, et salute gregis sui, cum opus fuerit. 2-2. q. 184. 7 ad 1.

13. Episcopo non licet religionem ingredi, nisi propter impedimentum salutis, ex parte sui, vel aliorum, de licentia Papæ. 2-2. q. 184. 6. c. fin. et q. 185. 4. o. et q. 189. 7. c.

14. Monachus episcopus non potest esse hæres, nisi pro Ecclesia sua, nec potest testamentum condere, nec aliquid disponere post mortem, nisi de licentia Papæ. 2-2. q. 88. 11 ad 4. et q. 185. 8 ad 3.

15. Episcopus depositus, intrans religionem, potest revocari ad episcopatum, nisi sit detrusus ibi ad pœnitentiam, pro culpa ejus. 2-2. q. 185. 4 ad 2.

16. Episcopo non licet deserere corporaliter gregem suum propter persecutionem, nisi possit ei sufficienter per alium providere 2-2. q. 185. 5. o.

17. Episcopo licet habere proprium, et illud hæredibus testari. 2-2. q. 185. 6. 7. o. et q. 186. 3 ad 5.

1. Æqualitas duplex, scilicet quantitatis et proportionis; prima requiritur in justitia commutativa, secunda in distributiva et in merito, respectu præmii. 1-2. q. 114. 3. o.

2. Æqualitas duplex scilicet, æquiparantiæ, et proportionis. 1 ᵖ q. 63. 3. c et 2-2. q 163 2 c.

3. Æqualitas et quantitas duplex, scilicet, molis, et virtutis. 1. ᵖ q 42. 1 ad 1 et ad 2.

4. Omnis æqualitas virtutis includit similitudinem, non autem e converso. 1.ª q. 42. 1 ad 2.

5. Angelus et homo appetierunt æqualitatem Dei, secundum similitudinem imitationis, non autem secundum æquiparantiam naturæ. 1.ª q. 61. 4 ad 3 et q. 63. 3. o et q. 68. 4. c. fin et 2-2. q. 163. 2. o.

6. In divinis est æqualitas, et quantitas virtutis non autem molis. 1.ª q. 42. 1. o. et 3.ª q. 58. 3. o.

7. Æqualitas et similitudo in divinis est tantum secundum essentialia. 1.ª q. 35. 2 c. et q. 36. 4 ad 3. et q. 42. 4 ad 2.

8. Æqualitas et similitudo in divinis includunt relationes personales, et unitatem essentiæ, nec dicunt aliam relationem realem. 1.ª q. 28. 4 ad 4. et q. 42. 1 ad 4.

9. Quælibet persona in divinis est similis et æqualis aliis duabus personis 1.ª q. 42. o. et 3.ª q. 43. 4. c.

1. Æquinoctialis zona, secundum aliquos est temperatissima, sed probabilius, secundum Aristotelem, est inhabitabilis, propter æstum 1.ª q. 102. 2 ad 4.

2. Creatio mundi, et passio Christi, factæ sunt in æquinoctio: sed judicium generale erit in æstate, quando sol maxime exaltatur, quia perfecta illuminatio erit in secundo Christi adventu, et tunc etiam erit maxima Christi exaltatio. 3.ª q. 46. 9. a. 3 ad 3.

Æquitas est pars justitiæ, et continetur sub epyichia. 2-2 q. 80 ad 3.

Æquivalens non potest reddi Deo nec parentibus, sed sufficit reddere id quod est possibile. 1-2. q. 100. 7 ad 1. et 2-2. q 57. 1 ad 3. et q. 62. 2 ad 1. et q. 80. c. et q. 81. 5 ad 3. et q. 102 1 ad 3. et q. 106. 6 ad 1. et 3.ª q. 85. 3 ad 2.

1 Æquivocatio. Diversitas significationis causat æquivocationem, non autem diversitas suppositionis, vel prædicationis. 1.ª q. 13. 10 ad 1. et q. 29 4 ad 4.

2. Omnis æquivocatio præsupponit univocationem, non autem generatio æquivoca præsupponit generationem univocam, sed e converso. 1.ª q. 13. 5. ad 1.

Quidam equus perpendens se coiisse cum matre, præcipitans se, mortuus est. 2-2. q. 54. 9 ad 3.

1. Error circa prima principia, in speculabilibus et practicis, est gravissimus et turpissimus. 2-2. q. 154. 12. c.

2. Error de jure naturæ quam maxime matrimonium impedit. Suppl. q. 51. 1. c.

3. Matrimonium cum inter duas personas fiat, mutuam in invicem potestatem recipientes ex persona et personarum conditionis errore impediri necesse est. Suppl. q. 51. 2. o.

Erubescentia est timor de turpi fiendo, sed verecundia est timor de turpi facto. 1-2. q. 41. 4. c. et 2-2. q. 75. 1 ad 3. et q. 144. 2. c.

1. ESSE dicitur tripliciter, scilicet essentia, actus essentiæ, et esse quod significat veritatem propositionis, quod formaliter est in anima; sed est in re fundamentaliter. 1.ª q. 3. 4 ad 2.

2 Species rerum habent triplex esse, scilicet, in arte Dei, id est, in verbo, in intelligentia angeli, et in rebus. 1.ª q. 74 3 ad 2.

3. Esse ab aliquo, dicitur dupliciter, scilicet directe, quia agit, et indirecte, quia non agit quod debet. 1-2. q. 6. 3. c.

4. Omne quod non est suum esse, participat esse a causa prima, quæ est suum esse. 1.ª q. 44. 1. c. et q. 61. 1. c. et q. 75 5 ad 4. et q. 104. 1. c. fin. et 1-2 q. 3. 7. c.

5. Esse est proprius efectus Dei. 1.ª q. 8. 1. c. et q. 45. 5. o. et q. 65. 3. c. et 1-2. 66. 5 ad 4.

6. Forma non est, nec fit, nec creatur, nisi improprie. 1.ª q. 5. 5 ad 2. et q. 9. 2 ad 3. et q. 45. 4 8. o. et q. 65. 4. c. et q. 75. 6. c. et q. 90. 2. c et q 91. 2. c. et q 110 2. c. et q. 118. 1. c. et 1-2. q. 110. 2 ad 3. et 3.ª q. 35. 1. c. ad 3.

7. Omne esse est ab aliqua forma. 1.ª q. 42. 1 ad 1.

8. Ipsum esse nihil aliud adjunctum habere potest, similiter nec aliqua forma. 1.ª q. 3. 6. 7. c.

9. Primus effectus formæ est esse, secundus vero operatio. 1 ª q 42. 1 ad 1. et 1-2. q. 111. 2. c.

10. Esse est prius omni alia participatione, et omni alio nomine Dei. 1.ª q. 5. 2. o.

11. Et est nobilius. 1.ª q. 4. 1 ad 3. et 2 ad 3. et 1-2. q. 2. 5 ad 2.

12 Ab eadem forma vel essentia, est esse immediate, et operatio mediante potentia. 1.ª q. 54. 2 ad 2. et 3 ª q. 16. 1 ad 4.

13. Esse est formale, respectu omnium quæ in re sunt. 1.ª q. 8. 1. c.

14. Idem esse formæ, materiæ, et compositi. 1-2. q. 4. 5 ad 2.

15. Si aliqua forma vel natura non pertinet ad esse personale, illud esse non dicitur esse personæ simpliciter sed secundum quid. 3.ª q. 17. 2. c.

16. Esse capitatum, et esse corporeum, et esse animatum, pertinet ad personam sortis, sed ex his non fit nisi unum esse in sorte. 3.ª q. 17. 2. c.

17. Si post constitutionem personæ adveniant ei aliqua membra, non accrescit aliud esse, sed sola relatio ad hæc 3.ª q. 17. 2. c.

18. Esse est maxime intra rem, secundo forma, tertio materia. 1.ª q. 8. 1. c. et q. 105. 5. c. fin.

19. Sed esse est actus formæ, et essentiæ, et suppositi. 1.ª q. 3. 4. c.

20. Nec esse comparatur ad alia sicut recipiens ad receptum, sed e converso, quia est actualitas omnium. 1.ª q. 3. 4. c. et q. 4. 1 ad 3. et q. 5. 1. c.

21. Imo semper illud quod substernitur in rebus, est communis quam id quod informat, et restringit ipsum, sicut esse quam vivere. 1.ª q. 65. 3. c.

22. Quælibet forma substantialis dat esse simpliciter, et quælibet forma accidentalis dat esse secundum quid. 1.ª q. 76. 4. 8 c. et q. 77. 6. c.

23. Unius personæ est tantum unum esse personale, sed multa secundum quid. 3.ª q. 17. 2. c. et q. 19. 1 ad 4.

24. Quicquid est in aliquo præter essentiam ejus, oportet esse causatum, vel a principiis essentialibus, vel ab extra. 1.ª q. 3. 4. c.

25. Esse pertinet ad hypostasim, sicut ad illud quod habet esse, sed pertinet ad naturam, sicut ad illud quod aliquid habet esse. 3.ª q. 17. 2. c. ad 1.

26. Esse simpliciter est superius ad esse hominem. 3.ª q. 16 9 ad 2.

27. Impossibile est unam rem habere duplex esse substantiale. 1.ª q. 76. 3. c. et 4. b. et c. et q. 77. 2 ad 3. et 3 ª q. 17. 2. c.

28. Ad probandum aliquid esse, oportet uti pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia sequitur quæstionem an est. 1.ª q. 2. 2 ad 2.

29. In qualibet creatura differunt esse et essentia, operatio et potentia, vel virtus operativa. 1.ª q. 54. 1. 2. 3. c. et q. 77. 1. c. et q. 79. 1. c.

30 Esse cujuslibet creaturæ est determinatum ad unum secundum genus, et secundum speciem. 1.ª q. 54. 2. c.

31. Inclinatio cujuslibet creaturæ ad esse, est tantum per essentiam, non autem inclinatio ad extra. 1.ª q. 59. 2. c. ad 1.

32. Impossibile est quod esse alicujus creaturæ sit causatum ex principiis essentialibus ejus. 1.ª q. 3. 4. c.

1. Essentia est illud quod significabitur per deffinitionem. 1.ª q. 3. 3. c. et q. 29. 2 ad 3.

2. Essentia est illud, cujus actus est esse. 1.ᵖ q. 39. 2 ad 3.

3. Essentia et natura sunt idem re, et differunt ratione: quia essentia est principium essendi, sed natura est principium operationis. 1.ᵖ q. 39 2 ad 3.

4. Essentia nomine abstracto, significatur ut pars, sed in concreto significatur ut totum 3.ᵖ q. 3. 3. c.

5. In compositis, essentia significat compositum ex forma et materia in communi. 1. q. 29. 2 ad 3,

ÆSTIMATIO rationis semper corrumpitur in peccante in universali, vel in particulari, per delectationes, et alias passiones. 2-2. q. 162. 4 ad 2.

1. VIS æstimativa est potentia apprehensiva convenientis et nocivi, ideo comparatur ad appetitum sensitivum, sicut intellectus practicus ad voluntatem. 1.ᵖ q. 78. 4. c.

2. Æstimativa nullum individuum apprehendit, inquantum substat naturæ communi, sicut cogitativa in homine; sed tantum ut est principium vel terminus actionis vel passionis bruti. 1.ᵖ q. 78. 4. 5. fin

ÆTAS. Ætatis defectu matrimonium ante annos pubertatis contractum nullum est, nisi forte ætatis defectum vigor naturæ et rationis suppleverit. Suppl. q. 58. 5. c.

1. ÆTERNITAS est interminabilis vitæ, tota simul, et perfecta possesio. 1.ᵖ q. 10. 1 o

2 Æternum quandoque sumitur pro diurno. 2-2. q. 164. 2 ad 6.

3. Æternitas est mensura omnis durationis 1 ᵖ q. 10. 6. c

4. Æternitas excludit principium durationis. 1.ᵖ q. 42. 2 ad 2

5. Esse, secundum quod recedit a permanentia, et subditur transmutationi, recedit ab æternitate, et subditur tempori. 1.ᵖ q. 10. 4 ad 3. et 5. c.

6 Æternitas significatur pluraliter. 1.ᵖ q. 10. 3 ad 1.

7. Æternitas est tota simul, quia est mensura est permanentis, non autem tempus, quia est mensura motus. 1.ᵖ q. 10 4. c ad 3 et 5. c.

8. Æternitas manet eadem, et subjecto, et ratione: ideo non est idem quod nunc temporis 1.ᵖ q. 10 4 ad 2.

9. Tempus non differt ab æternitate, per habere principium et finem, nisi per accidens, vel ex parte mensurati vel in potentia. 1.ᵖ q. 10. 4. 5. c

10. Æternitas et tempus non sunt mensuræ unius generis. 1.ᵖ q. 10. 4 ad 1.

11. In tempore aliud est indivisibile, scilicet, instans; et aliud durans, scilicet, tempus; sed in æternitate estidem indivisibile, scilicet semper stans. 1.ᵖ q. 42. 2 ad 4.

12. Ævum est medium inter tempus et æternitatem, quia tempus habet prius et posterius, id est, mensurat mutabilia, non autem ævum, sed conjungitur eis, non autem æternitas. 1.ᵖ q. 10. 5. o.

13. Deus est æternitas. 1.ᵖ q. 10. 2. c. ad 3.

14. Deus est æternus. 1.ᵖ q. 10. 2. o.

15. Æternitas vere, et proprie, convenit soli Deo, sed participative convenit diversis diversimode. 1.ᵖ q. 10. 2. 3 o.

16. Nihil præter Deum fuit ab æterno. 1.ᵖ q. 10 3. o. et q. 16. 7. o. et q. 46. o. et q. 61 2. o.

17. Ab æterno non fuerunt multæ veritates, nisi in mente Dei. 1.ᵖ q. 10 3 ad 3. et q 16. 7. o.

18. Deus est supra æternitatem participatam, et ultra eam regnat; non autem supra vel ultra æternitatem suam 1.ᵖ q. 10. 2 ad 1 et ad 2.

19. Deus non est actor, nec causa suæ æternitatis, sed æternitatis participatæ, scilicet ævi. 1.ᵖ q. 10. 2. ad 1.

ETHICA. Necesse est ponere quod

in primum motum voluntatis, voluntas prodeat ex instinctu alicujus exterioris moventis, ut Aristoteles concludit in quodam capitulo Ethicæ Eudimicæ. 1-2. q. 9. 4 c. fin. et q. 80. 1. b. 3.

ETYMOLOGIA attenditur secundum illud a quo imponitur nomen; significatio vero secundum illud ad quod significandum nomen imponitur. 2-2. q. 92 1 ad 2.

ETHOS, in græco scriptum per H literam longam, significat morem, id est, inclinationem; sed scriptum per E brevem, significat morem, id est consuetudinem. 1-2. q. 58. 1. c.

EVA non fuit filia Adæ, quia non processit ab eo, modo naturæ, nec sicut a principio naturali. 1.ª q. 92. 2 ad 3.

1. EVANGELIUM divulgatum est, et prædicatum in toto orbe, non autem creditum per fidem ab omnibus. 1-2. q. 106 4 ad 4.

2 In Evangelio nihil mandatur de præceptis ceremonialibus, quia ablata sunt per impletionem rei. 1-2. q. 108. 3 ad 3.

3. In Evangelio non continentur nisi quæ pertinent ad gratiam Spiritus sancti. 1-2. q. 106 1 ad 1.

4. Doctrina evangelica est doctrina perfectionis: ideo instruit de omnibus pertinentibus ad rectitudinem vitæ 2-2. q 56. 1 ad 2.

1. EUBULIA est virtus specialis bene consiliativa. 1.ª q. 22 1 ad 1. et 1-2. q. 57. 6 o. et 2-2. q. 48 c. fin q 49. 4 ad 2. et q. 51. 1. 2. o. et q. 53. 2. c.

2 In nullo peccatore, inquantum hujusmodi, invenitur eubulia. 2-2. q. 51. 1 ad 3.

1. EUCHARISTIA est sacramentum et sacrificium. 1-2. q 101. 4 ad 2. et 3.ª q. 52. 8 ad 2. et q. 73. 1. 4 o. et q. 79 5. o. et 7. o. et q. 82. 4. c. ad 1.

2. Corpus et sanguis Christi sunt unum sacramentum formaliter et secundum finem, sed plura materialiter. 3.ª q. 73 2. o. et q 78. 6 ad 2.

3 Hoc sacramentum habet quatuor nomina, scilicet sacrificium vel hostia, communio, vel synaxis, Eucharistia, et viaticum. 3.ª q. 73. 4. o. et q. 79. 2 ad 1

4. Conveniens fuit et necessaria institutio Eucharistiæ in cœna Domini, non autem ante, nec post, quatuor rationibus, scilicet primo quia ad perfectionem nostram exigebatur, ut caput nostrum etiam realiter nobis jungeretur; secundo, quia tunc institui debuit, quando figuræ veteris legis terminandæ erant; tertio ratione repræsentationis passionis Christi; quarto ex ritu quo frequentandum est hoc sacramentum, ut ultimo traditum magis memoriæ teneretur 3.ª q. 72. 12 ad 3. et q. 73 5. o. et q. 74. 4. c. ad 1. et q 80. 8 ad 1. et q. 83 2 ad 3.

5. Necessaria fuit institutio Eucharistiæ per modum cibi 3.ª q 73. 1. 2 o. et q. 75. 5 c.

6 Eucharistia habuit multas figuras in veteri Testamento, quarum præcipuo fuit agnus paschalis. 2-2. q. 102 5 ad 2 et ad 3. 3.ª q. 73. 6. o. et q. 80. 10 ad 2.

7. Eucharistia in missa comparatur sacrificio Abel, Abrahæ, et Melchisedech. 3.ª q. 83. 4 ad 8.

8 Oblatio Melchisedech fuit expressior figura Eucharistiæ, quoad illud quod est sacramentum tantum, figuris veteris legis, sed e converso quoad illud quod est res et sacramentum 3.ª q. 61. 3 ad 3. et q. 73. 6. c.

9. Sacrificium Eucharistiæ quotidie oblatum in Ecclesia, non est aliud quam sacrificium Christi, sed commemoratio ejus. 3.ª q. 22 3 ad 2. et q. 73. 4. o. et q 83. 1. o.

10 Effusio sanguinis et aquæ ex latere Christi, est signum et causa Eucharistiæ: oblatio Melchisedech, respectn ejus quod est sacramentum tantum, manna respectu ejus quod est res tantum, et agnus paschalis respectu ejus quod est res et sacramentum, sunt tantum signa. 3.ᵖ q. 73. 6. o q. 74. 6 ad 1.

11. Agnus paschalis fuit figura Eucharistiæ, ratione passionis Christi; manna vero, ut cibus fidelium. 1-2. q 102. 5 ad 2. et 3.ᵖ q. 73. 5. 6. c. et q 80. 10 ad 2.

12. Corpus Christi mysticum est res tantum in hoc sacramento 3 ᵖ q. 73. 3. 6. c.

13. Res hujus sacramenti duplex, scilicet contenta, id est, Christus; et non contenta, scilicet corpus Christi mysticum 3.ᵖ q. 60. 3. b et q. 80. 4. c

14. Res et sacramentum Eucharistiæ est corpus Christi verum; res tantum est effectus ejus, scilicet gratia, sacramentum vero tantum est materia ejus 3.ᵖ q 73. 1 ad 3 et 6. c.

15 Res et sacramentum Eucharistiæ est in materia, sed res tantum, scilicet gratia, est in suscipiente In aliis autem sacramentis utrumque est in eo 3 ᵖ q. 73 1 ad 3.

16. Vel quia nutrimentum correspondens Eucharistiæ præcedit augmentum correspondens confirmationi ut causa, et sequitur ut conservans. 3 ᵖ q. 65. 2 ad 3.

17. Eucharistia excellit omnia sacramenta veteris ac novæ legis. 3.ᵖ q 63. 3. q

18. Eucharistia est perfectio aliorum sacramentorum 3.ᵖ q. 75 1. c.

19. Eucharistia est consummatio omnium sacramentorum. 3.ᵖ q. 63. 6 c. et q. 73. 3. c

20. Eucharistia est finis omnium sacramentorum. 3.ᵖ q. 63. 6. c. et q 65. 3. c. ad 2. et q. 72. 12 ad 3. et q 73. 1. c.

21. In hoc sacramento comprehenditur totum mysterium nostræ salutis, ideo præ cæteris sacramentis solemnius celebratur 3.ᵖ q. 83. 4. c. princip. et ad 3 et ad 6.

22. Eucharistia est signum ecclesiasticæ unitatis; ideo ex opere operato, ejus efficacia potest in alterum transire, non autem alia sacramenta. 3.ᵖ q. 67. 2. c. et q. 73. 2. b. et 4. c. et q. 79. 1. c. et q. 82. 3 ad 3. et q 83. 4 ad 3

23. Sicut in aliis sacramentis materiale elementum non est causa virtutis quæ in eo est, nec alicujus spiritualis effectus in homine, nisi mediante virtute, secundum quod ex elemento et virtute fit unum, ita species non sunt causa corporis Christi, nec alicujus spiritualis effectus, nisi mediante corpore Christi, secundum quod ex speciebus et corpore Christi fit unum sacramentum 3.ᵖ q. 73. 1 ad 2.

24 Per baptismum datur primus actus vitæ spiritualis, sed per Eucharistiam datur complementum. ejus. 3 ᵖ q. 79. 1. c. ad 2 et 6 ad 2. et q. 82 2 ad 3.

25. Eucharistia est posterior baptismo in perceptione; sed est prior in intentione. 3.ᵖ q. 73. 5 ad 4.

26. Si homo nunquam a gratia baptismi caderet, indigeret confirmatione et Eucharistia, non autem pœnitentia. 3.ᵖ q 84 5. 6. o.

27 Eucharistia continet Christum realiter: non autem alia sacramenta, sed tantum virtutem ejus 1-2. q 101. 4 ad 2. et 3. q. 63. 6. c. et q. 65. 3. o et q. 73. 1 ad 3. et 4. c. ad 3 et 5. c ad 2. et q. 75 1. o. et 2. c ad 2. et 4 c et q 76 o et q. 78. 1 c.

28. Eucharistia perficitur in consecratione materiæ, alia vero sacramenta in usu ejus 3.ᵖ q. 73 1 ad 3. et q. 74. 2 ad 3. et 7 c. et q. 78. 1. c. et q 80. 1 ad 1. et 10 ad 1. et q. 82. 4 ad 2 et 10 ad 1. fin. et q. 84. 3. c. et 4 ad 3.

29. Materia Eucharistiæ est duplex, scilicet panis et vinum. 3.ᵖ q. 74. 1 o.

30. Non habens vinum vel panem, non debet consecrare alterum tantum; tamen si faceret, consecratum esset, sed graviter peccaret. 3. ᵖ q. 74. 1 ad .

31. Panis et vinum quantacumque possunt consecrari, dummodo sint coram sacerdote. 3. ᵖ q. 74. 2. o

32. Materia Eucharistiæ non est mel, lac, carnes, nec aliquid simile sacramentis veteris legis 3. ᵖ q. 74. 1. o.

33. Circa materiam Eucharistiæ fuit triplex hæresis, scilicet Artotiritarum, panem cum caseo offerentium, Catafrigarum, et Pepucianorum, miscentium farinam cum sanguine puerorum per totum corpus, et Aquariorum, offerentium aquam tantum. 3. ᵖ q. 74 1. c.

34. Damnatur error quorumdam conficientium de aqua lotionis panni intincti vino. 3. ᵖ q. 74. 8. c.

35. Aqua debet apponi vino, sicut Christus posuit, et convertitur in vinum. 3 ᵖ q 74. 6. o

36. Appositio aquæ non est necessaria, licet non apponens peccet. 3. ᵖ q. 74. 7. o et q. 83. 6 ad 4 et ad 6.

37. Aqua debet poni in calice, et parum, non in dolio, quæ non manet, sed convertitur in vinum, non autem in aquam Christi 3. ᵖ q 74. 8. o.

38. De aqua artificiali in vino potest confici Eucharistia, sed non debet, non autem in pane. 3. ᵖ q. 74. 7 ad 3.

39. Eucharistia conficitur ex pane tritici, non autem ex pane hordei, speltæ, farris, vel alterius grani. 3. ᵖ q 74 3. o et 4. c

40. Eucharistia potest confici ex pane mixto e granis aliis, si maneat species tritici. 3. ᵖ q 74. 3 ad 3.

41. Eucharistia potest confici ex siligine generata ex grano frumenti. 3. ᵖ q. 74. 3 ad 2.

42. Ex amido, vel pasta, vel pane corrupto secundum speciem, non potest confici Eucharistia. 3. ᵖ q. 74 3 ad 4 et 4 ad 4. et 5 ad 2.

43. Eucharistia debet confici ex azymo, sicut Christus fecit, et esset grave peccatum conficere cum fermento, sicut apud Græcos in azymis 3. ᵖ q. 74. 4. o.

44 De vino vitis, et non de alio liquore, potest confici Eucharistia. 3. ᵖ q. 74. 5. o.

45 De musto potest confici Eucharistia, sed peccatum esset, nisi esset in necessitate, non autem de una, nec de agresta. 3. ᵖ q 74. 5. ad 3.

46. De aceto non potest confici Eucharistia, sed de vino acescente, licet peccatum esset. 3. ᵖ q. 74 5 ad 2.

47. Forma consecrationis corporis Christi est hæc, scilicet, *hoc est enim corpus meum;* tamen dimittens alia verba, peccat graviter. 3. ᵖ q. 60. 8. c. et q. 75. 2. c. et q. 78. 2 o. et 5. c. et q. 83 4 ad 1. et q. 84. 3. c

48 Singulæ particulæ hujus formæ convenienter ordinatur. 3. ᵖ q. 78. 2. o.

49. Enim non est de forma Eucharistiæ, sed dimittens ipsum ex negligentia, vel contemptu, peccat, quia est de consuetudine Romanæ Ecclesiæ, data a Petro apostolo. 3. ᵖ q. 60. 8 c et q 78. 2 ad 5.

50. Forma Eucharistiæ convenienter significatur, scilicet in facto esse, non autem in fieri. 3. ᵖ q. 78. 2. o.

51. Hæc verba, *et elevatis oculis* et cætera, *et manducate,* et cætera, convenienter præmittuntur formæ Eucharistiæ 3. ᵖ q. 78. 1. c. ad 4.

52. Forma consecrationis sanguinis Christi est hæc, scilicet: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi et æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* 3. ᵖ q. 78 3. o.

53. Singulæ particulæ hujus formæ convenienter positæ sunt. 3. ᵖ q. 78. 3 o

54. Formæ prædictæ non se mutuo expetat, sed utraque operatur sine altera 3. ᵖ q. 78 6 o

55. Formæ prædictæ continent

veritatem factivam rei, non præsupponentem rem significatam. 3. ᵖ q. 78 5. o.

56. In prædictis formis, et in qualibet alia forma sacramentali, est aliqua virtus instrumentalis, non quidem principalis, nec secundum esse completum, sed intentionalis. 3. ᵖ q. 78. 4 o. et 3. c.

57. Forma Eucharistiæ importat solam consecrationem materiæ, et profertur in persona Christi, sed formæ sacramentorum important usum materiæ, et proferuntur in persona ministri 3 ᵖ q. 78. 1. 4. 5. c. et q. 82. 2 ad 2 et 5. c. ad 2. et 7 ad 3 et q. 83. 1 ad 3 et q. 84. 3 c.

58. Christus eadem forma consecravit. qua et nos, quam dedit Ecclesiæ, et tantum semel protulit. 3. ᵖ q. 78 1 ad 1.

59 Substantia panis et vini non manet post consecrationem, cujus oppositum est impossibile et hæreticum 3 ᵖ q 75. 2. o. et 6. c. et q. 77 1. 5 c.

60. In conversionibus naturalibus, illud quod convertitur, corrumpitur, et illud in quod convertitur, generatur, vel augetur, vel restauratur, sed hic, Christus nullo modo mutatur. 3. ᵖ q 75. 4. o. et 6. ad 2.

61. Nec substantia panis et vini annihilatur, nec convertitur in præjacentem materiam 3. ᵖ q. 75. 3. o.

62. Sed convertitur tota in totum corpus Christi. 3 ᵖ q. 75. 4 o et 6. c. 8 c. ad 3.

63. Conversio hæc quadrupliciter differt ab aliis, quia pertingit ad materiam, non habet subjectum, convertitur totum, et in totum præexistens. 3. ᵖ q. 75. 4. 8. o.

64 Hæc conversio importat ordinem substantiarum, ideo est sicut in subjecto in utraque. 3. ᵖ q 75. 4 ad 1.

65. Hæc conversio non est formalis, sed est substantialis, ideo dicitur transsubstantiatio. 3. ᵖ q. 75. 4. o.

66. Forma substantialis panis et vini non manet post consecrationem. 3. ᵖ q. 75. 6. o. et q. 77. 1 6. c.

67. Forma substantialis panis et vini convertitur in animam Christi. 3. ᵖ q. 75 6 ad 2.

68. Quantitas panis non convertitur in quantitatem corporis Christi, sed manet sicut cætera accidentia. 3. ᵖ q. 76. 1 ad 3. et 4. c.

69. Nec quantitas vini convertitur in quantitatem sanguinis Christi, sed manet sicut cætera accidentia. 3 ᵖ q. 77 8. c

70. Si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, neque sanguini commiscetur, sicut Innocentius III dicit, in quadam decretali 3. ᵖ q. 77. 8. c. ad 1 et ad 3.

71. Quod quidem intelligendum est, quando non fit tanta permixtio vini vel liquoris extranei, quod sanguis Christi desinat esse sub toto; tunc enim dicitur undique diffundi, non quia tangat sanguinem Christi, secundum proprias ejus dimensiones, sed secundum dimensiones sacramentales, sub quibus continetur. 3. ᵖ q. 77. 8. c ad 3 et ad 4.

72 Nec est simile de aqua benedicta, cui additur aqua non benedicta, et de vino consecrato: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa substantiam aquæ, sicut facit consecratio vini 3 ᵖ q. 77. 8 ad 3. fin.

73. Hæc conversio est supernaturalis, facta sola virtute Dei. 3. ᵖ q. 75. 4 c. et 5. o et 7. c et q. 83. 4 c.

74. Hæc conversio cum creatione et mutatione naturali convenit in ordine terminorum, et non simultate, et cum prima non habet subjectum commune utrique termino, et cum secunda, quia terminus transit in terminum, secundum totum hic, secundum materiam ibi, et manet aliquid, scilicet accendentia hic, et materia ibi. 3. ᵖ q. 75. 8. c.

75. Hæc est vera, *ex pane fit corpus Christi*, et panis convertitur in

corpus Christe, vel transsubstantiatur; non autem hæc, *panis est vel fuit vel erit, vel fit, corpus Christi vel de pane fit, vel factum est corpus Christi; vel panis potest esse, vel fieri corpus Christi.* 3.ª q. 75. 8. o.

76. Hæc conversio est difficilior, et miraculosior omni mutatione naturali, et etiam creatione, ratione termini ad quem, simpliciter autem est e converso. 3.ª q. 75. 8 ad 3.

77. Hæc conversio fit in instanti. 3.ª q. 75. 3. c. et 7. o. et q. 78. 2. 5. c.

78. Hæc conversio fit tantum in ultimo instanti prolationis totius formæ, si assumuntur tria, scilicet minister debitus, debita materia, et forma, et intentio consecrantis sed singulæ, partes formæ disponunt ad hoc 3.ª q. 75. 7 ad 1 et ad 3. et q. 78. 4 ad 3. et 5 c.

79. Corpus Christi non incipit esse inhoc sacramento, per motum localem, sed per conversionem panis in ipsum, triplici ratione, scilicet, primo quia sequeretur quod desineret esse in cœlo; secundo quia omne corpus localiter motum pertransit omnia media, quod hic dici non potest; tertio quia impossibile est, quod unus motus ejusdem corporis localiter moti terminetur simul ad diversa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento simul esse incipiat. 3.ª q. 75. 2. 4. c.

80. Totus Christus est in hoc sacramento. 3.ª q. 76. 1. o. et q. 79. 1 ad 3.

81. Verum corpus Christi non esse in hoc sacramento, nisi ut in signo, est hæresis abjurata a Berengario. 3.ª q. 73. 1 ad 3. et q. 75. 1. o

82. In hoc sacramento est aliquid dupliciter, scilicet ex vi sacramenti, id est, significatum per formam, et ex naturali concomitantia, id est, realiter conjunctum Christo. 3.ª q. 76. 1. o. et 2. 3. 4. c. et q. 78. 6 ad 1. et q. 81. 4 ad 2 et ad 3.

83. Anima Christi et divinitas ejus sunt in hoc sacramento, secundo modo tantum. 3.ª q 76 1 ad 1. et 2. c. et q. 81. 4 ad 3.

84 Caro, et os, et hujusmodi, sunt sub specie vini, secundo modo tantum, et sub specie panis; primo modo, sanguis vero e converso. 3.ª q. 76 1 ad 2. et 2. c ad 3 et q 78 6 ad 1. et q. 81. 4 ad 2.

85. Quantitas tota, et al a accidentia Christi sunt in hoc sacramento, secundo modo tantum. 3.ª q 76. 1 ad 3. et 3. 4. o. et 5 ad 3. et q 81. 3 ad 3.

86. Tota quantitas Christi est indifferenter sub magna et parva quantitate specierum. 3.ª q. 76. 1 ad 3. et 3 c. et 4. o.

87. Totus Christus est sub qualibet parte utriusque speciei. 3.ª q. 76 2. 3. o. et q. 78. 6 ad 1. et q. 79. 1 ad 3. et q. 80 12. ad 3.

88. Accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, mediante substantia, nec habent immediatam habitudinem ad hoc sacramentum, nec ad corpora circumstantia, ideo non possunt immutare medium. 3.ª q 76. 7. c. et q. 81. 3. 4. c.

89. Accidentia corporis Christi intrinseca sunt in hoc sacramento; non autem accidentia per comparationem ad extra, ut ubi et situs. 3.ª q. 76. 5 ad 3. et q. 81. 3 c. et 4. c ad 1.

90 Christus est sub duplici specie Eucharistiæ, triplici ratione, scilicet ad repræsentandum passionem ejus, ut sit cibus et potus, et ad salutem corporis et animæ. 3.ª q. 76. 2 ad 3.

91. Christus in Eucharistia continetur sub aliena specie, ad vitandum horrorem, et derisionem, et propter meritum fidei 3.ª q. 75. 5. o

92. Corpus Christi est localiter in uno tantum loco, scilicet, in cœlo, sed ut in sacramento significante et continente est alibi, non tamen ubique. 3.ª q. 75. 1 ad 3. et 4. c. et q. 76. 5. o. et 6. c. ad 1. et q. 81. 1. ad 2.

93. Locus Eucharistiæ non est vacuus, nec plenus corpore Christi, sed

speciebus sacramentalibus, per naturam dimensionum, vel miraculose. 3. ᵖ q. 76. 5 ad 2.

94. Christus in sacramento non est ut in loco circumscriptive, nec deffinitive. 3. ᵖ q. 76. 6 ad 1.

95. Christus ad motum sacramenti non movetur per se, nec per accidens. 3. ᵖ q. 76. 6. o.

96. Christus dedit in sacramento discipulis corpus suum passibile. 3. ᵖ q. 81. 3. o.

97. In triduo corpus Christi si quis consecrasset, fuisset corpus sine sanguine, et e converso, et utrumque sine anima. 3. ᵖ q. 76. 1 ad 1 et 2. c. et q. 81. 4. o.

98 Si Christus in triduo fuisset in hoc sacramento, passus fuisset in eo, passione innata, non autem passione illata. 3. ᵖ q. 81. 4. o.

99. Corpus Christi in hoc sacramento non potest videri oculo corporali. 3. ᵖ q. 76. 7. o. et 8. c.

100. Quando in hoc sacramento apparet puer vel caro, est ibi vere corpus Christi, sed non videtur in specie propria 3. ᵖ q. 76. 8. o.

101. Talis apparitio quandoque est tantum ex parte videntium, et quandoque extra. 3. ᵖ q 76. 8. o

102. Quando sic apparet omnibus, non debet sumi, sed debet cum reliquis poni. 3. ᵖ q. 82. 4 ad 3.

103. Tunc sacerdos secundum aliquos debet iterum celebrare, vel secundum alios, sufficit spiritualis manducatio. 3. ᵖ q. 82. 4 ad 3.

104. Christus videt se corporaliter in sacramento, non ex sacramento; si autem oculum haberet extra sacramentum, non posset hoc, nisi miraculose. 3. ᵖ q. 76. 7 ad 2.

105. Angeli non vident corpus Christi sub sacramento, cognitione naturali; sed tantum cognitione beata, dæmones autem nullo plene. 3 ᵖ q. 76. 7. c.

106. Beati vident Christum sub sacramento, visione intellectuali plena, non autem visione corporali, nisi miraculose. 3. ᵖ q. 76. 7. c. ad 2.

107. Intellectus viatoris non potest comprehendere nec videre Christum in hoc sacramento. 3. ᵖ q. 76. 7. c.

108. Non baptizati peccant videndo Eucharistiam, non autem christiani licet sint peccatores. 3. ᵖ q. 80. 4 ad 4.

109. Soli sacerdotes possunt consecrare Eucharistiam. 3. ᵖ q. 82. 1. o.

110. Plures sacerdotes possunt eamdem hostiam consecrare. 3. ᵖ q. 82. 2. o

111. Mali sacerdotes, etiam schismatic; hæretici, excommunicati, et degradati, potsmnt consecrare, sed peccant graviter. 3. ᵖ q. 64. 9 ad 2 et ad 3. et q 82. 5. 7. 8. 9 o.

112. Recipiens Eucharistiam vel audiens missam a talibus, graviter peccat 3. ᵖ q 64. 9 ad 2 et ad 3. et q. 82. 9 o.

113. Consecrans propter malum finem, scilicet ad maleficia, vel ut irrideat, peccat, sed perficit sacramentum. 3. ᵖ q. 74. 2 ad 2

114. Dispensatio Eucharistiæ pertinet ad sacerdotem tantum 3. ᵖ q. 82. 3. o.

115. Nulli non sacerdoti licet tangere Eucharistiam, nisi in necessitate, ut si caderet. 3. ᵖ q 82. 3. c.

116. Laicus etiam peccator debet tangere Eucharistiam, in necessitate tantum, ut si caderet in terram. 3. ᵖ q. 82. 3. c.

117. Si adsint essentialia, scilicet ordo, et intentio ministri, et materia, et forma debita, erit Eucharistia, licet desint solemnitas loci, temporis, et paramentorum, tamen talis graviter peccaret, et degradandus esset 3. ᵖ q. 83. 3 ad 1.

118 De pœnitentia amittentis Eucharistiam, vel cujus negligentia brutum sumit eam, vel sanguis stillat extra vel evomentis. 3. ᵖ q 83. 6 ad 7.

119. Consecrans tenetur sumere Eucharistiam sub utraque specie, quotiescumque celebrat 3. ᵖ q. 80. 12. o. et q. 82. 4. o.

120. Si percipitur ante consecratienem, aquam tantum fuisse, effundatur, et vinum ponatur; si autem post, videtur quod a capite canonem debeat incipere; sed dimitat, et de negligentia pœniteat, secundum Innocentium, vel tantum consecret vinum, præmissa contritione de negligentia. 3. ᵖ q. 83. 6 ad 4.

121. Deficiente sacerdote post consecrationem corporis, debet suppleri per alium, non autem si ante. 3 ᵖ q. 83 6 ad 1.

122. Minister in aliis sacramentis dupliciter operatur, scilicet pronuntiando verba, et actum exteriorem exercendo, in Eucharistia vero tantum primo modo 3. ᵖ q. 78. 1. c. ad 3.

123 Non licet sacerdoti omnino cessare a consecratione Eucharistiæ, sed tenetur saltem in festis. 3. ᵖ q. 82 10. o.

124 Celebratio Eucharistiæ est immolatio Christi, quia est figura passionis ejus, cujus per hoc fimus participes et sacerdos significat Christum. 3. ᵖ q 83 1. o et 2. c ad 1 et ad 2.

125. Eucharistia dupliciter sumitur, scilicet, sacramentaliter, et spiritualiter. 3. ᵖ q. 80. 1. 2. 3. o.

126. Patres veteris Testamenti manducaverunt Christum secundo modo tantum. 3 ᵖ q 80. 1 ad 3.

127. Eucharistia vere sumitur a peccatoribus sacramentaliter tantum, nec immunditiam aliquam ex eis contrahit. 3. ᵖ q 80. 3. o. et q. 82 7 ad 1.

128. Infidelis vere sumit Eucharistiam non primo modo, nec secundo proprie. 3. ᵖ q. 80. 3 ad 2.

129. Brutum vere sumit Eucharistiam per accidens, non autem primo, nec secundo modo. 3 ᵖ q. 80. 3 ad 3.

130. Christus sumpsit corpus suum et sanguinem in Eucharistia. 3. ᵖ q. 81. 1. o. et q. 84. 7 ad 4.

131. Christus ex sumptione hujus sacramenti habuit spiritualem dulcedinem, ideo sumpsit sacramentaliter et spiritualiter, sed aliter quam cæteri. 3. ᵖ q. 81. 1 ad 3.

132. Christus dedit Eucharistiam Judæ in cœna, præter buccellam intinctam. 3. ᵖ q. 81. 2. o.

133. Sumptio Eucharistiæ non est de necessitate salutis secundum se, sed ex statuto Christi et Ecclesiæ. 3. ᵖ q. 73. 3 o. et q. 80 11. o.

134 In primitiva Ecclesia, omnes tenebantur quotidie sumere Eucharistiam, postea ter in anno, nunc autem semel 3. ᵖ q. 80. 10 ad 4.

135. Eucharistia debet quotidie sumi, nisi ex hoc quis sentiret reverentiam diminui, et fervorem non augeri. 3. ᵖ q. 80. 10. o.

136. Eucharistia non debet pluries in die sumi, nisi quando quis in una die ex aliquo casu permisso, pluries celebraret 3. ᵖ q. 80. 10 ad 5. et q 83. 2 ad 2.

137. Eucharistia sub specie vini, id est, sanguinis Christi, non datur populo, propter periculum effusionis, quia facilius una gutta sanguinis laberetur quam aliqua una particula corporis. 3. ᵖ q. 74. 1 ad 3. et q. 80. 12 c.

138. Hostia non consecrata, nunquam debet dari pro Eucharistia, et sacerdos dans eam, reus esset idololatriæ, non autem adorantes vel sumentes eam, cum hostia debeat adorari latria, sub conditione in habitu, et adorantes, vel sumentes eam æstiment probabiliter hostiam esse consecratam Fides enim credentis non fertur ad has species panis vel ad illas, sed ad hoc quod verum corpus Christi sit sub speciebus panis sensibilis, quando fuerit consecratum, unde si non sit recte consecratum, fidei non propter hoc suberit falsum. 2-2. q. 1 3 ad 4. et 3 ᵖ q 80. 6 ad 2.

139. Melius est paratis sumere Eucharistiam quam abstinere ab ea. 3. ᵖ q. 80. 10. c.

140. Pœnitentes qui abstinent ab hoc sacramento, secundum consilium sacerdotis, excusantur a transgressione præcepti, non autem manentes in peccatis. 3. ᵖ q. 80. 11 ad 3.

141. Eucharistia debet sumi tantum a jejunis totaliter, nisi in casu mortis. 2-2. q 147. 6 ad 2. et 3. ℘ q. 80. 8 o. et 9. c.

142. Omnis cibus vel potus, sumptus post mediam noctem, impedit sumptionem Eucharistiæ, non autem ante, etiamsi nec somnus, nec digestio sequatur. 3 ℘ q. 80. 5.

143. Deglutitio salivæ, vel cibi relicti inter dentes, vel eructationis, non impedit sumptionem Eucharistiæ. 3. ℘ q. 80. 8 ad 1.

144. Reliquiæ aquæ vel vini, quibus lavatur os trajectæ non in magna quantitate, et mixtæ cum saliva, non impediunt sumptionem Eucharistiæ 3 ℘ q. 80. 8 ad 4.

145. Post sumptionem Eucharistiæ requiritur modicum intervallum ante prandium. 3. ℘ q. 80. 8 ad 6.

146. Corporalis immunditia, ut lepra, fluxus sanguinis, et hujusmodi, non impedit sumptionem Eucharistiæ. 3. ℘ q. 80. 7 ad 3

147. Eucharistia debet semper haberi parata pro infirmis. 3. ℘ q. 83. 5 ad 11.

148. Pars hostiæ missa in calice nunquam debet dari infirmis, quia Christus nemini dedit panem intinctum, nisi Judæ. 3. ℘ q. 83. 5 ad 9.

149. Triplex modus manducandi corpus Christi, scilicet, sacramentalis tantum, spiritualis tantum, sacramentalis, et spiritualis simul. 3. ℘ q. 80. 1. 2. 3. o.

150. Pueris non debet dari Eucharistia, nisi cum incipiunt habere aliqualem usum rationis, ut possint concipere devotionem hujus sacramenti, scilicet in decimo, vel undecimo annis. 3. ℘ q. 80. 9 ad 3.

151. Græci dant Eucharistiam pueris recenter natis, baptizatis, propter hoc quod Dionysius dicit, baptizatis esse sacram communionem dandam, non intelligentes quod Dionysius ibi loquitur de baptismo adultorum. 3. ℘ q. 80. 9 ad 3.

152. Amentibus, post fidem et devotionem, debet dari Eucharistia, in mortis articulo, nisi sit periculum vomitus vel expuitionis. Non autem si ante amentes fuerunt, et sic a nativitate remanserunt. 3. ℘ q. 80. 9. o.

153. Dæmoniacis debet dari Eucharistia, nisi certum sit quod pro crimine torqueantur, non autem energumenis. 3. ℘ q. 80. 9 ad 2.

154. Nihil præter peccatum mortale impedit necessario sumptionem Eucharistiæ, sed tantum de congruo, ut coitus matrimonialis, nocturna pollutio, et fluxus seminis temporalis, quando sunt sine mortali, usque ad alium diem 2-2. q. 154. 5. o. et 3. ℘ q. 80 7. o.

155. Præeligendum est, esse suspectum, quam indigne sumere Eucharistiam. 3. ℘ q. 80. 6 ad 2.

456. Suspectis violenter, et publicis, debet omnino negari Eucharistia. 3. ℘ q. 80. 6 ad 3.

157. Peccatori occulto, petenti occulte Eucharistiam debet negari. Si vero publice petat, debet dari. Sed peccatori publico debet omnino negari. 3. ℘ q. 80. 6. o. et q. 81. 2. c. ad 2.

158. Sumens Eucharistiam, cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter. 3. ℘ q. 79. 2 ad 2. et 3. o. q. 80. 4. o et 7. 8. c.

159. Sumens Eucharistiam in peccato mortali ignorato, facta diligenti discussione, etiam non sufficienti, non peccat. 3. ℘ q. 80. 4 ad 5.

160. Experimentum non debet sumi de peccatis cum Eucharistia. 3. ℘ q. 80. 2 ad 3.

161. Sacerdos faciens fictionem in consecrando Eucharistiam, multo gravius peccat quam indigne sumens eam. 3. ℘ q. 80. 6 ad 2.

162. Infidelis est indignior fideli ad sumendum Eucharistiam. Sed fidelis cum mortali indignius sumit. 3. ℘ q. 80. 5 ad 2.

163. Sumens Eucharistiam cum peccato spirituali, gravius peccat quam sumens cum peccato carnali. 3. ℘ q. 80. 5 ad 2.

164. Peccatum indigne sumentium Eucharistiam est minus grave peccatis commissis in Deum, et gravius peccatis contra proximum, vel contra seipsum. 3. ᵖ q. 80. 5 o.

165. Est etiam minus grave peccato occisionis Christi, et proditionis ejus. 3. ᵖ q. 80. 5 ad 1. et ad 2.

166. Et est minus grave projectione ejus in lutum. 3. ᵖ q. 80. 5 ad 3.

167. Eucharistia non imprimit characterem. 3. ᵖ q. 63. 6. c. et q. 80. 1 ad 3. et 10 ad 1.

168. Sine manducatione spirituali Eucharistiæ non potest esse salus. 3. ᵖ q 80. 11. c.

169. Eucharistia, inquantum est sacramentum, prodest tantum sumentibus; sed ut est sacrificium, prodest etiam aliis. 3. ᵖ q. 78. 3 ad 8. et q. 79. 5. c et 7. o.

170. Eucharistia est sacramentum passionis, et mortis Christi, inquantum perficit hominem in unione ad Christum passum. 3. ᵖ q. 73. 3 ad 3. et 5 ad 2.

171. Eucharistia est memoriale passionis Christi. 3. ᵖ q. 66. 9 ad 5. et q. 73. 4. 5. o. et q. 74. 1. c. et q. 76. 2 ad 2. et q. 79. 1. c.

172. Eucharistia ordinatur ad refectionem mentis. 3 ᵖ q. 73. 1. 2 c. et q. 79. 8. c.

173. Hoc sacramentum non habet suos effectus, nisi in conjunctis ei per fidem et charitatem. 3. ᵖ q. 79. 2 ad 2.

174. Eucharistia est sacramentum charitatis Christi expressivum, et charitatis nostræ factivum. 3. ᵖ q. 73. 3 ad 3. et q. 75. 1 c et q. 78. 3 ad 6. et q. 79. 1. c. et 4 c. ad 2

175. Effectus non principalis Eucharistiæ, sed consequens augmentum charitatis, est diminutio fomitis. 3. ᵖ q. 79. 6 ad 3.

176. Quicquid est effectus passionis Christi, est effectus Eucharistiæ. 3. ᵖ q. 79. 1. c. et q. 83. 1 c.

177. Per baptismum datur primus actus vitæ spiritualis, sed per Eucharistiam datur complementum ejus. 3. ᵖ q. 79. 1. 8. c. ad 2. et 6 ad 2. et q 82. 2 ad 3.

178. Eucharistia facit omnem effectum vitæ spiritualis, ad similitudinem cibi corporalis, quia sustentat, auget, reparat, et delectat. 3. ᵖ q. 79. 1. o. et 8. c. et q. 81. 1 ad 3.

179. Corpus Christi offertur pro salute corporis, et sanguis pro salute animæ, secundum similitudinem; secundum rem vero, utrumque offertur pro utroque 3. ᵖ q. 73 1. c. et q. 74. 1. o et q. 76. 2 ad 1. et q. 79. q. 1 ad 3.

180. Effectus Eucharistiæ est adeptio gloriæ non quidem statim, sed inquantum dat virtutem perveniendi ad gloriam. 3. ᵖ q. 79 2 o. et q. 80. 2 ad 1.

181. In Eucharistia confertur gratia habitualis, et excitatur fervor actualis devotionis. 3. ᵖ q. 69. 1 ad 2. et 4. 7. c.

182. Sumens Eucharistiam sacramentaliter, consequitur majorem gratiam quam prius sumendo spiritualiter tantum 3. ᵖ q. 80. 1 ad 3.

183. Eucharistia gratiam causat, auget, et excitat eam, et virtutes in actum. 3. ᵖ q. 79. 1. o. et 4. c.

184. Nullus habet gratiam ante sumptionem Eucharistiæ, nisi ex voto ad eam proprio, ut adulti, vel Ecclesiæ, ut parvuli. 3. ᵖ q. 73. 3. c. ad 1. et q. 79. 1 ad 1. et q. 80. 1 ad 3 et 11. c.

185. Eucharistia præservat a peccato dupliciter, scilicet interius reficiendo per gratiam, et exterius, repellendo omnem impugnationem dæmonum, per passionem Christi, cujus est signum. 3. ᵖ q. 79. 6. o.

186. Peccata venialia præsentia impediunt effectum Eucharistiæ quoad refectionem dulcedinis spiritualis, sed non quoad augmentum gratiæ; sed neutrum horum impediunt præterita. 3. ᵖ q. 79. 8. o.

187. Eucharistia delet peccata venialia. 3. ᵖ q. 79. 4. o. et q 87. 3. c.

188. Eucharistia delet peccata mortalia, quorum quis non habet

conscientiam, nec affectum. 3.ª q. 79 3. o.

189. Eucharistia fit ablutio scelerum, tripliciter, scilicet, ignoratorum, futurorum, vel causando contritionem. 2.ª q. 79. 3 ad 1.

190. Eucharistia delet pœnam debitam pro peccatis, non quidem totam, sed secundum mensuram peccatorum, et devotionis. 3.ª q. 79. 5. o.

191. Eucharistia liberat a purgatorio, inquantum est sacrificium satisfactorium pro peccato. 3.ª q. 52. 8 ad 2.

EUDIMICA Ethica Aristotelis. 1.ª q 82. 4 ad 3. et 1-2. q. 9. 4. c. fin. et q. 80. 1. b. 3.

EVENTUS sequens per se, vel ut in pluribus, vel præcogitatus, addit ad bonitatem, vel malitiam actus, non autem aliter. 1-2. q. 20. 5. o. et q. 73. 8. o.

EUGNOMOSYNA est idem quod epyichia, scilicet voluntaria justificatio. 2-2. q 80 ad 4 et ad 5.

EUPSYCHIA est virtus specialis, scilicet, constantia, et est pars potentialis fortitudinis. 2-2. q. 128 ad 6.

EUSEBIA est idem quod religio 2-2. q. 80 ad 4.

1. EUSTOCHIA est pars prudentiæ, bene conjectans omnia, solertia medium. 2-2. q. 48. c. et q. 49. 4. c.

2 Eustochia est tantum in operativis, solertia vero tam in his quam in speculativis, et tam in necessariis quam in contingentibus 2-2. q. 49. 4 ad 1.

3. Utraque invenit quasi subito, sed eubulia, inquirendo, et tarde. 2-2 q. 49. 4. c. ad 2. et q 51. 1 ad 3.

EUSTRATIUS episcopus græcus, et commentator Aristotelis, dicens quod epyiches, id est, virtuosus, committit adulterium cum uxore tyranni, ut possit occidere eum, et liberare patriam, non est sustinendus; pro nulla enim utilitate debet quis adulterium committere, sicut nec dicere mendacium, secundum Augustinum. 2-2. q. 64. 7 ad 4.

1. EUTYCHES. Hæresis ejus de unitate naturæ in Christo, et de impalpabilitate corporum resurgentium et Christi, damnatur in concilio Chalcedonensi. 3.ª q. 2. 2. c.

2. Eutyches in morte retractavit suam hæresim. 3.ª q. 54 3. c. fin.

EUTRAPELIA dicitur a bona versione. Et est virtus circa ludos et pars modestiæ. 1-2. q 60, 5. c et 2-2. q. 72. 2 ad 1. et q. 160. 2. c. et q 168. 2. o et q. 172. 2 ad 1.

1. ÆVUM est mensura primi mobilis secundum substantiam, et secundum esse. 1.ª q. 10. 6 ad 2

2. Ævum est tantum unum, propter primum æviternum. 1.ª q. 10. 6. o.

3. Ævum est infinitum in actu, sed negative, non autem privative. 1.ª q. 10. 5 ad 4.

4 Tantum esse attribuitur æterno, et æviterno, ratione sui, sed fuisse, vel futurum esse ratione temporis concomitantis. 1.ª q. 10. 2 ad 4. et 5 ad 3.

5. Ævum convenit diversis, secundum prius et posterius. 1.ª q. 10. 6. c.

Ex aliquando importat ordinem terminorum tantum, aliquando vero etiam identitatem subjecti. 1.ª q. 45. 1 ad 3. et 3.ª q. 75. 8. c.

EXCANDESCENTIA magis pertinere videtur ad primam speciem iræ, scilicet fel, quæ perficitur secundum velocitatem iræ, quam ad tertiam speciem, scilicet furorem. 1-2. q. 46. 8. ad 2.

1. Excæcatio et obduratio importat duo, scilicet motum animi adhærentis malo et aversi a Deo, et substractionem gratiæ. 1-2. q 79 3. c

2. Excæcatio, aggravatio et obduratio, differunt secundum diversos effectus gratiæ, scilicet in visu, auditu, et affectu. 1-2. q. 79. 3. c. fin

3. Excæcatio et obduratio quoad primum sunt peccata, sed quoad secundum sunt pœnæ. Et primum est causa secundi. Et homo fit deterior primo, non autem secundo. 1-2. q. 79. 3. o.

4. Excæcatio est effectus divinæ reprobationis. 1-2. q. 79. 4. c.

5. Excæcatio de se ordinatur ad damnationem, sed ex misericordia Dei ordinatur ad salutem, non quidem omnium, sed prædestinatorum tantum. 1-2. q 79. 4. o.

6. Malitia est causa excæcationis meritoria, sicut culpa est causa pœnæ. 1-2. q. 79 3 ad 3. et 2-2. q. 15. 1. c. ad 2.

7 Dæmon dicitur excæcare, inquantum inducit ad culpam, quæ est causa meritoria excæcationis. 1-2. q. 79. 3 ad 3.

Excedere. Quod in melioribus excedit, melius est simpliciter. 2-2. q. 188. 7. ad 1.

Excessus mentis causatur ex amore boni, et timore mali eodem modo. 2-2. q. 175. 2 ad 3.

1. Exclusio immobilitat terminum cui additur, ratione negationis implicitæ. 1.ª q 31. 3 ad 3.

2. Propositio exclusiva habet duas expositiones: primam affirmativam, et secundam negativam. Sub prima licet descendere, sub secunda vero non. 1.ª q. 31. 4. b.

3. Dictio exclusiva, addita principali agenti, non excludit instrumentum. 3.ª q. 78. 4 ad 1.

4. Dictio exclusiva non excludit partes, nec universalia, et alia quæ sunt de intellectu subjecti, nisi differant supposito. 1.ª q. 31. 4 ad 3

5. Dictio exclusiva, addita uni relativorum, excludit aliud, et omne quod est in alio supposito. 1.ª q. 31. 4 ad 3.

1. Excommunicatio. Ecclesia malos juste excommunicat, ut resipiscant; in necessitatis tamen casu est illis subveniendum, debet enim Ecclesia divinum judicium in castigationibus imitari, scilicet ad salutem, non autem ad perditionem. 2-2. q. 31. 2 ad 3.

2. Excommunicatis, et reipublicæ hostibus, sunt subtrahenda beneficia, ut arceantur a culpa, sic tamen, quod natura non deficiat, nisi secundum ordinem justitiæ. 2-2. q. 31. 2 ad 3.

3. Injiciens manus in clericum, septempliciter, non est excommunicatus, scilicet si causa disciplinæ, ut magister vel prælatus, si jocosa levitate, si invenit eum turpiter agentem cum uxore, matre, sorore, vel filia, si statim vim vi repellat, si ignoret eum esse clericum, si inveniat eum in apostasia, post trinam admonitionem et si transfert se clericus ad actum penitus sibi contrarium, ut si fiat miles, vel ad bigamiam transeat. Et octupliciter potest absolvi ab episcopo, scilicet in articulo mortis; quia tunc a qualibet excommunicatione potest quisque a quolibet sacerdote absolvi, si sit ostiarius alicujus potentis, et non ex odio vel proposito percussit, si percutiens sit mulier, si sit servus, et dominus læderetur de ejus absentia, qui non est in culpa, si regularis regularem, nisi sit enormis excessus, si sit pauper, si sit impubes vel senex, vel valetudinarius, et si habeat inimicitias capitales. 2-2. q. 64. 7. c.

4. Participare cum excommunicatis, conceditur quintupliciter, scilicet utile, lex humile, res ignorata, necesse. 2-2 q 39. 4 ad 2.

5. Excommunicatio major est separatio a communione Ecclesiæ quoad

fructum et suffragia generalia. Suppl. q. 21 1. o.

6. Cum Ecclesia in terris Dei vicem gerat, illiusque judicium Dei judicio conforme sit, rite excommunicare potest, sive peccatorem a communione Ecclesiæ, sive a suffragiis et aliis spiritualibus separet Suppl. q. 21. 3. c

7. Non potest Ecclesia etiam pro peccato mortali aliquem excommunicare, nisi contumax fuerit. Suppl q. 21. 3. o

8. Si excommunicatio injuste lata sit ex parte excommunicantis, nihilominus effectum sortitur; at si ex parte excommunicationis ita ut error ille irritam faciat sententiam, nullius est effectus. Suppl q. 21 4. o.

9. Cum quis pro falso crimine in judicio probato excommunicatur, si humiliter sustinet humilitatis meritum, recompensat excommunicationis damnum Sppl. q. 21. 4. c.

10 Soli Episcopi et majores prælati excommunicare possunt, qui habent jurisdictionem in foro judiciali Suppl. q. 22 1. o

11. Etiam non sacerdotes possunt excommunicare, modo jurisdictionem habeant in foro contentioso Suppl q. 2-2 2 c.

12. Excommunicatus vel suspensus non potest alium excommunicare. Suppl. q 22. 3 o

13 Nullus potest nisi inferiorem excommunicare cum excommunicatio sit jurisdictionis, quæ exerceri non potest, nisi in sibi subditos Suppl. q. 22 4 c.

14. Tametsi singuli alicujus communitatis excommunicari ab Ecclesia possint, nunquam tamen ipsa communitas. Suppl q 22 5 o.

15. Toties quis excommunicari potest, quoties est excommunicationis causa. Suppl q. 22. 6 c.

16. Licet fidelibus communicare excommunicato minori excommunicatione, majori vero minime, nisi ubi aliqua spiritualis commodi, vel legis vel necessitatis ratio ad hoc impulerit. Suppl q. 23. 1. o.

17. Participans cum excommunicato, excommunicatus quoque est, aliquando majori, nonnumquam minori excommunicatione. Suppl. q 23 2 c.

18. Tantum participans excommunicato in crimine vel in divinis seu in Ecclesiæ contemptum peccat mortaliter. Suppl. q 23 3. o.

19. Excommunicatum minori excommunicatione, potest quilibet sacerdos absolvere, non autem majori, sive sit a jure vel ab homine lata, sed ei qui sententiam tulit, subjicitur nisi in articulo mortis Suppl q 24. 1. o.

20. Potest quis invitus absolvi ab excommunicatione, cum sit pœna, non autem a peccato, cum sit voluntarium. Suppl q 24 2. o

21. Absolutus ab una excommunicatione, ab omnibus absolutus intelligitur, si sint ab uno judice latæ, nisi aliter fuerit expressum, non autem si sint a diversis judicibus factæ. Suppl q. 24. 3 c.

Excusatio aggravat omne peccatum. 2-2. q 13. 3 ad 3.

1. Exemplar. Semper perfectissimum est exemplar, quod imitatur minus perfectum. 3 p q. 56. 1 ad 3

2. Causa exemplaris est tantum existentium, sed causa finalis est etiam non entium. 1 p q. 5 2 ad 2.

3 Exemplata oportet conformari exemplari, secundum rationem formæ, non autem secundum modum essendi. 1. p q. 18. 4 ad 2

1 Exempla. In operationibus et passionibus humanis, in quibus experientia plurimum valet, plus movent exempla quam verba. 1-2. q. 34 1. c.

2. Aristoteles in Logica utitur exemplis, secundum opiniones aliorum. Ideo non habent auctoritatem. 1. p q 48. 1 ad 1. et q. 67. 2 ad 2. et 1-2 q. 59. 2 ad 1.

Exemptus. Peccans in re non exemp-

ta potest ab ordinario judicari. 2-2. q. 67. 1 ad 3

Exilium non erat universale in veteri lege, sed particulare, ne quis fieret idololatra. 1-2 q. 105. 2 ad 10.

Exitus in divinis est secundum solam distinctionem relationum, et secundum emanationem interiorem, et non secundum distantiam. 1.ᵖ q. 42. 5 ad 2.

1. EXORCISMUS non est sacramentum, sed est sacramentale. 3.ᵖ q. 67. 3 ad 2 et q. 71. 3 ad 2

2 Exorcismus debet præcedere baptismum. Tamen si non præcedat, debet postea fieri. 3.ᵖ q. 71 2. o. et 3 ad 3.

3. Exorcizare pertinet ad sacerdotem, et ad exorcistam. 3.ᵖ q. 71. 4. c. ad 1 et ad 2.

4 Ea quæ fiunt in exorcismo, non tantum significant, sed etiam efficiunt. 3.ᵖ q 71. 3. o

5. Quandocunque aliquid sanctificandum est ad cultum divinum, prius exorcizatur, ut liberetur a potestate diaboli. 3.ᵖ q. 83. 3 ad 3.

6. Exorcismus datur contra dæmonem, inquantum impedit homines a sacramentis. Sed baptismus datur contra eum, inquantum impedit a gloria 3.ᵖ q 71. 2 ad 2

7. Quæ fiunt in exorcismo, ordinantur contra impedimenta baptismi, cujus effectus potest impediri ante sumptionem baptismi, et post. 3.ᵖ q. 71. 3 ad 3.

8. Effectus exorcismi est debilitatio potestatis dæmonis, quia totaliter in baptismo aufertur 3.ᵖ q. 71. 3 c.

9. Effectus ejus duplex, scilicet expulsio dæmonis, et apertio sensuum ad ministeria et mandata Dei. 3.ᵖ q. 71. 3. c.

10. Sal missum in os exorcizandi, et narium, et aurium, sputi linitio, significat remotionem impedimenti dæmonis, respectu fidei docendæ. 3.ᵖ q. 71 2 c.

11. Exorcismus non confert gratiam, nec remissionem culpæ. Ideo sine baptismo exorcismus nihil valet post mortem contra Præpositivum, qui dicit, quod minores tenebras patitur 3.ᵖ q. 71. 3. o.

Exspectatio est motus spei, propter cognitionem præcedentem respectu auxilii alieni. 1-2 q. 40. 2 ad 1.

1. Experientia proprie pertinet ad sensum tantum; sed large pertinet etiam ad intellectum, ut in dæmonibus. 1.ᵖ q. 54. 5 ad 2 et q. 58. 3 ad 3.

2. Experientia in operabilibus non est potentia, et non solum causat scientiam, sed etiam habitum, qui facit operationem faciliorem, propter consuetudinem. 1-2. q 40. 5 ad 1.

3 Qui accipit gratiam, per quamdam experientiam dulcedinis novit se illam habere, quam non experietur ille qui non accipit. 1-2. q. 112. 5 c.

4. Illa quæ sunt per essentiam sui in anima cognoscuntur experimentali experientia, inquantum homo experitur per actus, principia intrinseca, sicut voluntatem percipimus volendo, et vitam ab operibus vitæ. 1-2. q. 112. 5 ad 1.

5. Verbum Abrahæ dictum, *videlicet nunc cognovi quod timeas Dominum* potest referri ad noticiam experimentalem, quæ est per exhibitionem operis. 1 2. q. 112. 5 ad 5.

6. In opere illo quod fecerat Abraham, cognoscere potuit experimentaliter, se Dei timorem habere. Vel potest hoc etiam ad revelationem referri. 1-2. q. 115 5 ad 5.

Extasis est fieri extra se, secundum cognitionem, vel secundum appetitum. 1-2. q. 28. 3. c. et 2-2. q. 175. 2 ad 1.

1. Extrema unctio cum ad peccatorum remissionem ordinetur est sa-

cramentum et non tantum sacramentale. Suppl. q. 29. 1. o.

2. Extrema unctio, quamvis per multas perficiatur actiones, unum ni hilominus sacramentum est. Suppl. q. 29. 4 c.

3. Extremæ unctionis sacramentum a Christo fuit institutum sicut et cætera sacramenta ab apostolis tamen promulgatum fuit. Suppl. q. 29. 3. o.

4. Oleum olivæ, cum sit lenitivum ac penetrativum usque ad intima ac diffusivum, conveniens est materia sacramenti extremæ unctionis, quod perfecta et lenis sanatio esse debet. Suppl. q. 29. 4. c.

5. Oleum olivæ, quod in extrema unctione assumitur pro materia, consecratum esse debet Suppl. q. 29. 5. o.

6. Materia hujus sacramenti per episcopum consecrata esse debet. Suppl. q. 29. 6. o.

7. Determinata est forma verborum hujus sacramenti sicut et aliorum. Suppl. q. 29. 7. o.

8. Forma verborum hujus sacramenti in oratione deprecativa perficitur, non autem indicativa. Suppl. q. 29. 8. o.

9. Conveniens verborum forma est ea, qua Ecclesia utitur, scilicet *Per istam sanctam*, etc Suppl. q. 29. 9. c.

10. Principalis effectus extremæ unctionis est ipsa peccatorum remissio quoad illorum reliquias et maculam seu culpam, si eam inveniat. Suppl. q. 30. 1. c.

11. Hoc sacramentum non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem. Suppl. q. 30 2 o.

12. Nullum imprimit characterem hoc sacramentum, cum per illud homo ad aliquod sacrum peragendum non ordinetur. Suppl q. 30. 3. c.

13. Non possunt laici hoc extremæ unctionis sacramentum conferre, sicut baptismum in necessitatis articulo. Suppl. q. 31. 1. o.

14. Hoc sacramentum nullatenus licet diacono conferre. Suppl. q. 31. 2. o.

15. Cum hoc sacramentum cunctis exhibeatur: non modo per episcopos, sed per simplices sacerdotes administrari potest Suppl. q. 31. 3. c.

16. Sanis non debet hoc sacramentum conferri, quod quædam spiritualis animæ curatio est. Suppl. q. 32. 1. o.

17. Non quovis morbo laborantibus est hoc sacramentum exhibendum, sed ad mortem proxime aliqua ægritudine affectis Suppl q 32. 2 c.

18. Furiosis et amentibus, quibus desit devotionis affectus, nullatenus hoc sacramentum conferri debet. Suppl. q. 32 3. o.

19. Hoc sacramentum pueris conferri non debet. Suppl q 32. 4. c.

20. Non totum corpus, sed eæ duntaxat humani corporis partes inungi oleo hujus sacramenti debent, in quibus est aliqua spiritualis infirmitatis radix. Suppl. q 32 5. o.

21. Quinque sensuum organica membra inungi præcipue debent, in quibus est aliqua cognitionis radix, in nonnullis autem propter appetitivam et motivam inunguntur renes ac pedes Suppl. q. 32. 6. o.

22. Mutilati inungi etiam in partibus illis mutilatis debent, quibus alias inungerentur. Suppl q 32. 7. c

23. Sacramentum hoc sine aliqua sui injuria iterari potest. Suppl. q. 33. 1. c.

24. Eadem infirmitate laborantibus, non secundum eumdem, sed diversum infirmitatis statum, potest extrema unctio exhiberi. Suppl. q. 33. 2. o.

Exsufflatio in exorcismo significat expulsionem dæmonis cui reditum præcludit benedictio. 3.ª q. 71. 2. c.

F.

1. FACERE et *fieri*, important habitudinem causæ et effectus, sed mutationem ex consequenti. 1. ᵖ q. 45. 2 ad 2.

2. Facere dicitur dupliciter, scilicet large omnis operatio, et proprie, operatio tantum ad extra 2-2. q. 134. 2. c. ad 1 et ad 2.

3. *Factio* est de materia exteriori; sed generatio est de substantia generantis. 1. ᵖ q. 41. 3. c

4. Non omne quod facit majus, facit minus, nisi sit ad illud ordinatum, vel nisi in majori includatur minus, vel non potest facere quod minus est, si reservetur minus vel si minus sit ad defectum 2-2. q. 189. 9 ad 3.

5. Quod homo faciat quod in se est requiritur ad meritum in habentibus usum rationis, non autem in carentibus usu rationis. 2-2. q. 33. 2 ad 1. et 8 ad 3.

Facies Christi emittebat radios 3. ᵖ q. 44. 3 sd 1.

1. FACTUM duplex, scilicet divinum et naturale. Primum præcedit potentia activa et non passiva, natura, non autem tempore, nisi sit novum; secundum vero utraque potentia præcedit, etiam tempore. 1. ᵖ q. 74. 3 ad 5.

2. Fieri et factum esse dicuntur de Deo, secundum rationem tantum, et sine mutatione Dei. 1. ᵖ q 13. 7 ad 2.

3. Factum esse, quandoque dicit novitatem prædicationis, sine mutatione facti. 1. ᵖ q. 13. 7 ad 2. et 3. ᵖ q. 16. 6. c. ad 2.

4. Prospicere facta aliorum bono animo, vel ad utilitatem propriam, ut scilicet homo ex bonis operibus proximi, provocetur ad melius, vel ad utilitatem illius, ut scilicet corrigatur si quid ab eo agitur, secundum regulam charitatis, et secundum debitum officii, est laudabile. Sed quod aliquis intendat ad considerandum vitia proximorum ad despiciendum vel detrahendum vel saltem inutiliter inquietandum, est vitiosum. 2-2 q. 33. 2 ad 3. et q. 167. 2 ad 3.

FACULTAS est potestas qua aliquid habetur ad nutum. 1. ᵖ q. 83. 2 ad 2.

1. FALLERE contingit dupliciter, scilicet occultando veritatem dicto vel facto, vel significando falsitatem. Primum licet, non autem secundum, quia etiam hostibus debent servari promissa, fœdera, et fides. 2-2. q. 40. 3. o. et q. 71. 3 ad 3.

2. Homo faciliter fallitur in judicando, in pertinentibus ad se. 2-2. q. 88. 2 ad 3

1. FALSITAS non est in sensu, sicut in cognoscente verum et falsum. 1. ᵖ q. 17 2 ad 1.

2. Falsitas et veritas sunt primo in intellectu, in rebus autem per ordinem ad intellectum solum. 1. ᵖ q. 16. 1. 2. o. et 3 ad 1. et 5. 6. 8. c. et q. 17. 1. 3. o. et 4 ad 1.

3. Falsitas non est in intellectu, respectu primorum principiorum, nec respectu quidditatis, nisi per accidens, respectu duplicis compositionis. 1. ᵖ q. 17. 3. o. et q. 57. 1 ad 2. et q. 58 5. c. et q. 85. 6. o.

4. Veritas et falsitas, ut in cognoscente, sunt tantum in intellectu componente et evidente; sed ut in re vera, sunt etiam in sensu, et in intellectu cognoscente quidditatem. 1. ᵖ q. 16. 2. o. et q. 17. 2. o. et 3. c.

5. Falsitas est in sensu respectu sensibilium communium, et respectu sensibilium per accidens, non autem respectu sensibilium propriorum, nisi per accidens. 1. ᵖ q 17. 2. o. et 3. c. et q. 57. 1 ad 2. et q. 58 5. c. et q. 85. 6. c.

6. Falsitas attribuitur phantasiæ, quia repræsentat objectum absens, tanquam præsens 1. ᵖ q. 17 2 ad 2. et q. 54 5 ad 3.

7. Res non dicuntur falsæ, respectu intellectus divini, sed respectu intellectus nostri. 1. ᵖ q. 17. 1. c. ad 3.

8. Res dicitur simpliciter vera vel falsa tantum ab intellectu, a quo dependet, ut res naturalis a divino, et artificialis a nostro. 1. ᵖ q. 16. 1. c. et q. 17. 1. o.

9. Res naturales dicuntur falsæ per accidens, et secundum quid respectu intellectus nostri dupliciter, scilicet secundum rationem significati, et secundum rationem causæ 1. ᵖ q. 17. 1. c.

10. Res dicitur vera vel falsa, ratione veræ vel falsæ æstimationis quam nata est facere de se, quoad ea quæ exterius apparent in ea. 1. ᵖ q. 17. 1. c.

11. Res secundum id quod est, dicitur vera; secundum quod non est, dicitur falsa. 1. ᵖ q. 17. 1. c. ad 1. et 4 ad 1.

12. Malum simpliciter est in rebus, non autem falsum, sed secundum quid. 1. ᵖ q. 17. 1. c. et q 48. 2 o.

13. In Deo nulla est falsitas, sed tantum veritas. 1. ᵖ q. 17. 4 ad 3. et 2-2 q. 171. 6. c.

14. Homo dicitur falsus, quia amat falsas opiniones vel locutiones, non autem quia potest mentiri. 1. ᵖ q. 17. 1 c. fin.

15. Peccata dicuntur falsitates vel mendacia Et opera virtuosa dicuntur veritas vitæ. 1. ᵖ q. 17. 2. c.

16. Falsum contrariatur vero, et fundatur in vero, sed non in suo contrario 1. ᵖ q. 17. 4. o. et 1-2. q. 64. 3 ad 3.

FALSUM testimonium prohibetur octavo præcepto Decalogi. 2-2. q. 122. 6 ad 2.

1. FAMA bona est nobis necessaria propter nos, quia est præcipuum bonum inter exteriora bona, quia facit idoneum ad officia humana, et præservat a peccatis; et propter alios, ne scandalizentur, et malum exemplum sumant ad peccandum. 2-2. q. 73. 2. 3. c.

2. Fama quadrupliciter læditur directe, scilicet imponendo falsum, adaugendo peccatum, manifestando occulta, pervertendo intentionem. Sed indirecte dupliciter læditur, scilicet negando bona alterius, vel malitiose reticendo. 2-2. q. 73. 1 ad 3.

3. Fama læditur tripliciter, scilicet juridice, false, et manifestando occulta. Secundo modo et tertio, tenetur quis ad restitutionem, non autem primo modo. 2-2. q. 62. 2 ad 2. et q. 73. 2. o.

FAMES, sitis, et desiderium in beatis, dicitur per remotionem fastidii. 1-2. q. 67. 4 ad 3.

FAMILIARITAS cum peccatoribus vitari debet ab imperfectis propter periculum, non autem a perfectis, propter fructum. 2-2. q. 25. 6 ad 5.

1. FANTASIA duplex, scilicet determinata, scilicet eadem cum imaginativa habens organum determinatum; et indeterminata, existens in qualibet parte animalis, etiam decisa. Sed Avicenna posuit quintam potentiam, scilicet phantasiam mediam inter æstimativam et imaginativam, quæ componit et dividit species imaginalis. 1. ᵖ q. 78. 4. c. fin.

2. Fantasia est thesaurus formarum per sensum acceptarum, componens et dividens eas. Et est idem quod imaginativa. 1. ᵖ q 78. 4. c. et q. 84. 6 ad 2.

3. Fantasia et memoria sunt passiones primi sensitivi, non quidem tanquam proprii organi; sed quia oriuntur ab anima mediante primo sensitivo. 1. ᵖ q. 78. 4 ad 3.

4. Dæmon potest immutare phantasiam hominis, et alios sensus corporeos, ut aliter videatur res quam sit. 1. ᵖ q. 111. 3 4 o. et q. 114. 4 ad 2. et 2-2 q. 10. 1 ad 3. et q. 2. 8. 5 ad 4 et ad 6.

1. PHANTASMA est similitudo individui in organo corporeo. 1.ᵖ q. 84. 7 ad 2. et q. 85. 1 ad 3

2. Aliquod phantasma per sensum nunquam acceptum potest formari in imaginatione, per operationem virium interiorum. 1.ᵖ q. 12. 9 ad 2. et q. 85. 2 ad 3. et 2-2. q. 172. 2. c

3 Intellectus noster abstrahit a phantasmatibus species intelligibiles, inquantum considerat naturas in universali, quas tamen intelligit in phantasmatibus, quia nihil potest actu intelligere, nisi convertendo se ad phantasmata 1. ᵖ q. 85. 1 ad 4. et 5 ad 2. et 3. ᵖ q. 86. 1. c.

4. Phantasmata non possunt imprimere in intellectum possibilem, virtute sua; sed virtute intellectus agentis, convertentis se supra phantasmata, resultat species intelligibilis in intellectu possibili. 1.ᵖ q. 85. 1 ad 3.

5. Phantasmata illuminantur ab intellectu agente, quia ex ejus virtute redduntur habilia ut ab eis intentiones intelligibiles abstrahantur. 1.ᵖ q. 85. 1 ad 3.

6. In potestate nostra est per virtutem intellectus agentis formare phantasmata, accommoda considerationi quam volumus, nisi forte esset impedimentum ex parte organi cujus est. 1.ᵖ q. 85. 1 ad 4.

FAS proprie est lex divina; sed jus est lex humana. 2-2 q. 57. 1 ad 3.

FASCINATIO est infectio ab oculis infectis, propter malitiam animæ, vel ex Dei permissione, vel cooperante fato occulto vel dæmone. 1.ᵖ q. 117. 3 ad 2.

FATUE dicere, vel racha, vel irasci, non sunt species iræ, sed gradus ejus. Et est peccatum mortale, quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur, sub ratione vindictæ. 1-2. q. 46. 8 ad 3. et 2-2. q. 158. 5 ad 3.

1. FATUM proprie est dispositio siderum, qua quis est conceptus vel natus. Sed improprie est providentia Dei, ideo est in rebus 1ᵖ q. 116. o.

2. Fatum dicitur a fari, quasi effatum divinæ providentiæ, vel quia antiqui solebant per illud de futuris effari. 1.ᵖ q. 116. 1. c. fin.

3. Fatum non est qualitas, nec substantia, sed est relatio multiplex, ratione effectuum, vel causarum secundarum, non autem respectu Dei 1.ᵖ q. 116. 2 ad 3.

4. Ratio gubernationis in mente Dei est providentia, sed in causis secundis est fatum. 1.ᵖ q. 116. 2. o.

5. Non omnia subduntur fato, sed tantum effectus causarum secundarum. 1.ᵖ q. 116. 1. c. et 4. o.

6. Fatum respectu causarum secundarum est mobile; sed respectu causæ primæ, est immobile, non quidem absolute; sed sub conditione providentiæ. 1.ᵖ q. 116. 3. o.

FEBRIS ethica est intensior aliis, licet calor ejus minus sentiatur, quia est infusa membris, quasi complexio. 1-2. q. 29. 3. c.

FECUNDITAS bonorum operum duplex, scilicet in se per baptismum, in aliis per Ordinem sacrum 3.ᵖ q. 69. 5 ad 3.

1. FELICITAS ultima non est in cognitione alicujus creaturæ, sed tantum in cognitione Dei. 1-2. q. 3. 7. o. et 2-2. q. 167. 1 ad 1.

2. Cum dicitur quod felicitas non est in habitu, intelligendum est de habitu, de quo non procedit actus. Qui enim est in habitu et non in actu, similis est dormienti. Oportet autem quod actus ille in quo felicitas consistit, ab habitu aliquo progrediatur, secundum sententiam Philosophi. Alias operatio non esset delectabilis et perfecta. 1-2. q. 3. 2 ad 4. fin.

3. Ultima felicitas hominis non quidem simpliciter, sed ad quam per sua naturalia potest pervenire, est

cognitio substantiarum separatarum, non quidem quidditativa, sed quid non sunt, per sensibilia. 2-2. q. 2. 8 ad 1. et q. 3. 7. o.

4. Felicitas magna, sed non ultima, est in contemplatione substantiarum separatarum, si perfecte intelligerentur. 1.ª q. 64. 1 ad 1. et q. 89. 2 ad 3.

5. Felicitas terrena consistit in quinque, scilicet voluptate, divitiis, potestate, dignitate, et fama. 1.ª q. 26. 4. c. et 1-2. q. 2. o.

1. Femina in holocaustis non offerebatur in veteri Testamento, quia est animal imperfectum. 1-2. q. 102. 3 ad 9.

2 Femina non potest esse principium generationis activum. 3.ª q. 67. 4 ad 3

3. Generatio feminæ contingit ex intentione Dei et naturæ universalis; sed respectu naturæ particularis contingit ex defectu imaginationis, vel virtutis activæ vel materiæ, vel propter aliquid exterius, scilicet venti, loci, temporis, et hujusmodi. Ideo est quid occasionatum et deficiens. 1.ª q. 92. 1 ad 1. et q. 99. 2 ad 1 et ad 2.

Feminalia significant continentiam, quæ perpetuo indicitur ministris novi Testamenti. Non autem ministris veteris Testamenti, sed tantum tempore sacrificiorum, quo utebantur eis. 1-2. q. 102. 4 ad 7.

1. Femininum genus adaptatur essentiæ et proprietatibus, masculinum personis, et neutrum essentiæ. 1.ª q. 31. 2 ad 4. et 3.ª q. 17. 1. c. et q 52. 3. c.

2. Neutrum genus est informe, sed masculinum genus est formatum et distinctum, et similiter femininum. 1.ª q. 31. 2 ad 4.

1. Fermentum significat fervorem charitatis, sicut anima puritatem. 3.ª q. 74. 4. c. ad 3. et ad 4.

2, Fermentum significat charitatem, ratione sui effectus, scilicet saporis; sed significat corruptionem peccati, ratione suæ speciei. 3.ª q. 74. 4. c. fin. et ad 3.

3. Fermentum non offerebatur in sacrificiis, propter corruptionem, vel quia forte offerebatur idolis. 1-2. q. 102. 3 ad 14.

4. Non licet in judicio probare innocentiam, vel crimen, per tactum ferri candentis. 2-2. q. 95. 8 ad 3. et 3.ª q. 80. 6 ad 3.

FERVOR voluntatis non est virtuosus, si non sit ratione ordinatus. Et ideo si aliquis ex fervore animi præoccupet debitum tempus, non erit laudandus. 2-2. q. 106. 4 ad 2.

1. Festum omne veteris Testamenti habet aliquod festum sibi succedens in novo Testamento. 1-2. q. 103. 3 ad 4.

2. Ratio et expositio et figura omnium festorum veteris Testamenti. 1-2 q. 102. 4 ad 10.

3. Festa temporalia veteris Testamenti erant octo, scilicet, sabbatum, neomenia, pascha, pentecostes, tubarum, expiationis, tabernaculorum, et cœtus. Et unum erat continuum, scilicet juge sacrificium. 1-2. q. 102. 4 ad 10.

4. Festum tubarum erat prima die Septembris, in memoriam liberationis Isaac. Et erat invitatio ad festum expiationis et figura prædicationis apostolorum, quorum festa succedunt ei. 1-2. q. 102. 4 ad 10. et q. 103. 3 ad 4.

5. Festa expiationis erat die decima Septembris, in memoriam expiationis peccati de adoratione vituli, ad preces Moysis 1-2. q. 102. 4 ad 10.

6. Festum martyrum et confessorum succedunt festo expiationis. 1-2. q. 103. 3 ad 4.

7. Festum consecrationis Ecclesiæ fit octo diebus, ad significandum resurrectionem Christi, et membrorum Ecclesiæ. 3.ª q. 83. 3 ad 4.

8. Peccans in festo magis facit mystice contra tertium præceptum, quam qui ad litteram aliquod opus corporale licitum facit in eo. 2-2. q. 122. 4 ad 3.

FEUDUM. Jus patronatus non potest per se vendi, nec dari in feudum sed cum possessione transit. 2-2. q. 100. 4 ad 3.

1. FICTIO est ostendere dicto vel facto, quod non est verum, et est speciale peccatum, si hoc intendatur. 3 ᵖ q. 69. 9 ad 3.

2. Fictio consequitur superbiam, quia appetens excellentiam, fingit se fortem, et hujusmodi. 2-2. q. 162. 7 ad 5.

3. Fictio relata ad rem significatam, ut metaphora, non est mendacium, ut patet in figurativis locutionibus. 2-2. q. 110. 3 ad 6. et q. 111. 1 ad 1. et 3. ᵖ q. 55. 4 ad 1. et q. 76. 8. c.

FIDELIS. Fidelium universitas in tres status solet distingui, scilicet in statum incipientium, proficientium, et perfectorum. 2-2. q. 224. 9. o.

1. FIDES *quid*. Fides importat assensum intellectus ex electione ad illud quod creditur. cum certitudine. 1-2. q. 56. 3. c. et 2-2. q. 1 4. c. et q. 4. 1. c. et q. 8. 6 ad 2. et q. 171 5. c.

2. Sex deffinitiones fidei exponuntur, et reducuntur ad eam, quam dat sanctus Paulus, ut ad perfectissimam. 2-2. q 4. 1. o.

3. Fides formata est virtus, non autem informis, nec fides de qua loquitur Aristoteles. 1-2. q 62. 3 ad 2. et q. 65. 4. o. et 5 ad 2 et 2-2. q. 4. 5. o.

4 Fides quæ est gratia gratis data, est excellentia, vel constantia fidei, quæ est virtus. Sed fides quæ est fructus, est delectatio, ratione certitudinis ejus. 2 2 q. 4. 5. ad 4. et q. 8. 8. o.

5. Fides est substantia, id est, fundamentum totius spiritualis ædificii. 3. ᵖ q. 73. 3 ad 3.

6 Fides dicitur sextupliciter, scilicet habitus formatus, informis actus, objectum, sacramentum, et quælibet certitudo de divinis. 1-2. q. 55. 1 ad 1. et 2-2. q. 8. 8. o.

7. Fides dicitur dupliciter, scilicet res credita, et habitus. Et hoc dupliciter, scilicet respectu objecti formalis, et respectu subjecti. Primo modo et etiam secundo, fides est una, sed tertio modo sunt plures 1-2. q 107. 1 ad 1. et 2-2. q 1 6 ad 2. et q. 4. 6. o. et q. 5. 4. c.

8. Fides est una dupliciter, scilicet ratione unius objecti, et quia multos unit. 2-2. q 4 6. et q. 5. 4. c. et q. 10. 5 ad 1. et ad 3. et q. 23. 5. b.

9. Aliquid cadit sub fide dupliciter, scilicet directe, id est principaliter tradita nobis divinitus, et indirecte, id est, ea ex quibus negatis, sequitur aliquid contrarium fidei. 3. ᵖ q. 32 4. c. et 2-2. q. 1. 6 ad 1. et 7. c. et q. 2. 5. c. et q. 8. 2. o. et 3. 6. c. et q. 11. 2. c.

10. Ad fidem requiruntur duo scilicet quod credibilia proponantur, et assensus. 1. ᵖ q. 111. 1 ad 1. et 2-2. q. 6. 1. c.

11. Aliqua pertinent ad fidem dupliciter, scilicet per se, id est ea per quæ ducimur ad beatitudinem, et beati erimus, et per accidens. 2-2. q. 1. 6 ad 1. et 7. c. et q. 2 5. 7. c. et q. 89. 6. c.

12 Deviare a recta fide, contingit dupliciter, scilicet non credendo Christo, sicut pagani; vel male eligendo credibilia, sicut hæretici. 2-2. q. 11. 1. c.

13. Objectum fidei est non visum. 1-2. q. 67. 3. c. ad 1. et 2-2. q 1. 4. o. et 5. c. et 6. c ad 2. et q. 8. 1. c. et 3. ᵖ q. 7. 3. c. ad 3 et 4. c. et 8 ad 2. et 9 ad 1. et q. 9. 3 ad 1.

14. Nihil est objectum fidei, nisi sub ratione non apparentis. 2-2. q.

1. 4. 5. o. et q. 4. 1. o. et 3.ª q. 7. 3. o.

15. Nihil cadit sub fide, nisi a Deo revelatum, et ut habens ordinem ad Deum. 1.ª q. 1. 3. c. ad 1. et 2-2. q. 1. 1. c. ad 1. et q. 2. 2. c. et q. 17. 2 ad 2.

16 Nullum falsum potest subesse fidei. 1.ª q. 1. 8. c. fin. et q. 13. 12 b. et 2-2. q. 1. 3 o. et q. 4. 5 c. ad 2. et q. 10 2 ad 3 et 3.ª q. 46 2 ad 4.

17. Idem est objectum et finis fidei, scilicet Deus, non quidem secundum eamdem rationem, quia ut veritas prima, est objectum, sed ut summa bonitas est finis ejus. 3.ª q. 7. 4. c.

18. Objectum fidei duplex, scilicet materiale et formale, scilicet veritas prima. 1-2. q. 67. 3 ad 1. et 2-2. q. 1. 1. o et 2. 3. c. et q. 2. 2. c. et q. 4. 1. c. et 2 ad 3. et 6. c. et q. 5. 1. 3. 4. c. et q. 7. 1 ad 3.

19. Objectum fidei bene et vere potest dici complexum et incomplexum. 2-2. q. 1. 2. o.

20 Ad fidem pertinent aliqua dupliciter, scilicet essentialiter, id est, quæ sunt supra rationem humanam simpliciter; et per accidens, scilicet respectu alicujus, ut præambula fidei. 1.ª q. 2. 2 ad 1. et 2-2. q. 1. 5. c. ad 3 et ad 4

21. Articuli fidei sunt sicut principia in doctrina sacra. 1.ª q. 1. 6 ad 3. et 7. 8. c. et 1-2 q. 111. 4. c. et 2-2. q. 1. 7. c.

22. Articuli fidei distinguntur secundum specialem rationem, et difficultatem non visi. 2-2. q. 1 6. o.

23. Articuli fidei sunt duodecim, secundum numerum apostolorum; sed sunt quatuordecim, quoad credibilia. 2-2. q. 1 8. o.

24. Articuli fidei creveruunt, secundum successionem temporum. et vicinitatem ad Christum, quoad explicationem, non autem quoad substantiam. 2-2. q. 1. 7. o et q. 2. 7 c. et q 174. 6. c. et 3.ª q. 61. 3 ad 2.

25. Articuli fidei sunt per se noti habenti lumen fidei, scilicet cuilibet fideli. 1-2. q. 100. 4 ad 1.

26. Ex uno articulo fidei probatur alius; sicut Paulus argumentatur ad resurrectionem communem, ex resurrectione Christi. 1.ª q. 1. 8. c. principio.

27. Errans in aliquo articulo non habet veram fidem de aliis. 2-2 q. 5. 3. o. et 4 ad 1.

28. Papa non potest addere, minuere, vel mutare aliquid de articulis fidei, vel sacramentis Ecclesiæ, sed solus Christus. 3.ª q 83. 3 ad 8. et q. 84. 2. o.

29. Fides est in intellectu subjective. 2-2. q. 4 2 o.

30. Fides est principaliter in intellectu speculativo et secundario in practico. 1-2. q. 56. 3. c. et q. 58. 3. c et 2-2. q. 4. 2 ad 3. et q. 9. 3. c.

31. Fides est major in uno homine quam in alio, quoad certitudinem, devotionem, confidentiam, et explicationem; non autem quantum ad rationem formalem objecti ejus. 2-2. q. 5. 4 o.

32 Et solum inquantum majores adhærent doctrinæ divinæ 2-2. q. 2. 6 ad 3.

33. Genus humanum tripliciter se habuit ad fidem Christi secundum tria tempora, scilicet ante legem, sub lege, et sub gratia. 2-2. q. 174. 6. c. et 3.ª q. 68. 1 ad 1.

34. Homo in statu innocentiæ habuisset fidem de incarnatione Christi. 2-2. q. 2. 7. c. et 3.ª q. 1. 3 ad 5.

35. Fides antiquorum et modernorum est eadem specie, sed differt numero in diversis. 1-2. q. 103. 4. c. et q. 107. 1 ad 2. et 2-2. q. 4. 6. o. et 3.ª q. 70. 1. c.

36. Fides non est in beatis. 1-2. q. 67. 3. 5. o. et 2-2. q. 4. 4 ad 1. et q. 16. 2. o. et q. 18 2 c. et 3.ª q. 7. 3 ad 3.

37. Fides est in dæmonibus coacta, non laudabilis, nec donum a gratia. 1.ª q. 64. 2 ad 5. et 2-2. q. 5. 2. o. et q. 18. 3 ad 2. et 3.ª q. 76. 7. c.

38. Timor Dei non potest universaliter præcedere fidem, sed suppositis articulis de excellentia Dei, de pœnis, et hujusmodi 2-2. q. 7. 1 ad 1.

39. Initium fidei non est ex nobis, licet hoc aliquando tenuerit Augustinus. 1-2. q. 114. 5 ad 1. et 2-2. q. 6. 1. c.

40. Hæresis Pelagii, quod initium fidei est ex nobis, sed confirmatio fidei est a Deo. 2-2. q. 6. 1. c.

41. Fides causatur dupliciter, scilicet quoad habitum, a solo Deo; et quoad hoc, quia requiritur ad fidem, quod proponantur credibilia ab angelis et hominibus. 1.ª q. 111. 1 ad 1.

42. Fides quoad proponenda credibilia necessario est a Deo immediate quibusdam, et aliis per angelos et prædicatores, sed quoad assensum intrinsece, est a solo Deo; extrinsece vero et insufficienter, scilicet proponendo et persuadendo, est etiam ab aliis 2-2. q. 6. 1. o.

43. Fides informis causatur a Deo, cujus est donum, quoad substantiam non autem quoad informitatem ejus. 2-2. q. 5. 2 ad 2. et q. 6. 2. o.

44. Ratio naturalis subservit fidei, sicut naturalis inclinatio voluntatis subservit charitati. 1.ª q. 1. 8 ad 2. et q. 2. 2 ad 1.

45. Fides gignitur et nutritur per scientiam extrinsece tantum, scilicet persuadendo. 1.ª q. 1. 2. b. et 2-2. q. 6. 1 ad 1.

46. Totum enim certissimum est, quod fides habet; ex quacumque enim parte ad fidem acceditur omnis intellectus captivatur in obsequium Christi, nec mirum, cum etiam veritas creata cogat intellectum sibi assentire. 2-2. q. 171. 5. o.

47. Fides est necessaria, ut principium spiritualis vitæ. 2-2 q. 16. 1 ad 1.

48 Vita spiritualis attribuitur fidei, sicut in qua primo manifestatur. 1-2. q. 110. 3 ad 1.

49. Fides semper manet, inquantum est fundamentum spiritualis ædificii, id est, ratione cognitionis, non autem ratione ænigmatis. 1-2. q. 67. 3 ad 2.

50. Puritas cordis est effectus fidei 2-2 q. 7. 2. o.

51. Visio beata succedit fidei. 1.ª q. 12 7 ad 1 et 1-2 q 4 3 c et 2-2. q. 4 2. b. et q 5 1. c.

52. Fides ut facit æstimationem de præmio, generat spem: de pœnis autem, generat timorem. 2-2. q 7. 1 ad 2.

53. Timor servilis est effectus fidei informis; timor autem filialis est effectus fidei formatæ 2-2. q 7. 1 ad 2.

54. Per fidem Christi, homo pertinet ad Testamentum novum. 1-2. q. 106 1 ad 3 et q. 107. 1 ad 3.

55. Nullus unquam habuit gratiam Spiritus sancti, nisi per fidem Christi, implicitam vel explicitam, propriam vel alienam 1-2. q. 98 2 ad 2. et q. 106. 1 ad 2. et q. 107. 1 ad 3. et 2-2 q. 2. 7 ad 3 et 3.ª q. 61. 3. c. ad 2. et q 68 1 ad 1.

56. Per fidem formatam mundamur a peccatis, virtute passionis Christi. 2-2. q. 7. 2 ad 2 et 3.ª q. 49 1 ad 5. et 5 ad 1 et q. 52. 6. c et q 68. 4 ad 3.

57. Sancti patres, dum adhuc hic viverent, liberati sunt per fidem Christi ab omni peccato, et a reatu pœnæ peccatorum actualium, non autem a reatu peccati originalis 3.ª q. 52. 5 ad 2. et 7 ad 1. et 8 ad 3.

58. Actus fidei potest esse meritorius, si sit informatus charitate 2-2. q. 2. 9. o. et 3.ª q. 7. 3 ad 2.

59. In fide, scientia et opinione, sunt duo actus, scilicet assensus, et actualis consideratio, et uterque in fide potest esse meritorius; non autem in scientia et opinione, sed tantum primus 2-2. q 2. 9 ad 2 et 10. c.

60. Meritum fidei consistit in hoc, quod homo ex obedientia Dei assentit illis quæ non videt. 3.ª q 7. 3 ad 2.

61. Fides percipit invisibilia Dei, altiori modo, quoad multa, quam ratio

naturalis, ex creaturis in Deum procedens. 1. q. 12. 2-2. q. 2. 3 ad 3.

62. Fides inclinat ad resistendum omni contrario suo 2-2. q. 1. 4 ad 3. et q. 2. 3 ad 2.

63. Fides dirigit intentionem, respectu ultimi finis supernaturalis; sed lumen naturalis rationis, respectu alicujus boni connaturalis. 2-2. q. 10. 4 ad 2.

64. Profecerunt homines in fidei cognitione per temporum sucessionem. 2-2. q. 1. 7 ad 2.

65. Explicatio credendorum fit per revelationem divinam. 2-2. q. 2. 6. c

66. In iis quæ ad subtilitatem fidei pertinent, solent hæretici fidem simplicium depravare 2-2. q. 2. 6 ad 2.

67. Ea quæ sunt fidei, non ignorantur omnino, sed imperfecte cognoscuntur. 1.ª q. 12. 13 ad 3. et 2-2. q. 1. 4 ad 2 et ad 3. et 5 ad 1.

68. Ea quæ sunt fidei sunt visa in communi esse credibilia, non autem in speciali, sed tantum sunt credita. 2-2. q. 1. 4 ad 2. et ad 3. et 5 ad 1. et q. 2. 9 ad 3. et q. 8. 4 ad 2.

69. Ad veritatem fidei pertinent, credulitas cordis, et exterior fidei protestatio per verba vel facta, quia omnia opera virtutum, ut relata in Deum, sunt quædam protestationes fidei. 2-2. q. 124. 5. c.

70. Fides nostra principaliter consistit in duobus, scilicet in vera cognitione Dei, et in mysterio incarnationis Christi. 2-2. q. 174. 6. c. principio.

71. Ea quæ sunt fidei, non contrariantur cognitioni naturali, nec e converso. 1.ª q. 1. 8. c. fin. et q. 2. 2 ad 1. et q. 30. 2. 1. o.

72. Nulla manifestatio excludit rationem fidei, nisi qua Deus per essentiam videtur. 2-2. q. 5. 1. o. et 3.ª q. 55. 5 ad 2.

73. Testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, scilicet a Judæis, et quasi in figura nobis repræsentatur quod credimus, et ideo in suis ritibus tolerantur. 2-2. q. 10. 11. c.

74. Nullus conetur demonstrare ea quæ sunt fidei. 1.ª q. 32. 1. c. et q. 9. 46. 2. c.

75. Rationes sanctorum de fide non sunt demonstrativæ, sed persuadent non esse impossibile quod creditur. 1.ª q. 1. 8. c. ad 1. et q. 32. 1. o. et q. 46. 1. 2. c et 2-2. q. 1. 5 ad 2. et q. 2. 10 ad 2 et 3.ª q. 55. 5 ad 2.

76. Rationes ad ea quæ sunt fidei, non minuunt meritum, nisi sint causa assensus. 2-2 q. 2. 10. o. et 3.ª q. 55. 5 ad 3.

77. Apparentia non habent fidem, sed agnitionem, secundum Gregorium. 2-2. q. 1. 4. b. et c.

78. Omnes rationes contra fidem sunt derisibiles, quia non sunt secundum intentionem sacræ Scripturæ. 1.ª q. 1. 8. c. fin.

79. Fides compatitur motum dubitationis, non autem scientia vel intellectus, quia fides non assentit propter evidentiam objecti, sed ex imperio voluntatis. 1.ª q. 1. 5 ad 1. et 2-2. q. 4. 8 ad 1.

80. Fides per quam firmantur dicta, includitur in veritate, quoad observantiam promissorum; ideo est pars justitiæ, sed veritas est in plus. 2-2. q. 80. ad 3.

81. Fides est nobilior scientia quoad objectum, sed e converso quad modum cognoscendi. 1-2. q. 76. 3 ad 1.

82. Fides, scientia, et opinio, possunt esse de eodem materialiter simul, non autem secundum idem, nisi in diversis. 1-2. q. 76. 3. c. et 2-2 q. 1. 5 o. et q. 2. 4 ad 2. et q. 5. 1. c. fin.

83. Differentia inter fidem, opinionem, scientiam, dubium, et nescientiam. 1 2. q. 67. 3. c. et 2-2. q 1. 4. c. et 5 ad 4. et q. 2 1. c.

84. Fides formata et informis non differunt specie. 2-2 q. 4. 4. o. et q. 19. 5 ad 1.

85. Fides formata est fundamentum spiritualis ædificii, non autem informis. 1-2. q 89. 2 ad 2. et 2-2. q. 4. ad 7 ad 4. et 3.ª q. 68. 4 ad 2.

86. Nulla est vera virtus sine fide.

1-2. q. 63. 2 ad 1 et 2-2. q. 4. 7. c. fin. et q. 151. 1 ad 3.

87. Fides informis, adveniente charitate, fit fides formata, manens eadem numero. 2-2. q. 4. 4. o.

88. Fides est nobilior virtutibus moralibus, ratione objecti; sed e converso, ratione modi. 3. ᵖ q. 7. 3 ad 1.

89. Fides est prima omnium virtutum per se; sed per accidens, est posterior fortitudine et humilitate. 1-2. q. 62 4. o et 2-2. q. 4. 7. o. et q. 162. 7 ad 3.

90. Fides est nobilior prudentia, quæ tamen magis repugnat peccato procedenti ex perversitate appetitus. 2-2. q. 47. 13. ad 2.

1. Fiducia dicitur a fide, et est spes futuri auxilii, concepta ex dictis aliorum, vel ex iis quæ sunt in se, vel in alio. 2-2. q. 129. 6 o.

2. Fiducia importat spem ad magna, vel pertinet ad fidei certitudinem. 2-2. q. 4. 5 ad 4.

3. Fiducia non est virtus proprie, sed conditio ejus: ideo est pars integralis fortitudinis, non autem potentialis. 2-2. q. 129. 6 ad 3.

4. Fiducia importat robur spei, sed securitas importat perfectam quietem a timore. 2-2. q. 129 6. c. ad 2. et ad 3. et 7. c.

5. Spes dicitur fiducia, quia causatur ex ea, sicut motus appetitus causatur ex cognitione. 1-2. q. 40. 2 ad 2.

6. Spes, ut est virtus theologica, facit confidere in Deo; sed fiducia facit confidere in se, tamen sub Deo 2-2. q. 128 ad 2.

7. Fiducia est idem quod magnanimitas. 2-2. q. 128. c.

8 Fiducia principaliter pertinet ad magnanimitatem, et ex consequenti ad fortitudinem, sed securitas e converso. 2-2. q. 129. 6. 7. o.

9. Fiducia circa idem opponitur desperationi, timori autem secundum contrarietatem objectorum. 2-2. q. 129. 6 ad 2.

1. FIERI dicitur dupliciter, scilicet terminatio motus, et ipse motus: primo modo, fieri et factum esse sunt simul, nec differunt, nisi secundum rationem; sed secundo modo differunt realiter; et fieri prius est tempore, quam factum esse in permanentibus, non autem in successivis. 1. ᵖ q. 45. 2 ad 3. et q. 46. 3 ad 2. et 3. ᵖ q. 33. 3 ad 1 et ad 2. et q 75 7 ad 2. et q. 78. 2. c.

2. Fieri in aliqua mensura loci vel temporis, contingit dupliciter, scilicet præsupposita ea, ut in quolibet particulari effectu, vel simul producta, ut mundus. 1. ᵖ q. 46. 3 ad 1.

3. De ratione mutationis est habere se aliter nunc quam prius. non autem de ratione ipsius fieri 1. ᵖ q. 45. 2 ad 2.

4. Converti dicit tantum ordinem terminorum, sed fieri et mutari addit unitatem subjecti. 3. ᵖ q. 75. 8. c.

5. Cum dicitur *hoc fit hoc*, exprimitur identitas subjecti; sed cum dicitur, *ex hoc fit hoc*, exprimitur tantum ordo terminorum. 3. ᵖ q. 75. 8. c.

6. Tunc res dicuntur fieri, quando innotescunt. 3. ᵖ q. 13. 2 ad 1

7. Illud quod fit est, si *fieri* sumatur pro termino motus, non autem pro motu. 1. ᵖ q. 45. 2 ad 3.

1. Figura est forma quanti. 1. ᵖ q. 7. 3. ad 2. et 3. c.

2. Figura proprie est tantum in corporeis. 3. ᵖ q. 63. 2 ad 1.

3. Figura nullius actionis vel passionis est principium. 2-2. q. 96. 2 ad 2.

4. Identitas specifica non sumitur ex identitate figuræ, sed ex generatione similis in specie. 3. ᵖ q. 74 3 ad 2.

5. Diversæ figuræ legales in templo fuerunt institutæ ad significandum Christum, propter imperfectionem earum. 1-2. q. 102. 4 ad 6. co. 3.

1. FILIATIO est tantum exeuntis a generante, et completi in specie generantis. 1. ᵖ q. 27. 2. 4. c. et 3. ᵖ q. 32. 3. c.

2. Paternitas, maternitas, et filiatio, conveniunt tantum viventibus, et præcipue animalibus. 3. ᵖ q 32. 3. c. et q. 35 3. ad 1.

3. Ad hoc quod natum ex alio materialiter sit filius, oportet quod in similitudinem speciei producatur. 3. ᵖ q 32 3 c

4 Filiatio et adoptio convenit tantum personæ sed creaturam esse, subjectio et servitus, conveniunt etiam naturæ. 3. ᵖ q. 23. 4 o. et q. 24. 1 ad 2. et q 35. 5. c

5. Pater dat filio tria, scilicet esse nutrimentum, et instructionem. 1-2. q. 100. 5 ad 4. et 2-2. q 101. 1. c et q. 102. 1. c. et q. 106 1. c. et 6 ad 1.

6. Filius amittit hæreditatem propter peccatum parentis, in crimine læsæ majestatis 2-2. q 108. 4 ad 2.

7. Filiatio est in divinis. 1. ᵖ q. 27. 2. o. et q 42. 4 c.

8. In divinis, non potest esse nisi unus filius. 1 ᵖ q. 27 5 ad 3. et q. 41. 6 o.

9. Eadem proprietas, scilicet nativitas, significatur per omnia nomina Filii Dei, sed diversis rationibus. 1. ᵖ q. 34. 2 ad 3.

10. Nomina propria Filii Dei sunt quatuor, scilicet Filius, Splendor, Imago, et Verbum. 1. ᵖ q. 34. 2 ad 3. et q. 42. 2 ad 1.

11. Ea quæ sunt hominis dicuntur de Filio Dei, et e converso. 1. ᵖ q. 43. 7 ad 1. et 3. ᵖ q. 3. 6 ad 3. et q. 9. 1 ad 3. et q. 10. 1 ad 3. et q. 16. 4. 5. 8 c. et q. 20. 2. o.

12. Filius Dei est verus Deus. 1. ᵖ q. 27. 1. c. fin. et q 41. 3. o. et 3. ᵖ q. 43. 4 o.

13. Filius Dei non est quid principiatum, nec effectus, nec de se non ens. 1. ᵖ q. 33. 1 ad 2. et q. 42. 3. o.

14. Filius Dei non est factus nec operatus. 1. ᵖ q. 41. 3. c

15. In Christo est tantum una filiatio secundum rem, scilicet æterna ad patrem, et alia secundum rationem, et temporalis ad matrem. 3. ᵖ q. 35. 5. o.

16. Christus ex reali relatione matris ad eum, est realiter filius ejus. 3. ᵖ q. 35. 5. c.

17. Pater est major filio, ratione dationis, quæ auctoritatem dicit non autem ratione dati, sed filius nullo modo est minor patre. 1. ᵖ q. 33. 1 ad 2. et q 42. 4 ad 1.

18. Tunc invisibiliter Filius Dei cuique mittitur, cum a quoquam cognoscitur atque percipitur secundum Augustinum; perceptio autem experimentalem quamdam notitiam significat; et hæc proprie dicitur sapientia, quasi sapida scientia. 1 ᵖ q. 43. 5 ad 2 et ad 3. et 1-2. q. 112. 5 c. et 2-2. q. 45. 1 ad 5 et ad 2.

19. Ad habendum Filium Dei in se, requiritur cognitio, non quidem actualis, sed habitualis, non quælibet, sed quæ prorumpat in affectum amoris. 1. ᵖ q. 43. 5 ad 2 et ad 3.

20. Aliquis dicitur Filius Dei quintupliciter, secundum quintuplicem similitudinem, scilicet naturæ, vestigii, imaginis, gratiæ et gloriæ. 1. ᵖ q 33. 3. c.

FINEES occidendo Zambri non peccavit, quia occidit inspiratus zelo Dei, vel quia erat filius sacerdotis. 2-2. q. 60. 6 ad 2.

Quando id fingimus quod nihil significat, tunc est mendacium, et non cum refertur ad aliquam significationem. 2-2. q. 111. 1 ad 2.

1. FINIS *Quid*. Causalitas finis est prima omnium. 1. ᵖ q. 5. 4. c. et 1-2. q. 1. 2. c.

2. Finis cujuslibet rei est operatio ejus propria, vel ad quod per eam venit. 1-2. q. 49. 3. c. ad 3 et 4 ad 1. q 56. 1. c.

3. Finis etsi sit postremus in executione, est tamen primus in intentione agentis, et sic habet rationem causæ. 1-2. q 1. 1 ad 1. et 3 ad 2. et 4. c. et q. 18. 7 ad 3. et q. 20. 1 ad 2. et q. 25. 1 ad 2. c. et q. 84. 2.

c.et 2-2. q. 189. 1 ad 5. et 3. p. q. 61. 3 ad 1. et q. 62. 6. c.

4. Omnia quæ sunt unius generis, conveniunt in communi fine illius generis. 1-2. q. 1. 5. c.

5. In finibus non itur in infinitum. 1-2. q. 1. 4. o.

6. Finis non est causa nisi secundum quod movet efficientem. 1-2. q. 1. 1 ad 1.

7. Finis dicitur dupliciter, scilicet id propter quod est aliquid, et bonum completive superveniens, ut delectatio. 1-2. q. 33. 4. c.

8. Finis duplex, scilicet proximus et remotus vel ultimos. 1-2. q. 12. 2. c. et q. 21. 1 ad 2. et 2-2. q. 23. 7. c. et q. 123. 7. c.

9. Finis duplex, scilicet naturalis et supernaturalis. 1. p. q 23. 1. c. et 1-2. q. 109. 5 ad 3.

10. Finis duplex, scilicet imaginarius et deliberatus. 1-2. q. 1. 1 ad 3.

11. Finis duplex, scilicet proportionatus, et non proportionatus ei quod est ad finem; primus est perfectio inhærens, non autem secundus, nisi secundum similitudinem; quia est aliquid subsistens, scilicet bonitas Dei. 1. p q 23. 1. c. et q 25. 5. c. fin. et q. 62 4. c et q. 63. 2 o et q. 103. 2. o.

12. Finis duplex, scilicet finis *cujus*, id est, in quo est ratio boni, et finis *quo*, id est, usus vel adeptio ejus. 1. p q 26. 3 ad 2 et 1-2. q. 1. 8. c. et q. 2. 7. c. et q. 3. 1. c. 8 ad 2. et q. 5. 2. c. et q. 11. 3 ad 3. et q. 16. 3. c. et q. 34. 3. c. fin.

13. Finis duplex, scilicet operis, et operantis. 2-2. q. 141. 6 ad 1.

14. Finis duplex, scilicet inferior ut operatio, et exterior, id est, objectum operationis. 1-2. q. 13. 4. c.

15. Finis duplex, scilicet principaliter intentus, et cui aliquid est utile; primo modo finis est nobilior iis quæ sunt ad finem, non autem secundo modo. 2-2. q. 111. 5. c ad 3.

16. Finis tripliciter acquiritur, scilicet ut forma, ut operatum, et ut possessum. 1. p q. 103. 2 ad 1. et ad 2.

17. Finis dupliciter habetur, scilicet, perfecte, id est, realiter, et imperfecte, id est, intentionaliter. 1-2. q. 11. 4. c. ad 1. et q. 16. 4. c. et q. 69. 1. c.

18. Cognitio finis duplex, scilicet perfecta, id est, sub ratione finis, et imperfecta, id est, ejus quod est finis materialiter tantum; prima convenit tantum naturæ rationali, secunda vero convenit etiam brutis. 1. p q. 59. 1. c. et 1-2. q. 6. 2. c. et q. 11. 2. c.

19. Impossibile est quod aliqua operatio voluntatis habeat rationem ultimi finis. 1. p q. 26. 2 ad 2. et 1-2 q. 1. 1 ad 2. et q. 3. 4 ad 2. et q. 19. 1 ad 2.

20. Finis ultimus creaturæ rationalis est visio divinæ essentiæ. 1-2. q. 3. 4. c. et 2-2. q. 167. 1 ad 1.

21. Ultimus finis dicitur duplici ter, scilicet ultimus simpliciter, id est, Deus; et ultimus in genere operationum, id est, beatitudo. 1-2. q. 1. 1 ad 2. fin.

22. Res naturales diriguntur a Deo ad finem boni, et creaturæ rationales ad ultimum finem. 1. p q. 103. 1. c. et 1-2. q. 5. 5 ad 2.

23. Voluntas non est ad opposita, respectu ultimi finis. 1-2. q. 5. 4 ad 2.

24. Voluntas est ipsius finis tantum. 1-2. q. 8. 2. c.

25. Idem actus voluntatis est eorum quæ sunt ad finem, et ipsius finis ut ratio, non autem absolute. 1-2. q. 8. 3. o. et q. 12. 4 c.

26. Voluntas, ut potentia, est eorum quæ sunt ad finem; sed ut actus, est tantum ipsius finis. 1-2. q. 8. 2. c.

27. Voluntas non potest simul ferri in plures ultimos fines. 1-2. q. 1. 5. o. et q 12. 2 ad 1. et q. 13. 3 ad 3.

28. Ultimus finis dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, id est, res possessa, et quoad aliquem, scilicet possessio, vel adeptio, vel fruitio rei. 1-2. q. 2. 7. c. et q. 2.

29. Impossibile est quod anima

vel aliquid ejus sit ultimus finis, nisi secundo modo. 1-2. q. 2. 7. c.

30. Quicquid facit homo, agit propter finem, etiam agendo actionem, quæ est ultimus finis. 1-2. q. 1. 1 ad 2.

31. Homo non habet ultimum finem suum in hac vita sicut alia animalia, quia finis est supra naturam ejus. 1-2. q. 5. 5 ad 2. et q. 91. 4. o. et q. 109. 5 ad 3.

32. Omnes homines habent eumdem ultimum finem formaliter, non autem materialiter. 1-2. q. 1. 5. c. et 7. o.

33. Ad connaturalem finem ultimum hominis, scilicet bene vivere totum, ordinantur, primo consilium, secundo judicium, et ultimo et immediate præceptum, sed proximus finis consilii est inventio agendorum, et judicii certitudo. 2-2. q 51. 2 ad 2.

34. Omnium rerum est unus ultimus finis *cujus*, scilicet Deus, non autem finis *quo*. 1.ª q. 103. 2. o. et 1-2. q. 1. 8. o. et q. 3. 8 ad 2.

35. Quælibet res tendit in finem ultimum per propriam operationem. 1.ª q. 62. 4. c. et 1-2. q. 21. 1 ad 3.

36. Deus est ultimus finis humanæ voluntatis. 2-2. q. 122. 2. c. et q. 184. 1. c.

37. Ultimus finis cujuslibet rei est assimilari Deo. 1.ª q. 44. 4 ad 3. et 1-2. q. 1. 8. c. et q. 2. 5 ad 3.

38. Finis spiritualis vitæ est quod homo uniatur Deo, quod fit per charitatem, et ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia quæ pertinent ad spiritualem vitam. 2-2. q. 44. 1. c.

39. Charitas est finis omnium virtutum. 2-2. q. 3. 2 ad 1. et q. 23. 8 ad 3.

40. Charitas est finis præcepti. 2-2. q. 23. 4 ad 1. et q. 44. 1. c.

41. Finis cujuslibet virtutis moralis ei præstitutus a ratione naturali, est conformari rationi 1-2. q. 66. 3 ad 3. et 2-2. q. 47. 6. 7. c.

42. Electio finis proximi est actus virtutis moralis principaliter, sed prudentiæ originaliter. 1-2. q. 56. 4 ad 4.

43. Ea quæ sunt ad finem, sunt necessaria, quando sine eis non potest haberi finis, non autem aliter. 1.ª q. 19. 3. c. et q. 82. 1. 2. c. et q. 119. 4. o. et 1-2. q. 3. 6 ad 2. et q. 10. 2 ad 3. et q. 13 6 ad 2. et q. 16. 6 ad 1. et 2-2. q. 187. 3. c.

44. Necessitas cujuslibet ordinati ad finem sumitur ex ipso fine. 1-2. princ. et q. 102. 1. c.

45. Finis est de ratione eorum quæ sunt ad finem. 1-2. princ. et q. 1. 3. c.

46. Quæ sunt ad finem, oportet sumere bonitatem et modum, a fine proximo. 1-2. q. 95. 3. c. et q. 102. 1. c. et 2-2. q. 27. 6. c. et q. 33. 2. c. et 6. c. ad 3. et q. 87. 2 ad 3. et q. 123. 7. o. et q. 141. 6. c. ad 1.

47. Quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto est melius. 2-2. q. 152. 5. c.

48. Dignitas eorum quæ sunt ad finem, præcipue ex fine consideratur. 1-2. princip. et 2-2. q. 174 2. c.

49. Finis semper excellit rem, quæ est ad finem. 2-2. q. 152. 5. c.

50. Finis et ea quæ sunt ad finem, debent esse conformia secundum proportionem, non autem secundum genus. 1-2. q. 96 1. c. et q. 102. 1. c.

51. Finis quæritur in infinitum, non autem ea quæ sunt ad finem, sed secundum proportionem ad finem. 2-2. q. 27. 6 c. et q. 184 3. c.

52. Finis comparatur ad ea quæ sunt ad finem, sicut materia ad formam. 1-2. q. 4. 4. c. et q. 5. 7. c.

53. Finis comparatur ad ea quæ sunt ad finem, sicut ratio formalis ad objectum, et sicut principia ad conclusiones. 1.ª q. 47. 1 ad 3. et q. 82. 1. 2. c. et 1-2. q. 8. 3. c. et q. 12. 4. c. ad 2 et q. 19. 7. c. ad 1. et 10. c. et q. 102. 1. 2. c. et 2-2. q. 47. 11. c.

54. In finibus est ordo, sicut in agentibus, quia utrobique secundarium dependet a principali. 1.ª q. 116. c.

55. Unumquodque ordinatur ad

finem per actum suum. 1-2. q. 21. 1 ad 3.

56. In omnibus potentiis vel artibus ordinatis, ars vel potentia quæ est circa finem, ordinat aliarum artium vel potentiarum actus, ad proprium finem. 1-2. q. 9. 1. c. et q. 65. 3 ad 1.

57. Omnis finis, et quicquid est ad finem, est actio, vel cum actione. 1-2. q. 13. 4. c.

58. Actiones ludicræ non ordinantur ad aliquem finem extrinsecum, sed ad bonum ludentis, inquantum delectant, vel requiem præstant. 1-2. q. 1. 6 ad 1.

59. Finis particularis ordinatur ad finem communem. 1-2. q. 19. 10. c. et q. 21. 2 ad 2.

60. Ordinari aliquid ad finem, contingit dupliciter, scilicet per se et per accidens. 1.ª q. 116. 1. o.

61. Aliquid ordinatur ad finem dupliciter, scilicet necessario, et ad bene esse. 3.ª q. 1. 2. c.

62. Quod est ad finem, est duplex scilicet, conjunctum ei, ut dispositio; et distans, ut motus; primum manet cum fine, non autem secundum. 1-2. q. 4. 4 ad 3.

63. Ad unum finem ordinatur tantum unum medium, si sit sufficiens. 1.ª q. 47. 1 ad 3. et q. 101. 3 ad 1. et 1-2. q. 101. 3 ad 1.

64. Ea quæ sunt ad finem, inquantum hujusmodi, non sunt volita, nisi propter finem. 1-2. q. 8. 2. c. ad et 3. c.

65. Oportet quod quælibet voluntas habeat aliquem finem, quem naturaliter velit, cujus contrarium non possit velle. 1.ª q. 82. 1. 2. o.

66. Finis moralis accidit fini naturæ, et e converso. 1-2. q. 1. 3 ad 3.

67. Qualis est quilibet naturali qualitate animæ vel corporis; vel qualitate superveniente, talis finis videtur ei. 1.ª q. 83. 1 ad 5. et 1-2. q. 9. 2. c. ad 2. et q. 10. 3. c. ad 2.

68. Voluntas respicit finem tripliciter: primo absolute, secundo ut in quo quiescit, tertio ut terminum eorum quæ ordinantur in finem; primum est velle, secundum frui, tertium est intentio. 1-2. q. 8. princ. et q. 12. 1 ad 4. et 2. c. ad 3. et 5 ad 2.

69. Voluntas ex necessitate inhæret fini. 1.ª q. 82. 1. 2. c.

70. Ad rectam voluntatem requiruntur duo, scilicet debitus finis, et quod ea quæ sunt ad finem proportionentur ei. 2-2. q. 49. 7. c. et q. 51 1 ad 1. et q. 55 3. 4. c. et q. 64. 7. c. et q. 69. 2. c

71. Homini convenit agere propter finem, quia omnes actiones humanæ sunt propter finem. 1-2. q. 1. 1. o.

72. Actiones hominis aliis intenti, non sunt proprie actiones humanæ, quia non procedunt ex deliberatione rationis, quæ est principium humanorum actuum, et ideo habent quasi finem imaginatum, non autem per rationem præstitutum. 1-2. q. 1. 1. c. ad 3.

73. Homo operatione naturali et animali ordinatur in finem ab alio; sed operatione humana, ordinatur a seipso in finem. 1-2. 1. 1. c.

74. Aliquid ordinatur in finem dupliciter, scilicet vel proprie, tanquam seipsum movens ad finem, et sic sola creatura rationalis ordinatur in finem vel communiter, tanquam motum ab alio, et sic bruta animalia ordinantur in finem. 1.ª q. 6. 1 ad 2. et 1-2. q. 1. 2. o.

75. Omnis peccans mortaliter constituit sibi neccessario alium finem quam Deum. 1-2. q. 1. 7 ad 1. et q. 89. 1 ad 3. et 2-2. q 45. 1 ad 1.

FIRMAMENTUM a Deo creatum, id est, cœlum stellatum, est suprema sphæra secundum Aristotelem, non autem secundum astrologos modernos. 1.ª q. 68. 1. 2. 3. o. et q. 71 ad 3.

FLUMINA quatuor videntur oriri ex diversis locis, quia intrant sub terra, sicut multa alia, sed primo oriuntur a mari; immediate vero, a fonte paradisi, scilicet Physon, Geon, Tygris, et Euphrates. 1.ª q. 102. 1 ad 2.

FLUXUS maris est per impressionem lunæ, non autem per aliquam formam aquæ. 1.ª q 105. 6 ad 1. et q. 110 3 ad 1. et 2-2. q 2. 3 c.

1. FOMES est inordinata, et habitualis concupiscentia appetitus sensitivi. 1-2. q. 82 3. o. et 3.ª q 15. 2 c. et q. 27 3. c.

2. Fomes ut pœna inflicta a Deo, dicitur lex, non autem ut inclinat ad malum. 1-2. q. 91 6. o. et q. 93. 3 ad 1.

3. Effectus fomitis duplex, scilicet inclinatio ad malum, et difficultas ad bonum. 3.ª q. 27. 3. c.

4. Fomes peccati non fuit in Christo. 3.ª q 15. 2. o. et 3. c. et 4. c. ad 3. et q. 18. 2 ad 3. et q. 27. 3 c. ad 1.

FONTES quinque, secundum quinque genera substantiarum, scilicet naturæ, corporis cœlestis, ignis, aeris, aquæ, et terræ. 1.ª q. 66. 2. o.

1. FORMA. Omne illud quo aliquid primo operatur, est forma ejus. 1.ª q. 76 1 c.

2. Omnis forma vel est ipsa natura rei, ut in simplicibus, vel constituit naturam rei, ut in compositis. 3.ª q. 13. 1. c.

3. In simplicibus et immaterialibus, idem est forma, et id cujus est forma. 1.ª q. 39. 5 ad 2

4. De ratione formæ est, quod sit in eo cujus est forma. 1.ª q. 40. 1. c.

5. Formæ non locantur in genere, nec in specie, sed composita. 1.ª q. 76. 8 ad 2.

6. Forma generati non est finis seu terminus generationis, nisi ut est similitudo generantis, 1.ª q. 44. 4 ad 2. et 2-2. q. 171. 6. c.

7. Omnis forma de se est communicabilis. 1.ª q. 3. 2 ad 3. et q. 7. 1. c fin.

8. Omnis forma existens in supposito, per quod individuatur, est communis multis secundum rem, vel secundum rationem, non autem formæ subsistentes. 1.ª q. 13. 9. c

9. Distinctio formarum duplex, scilicet specifica secundum diversitatem objectorum, et numeralis, secundum diversitatem subjecti. 2-2. q. 2. 4. 5 c

10. Formæ distinguuntur secundum diversa principia activa. 1-2. q. 54. 2. c.

11 Forma separata non multiplicatur numeraliter. 1.ª q. 41. 6. c. et q. 50 50. 4. c. et q. 75. 7. c.

12. Forma est variabilis terminative, sed est invariabilis subjective. 1.ª q 9. 2 ad 3 et q. 16. 8. c. fin. et 1-2 q. 53. 1. c.

13. Substantialis forma, quæ requirit diversitatem in partibus corporis, sicut est anima, et præcipue animalium perfectorum, non æqualiter se habet ad totum, et ad partes; unde non dividitur per accidens, per divisionem quantitatis. 1.ª q 76. 8 c.

14. Forma substantialis totius non superadditur partibus, scilicet materiæ et formæ, sicut forma domus, partibus integralibus ejus, sed est totum complectens materiam, et formam, cum præcisione aliorum. 1.ª q. 76. 8. c.

15. Non est possibile eamdem formam numero esse diversarum specierum. 1.ª q. 118 2 ad 2.

16. Forma substantialis et accidentalis sunt actus, et faciunt aliquid in actu; sed subjectum formæ substantialis est ens in potentia tantum; quia actualitas prius est in forma quam in materia, quæ est propter formam, subjectum autem formæ accidentalis est ens actu, cui prius convenit actualitas quam formæ accidentali, quæ est propter subjectum. 1.ª q. 66. 1. 2. c. et q. 76. 4. c. et q 77. 6. c.

17. Forma unius materiæ dicitur species plurium secundum ordinem tantum, totum, colligatarum compositio, alterutrarum autem mistio. 1.ª q 66. 2. c.

18. Formæ incompossibiles in eodem supposito faciunt propositionem

in materia remota, compossibiles autem in materia contingenti, vel naturali. 3. p. q. 16. 1 ad 1.

19. Forma omnino simplex vel non subsistens non potest esse subjectum ex quo vel in quo, sed subjectum de quo et circa quod. 4. p. q. 13. 12 ad 2. et q. 29. 1. 2. o. et 3 ad 3. et q. 30. 1 ad 3. et q. 4. 54. ad 2. et q 77. 1 ad 6.

20. Plures formæ ejusdem generis non possunt simul esse in eodem subjecto. 1. p. q. 85. 4. c. ad 2.

21. Plures formæ ejusdem speciei non possunt esse simul in eodem subjecto. 3 p. q. 35 5. c.

22. Nulla forma naturalis potest esse simul in eodem subjecto cum actu formæ contrariæ, sicut habitus animæ cum actu contrarii habitus. 1-2. q. 63. 2 ad 2. et q. 71. 4. o.

23. Forma completa est in subjecto, secundum conditionem subjecti, non autem virtus instrumentalis, sed magis secundum conditionem principalis agentis. 3. p. q. 63. 5 ad 1.

24. Nulla forma removet a materia potentiam ad alias formas. 1 p. q. 66. 2. c.

25. Forma implens totam potentiam materiæ est inseparabilis a materia, non autem aliæ. 2 2. q. 24. 11. c.

26. Omnis forma quanto est nobilior, tanto magis dominatur materiæ, et minus ei immergitur, et magis eam sua virtute excedit. 1. p. q. 76. 1. c. co. 2.

27. Forma non excedit proportionem materiæ, sed sunt ejusdem generis. 2-2. q. 24. 3 ad 2.

28. Materia prima est una, per remotionem omnis formæ, non autem per unam formam. 1. p. q. 16. 7. ad 2.

29. Materia est propter formam. 1. p. q. 47. 1. 2. c. et q. 65. 2. c. et q. 70. 3. c. et q. 76. 5. c. princ. et q. 77. 6. c. et q. 84. 4. c. q. 85. 3. ad 4. et q. 89. 1. c. et q 91. 3 c. et q. 105. 5. c. et 1-2. q. 2. 5. c.

30. Forma finitur per materiam, inquantum communitas ejus contrahitur per materiam ad hoc individuum, et e converso, inquantum potentialitas ejus determinatur ad unam speciem. 1. p. q. 7. 1. c. et q. 44. 2. c. fin.

31. Materia multiplicatur per adventum formæ. 1. p. q. 29 2 ad 5.

32. Materia recipit formam, ut secundum ipsam constituatur in esse alicujus speciei, non autem intellectus, sed secundum rationem formæ. 1. p. q. 50. 2 ad 2.

33. Omne illud per quod materia efficitur propria hujus formæ, se tenet ex parte materiæ, ut dispositiones et remotiones impedimentorum. 1. p. q. 86. 2 ad 1. et q. 87. 1. c. et 1-2. q. 2. 5. c. et 2-2 q. 27. 3. c. princip.

34. Informitas materiæ duplex, scilicet carentia omnis formæ, et carentia triplicis pulchritudinis, scilicet lucis, visibilitatis, et plantarum: prima præcessit formationem natura tantum, secundum Augustinum, secunda vero etiam duratione, secundum alios. 1. p. q. 66. 1. o. et 4. c. et q. 67. 4. c. ad 4. et q. 69. 1. 2. c. et q. 74. 2. c.

35. Materia cognoscitur tantum dupliciter, scilicet per analogiam ad formam, et ut perfecta est per eam. 1. p. q. 15 3 ad 3.

36. Materia, inquantum est nuda, se habet indifferenter ad omnes formas, sed determinatur per agens. 1. p. q. 66. 2. c.

37. Nihil est sua materia, nec suum efficiens, et aliquid est sua forma, ut in simplicibus. 1. p. 39. 2 ad 5.

38. Forma ut est in materia, est prior ea via naturæ, et posterior via generationis; sed ut est in agente, est omni modo prior. 1-2. q. 20. 1 ad 3. et q. 62. 4. c.

39. Forma non latitat, contra Anaxagoram, nec est totaliter ab ideis, contra Platonem, nec ab intelligentia, contra Avicennam; sed educitur de potentia materiæ ab agente naturali secundum Aristotelem. 1. p. q. 45. 8.

c. et q. 65. 4. c. et q. 91. 2. c. et q. 110. 2. c. et 1-2. q. 63 1. c.

40. Inchoatio formarum improbatur. 3.ª q. 32. 4. c. ad 3.

41. Quamlibet formam sequitur aliqua inclinatio, quæ est appetitus rei habentis illam formam. 1.ª q. 80. 1. c.

42. Formæ subsistentes non habent causam aliam formalem sui esse et suæ unitatis, nec causam agentem, per transmutationem materiæ de potentia ad actum, sed producentem totam substantiam. 1.ª q. 61 1 ad 2.

43. Omnes formæ et motus in iis inferioribus fluunt a formis, quæ sunt in intellectu alicujus intelligentiæ. 1.ª q. 65. 4 c. ad 1.

44. Materia non fuit creata sub una forma, sed sub diversis. 1.ª q. 66. 1. c.

45 Una forma non fit alia per continuam generationem. 1.ª q. 118. 2 ad 2.

46. Formarum quædam fiunt ab agente corporali, secundum perfectam rationem, et perfectum esse formæ ejus, quædam primo tantum modo, quædam neutro modo. Primæ manent cessante actione agentis, usque ad corruptionem; secundæ parum, tertiæ nihil. 1.ª q. 67. 3 ad 1.

47. Nulla forma corrumpitur, nisi per actionem contrarii, vel per corruptionem subjecti, vel per defectum causæ. 1-2. q. 53. 1. c.

48. Forma dicitur corrumpi per se, per suum contrarium, sed per accidens, per corruptionem sui subjecti. 1-2. q. 53. 1. c.

49. Introductio unius formæ est expulsio alterius, et e converso. 1.ª q. 44. 4 ad 2

50. Intensio formæ et perfectionis est per accessum ad primum, sed intensio defectus et privationis est per recessum a primo. 1.ª q. 49. 3 ad 3. et 1-2. q 22. 2 ad 1.

51. Intensio et remissio formarum nunquam causat diversitatem speciei sed quandoque consequitur eam. 1-2. q. 72. 8. ad 1.

52. Magis et minus ex formis diversorum graduum diversificant speciem, non autem secundum intensionem graduum ejusdem formæ. 1.ª q. 50. 4. ad 2. et 1-2. q. 18. 11 ad 1. et q. 60. 5 ad 3. et q. 72 8 ad 1.

53. Perfectio formæ duplex, scilicet secundum speciem, et secundum subjectum. Secundum primam forma dicitur magna; secundum secundam vero, dicitur magis. 1-2. q. 52. 1. c. principio. et q. 66. 1. c.

54 Forma dupliciter recipit magis et minus, scilicet in concreto tantum, si sit simplex et una, ut lux; vel in concreto et abstracto, si importat in ratione sua proportionem multorum ordinatorum ad unum, ut motus, sanitas, et pulchritudo. 1-2. q. 52. 1. c et q 53. 2 ad 3.

55. Nulla forma substantialis suscipit magis vel minus. 1.ª q 76. 4 ad 4. et q. 93. 3 ad 3. et q. 118 2 ad 2. et 1-2. q 52. 1. c. et 3.ª q. 75. 7. c.

56. Forma rei per se existens, ad duo potest esse, scilicet ut exemplar, et ut principium cognitionis. 1.ª q 15. 1. c,

57. Verbum Dei est forma exemplaris, non autem forma quæ est pars compositi. 1.ª q 3. 8 ad 2.

58. Forma substantialis est perfectio totius, et cujuslibet partis ejus, non autem quælibet forma accidentalis. 1.ª q. 76. 8. c.

59. Forma substantialis unitur immediate materiæ. 1.ª q. 76. 6. 7. c.

60. Non est possibile plures formas substantiales simul esse in eodem corpore. 1.ª q. 76. 3. c. et 4. c.

61. Forma mixtionis non est substantialis, sed est accidens, scilicet qualitas. 1.ª q 76. 4 ad 4.

62. Nulla forma rei corporalis, præter animam rationalem, est perpetua. 1.ª q. 85. 6. c.

63. Eadem forma est, qua ignis est ignis, corpus et substantia. 3.ª q. 75. 6 ad 2.

64. Forma accidentalis non habet potentiam activam, sed est potentia compositi, ut calor ignis. 1.ᵖ q. 77. 1 ad 3

65. Omnis forma separata a materia est intellectualis. 1.ᵖ q. 66. 2. c. fin et q. 110. 1. c. et 3.ᵖ q 75. 6 c.

66. Omnes formæ intelligibiles sunt unius generis. 1.ᵖ q. 85. 4. c.

67. Formæ, id est, species intellectus nostri, non effluunt a formis inmaterialibus, sed a rebus sensibilibus. 1.ᵖ q. 84. 4. 6 o.

68. Forma intellectus respectu ejus est individua, sed respectu ejus cujus est similitudo, est universalis. 1.ᵖ q 76. 2 ad 3.

69. Intellectus recipit formam, ut formam simpliciter, non individuando eam, quia in eo habet esse universale, sed materia recipit formam individualiter tantum 1.ᵖ q. 75 5 ad 1.

70. Intellectus cujus forma est a re, perficitur a re, et a similitudine. Si autem non habet a re, perficitur a similitudine. Si vero non differt a similitudine, a nullo perficitur 1.ᵖ q. 14. 2 ad 2 et ad 3. et 5 ad 2 et ad 3.

71. Judicium, quoad formam judicii, pertinet ad justitiam distributivam tantum. 2-2. q. 63. 4 ad 1.

72 Formæ sacramentales traditæ sunt apostolis a Christo 3.ᵖ q 72. 4 ad 1.

Formica reponit grana, imminente pluvia. 2-2. q. 172. 1. ar. 3.

1. Fornicatio prohibetur specialiter simul cum cerimoniis legis ab apostolis, quia gentiles non reputabant eam esse peccatum. 1-2. q. 103. 4 ad 3. et 2-2. q. 154. 2 ad 1.

2. Omne peccatum dicitur fornicatio large. 2-2. q 151. 2. c ad 3. et 4 d. 39. 6 ad 2.

3. Fornicatio est majus peccatum iis quæ sunt contra bona exteriora, et minus iis quæ sunt contra Deum, vel contra personam proximi. 2-2. q. 154. 3. o.

4. Cum nullus sit obstrictus fidem ei servare, qui eam violaverit, viro conceditur juxta Domini verba uxorem fornicationis causa repudiare. Suppl q. 62. 1. o.

5. Si uxorem adulteram pœnitet adulterium commisisse, non tenetur vir illam ex præcepto relinquere; sin minus, tenetur, ne peccato consentire videatur. Suppl. q. 62. 2. o.

6. Vir potest quantum ad thorum tantum uxorem fornicariam dimittere, quantum vero ad thorum et cohabitationem simul, non potest eam repudiare, nisi judicio Ecclesiæ. Suppl. q. 62. 3. o.

7. In causa divortii vir et uxor ad paria quidem judicantur, ita ut idem sit licitum et illicitum uni quod alteri. Sed quantum ad bonum prolis, plus peccat uxor adultera quam vir mœchus. Suppl. q. 62. 4. c.

8. Non potest efficere adulterium, quin semper verum conjugium remaneat, ob id non licet uni altero superstite ad alias nuptias evolare, ratione adulterii. Suppl. q. 62. 5. o.

9. Potest vir uxorem causa adulterii dimissam revocare, si emendata pœnitentiam de peccato egerit, secus non potest, quemadmodum nec retinere a peccato desistere nolentem. Suppl. q. 62. 6. c.

1. Fortitudo est virtus specialis, secundum quod est circa pericula, sed est conditio omnis virtutis, secundum quod dicit firmitatem animi absolute. 1-2. q. 61. 3. 4. o et 2-2. q 58. 8 ad 2. et q 123. 2. o. et 3 ad 1 et 13. c.

2. Fortitudo est virtus, tollens impedimenta, quæ repellunt voluntatem ab eo quod est secundum rationem, propter difficile. 2-2. q. 123. 1. o. et 3. 4. 5. c. et q. 124. 2. c.

3 Fortitudo non habet partes subjectivas, nec dividitur in multas species, quia est circa materiam valde specialem. 2 2. q 128. c. princip.

4. Propria materia fortitudinis sunt timores et audaciæ, in maximis

terribilibus 1.ª q. 59. 4 ad 3. et 2-2 q. 186. 1. c.

5. Fortitudo est immediate circa timores et audacias, mediate vero circa objecta horum, scilicet circa pericula et labores. 2-2. q. 123. 3 ad 2. et q. 129. 1 ad 2. et q. 161. 2 ad 3.

6. Fortitudo est principaliter circa timores, secundaria autem circa audacias. 1.ª q 21. 1 ad 1. et q. 95. 3 ad 2. et 1-2 q. 60. 4. b. et c. et 2-2. q 123. 3. o. et 6. c. et q. 126. 2. c. et q. 137. 1. c. et q. 141. 3 c ad 2.

7. Fortitudo non est circa spem, nisi secundum quod spes connectitur audaciæ. 2-2. q. 123. 3 ad 3. et q. 125. 2 ad 3

8. Fortitudo est præcipue circa timores mortis. 1-2 q. 61. 3 c. et 2-2. q. 123. 4. o. et 11. 12. c. et q. 125. 2 c. et q. 128. c. et q. 129. 5. c

9. Fortitudo principaliter est circa molestias mortis, secundario autem circa quascumque alias molestias. 2-2. q. 123. 4 ad 1. et q. 124. 4 ad 3.

10. Fortitudo est maxime circa repentina, quoad manifestationem habitus, non autem quoad electionem. 1-2. q. 123. 9. o.

14. Fortitudo est maxime circa timores mortis in bello commune, vel particulari. 1-2. q. 123. 5. o. et q. 124. 2. c. et q. 141. 8. c.

12. Fortitudo est circa difficiliora, non autem circa meliora, quam justitia, quæ in bello et in pace utilis est, non autem fortitudo, sed tantum in bello. 22. q. 58. 12. c. ad 3.

13. Perferre, secundum quod dicit actum fortitudinis, non dicit immobilitatem, sed electionem immorandi contra immoderatum timorem, sicut charitas contra odium, mansuetudo contra iram, et patientia contra tristitiam. 1-2. q 66. 4 ad 2.

14. Fortitudo moderatur timorem, patientia et perseverantia tristitiam, sed mansuetudo iram. 2-2. q. 136. 2. c. ad 1.

15. Quicumque est fortis, est patiens, et non e converso, quia patientia est quædam fortitudinis pars 1-2. q. 66. 4 ad 2.

16. Fortitudo sustinet pericula mortis, sed patientia sustinet quæcumque mala. 2-2. q. 128 ad 4 et q. 136. 4 ad 1.

17. Fortitudo est principaliter circa timores, secundario autem circa tristitias. Patientia vero est e converso. 2-2. q. 136. 4 ad 2.

18. Fortitudo est principalior magnanimitate. 2-2. q. 129. 5. c ad 3

19 Fortitudo firmat contra mala, sed magnanimitas in prosecutione bonorum. 2-2. q. 129. 5 ad 1. et 6 ad 2.

20. Partes potentiales fortitudinis sunt sex, scilicet magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, id est, patentia, et firmitas, id est, perseverantia. 2-2. q. 128. o. et q. 129. 5 o et q. 134. 4. o. et q. 136. 4. o. et q. 161. 4 ad 3.

21. Fiducia, magnificentia, patientia et perseverantia, circa materiam fortitudinis, sunt partes ejus integrales. Sed sunt partes potentiales, et virtutes per se, distinctæ a fortitudine, secundum quod sunt circa alias materias 2-2. q. 128. o. et q. 134. 4 o. et q. 136. 4. o et q. 137. 2. o.

22. Vitium audaciæ opponitur fortitudini, secundum excessum audaciæ, impaviditas autem secundum defectum timoris, quia in utraque ponit medium. 2-2. q. 126. 2 ad 3.

23. Fortitudo est in irascibili subjective. 1-2. q. 61. 2 c. et q. 66. 1. c. et q. 85. 3. c. et 2-2. q. 58. 5 ad 2. et 9. c. et q. 128. ad 1. et q. 34. 4. c. et q. 136. 4 ad 2. et q. 137. 2 ad 2. et 3.ª q. 15. 2 c.

24. Fortitudo martyrum præcipue commendatur, quia sustinent propter Deum impugnationes personales, et mortem in bello particulari. 2-2. q. 123. 5 ad 1. et q. 124. 2. c.

25. Fortis intendit exprimere similitudinem sui habitus in actum, ut proximum finem. 2-2. q. 123. 7. o.

26. Fortis delectatur de suo actu

et fine, sed non percipit, nisi ex superabundanti gratia Dei, propter dolorem corporis et animæ, pro amissione vitæ. 2-2. q. 123. 8. o.

27. Non habens fortitudinem, operatur fortia quintupliciter, scilicet propter ignorantiam, artem, experientiam, passionem, et lucrum. 2-2. q. 123. 1 ad 2. et q. 128 ad 7.

28. Principalis actus fortitudinis est sustinere: secundarius vero est aggredi. 2-2. q. 123. 3. c. et 6. o. et 8. c. et 10 ad 3. et 11 ad 1. et q. 124. 2 ad 3. et q. 128. c. et q. 141 2. 3. c.

29. Ad primum actum requiruntur duo, scilicet præparatio animi, et executio operis. Ad secundum etiam requiruntur duo, scilicet infrangibilitas, et infatigabilitas. 2-2. q. 128. c

30. Fortitudo assumit iram moderatam ad actum secundum, non autem ad primum. Nec ut auxilium, sed ut instrumentum, quia ad iram pertinet insilire in rem contristantem. Unde Philosophus inducit versum Homeri: *Virtutem et furorem elige*, quia videlicet cum aliquis est virtuosus virtute fortitudinis, passio iræ electionem virtutis sequens, facit ad majorem promptitudinem actus. Si autem præcederet, virtutis modum perturbaret. 2-2. q. 123. 10. o. et 11 ad 5.

31. Tristitia et concupiscentia per se impediunt secundum actum fortitudinis, scilicet aggredi, sed per accidens adjuvant. 2-2. q 123. 10. ad 3.

32. Fortitudo spiritus ostenditur in resistendo concupiscentiæ carnis contrariantis spiritui. Sed est major in comprimendo, ne insurgat. 3.ª q. 15. 2 ad 3

33. Donum fortitudinis in patria habet actum perfruendi plena securitate a laboribus, et a malis. 2-2. q. 139. 1 ad 2

34. Virtus fortitudinis firmat animum, secundum modum connaturalem homini, donum autem supernaturaliter. 2-2. q. 139. 1 o.

35. Donum fortitudinis dat fiduciam evadendi quælibet pericula, et perveniendi ad finem cujuslibet operis, id est, ad beatitudinem, non autem virtus fortitudinis, sed perficit ad sustinendum quælibet pericula. 2-2. q. 139. 1. c. ad 1.

36. Donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis, inquantum sustinet pericula, et facit quodcumque opus arduum. Ideo dirigitur a dono consilii. 2-2 q. 139. 1 ad 3

1 FRATRER in sacra Scriptura dicitur quadrupliciter, scilicet natura, gente, cognatione, et affectu. 3.ª q. 28. 3 ad 5.

2. Fratres Christi sumus per adoptionem. 1.ª q 33. 3. c et q 41 3. c. et 3.ª q. 23. 2 ad 2.

3. Fratres Christi in Evangelio dicuntur consobrini ejus, scilicet filii Mariæ, materteræ matris ejus. 3.ª q. 28. 3 ad 5.

FRENESIS. (*Causa*). Tanta potest esse motio spirituum et humorum, quod hujusmodi apparitiones rerum aliter quam sint, etiam vigilantibus per naturalem commotionem humorum fiant, sicut et in freneticis, et aliis hujusmodi. 1.ª q. 111. 3. c fin.

FREQUENTIA, assiduitas, diuturnitas, non sunt circumstantiæ mutantes speciem, nisi aliud superveniat 1-2. q. 88. 5 ad 1.

FRICARE Multa homo agit absque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat; sicut cum aliquis movet pedem vel manum, aliis intentus, vel fricat barbam. 1-2. q. 1. 1. ar 3 et ad 3.

FRIGIDITAS seu impotentia coeundi, non quidem ex ætate sed ex defectu naturæ, simpliciter incurabilis, dirimit matrimonium contrahendum et jam contractum, post triennium, ad minus ex Ecclesiæ statuto. Supp. q. 58. 1. o.

1. FRUCTUS dupliciter distin-

guuntur, scilicet secundum tres perfectionis gradus a Christo, scilicet tricesimus, sexagesimus, et centesimus; sive secundum tres gradus virtutis, ut sancti distinguunt, quia cujuslibet rei perfectio attenditur secundum principium, medium, et finem, et essentialiter, id est, secundum rationes diversas gaudendi, scilicet duodecim a Paulo. 1-2. q. 70. 3 ad 2.

2. Fructus spiritualis dicitur dupliciter, scilicet quod principaliter expectatur, scilicet Deus, et secundario, scilicet delectatio. 1-2. q. 11. 1. c. ad 3

3 Fructus quarto modo, scilicet consurgens ex semine Verbi Dei, est tantum triplex, secundum tres gradus continentium, scilicet conjugum, viduarum, et virginum. 1-2. q 70. 3 ad 2

4. Fructus Spiritus sancti, secundum sanctum Paulum, sunt duodecim, scilicet charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia et castitas. 1-2. q. 70. 3. o.

5. Fructus sensibilis est ultimum ex arbore expectatum, quod cum quadam suavitate percipitur 1-2. q 11. 1. c. et 3. c. ad 2. et q 70. 1. c

6. Ultimum simpliciter et delectans est proprie fructus, et ejus proprie est frui. Delectans autem non ultimum potest aliquo modo dici fructus, sed ejus non est frui proprie, et secundum completam rationem. Non delectans vero, sed tantum in ordine ad aliud appetitum, nullo modo est fructus 1-2. q. 11. 3. c. ad 2.

7. Opera carnis non dicuntur fructus, quia sunt contra rationem, sicut quod est ex arbore contra naturam ejus, non dicitur fructus. 1-2. q 70. 4 ad 1. et 2-2. q. 8. 8 c. fin.

8. Virtutes dicuntur fructus, ratione delectationis, non autem ratione habitus. 1-2. q. 70. 1 ad 3. et 2-2. q. 136 1 ad 3.

9. Operatio secundum facultatem rationis dicitur fructus rationis, sed ut movetur a Deo, dicitur Spiritus sancti. 1-2. q. 70 1. c

10. Opera nostra ut sunt a Spiritu sancto, dicuntur fructus; respectu vero beatitudinis dicuntur flores. 1-2. q. 70. 1 ad 1.

11. Fructus proprie dicitur tantum in corporalibus, scilicet plantis, a quibus metaphorice transfertur ad spiritualia. 1-2. q. 11. 1. c. et 3 ad 2. et q 70 1. c.

12. In parte appetitiva sunt plures fructus quam in parte apprehensiva, quia fructus significat finem, qui magis convenit parti appetitivæ. 2-2. q. 8 8 ad 3.

13. Fructus comparatur ad arborem, sicut effectus ad causam; ad hominem vero, sicut ultimum expectatum delectans 1-2 q. 11. 3 ad 2. et q. 70. 1. c.

14. Dono consilii non correspondet proprie aliquis fructus, quia omnis practica est proprie aliud. 2-2. q. 8. 8 ad 3. et q. 52 4 ad 3.

15. Fructus spiritus contrariantur operibus carnis in communi, non autem singula singulis, nisi secundum adaptationem 1-2. q. 70. 4. o.

16. Opera carnis sunt plura fructibus spiritus, quia bonum est uno modo, sed malum est omnifariam. 1-2. q. 70. 4 ad 2.

1. FRUI est actus potentiæ imperantis, non autem exequentis 1-2. q. 11. 2 c.

2. Frui est actus appetitivæ potentiæ. 1-2. q 11. 1 o. et 2 c.

3. Frui est actus voluntatis 1-2. q. 11. 1 ad 1. et 4. c ad 2

4. Frui est actus voluntatis, in ordine ad intellectum. 1-2. q. 11. 1 ad 1. et 4. c ad 2

5. Frui est actus tantum voluntatis secundum charitatem, in ordine ad potentias et habitus priores. 1-2. q. 11. 1. o

1. FRUITIO pertinere videtur

ad amorem vel delectationem, quam aliquis habet de ultimo expectato, quod est finis. 1-2. q 11. 1. 4. c. et q 34. 3 c. fin

2 Nomina trium ordinum prædictorum sumuntur ab excellentia prædictorum trium actuum fruitionis, et non ab eis simpliciter. 1.ª q. 108. 5 ad 5. et ad 6.

3. Eadem fruitione fruemur Deo, fruitione ejus, et beatitudine creata. 1-2. q. 11 3 ad 3.

4. Fruitio perfecta tantum est ultimi finis habiti; imperfecta vero, etiam non habiti. Sed impropria est non ultimi simpliciter. 1-2 q. 11. 3 4 o. et q. 12. 2 ad 3.

5. Non oportet quod fruitio sit ultimi finis simpliciter, sed quod habeatur pro ultimo fine. 1-2. q 11. 2 ad 2.

6. Non est fruendum justo, nisi in Deo. Peccatore autem, brutis, vel inanimatis, nullo modo. 1-2. q. 11 3 ad 1

7. Carentia cognitione nullo modo fruuntur, bruta fruuntur improprie Peccator non vere, justi imperfecte, beati perfecte, Deus autem perfectissime. 1-2. q. 11. 2. 4. o. et q. 12. 5 ad 2

8. Fruitio Christi perveniebat ad totam animam ejus, secundum essentiam, ut est subjectum rationis superioris tantum. 3.ª q. 46. 8. o.

9. Bruta fruuntur imperfecte, sed rationalia perfecte. 1-2. q. 11. 2. o

FRUMENTUM est genus ad triticum, et ad alia grana. 3.ª q. 74. 3 ad 2. et ad 3.

FRUSTRA dicitur quod est ad finem quem non inducit. 1.ª q. 25. 2 ad 2. et q. 88. 1 ad 4. et 3.ª q. 11. 5 ad 2.

FUCATIO est species fictionis ad mentiendum pulchritudinem: ideo semper est peccatum, sed non est mortale, nisi fiat ad lasciviam, vel contemptum Dei. Tamen licet occultare turpitudinem causatam ex infirmitate, vel ex alia causa accidentali. 2-2. q. 169. 2 ad 2.

FUGERE potest justus propter tria, scilicet ut persecutor quiescat, ut præceptum a Domino opus perficiat, et ut gloriosiorem coronam acquirat. 2-2. q. 64. 4. o.

1. FUNDAMENTUM: de ratione fundamenti est primum, sustentare, et connexio. 2-2. q. 4 7 ad 4.

2. Fides est fundamentum aliarum virtutum, quia est prior eis, et substentat eas. Fortitudo autem firmat contra adversa, humilitas contra prospera, timor contra culpam futuram, pœnitentia contra præteritam. 2-2. q. 161. 5 ad 2. et 3.ª q. 84. 6 ad 2.

FURIA matrimonium sequens, nullatenus vero præcedens, illud quandoque dirimit. Suppl. q. 58. 3. c

1. FURTUM est occulta acceptio rei alienæ. 2-2. q. 66. 3. o.

2. Furtum semper est peccatum, ratione injustitiæ, et fraudis, vel doli, et est mortale, nisi modicum intendatur. 2-2. q. 12. 3. c. et q. 66. 5 6. o. et q. 118. 4. c.

3 Furtum est species fraudis. Mendacium et falsum testimonium, fallaciæ. Turpe lucrum, inquietudinis. Rapacitas, violentiæ Ideo omnia hæc, et inhumanitas, id est, obduratio, ab Isidoro dicuntur esse filiæ avaritiæ. 2-2. q. 118. 8 ad 3.

4. Furtum et rapina opponuntur justitiæ. 2-2 q. 64. princip. et q 66. princ. et 4. 5. c. et q. 118. 4. c.

5. Furtum est injustum, quia est involuntarium per ignorantiam, sed rapina per vim. Ideo differunt specie. 2-2. q. 66. 4. o. et 9. c. et q. 73. 1. c. ad 1.

6. Rapina est gravior furto dupliciter, primo quia involuntarium est ex parte ejus cui aliquid subtrahitur

furto; rapina vero addit violentiam, quæ voluntaria est; peccatum autem per vim est majus quam per ignorantiam. Secundo, quia rapina est in re, et in persona, furtum autem est tantum in re. 2-2. q. 66. 9. o. et q. 73. 3 ad 2. et q. 116. 2 ad 1. et q. 144. 2 ad 4.

7. Accipiens furtim rem suam injuste detentam, peccat contra communem justitiam, usurpando sibi judicium; sed non tenetur restituere, sed satisfacere Deo, et sedare scandalum. 2-2. q. 66. 5 ad 3.

8. Accipiens rem alienam occulte et manifeste auctoritate judicis, non est furtum vel rapina, quia per sententiam fit debitum. 2-2. q. 66. 5 ad 1. et 8. c.

9. Accipiens rem inventam, animo retinendi, furtum facit, nisi credat haberi pro derelicto, vel nullus esse. 2-2. q. 66. 5 ad 2.

10. Per prohibitionem furti prohibentur omnia damna in rebus. 2-2. q. 120. 6 ad 2.

11. Pœna mortis non infligitur in præsenti pro furto, nisi ratione gravis circumstantiæ, ut sacrilegio, peculatu, et plagio. 2-2. q. 66. 6 ad 2.

1. FUTURUM cognoscitur dupliciter, scilicet in se, et in suis causis. Primum convenit tantum Deo; secundum nobis, sed magis angelis et dæmonibus; sed in causis necessariis certitudinaliter; in contingentibus sæpe, opinative tantum; quæ autem raro, nullo modo. 1. ᵖ q. 14. 13. o. et q. 57. 3. o. et q. 64. 1 ad 5. et q. 86. 4. o. et q. 89. 3 ad 3. et 1-2. q. 111. 4. c. et 2-2. q. 95. 1. o. et 5. c. et q. 171. 6 ad 1. et ad 2 et ad 3. et q. 172. 1. c. et q. 174. 1. c. ad 1.

2. Futura plus cognoscuntur a phreneticis, abstractis a sensibus, morientibus, dormientibus, et brutis, quam ab oppositis. 1. ᵖ q. 12. 11. c. et q. 86, 4 ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 172. 1 ad 1. et ad 2 et ad 3.

3. Cognitio futurorum ex præsentibus et præteritis, proprie rationis est. 2-2, q. 47. 1. c.

4. Anima vicina morti cognoscit aliqua futura ex revelatione, vel ex impressione causarum naturalium, non autem propria virtute. 1. ᵖ q. 86. 4 ad 2 et 2-2. q. 172. 1 ad 1.

5. Bruta non cognoscunt futura, sed ex instinctu naturæ eis indito ab intellectu divino, moventur ad aliquid in futurum, ac si futurum præviderent. 1-2. q. 40. 3 ad 1.

6. Bruta cognoscunt futura, non computando præsens ad futurum, sed ex instinctu naturæ. 1. ᵖ q. 86. 4 ad 3. et 1-2. q. 41. 1 ad 3.

7. Sensus non apprehendit futurum, sed ex iis quæ animal apprehendit in præsenti appetitus ejus movetur naturali instinctu in aliquod futurum prosequendum, vel fugiendum. 1-2. q. 40. 3 ad 3. et q. 41. 1 ad 3.

G.

1. GABRIEL fortitudo Dei nominatur. 3. ᵖ q. 30. 2 ad 4.

2. Quidam dicunt Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum, sed satis est credibile quod sit summus in ordine archangelorum. Unde Ecclesia eum archangelum nominat. 1. ᵖ q. 30. 2 ad 4. et fin.

GALILEA ut interpretatur *transmigracio*, significat gentilitatem; sed ut interpretatur *revelacio*, significat patriam cœlestem. 3. ᵖ q. 55. 3. c. ad 4.

1. GAUDIUM non est virtus, sed est actus charitatis posterior dilectione. 2-2. q. 28. 4. o.

2. Gaudium et tristitia de eodem sunt contraria, et etiam secundum genus, sed de diversis, unum est causa alterius, et materia. 1. ᵖ q. 64. 3 ad 1. et 3. ᵖ q. 84. 9 ad 2.

GEDEON petens signum peccavit

tentando Deum ex incredulitate, sicut et Zacharias 2 2. q. 97. 2 ad 3.

GEMITUS et lacrymæ mitigant tristitiam, quia appetitur extra, et conveniunt dispositioni hominis tristis 1 2. q. 38. 2 o.

1. GENEALOGIA magis denominatur a patre quam a matre. 3.ª q. 28. 1 ad 2. et q. 29. 1 c. et q. 31 2 ad 1.

2. Tota genealogia Christi exponitur, et dubia circa eam solvuntur. 3.ª q. 28. 1 ad 2 et q 31 3. o.

1. GENERALE triplex, scilicet per prædicationem, ut genus; per causam, ut amor, et quod est a multis causis, ut ira. 1 2 q 46. 1 o et 2-2 q. 58, 6. c.

2 Generale et speciale duplex, scilicet intentione et objecto. 2-2 q 58. 5 ad 3. et q 59 1. o et q. 79. 2 ad 1.

1. GENERATIO duplex, scilicet mutatio de non esse ad esse, et origo viventis a principio vivente conjuncto. Prima convenit omni generabili et corruptibili; secunda vero tantum viventi, et dicitur nativitas 1.ª q. 27. 2. c

2. Ad generationem naturalem non requiritur aliqua potentia activa in materia 3.ª q. 32. 4 c. ad 3

3 In generatione tota virtus activa est ex parte maris, et passio ex parte feminæ. 1.ª q. 115. 2 ad 3. et 3.ª q. 32. 4. c. et q. 67. 4 ad 3.

4. Primum in generatione est ultimum in corruptione. 2-2. q. 107. 2 c. et q. 162. 7 ad 3 et ad 4.

5 Generatio unius non est corruptio alterius, nisi per concomitantiam. 1-2 q. 113. 6 ad 2.

6 Generatio et corruptio sunt in instanti 1-2. q. 113. 7. c

7. Forma est finis generationis, in omnibus quæ generantur, non a casu. 1.ª q. 15. 1. c.

8. Omne generans producit sibi simile secundum formam qua agit quæ est potentia generativa. 1.ª q. 33. 2 ad 4 et q. 41. 5 o.

9. Ad actum generationis concurrunt tria, scilicet calor, spiritus, et humor 2-2. q. 147. 8 ad 1.

10. Generatio univoca est verior et perfectior quam generatio non univoca. 1.ª q. 33. 2 ad 4.

11. Idem modus generationis est omnium eorum, quæ sunt ejusdem speciei. 3.ª q. 28. 1 ad 4.

12 Quod generatur secundo modo generationis, scilicet prout generatio est origo viventis a principio vivente conjuncto, non dicitur genitus, nec filius, nisi procedat secundum rationem similitudinis specifice, ut pili, et vermes. 1.ª q. 27. 2. c.

13. Generatum oportet assimilari generanti, in omnibus quæ ad naturam speciei pertinent; non autem in proprietatibus individui. 1.ª q. 100. 1. c. et q. 101. 1 ad 1. et 1-2. q. 81. 2. o.

14. Accidentia individualia, pertinentia ad dispositionem naturæ, ut velocitas corporis, et bonitas ingenii, propagantur in filios per generationem; sed nullo modo accidentia pure personalia, ut grammatica et hujusmodi. 1-2. q. 81. 2. c. et 2-2. q. 168. 1 ad 2.

15. Accidentia speciei et individui secundum corpus possunt transfundi a generante in genitum, non autem accidentia secundum animam. 2-2 q. 60. 6 ad 4.

16. Homo generat sibi simile in specie, non inducendo, nec educendo animam rationalem de potentia materiæ, sed disponendo materiam. 1.ª q. 118 2 ad 4. et 1-2. q. 83. 1 ad 3.

17. In statu innocentiæ fuisset generatio per coitum. 1.ª q. 98. o.

18. Tunc non fuissent generati æquales in robore, pulchritudine, et aliis, sicut nec etiam nunc. 1.ª q. 96. 3 c.

19. Parentes tunc non fuissent confirmati in justitia, quamdiu genuissent. 1.ª q. 100. 2. c.

20. Generatio significat relationem per modum operationis, in divinis. 1.ᵖ q. 22. 6 ad 3.

21. Generatio proprie convenit Deo. 1.ᵖ q. 27. 2. o et q. 28. 4. c.

22. Generatio filii Dei a Patre est æterna. 1.ᵖ q. 42. 2. o.

23. Arius ponit duodecim modos generationis, scilicet juxta fluxum lineæ a puncto juxta emissionem radiorum a sole, juxta characterem seu impressionem a sigillo, juxta immissionem bonæ voluntatis a Deo, juxta exitum accidentis a substantia, juxta abstractionem speciei a materia, juxta excitationem voluntatis a cogitatione, juxta transfigurationem motus a movente, juxta eductionem specierum a genere, juxta ideationem, et juxta nascentia, in quibus deest æqualitas naturæ, vel durationis. 1.ᵖ q. 42. 2 ar. 1. et ad 1.

24. Processio Spiritus sancti non potest dici generatio, quia est per modum amoris, non autem per modum similitudinis, sicut Verbum. 1.ᵖ q. 27. 4. o. et q. 30. 2 ad 2. et q. 35 5. c.

25. Nullus modus processionis in creaturis perfecte repræsentat divinam generationem, sed ex multis oportet colligere similitudinem. 1.ᵖ q. 41. 3 ad 4. et q. 42. 2 ad 1.

26. Nec beati illam ineffabilem generationem sciunt, quia non comprehendunt naturam Dei. 1.ᵖ q. 12. 7. o.

27. Essentia Dei non generatur, nec genita est per se, nec per accidens. 1.ᵖ q. 39. 5 ad 2. et 3.ᵖ q. 16. 5 ad 1.

28. Essentia non generat sed patet virtute essentiæ. 1.ᵖ q 39 5. o. et q. 41. 5 ad 1.

29. Generatio attribuitur aliis terminis essentialibus, secundum quod magis connotat actum. 1.ᵖ q. 39. 5 ad 1.

30. Essentia est Deus generans, et res generans si res et Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia. 1.ᵖ q. 39. 5 ad 5.

31. Hæc propositio est falsa, *Deus non genuit Deum*. 1.ᵖ q 39. 4 ad 3.

32 Hæc propositio est vera, *Deus genuit Deum*. 1.ᵖ q 39. 4 o. et 5. ad 1.

33. Hæc est falsa, *Deus genuit se Deum*, vel *alium Deum*. 1.ᵖ q. 39 4 ad 4.

34. Hæc est vera tripliciter, *Deus pater genuit alterum se*, scilicet in ablativo, in accusativo simpliciter, et personaliter, sed emphatice. 1.ᵖ q. 39. 4 ad 4.

35. Hæc est vera appositive, *Deus genuit Deum, qui non est Deus Pater*. Et est falsa suppletive, sed affirmativa est e converso. 1.ᵖ q 39. 4 ad 5.

36. Melius dicitur Filius Dei semper natus quam semper generari, vel semper nasci; licet uti possimus omni tempore in generatione ejus. 1.ᵖ q. 42. 2 ad 4.

GENERATIVA potentia est activa, et est in patre perfecte, in matre vero imperfecte 3.ᵖ q. 32. 4 ad 2.

GENITOR, vel generans, non est ita nomen proprium patris, sicut pater. 1.ᵖ q. 33. 2. o et q. 40 2. c.

1. GENITUS Filius Dei dicitur genitus de Patre, et substantia Patris, sed diversimode 1.ᵖ q. 41 3. o.

2. Filius Dei dicitur genitus non creatus, ad removendum omnem imperfectionem a nativitate ejus 1.ᵖ q. 41. 3 ad 4.

1. GENUS respectu singularium est ut formale; sed respectu speciei est ut materiale. 1.ᵖ q. 85. 3 ad 4.

2. Genus aliquando accipitur pro specie, eo modo loquendi, quo dicimus humanum genus, totam humanam speciem. 1-2 q 18. 2. c fin.

3. Genus prædicatur æqualiter de speciebus, secundum intentionem, non autem semper secundum esse. 1.ᵖ q. 77. 4 ad 1.

4. Genus dicitur dupliciter, scilicet proprie, prout prædicatur de plu-

ribus speciebus in eo quod quid, et improprie, id est, omne commune, scilicet quod sui communitate multa ambit et continet, et sic bonum et malum dicuntur genera contrariorum. 1-2. q. 18. 2. c. fin.

5. Genus duplex, scilicet genus nominatum et genus innominatum. 1.ª q. 18. 2. c. fin.

5. Genus duplex, scilicet genus nominatum, et genus innominatum. 1.ª q. 78. 3 ad 3.

6. Genus duplex, scilicet genus proximum, et genus remotum. Ibidem.

7. Genus duplex, scilicet genus logicum, et genus physicum. 1.ª q. 66. 2 ad 2. et q. 88. 2 ad 8.

8. Aliquid est in aliquo genere dupliciter, scilicet in genere entis, ut ens actu, et in genere intelligibilium, ut pura potentia. 1.ª q. 87. 1. c ad 2. et 1-2. q. 50. 4 ad 2. et 5. c.

9. Aliquid est in aliquo genere dupliciter, scilicet per se, ut species; et ea de quibus prædicatur genus; et reductive, ut principia generis, negationes et privationes. 1.ª q. 3. 5. c. et 1-2. q. 72. 6 ad 3.

10. In omni genere in quod est aliquid imperfectum, oportet præexistere aliquid perfectum. 1.ª q. 51. 1. c.

11. In quolibet genere, primum est causa omnium quæ sunt post. 3.ª q. 56. 1 c.

12 In omni re quæ est in genere differt esse ab essentia 1.ª q. 3. 5. c.

13. Impossibile est aliquid esse in genere, quod in nulla ejus specie est. 1.ª q. 7. 3 ad 3. et 2-2. q. 189. 1 ad 5.

14. Hypostasis non est in genere vel in specie, nisi per naturam quam habet. 3.ª q. 2. 3 ad 3.

15. Nihil ponitur primo in genere vel specie, nisi per id quod de eo proprie prædicatur. 3.ª q. 63. 2 ad 1.

16. In omni genere, quanto aliquid est prius, tanto est simplicius. 1-2. q 19. 2. c.

17. Relatio generis ad speciem, et e converso, est relatio rationis tantum. 1.ª q. 28. 1. c.

18. Alia genera a relatione secundum propriam rationem, significant aliquid alicui inhærens 1.ª q. 28. 1. 2. c.

1. GEOMETRA modico studio acquirit scientiam conclusionis, nunquam consideratæ. 1-2. q. 65. 1 ad 1.

2. Errans circa hoc principium, *Omne totum est majus sua parte,* non potest habere scientiam geometriæ. 1-2. q. 65. 1 ad 4.

GERMINARE. Significanter dicit Scriptura: *Germinet terra herbam virentem, et facientem semen,* quia scilicet sunt productæ perfectæ species plantarum, ex quibus semina plantarum orirentur. Nec refert ubicumque habeant vim seminativam, utrum scilicet in radice, vel in stipite, vel in fructu. 1.ª q 69. 2. c. et q. 72. ad 1.

GIGANTES secundum Josephum et Augustinum producti sunt semine humano, operante dæmone incubo vel succubo, sub certa constellatione. 1.ª q. 51. 3 ad 6.

GILBERTUS Porretanus revocat errorem suum, de assistentia relationum in divinis. 1.ª q. 28. 2. c.

GLADIUS flammeus est impedimentum accessus paradisi terrestris, et significat impedimentum regni cœlestis. 2-2 q. 164. 2 ad 5.

1. GLORIA est clara notitia cum laude, ut Ambrosius dicit 1-2. q. 2. 3. c. et 2-2. q. 103. 1 ad 3 et q. 132. 1. c.

2. Finis debitus appetendi gloriam, vel manifestandi aliquod bonum in hac vita, est tantum triplex, scilicet gloria Dei, utilitas proximi, et utilitas propria 2-2. q. 132 1 ad 3.

3. Homo potest laudabiliter ap-

petere gloriam suam ad utilitatem sui vel aliorum. 2-2 q. 132 1 ad 1.

4. Gloria dicitur vana tripliciter, et est peccatum Primo quando est de non ente, vel de transitoriis, vel de peccato; secundo quando quæritur ab hominibus, et non a Deo; tertio quando non ordinatur ad debitum finem. 2-2. q. 132. 1. c.

5. Opus virtuosum factum propter inanem gloriam venialem, amittit vim merendi vitam æternam, quia nullus peccando meretur. 2 2 q. 132 3 ad 1.

6. Inanis gloria est periculosa, non propter gravitatem sui; sed disponendo ad gravia, faciendo præsumptuosum, et nimis de se confidentem, et disponendo paulatim ad privationem interiorum bonorum. 2-2. q. 132. 3 ad 3.

7. Vana gloria vituperatur præcipue circa eleemosynam, propter defectum charitatis, præferendo vanam gloriam utilitati proximi, dum facit hoc propter illud. 2-2. q. 132. 5 ad 3.

8. Vana gloria non est semper peccatum mortale, sed tantum quando ponitur in ea ultimus finis vel quando est contra Deum 2-2. q 132. 3. o.

9. Vana gloria est vitium capitale, cujus filiæ sunt septem, scilicet inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentio, discordia, præsumptio novitatum, et pertinacia. 2-2. q. 21. 4. o. et q. 105. 1 ad 2. et q. 132. 4. 5. o. et q. 138. 2 ad 1.

10. Ira non causat discordiam et contentionem, nisi mediante vana gloria. 2-2. q 132. 2. o.

11. Vana gloria directe contrariatur magnanimitati, secundum rei veritatem, ut deficiens; sed secundum opinionem, ut excedens. 2-2. q. 30. principio. et q. 132. 5. ad 2.

12. Deus quærit gloriam suam, non propter se, sed propter nos. 2-2, q. 132. 1 ad 1.

13. Soli Christo convenit quærere gloriam suam, quia Deus est, sed inquantum homo quærit gloriam Dei in se, sicut et alii sancti. 2-2. q. 132. 1 ad 1.

14. Ea quæ sunt gloriæ, scilicet perfecta Dei fruitio, et hujusmodi, prius tempore debuerunt esse in Christo, sicut in auctore gloriæ, quam in alio. 3.ª q 53. 3 ad 3.

15. Gloria sanctorum est sine successione. 1-2. q 67. 4 ad 2.

GRADUS altaris prohibetur contra idololatriam quia gentiles in sacris Priapi ostendebant populo sua pudenda. 1-2 q. 102. 4 ad 7. fin.

1. GRATIA est forma accidentalis, scilicet qualitas 1-2. q 110. 2. o.

2. Gratia reducitur ad primam speciem qualitatis; non tamen est habitus proprie, sed habitudo, scilicet sanitas mentis. 1 2. q. 110. 3 ad 3.

3. Gratia est forma quædam, habens esse completum in anima, ideo est in ea mutabiliter, sicut anima est mutabilis secundum liberum arbitrium in via. 3.ª q 63. 5 ad 1.

4. Gratia non est forma intrinseca virtutum, sed est quasi principium a quo virtutes formaliter oriuntur. 1-2. q. 110. 3. c ad 3. et 4 ad 2. et 3.ª q. 62. 2. c

5. Gratia pro acceptione amoris non est principium rectæ operationis, nisi mediante virtute 1-2. q. 110. 4 ad 2.

6. Gratia differt essentialiter a qualibet virtute. 1-2. q. 110. 3. o. et 4 c. et 3.ª q. 7. 1. c. et q. 62 2. c. et q. 89. 1 c.

7. Gratia nihil aliud est quam quædam inchoatio gloriæ in nobis. 2-2. q. 24. 3 ad 2.

8. Auxilium Dei, ut movens ad volendum, dicitur gratia operans; sed respectu actus exterioris, dicitur gratia cooperans. 1-2. q. 111. 2 c.

9 Gratia consummata est lumen gloriæ. 1-2. q. 111. 3 ad 2

10. Gratia est natura, id est essentia; non tamen est naturalis alicui creaturæ. 3.ª q. 2. 1-2 c.

11. Natura non dicitur gratia gratis data; quia natura includit debitum naturæ et non debitum meriti, gratia vero omne debitum excludit. 1-2. q. 111. 1-2. et 4. c.

12 Gratia excedit conditionem naturæ creatæ 1-2. q. 112. 1. c et q. 114. 2. 5 c

13. Gratia proprie est donum Dei, excedens ordinem naturæ, et sine meritis. 1-2. q. 112. 1. c. et q. 114. 2. 5. c.

14. Gratia est participatio divinæ naturæ. 1-2. q. 110. 3 4. c et q. 112. 1. c. et q. 113. 9. c. et q. 114. 3 c. et 2-2. q 19. 7. c et 3. ᵖ q. 2. 10 ad 1. et q. 3. 4 ad 5 et q. 62 1. 2. c

15. Omnis gratia gratis data est manifestatio gratiæ gratum facientis. 1-2. q. 112 2 ad 2

16. Gratia sumitur tripliciter, scilicet pro dilectione, pro dono gratis dato, et pro recompensatione ejus. 1-2. q. 110. 1. c.

17. Gratia dicitur dupliciter, scilicet donum Dei, et Deus donans 3. ᵖ q. 2. 10. c.

18. Gratia Dei dicitur dupliciter, scilicet auxilium Dei movens nos, et habituale donum. 1-2. q 109. 1 ad 1. et 2 3. 6. 8 9. 10. c et q. 110 1. 2. c. et q. 111. 2. c. et q. 112. 1. c. et 2-2. q. 171. 2 ad 3.

19. Gratia duplex, scilicet gratum faciens, et gratis data. 1-2. q. 111. 1. o. et 3. ᵖ q. 7. 7. c. ad 1 et q. 62. 1. c.

20. Plenitudo gratiæ duplex, scilicet ex parte ipsius gratiæ, id est, quando aliquis attingit ad summum bonum, quantum ad essentiam et quantum ad virtutem, quia habet gratiam in maxima excellentia qua potest haberi, et maxime in extensione ad omnes gratiæ effectus; et talis gratiæ plenitudo propria est homini Christo, et ex parte habentis gratiam, scilicet quando aliquis habet gratiam, secundum suam conditionem, vel intensionem usque ad terminum ei præfixum a Deo, quoad omnia quæ pertinent ad suum statum vel officium; et talis plenitudo gratiæ communicatur aliis per Christum. 3 ᵖ q. 7. 10 o.

21 Gratiæ gratis datæ sufficienter enumerantur et distinguuntur novem, scilicet sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, gratia sanitatum, operatio virtutem, prophetia, discretio spiritum, genera linguarum, et interpretatio sermonum 1-2. q. 111. 4. o.

22. Gratia duplex, scilicet præveniens, et subsequens. 1-2. q. 111. 3. o.

23. Dilectio Dei dicitur præveniens non autem subsequens, quia est æterna; sed gratia Dei est temporalis, ideo dicitur utroque modo 1-2. q 111. 3 ad 1

24. Gratia duplex, scilicet operans, et cooperans 1-2 q 111. 2 o et 3 c.

25. Gratia operans, et gratia cooperans sunt idem secundum rem, et differunt secundum rationem, et secundum effectus; et similiter gratia præveniens et gratia subsequens. 1-2 q. 111. 2. c. ad 4. et 3. o

26. Gratia viæ et gratia patriæ sunt una et eadem numero. 1-2. q 111. 3 ad 2

27. Corpus non est immediatum subjectum gratiæ; sed ex anima redundat in corpus effectus gratiæ nunc et in patria. 3. ᵖ q. 73. 1 ad 3.

28 In omni habente gratiam oportet esse rectitudinem voluntatis. 2-2. q. 8. 4. c.

29. Amplior gratia collata fuisset ante peccatum quam post 1. ᵖ q. 95 4 c.

30. Gratia est major in uno quam in alio, ex parte subjecti: non autem ex parte objecti, nec finis. 1-2. q. 66. 2 ad 1. et q. 112. 4. o. et 2-2 q. 5. 4 ad 3

31. Aliquis incipit a majori gratia quam sit in alio in statu perfectus 3. ᵖ q. 89. 2 ad 4.

32. Bonum gratiæ unius est majus bono naturæ totius universi. 1-2. q. 113. 9 ad 2

33. Gratiæ gratis datæ non sunt communes omnibus, nec sunt omnes

æquales in eodem. 1-2. q. 66. 2 ad 1. et q. 68 5 ad 1

34 Gratia proprie non creatur, nec corrumpitur, sed subjectum secundum eam. 1-2 q. 110. 2 ad 3.

35. Gratia non fit, nec corrumpitur, sed subjectum secundum eam, et dicitur creari, quia homines secundum ipsam creantur, id est, constituuntur in novo esse, ex nihilo, id est, non ex meritis. 1-2 q. 110 2 ad 3.

36. Gratia gratum faciens amittitur per quodlibet peccatum mortale. 1-2. q 113 2. c. et 2-2. q. 10. 4. c. et q. 24 12. o. et 3. ᵐ q 86. 3. c

37. Infusio gratiæ fit in instanti, sine successione. 1-2. q 113. 7. c.

38 In eodem instanti est terminus præparationis subjecti, et infusio gratiæ. 3 ᵐ q. 89. 2. c.

39 Ad habitum gratiæ requiritur præparatio subjecti, quæ principaliter est a Deo, movente liberum arbitrium; secundario autem a nobis. 1-2. q. 112. 2 o. et 3. c. ad 2. et 4 c. et q. 113. 3. c. et 7. c. et 2-2 q. 24. 10 ad 3.

40. Præparatio perfecta ad gratiam est in instanti, non autem imperfecta. 1-2 q. 112. 2 ad 2.

41. Præparatio perfecta simul est cum infusione gratiæ, et meretur gloriam, et non gratiam, non autem imperfecta. 1-2. q 112 ad 1. et 3. ᵐ q 89. 2. c.

42. Gratia ex necessitate infallibilitatis. et non coactionis, sequitur præparationem, secundum quod est a Deo, non autem secundum quod est a nobis. 1-2. q 112. 3 o.

43. Quando homo facit totum quod potest, et totum quod in se est, tunc est necessitas ad habendam gratiam, non quidem necessitas coactionis, Deo debitum imponentis, sed necessitas immutabilitatis qua necesse est Deum esse; et ideo esse bonum, et ideo effluentem, et ideo disposito accipienti dantem. 1-2. q. 112 3. o.

44. Homo in gratia existens indiget auxilio Dei, movente ad recte agendum, non autem alia gratia habituali. 1-2. q. 109. 9. o.

45. Nulla creatura potest causare gratiam, sed solus Deus infundit eam immediate. 1-2. q. 76. 2 ad 2 et q. 109. 7. c. et q. 112. 1. o. et 3 ad 2. et 3. ᵐ q. 62. 1. c. ad 3. et 5. c. et q. 64. 1. c.

46. Homo dat gratiam, non interius influendo, sed exterius exhortando ad ea quæ sunt gratiæ. 3. ᵐ q. 8. 6 ad 2.

47. Deus dat gratiam dignis tantum, quos per gratiam facit dignos. 1-2 q. 114. 5 ad 2.

48. Deus aufert gratiam ab eo, qui per negligentiam non utitur gratia ei data. 2-2. q. 62. 4. c. et q. 78. 1 ad 1.

49. Humanitas Christi, ministri Ecclesiæ, et sacramenta sunt quasi gratiæ instrumentaliter tantum. 1-2. q. 112. 1 ad 1 et ad 2. et 3 ᵐ q. 8. 1 ad 2. et 6. ad 2. et q. 62 1. o. et 5. c q. 64. 1. o.

50. Omnia sacramenta novæ legis causant gratiam, non autem veteris. 1-2. q. 100. 2. 3. c. et q 103. 2 c. et q. 110. 12. c. et 2-2. q 100. 2. 3. c. et 3. ᵐ q. 61. 4 ad 2. et q. 62. 1 6. o. et q 63. 1 ad 3 et q. 66. 2. c. ad 1. et q. 72. 5 ad 3. et q. 87. 2 ad 2. et 3 c.

51. Sacramenta ex secunda sanctificatione, id est, ex usu eorum, habent quod causent gratiam, non autem ex prima. 3. ᵐ q. 62 4 ad 3.

52. Gratia est in sacramentis intentionaliter, ut in signo, et causa instrumentali, non autem ut in subjecto. 1. ᵐ q. 43. 6 ad 4. et 3 ᵐ q. 62. 3. o. et q. 72. 5 ad 3.

53. Signum sacramentale in pœnitentia non causat gratiam, sicut in aliis sacramentis, quia non datur ab exteriori; ideo non repræsentat agens extrinsecum, sicut in illis. 1-2. q 103. 2. c.

54, Virtus causandi gratiam est in sacramentis intentionaliter, ut in subjecto. 3. ᵐ q. 62. 4. o. et q. 63. 3. c.

et q. 65. 3. c. et q. 73. 1 ad 2 et ad 4. 3. et q. 78. 4. o.

55. Hæc virtus est in multis tanquam in uno subjecto, scilicet in materia et forma. 3.ᵖ q. 62. 4 et q 82. 1 ad 1.

56. Hæc virtus non est in prædicamento per se, sed reducitur ad genus qualitatis. 3.ᵖ q. 62. 4 ad 2. et q 63. 2. c

57. Gratia sacramentalis est species gratiæ communiter sumptæ; ideo non dicitur æquivoce. 3.ᵖ q. 62 2 ad 3.

58. Gratia sacramentalis addit supra gratiam communiter dictam, et supra virtutes, et dona, quoddam auxilium Dei, ad habendum sacramenti finem, sicut virtutes et dona, supra gratiam addunt perfectiones potentiarum 3.ᵖ q. 62. 2. o. et q. 72. 7 ad 2.

59. Gratia quam sacramentum directe continet, differt a gratia quæ est in virtutibus et donis, licet etiam hanc por quamdam continuationem contineat. 3.ᵖ q 72. 7 ad 3.

60. Gratia sacramentalis est ad duo, scilicet ad tollendum peccata, et ad perficiendum animum ad cultum divinum, secundum religionem christianæ vitæ. 3.ᵖ q. 62 5. c. et q. 63. 1. 6. c. et q. 65. 1. c.

61. Gratia virtutum et donorum sufficienter perficit essentiam et potentias animæ, quoad generalem ordinationem actuum; sed gratia sacramentalis, quoad aliquos speciales defectus. 3.ᵖ q. 62. 2 ad 1.

62. Gratia sacramentalis excludit peccata præterita; sed virtutes et dona sufficienter excludunt peccata præsentia et futura. 3.ᵖ q. 62. 2 ad 2.

63. Gratia et virtutes sanant animam formaliter, sed sacramenta effective. 1-2. q. 110. 2 ad 1.

64. Gratia gratum faciens, inquantum animam sanat, justificat, et gratum Deo facit, dicitur gratia operans; sed respectu operis meritorii, dicitur gratia cooperans. 1-2 q. 111. 2. c et 3.ᵖ q 86. 4 ad 2

65. A gratia gratum faciente fluunt virtutes et dona, ad perficiendum potentias animæ. 1.ᵖ q. 1. 8 ad 2. et q. 2. 2 ad 1. et 1-2. q 110. 3. c. et 4 ad 1. et 3.ᵖ q. 7. 2. c. et q. 62. 2. c. et q. 89 1. c.

66. Gratiæ gratis datæ ordinantur ad manifestationem fidei, et doctrinæ spiritualis. 3.ᵖ q. 7. 7. c. ad 1.

67. Gratia gratum faciens ordinat hominem immediate ad conjunctionem ultimi finis; ideo est multo excellentior quam gratis data, quia ordinat ad quædam præparatoria ultimi finis. 1-2. q. 111. 5. o.

68. Sicut gratia gratum faciens ordinatur ad actus meritorios interiores, sic gratia gratis data, ad exteriores. 3.ᵖ q. 7 ad 1.

69. Gratiæ gratis datæ dantur ad utilitatem aliorum, sed gratia gratum faciens datur ad utilitatem propriam. 1-2. q. 111 1. 4. c. et 2-2. q. 176. 1 ad 1. et q. 177. 1. c. ad 3 et ad 4.

70. Effectus gratiæ quintuplex, scilicet sanitas animæ, velle bonum, efficaciter operari, perseverentia in bono, et perventio ad gloriam. 1-2. q. 111. 3 c.

71. Gratia non tollit naturam, sed perficit et supplet defectum naturæ. 1.ᵖ q. 1. 8 ad 2. et q. 2. 2 ad 1. et 2-2. q. 188. 8. c. fin.

72. Gratia duo principaliter facit in anima: primo perficit formaliter ad esse spirituale; secundo perficit ad opus. 1-2. q. 111. 2. c fin.

73 Omne donum gratiæ elevat hominem ad aliquid supra naturam humanam quoad substantiam actus, ut miracula facere, et prævidere futura; vel quoad modum, ut diligere, et cognoscere Deum; ad secundos datur donum gratiæ habituale, non autem ad primos. 2-2. q. 171. 2 ad 3.

74 Quod semel gratia facit, perpetuo manet. 3.ᵖ q. 88. 1 ad 4.

75. Non omnia beneficia Dei dicuntur gratiæ gratis datæ, sed tantum

quæ sunt supra facultatem naturæ, supra meritum personæ, non pro se, sed pro aliis. 1-2. q. 111. 1. c. ad 2. et 4 ad 1. et 2-2. q. 172. 4 c. et q. 177. 1. o. et q. 178. 1. c.

76. Gratia elevat hominem ad vitam, quæ est supra conditionem omnis creatæ naturæ. 1-2. q. 110. 1. c.

77. Gratia viæ est æqualis gratiæ gloriæ in virtute, non autem in actu. 1-2. q. 114. 3 ad 3.

78 Minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, et mereri vitam æternam. 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3. et q. 70. 4. c

79. Quilibet existens in gratia, ex hoc dignus est vita æterna. 1. ᵖ q. 24. 3. c. et 1-2. q 113. 2 ad 2. et 9. c. et q. 114 3. o. et 3. ᵖ q 62. 6 ad 3.

80. Ultimus effectus positivus gratiæ est pervenire ad gloriam, 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3. et q. 70. 4 c. et q. 72, 7 ad 1.

81. Gratia gratum faciens ad hoc principaliter datur, ut anima hominis Deo per charitatem conjungatur; ideo quicquid potest esse sine uno, potest esse sine alio 2-2. q. 172. 4. c.

82. Effectus gratiæ operantis est prior quam effectus gratiæ cooperantis. 3. ᵖ q 86. 4 ad 2.

83. Gratia est similitudo Dei, operans in virtute misericordiæ Dei infinite. 3. ᵖ q. 2. 10 ad 1. et q. 3. 4 ad 3

84 Per gratiam gratum facientem, tota Trinitas inhabitat mentem. 1. ᵖ q. 43. 3. o. et 4 ad 2 et 5. c.

85. Gratia non immobilitat in bono, ne quis possit peccare, nisi sit perfecta, scilicet conjungens fini. 1. ᵖ q. 62. 3 ad 2. et 1-2. q 106. 2 ad 2.

86. Gratia non infunditur in habentibus usum liberi arbitrii, sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, et in peccatum. 1. ᵖ q. 87. 2. c.

87 Gratia nunquam amittitur sine culpa, et illud quod ex gratia Dei conceditur, nunquam absque culpa revocatur. 3. ᵖ q. 50. 2 c.

88. Gratia est quodammodo infinita, cum sufficiat ad merendum præmium infinitum, et per quam satisfactio proportionatur culpæ infinitæ, inquantum est offensa Dei. 1-2. q. 114. 3 ad 3.

89. Primus effectus gratiæ gratum facientis est remissio peccatorum. 3. ᵖ q. 72. 7 ad 1.

90 Nulla culpa potest remitti sine gratia. 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3. et q. 70. 4. c. et q. 86 3. c. et q. 87. 4. o. et q 89. 1. c

91. Minima gratia baptismalis sufficit ad delendum omnia peccata. 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3. et q. 69. 8 ad 1. et q. 70. 4 c.

92. Remissio culpæ et pœnæ æternæ est effectus gratiæ operantis; sed remissio pœnæ temporalis est effectus gratiæ cooperantis. 3. ᵖ q. 86. 4 ad 2. et 6 ad 1. et 88. 1 ad 4.

93. Ad remissionem venialium non requiritur nova infusio gratiæ. 3. ᵖ q. 65. 1 ad 8. et q 87. 2. o. et 3. c. et 4 ad 2.

94. Sed requiritur ad remissionem mortalium. 3 ᵖ q. 87. 2 ad 3.

95 In omni infusione gratiæ remittuntur venialia, quoad culpam, nisi sit impedimentum; non autem semper quoad pœnam 3. ᵖ q. 87 2. 3 o

96. Homo existens in gratia potest vitare omnia et singula peccata mortalia, et singula venialia, non autem omnia. 1-2 q. 74. 3 ad 2. et q. 109 8. o. et 2-2 q. 158. 2 ad 3 et 3. ᵖ q. 87. 1 ad 1.

97 Homo indiget auxilio Dei, ad cognitionem cujuscumque veri, non autem gratia habituali, sed tantum ad cognitionem supernaturalem. 1-2. q. 109. 1. o. et 2 ad 3.

98 Homo potest scire se habere gratiam per revelationem, et conjecturaliter per aliqua signa, non autem per seipsum et certitudinaliter. 1-2. q. 112. 5. o.

99. Expedit quandoque præsentiam Dei in nobis per gratiam ignorare propter tria, scilicet ut timor divini judicii nos humiliet, ne præsumpta

securitas nos præcipitet, et ut vigilanter et desideranter gratiam Dei expectemus. 1-2. q. 112. 5. c.

100. Homo potest bene et male facere sine gratia habituali, non autem mereri; neutrum vero potest sine auxilio Dei. 1.ª q. 62. 4 c. et 1-2. q 109. 2. 5. o. et 6 c. et q 114. 2. o. et 2-2. q. 10. 4. c. et q. 83. 15. ad 1.

101. Homo sine auxilio Dei gratuito non potest se ad gratiam præparare. 1.ª q. 62. 2. o. et 1-2. q. 109. 6. o

102. Homo potest se præparare ad gratiam, sine alia gratia habituali, non autem sine auxilio Dei. 1.ª q. 62. 2 ad 3. et 1-2. q. 109. 6. o.

103. Homo post peccatum non magis indiget gratia Dei quam ante; sed ad plura, scilicet ad sanandum, et merendum 1.ª q 95. 4 ad 1 et 1-2. q. 108. 2. c. et q. 109 2. 3. 4. c. et 3.ª q. 61 2 ad 1.

104. Homo in statu naturæ integræ poterat sine gratia habituali vitare omnia et singula peccata mortalia et venialia, non autem sine auxilio Dei. 1-2. q. 109 8. c

105. Homo in gratia existens potest perseverare sine alia gratia habituali non autem sine auxilio Dei. 1-2. q. 109 9 10 et q. 114. 2. c. et 2-2. q. 137. 4. o.

Homo existens sine gratia, et in peccato mortali, non potest diu persistere, quin ruat in aliud peccatum mortale. 1-2 q. 109. 8 o.

106. Homo sine gratia potest vitare singula peccata mortalia, non autem omnia 1-2. q. 63 2 ad 2 et q 109. 8 o.

107 Quædam sunt peccata mortalia, quæ homo sine gratia nullo modo vitare potest, scilicet quæ directe opponuntur virtutibus theologicis. 1-2. q. 63. 2 ad 2.

108 Homo non potest resurgere a peccato sine auxilio Dei, et gratia habituali. 1-2. q 109. 7. o. et q. 113. 2. o. et q. 114. 2. c. et 2-2. q. 137 5 ad 3. et 3.ª q. 86. 3 c.

109. Homo in gratia existens indiget auxilio Dei movente ad recte agendum, non autem alia gratia habituali. 1-2. q. 109. 9. o

1 Gratiarum actio respicit gratiam dantis; ideo ubi est major gratia dantis, ibi debet esse major gratiarum actio recipientis. 2-2. q. 106. 2. c.

2 Gratiarum actio non debetur tantum danti, sed etiam promittenti. 2-2. q. 88. 5 ad 2. et 6. c.

3. Gratificatio, id est, gratiarum actio, facta Deo, est actus religionis. 2-2. q 106. 1 ad 1.

1. Gratitudo seu gratia est virtus specialis, reddens gratiam benefactori. 1-2. q. 60 3. c. et 2-2. q 106. 1. o et q. 107 1. c.

2. Gratitudo, ingratitudo, datio beneficii, clementia, et misericordia, non sunt proprie ad seipsum. 2-2. q. 106. 3 ad 1.

3. Ad gratitudinem tria requiruntur: primo quod homo recognoscat beneficium acceptum; secundo quod laudet, et gratias agat; tertio quod retribuat loco et tempore secundum suam facultatem. 2-2. q. 107 2. c.

4. Vitium duplex opponitur gratitudini, scilicet per excessum, ut recompensando quibus non debet, vel citius quam debet; et per defectum, scilicet ingratitudo, quæ magis opponitur ei. 2-2. q. 107. 2. c.

1. Grave vel leve habent in se principium activum, et formale sui motus. 1-2. q 36. 2. c.

2. Movens per se gravia et levia est generans; sed per accidens, est removens impedimentum. 1.ª q. 18. 1 ad 2. et q. 105. 2. c. et 1-2. q. 25. 1 ad 2.

3. Locus est causa finalis motus gravium, sed gravitas est unde principium motus. 1-2. q. 36. 2. c.

4 Gravitas per prius inclinat deorsum quam retrahat de loco deor-

sum; sed utrumque convenit per se gravi 1-2 q. 36. 1. c.

GREGORIUS, propter tristitiam, intermisit expositionem Ezechielis. 1-2. q. 37. 1 ad 3.

GRYPHUS equis et hominibus infestus, significat crudelitatem potentum. 1-2. q. 102. 6 ad 1 co. 2.

1. GUBERNARE est rem ad debitum finem convenienter perducere. 1.ª q. 103. 1. o. et 1-2. q. 102 2. c.

2. Gubernatio est executio providentiæ 1.ª q. 22. 1 ad 2. et q. 3. c. et 23 2 c.

3. Angelorum ministerio Deus gubernat homines. 1.ª q. 110. 1. o.

1. GULA est inordinatus appetitus cibi et potus; ideo semper est peccatum. 2-2. q. 148. 1. 2. 4. o.

2. Gula est vitium capitale, cujus filiæ sunt quinque, scilicet inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, stultiloquium, et hebetudo mentis. 2-2. q. 148. 5. 6 o.

3. Gula est peccatum mortale, tantum si in hoc ponatur ultimus finis, scilicet quod animus sit paratus agere contra legem Dei. 2-2. q. 148. 2. o. et q 154. 2 ad 6.

4 Excessus cibi scienter contingens ex concupiscentia pertinet ad vitium gulæ, non autem si contingat ex ignorantia. 2-2. q. 148. 1 ad 2.

5. Comedens scienter nociva, vel nimis, in grave nocumentum corporis ex gula, peccat mortaliter. 2-2 q. 141. 6 ad 2. et q 154. 2 ad 6.

6. Peccatum gulæ est contra tertium præceptum Decalogi. 2-2. q. 148. 2 ad 1

7. Species gulæ sunt quinque, contentæ in hoc versu: *Præ propere, laute, nimis, ardenter, studiose.* 1-2. q. 72, 9. c. ad 3. et 2-2. q. 148. 4. o

8 Gula est levius peccatum aliis, ratione materiæ et peccati, propter necessitatem et difficultatem; sed gravatur ex effectibus. 2-2. q. 148. 3. o.

9. Gula aufert omnes virtutes, non ratione sui, sed ratione vitiorum quæ oriuntur ex ea. 2-2. q 148. 2 ad 4

10 Hebetudo circa speculabilia maxime procedit ex gula; sed hebetudo circa eligibilia est in omni peccato. 2-2 q. 148. 6 ad 1.

11. De gustu sano et corrupto, in judicando corporaliter, et spiritualiter 1-2. q. 1. 7. c et q. 2. 1 ad 1.

GUTTA Ultima in multis guttis cavantibus lapidem agit in virtute omnium præcedentium. 2-2. q. 24 6 ad 2.

H.

1. HABERE, licet non sit actio, significatur tamen per modum actionis. 1-2. q. 49. 1. c.

2. Habere dicimur id quod libere uti, vel frui possumus cum volumus: ideo personæ vel essentia Dei habentur a sola creatura rationali cum videlicet fit per donum Dei, particeps divini Verbi, et procreantis amoris, ut possit libere Deum vere cognoscere, et recte amare, quod etsi dono habeatur a solo Deo, sic tamen habetur ut sit illius, cui donatur, et ideo possit eo uti cum velit 1.ª q. 38. 1. c et q. 43. 3. c

3. Habere secundum quod dicitur respectu cujuscumque quod habetur, commune est ad diversa genera. 1-2. q. 49 1. c.

HABILITAS est medium inter potentiam vel subjectum, et actum seu formam 1.ª q 48. 4 ad 2

1. HABITUS proprie est forma permanens, vel est qualitas, informans aliquam potentiam, vel principium eliciens actum. 1-2. q. 49 1. o. et 2-2 q. 171. 2. c. fin.

2. Habitus est qualitas, de difficili mobilis, qua homo potest uti cum voluerit, reddens operationem delectabilem. 1-2. q 49. 2 ad 3.

3. Mobile de facili vel difficili non sunt differentiæ essentiales habitus et dispositionis, sed ponuntur pro eis. 1-2. q 49. 2 ad 3.

4. Habitus est secundum quem ad aliquid nos habemus bene vel male. 1. ª q. 83. 1. c. et 1-2. q. 49. 1. c. et 2. c. ad 1.

5. Idem habitus non se habet quandoque ad bonum, et quandoque ad malum, sed bene eadem potentia. 1-2. q 49. 4 ad 3. et q. 54. 3. o.

6 Habitus non est dispositio objecti ad potentiam, sed e converso. 1-2. q. 51. 4 ad 1.

7. De ratione habitus, non est respectus ad potentiam, sed ad naturam 1-2. q. 49. 2. c. ad 1. 3 ad 2.

8. De ratione habitus est, quod importet habitudinem ad naturam primo et per se, secundum quod convenit, vel disconvenit. 1 2 q. 49. 1. c. ad 1. et 3. o

9. Habitus distinguuntur specie secundum tria, scilicet secundum principia activa eorum, secundum naturam, et secundum objecta specie differentia. 1-2. q 54. 2 o. et 3 c. et q. 60. 1. c et q 63. 4 c.

10. Habitus distinguuntur, specie, in ordine ad naturam dupliciter, vel secundum convenientiam, et disconvenientiam, ut habitus bonus et malus; vel secundum convenientiam ad naturam humanam, et superiorem, ut virtus divina, vel heroica, et humana. 1-2. q. 54. 3. o.

11. Consuetum est apud auctores, ut habitus per actus diffiniant, ponentes actus pro habitibus. 1-2. q. 70 1 ad 3 et 2-2. q. 58. 1. c. ad 1.

12. Diversi finis proximi diversificant species habitus, licet unus finis ordinetur ad alium finem. 2-2. q. 47 11 ad 3.

13. Habitus, secundum quod est prædicamentum, importat habitudinem indumenti ad indutum. 1-2. q. 49 1. c.

14. Habitus, secundum quod est postprædicamentum, est secundum quod homo, vel quæcumque alia res, dicitur aliquid habere; sed habitus prædicamentum, dicitur tanquam actio quædam habentis et habiti, sicut est in illis quæ circa nos habemus. 1-2. q. 49 1. c ad 2.

15. Habitus religionis est observantia regularis, pertinens ad tria principalia vota, ut signum obligationis. 2-2 q 186. 7 ad 2 et q. 188. 1 ad 2.

16. Habitus sumitur quadrupliciter, scilicet pro postprædicamento, pro prædicamento, pro prima specie qualitatis, et pro habitu religionis. 1-2. q. 49. 1. o et 2-2. q. 186. 7 ad 2. et q. 188. 1 ad 2.

17. Habitus qualitas dicitur dupliciter, scilicet dispositio potentiæ ad actum, et dispositio ad naturam. 1-2. q. 49 3 4. c. et q 50. 1 c. ad 1. et 2 c ad 3. et 3 ad 2. et q. 51. 1 c. et q 54 1. 2. c. et q 82. 1 c.

18. Aliquid dicitur habitus dupliciter, scilicet essentialiter, id est id quo quis agit, et contentum habitu; secundo modo qui est in habitu et non in actu, similis est dormienti; non autem primo modo. 1-2. q. 94. 1. c.

19 Habitus duplex, scilicet naturalis, et infusus a Deo. 1-2. q 51. 1. 4 o.

20. Habitus homini infunduntur a Deo, duplici ratione, scilicet ad finem supernaturalem, sicut omnes virtutes gratuitæ, vel ad ostendendam virtutem Dei, ut sanitas et scientia miraculose. 1-2. q. 51. 4 o.

21. Habitus sunt necessarii ad tria, scilicet ad firmitatem, promptitudinem, et delectationem in opere 1-2. q 49. 4. o. et q. 50 2 ad 3 fin

22 Quantitas habitus attenditur dupliciter, scilicet respectu objecti, et subjecti 2-2. q. 5 4. c

23. Habitus proprie non est in Deo. 1-2 q 49. 1. c.

24. Potentia pure activa non est subjectum alicujus habitus. 1-2. q. 54. 1. c

25. Habitus cujus subjectum est potentia non importat ordinem ad naturam, sed ad operationem; ideo posterior est quam potentia, sed prior est ea, sicut completum incompleto, et actus quam potentia. 1-2. q. 50 2 ad 3.

26. Habitus omnes qui sunt in eadem potentia, sunt ejusdem generis, licet differant specie propter differentiam objectorum formalium. 1-2. q. 54 1 ad 1.

27. Ex actibus habitus infusi non generatur aliquis habitus acquisitus, sed præexistens augetur seu confirmatur. 1-2. q. 51. 4 ad 3

28. Habitus intellectuales sunt principaliter in intellectu possibili, secundario autem in sensibus interioribus. 1-2. q. 50 4. o et q. 51. 3 c et q. 53. 1. c et q. 56 5. o. et 67. 2. c.

29 Nullus habitus operativus constituitur ex multis, quia est qualitas simplex relata ad multa secundum unum. 1-2 q. 53 2 ad 1 et q. 54. 4. o

30. Habitus quilibet habens subjectum corruptibile, et causam habentem contrarium, corrumpitur per se a suo contrario, et per accidens ad corruptionem subjecti, ut habitus corporales 1-2. q. 53 1. 3. c

31. Si loquamur de aliqua superiori natura, cujus homo potest esse particeps, sic nihil prohibet, in anima secundum suam essentiam, esse aliquem habitum, scilicet gratiam. 1-2. q. 50. 1. c.

32 Habitus potest habere ordinem ad actum, id est, ad operationem, et secundum rationem subjecti; sed omnis habitus qui est alicujus potentiæ ut subjecti, primo et principaliter ordinatur ad actum, quia natura et ratio potentiæ est quod sit principium sui actus, alii vero consequenter ordinantur. 1-2. q. 49. 3. o et 4. c.

33. In eodem corpore sunt multi habitus, secundum diversos modos partium, quia secundum humores est sanitas; secundum partes similes est fortitudo vel macies, secundum membra vere est pulchritudo. 1-2. q. 54. 1. c.

34 In membris corporis et in potentiis naturalibus, sicut non sunt aliqui habitus operativi, ita etiam nec in potentiis sensitivis. 1-2. q. 50. 3 ad 3.

35. In ipsis etiam interioribus viribus animæ sensitivis apprehensivis possunt poni aliqui habitus, secundum quos homo sit bene memorativus, vel cogitativus, vel imaginativus. 1-2. q. 50. 3 ad 3.

36. Habitus ex eadem causa augentur, ex qua generantur, quia generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ejus. 1-2. q 53. 2. c.

37. Diminutio convenit habitui, non secundum se, sed secundum diversum modum participandi ex indeterminatione potentiæ ipsius participantis. 1-2 q. 53. 2 ad 1.

38. Habitus aliquando sic ligatur, quod non potest exire in actum, sicut usus et judicium rationis per iram et scientia per ebrietatem. 1-2. q. 48. 3. o. et 4. c et q. 94. 1 ad 4.

39. Habens habitum virtutis vel vitii potest non uti eo, et exire in usum contrarium. 1.ª q 62. 3 ad 2. et 1-2. q. 52. 3. c. et q. 63. 2 ad 2. et q. 71. 4. o. et q. 78. 2 c. ad 3. et q. 109. 8. c. fin.

40. Nobiles habitus affectivi infusi possunt latere suos possessores, non autem cognoscitivi. 1-2. q. 112 5 ad 2.

41. Habitus principiorum est naturalis, et datur in creatione quoad lumen, sed acquiritur per sensum quoad determinationem specierum. 1-2. q. 10 1. c. et q. 51. 1 ad 2. et q 62. 3. c. ad 1. et q. 63. 1. c.

42. Habitus primorum principiorum sunt nobis naturales. 1-2. q 91. 2. c. ad 2. et 3 o et 2-2. q. 5. 4. ad 3. et q. 8. 1 ad 1. et q. 47. 6. c. et

15. c. et q. 49. 2 ad 1. et 3 ᵐ q. 9. 1. c. fin.

43. Non est alius habitus principiorum et conclusionum quæ ex eis eliciuntur, et præcipue circa singularia. 1-2. q. 57. 2 ad 2.

44. Habitus naturales, scilicet primorum principiorum speculativorum vel practicorum, non possunt amitti, nec corrumpi. 1-2. q. 53. 1. c.

45. Habitus per discursum causati in intellectu possunt corrumpi per accidens, scilicet ratione sensuum, et per se, scilicet a contrario discursu, vel contraria propositione. 1. ᵐ q 89. 5 c. et 1-2. q. 53. 1 o.

46. Habitus diminuitur per easdem causas, per quas corrumpitur, quia diminutio est via ad corruptionem. 1-2 q 53 2. o.

47. Habitus scientiæ et virtutis diminuuntur et corrumpuntur per solam cessationem actus, non quidem per se, sed per accidens 1-2. q 53. 3. o.

48. Habitus non cognoscitur, nisi per actus; et hoc dupliciter, scilicet inquantum habetur, et per essentiam. 1. ᵐ q. 87. 2. o. et 1-2. q. 49. 2. o. et 2-2. q 4. 1. c.

49. Habitus est causa cognoscendi, quasi æquivoca, non autem quasi univoca; nec ut cognitus, sed ut quo aliquid cognoscitur, ideo non oportet quod sit notior aliis. 1 ᵐ q. 87. 2 ad 3 et q. 88. 3 ad 2.

50. Habitus qui est principium operationis est posterior potentia; sed habitus qui est dispositio ad naturam est prior potentia. 1-2. q. 50. 2 ad 3.

1. Hebetudo sensus opponitur acuitati ejus et est debilitas mentis, in consideratione spiritualium; et est peccatum, inquantum est voluntaria. 2-2. q. 816. ad 1 et q. 15. 2. o.

2. Existens in gratia non potest pati hebetudinem sensus in iis quæ sunt de necessitate salutis, sed in aliis. 2-2. q 8. 4 ad 1.

1. Elias non est raptus in cœlum empyreum, sed aereum; et vivit cum Enoch in paradiso terrestri usque ad Antichristum. 1. ᵐ q. 102. 2 ad 3. et 3. ᵐ q. 49. 5 ad 2.

2. Elias propter injuriam quæ redundabat in Deum fecit ignem descendere super eos qui venerant ad ipsum capiendum. 2-2. q. 108. 1 ad 4.

3 Deus per Eliam veritatem respondit nunciis regis, qui mittebantur ad consulendum Deum Acharon. 2-2. q. 174. 5 ad 4

Eliseus maledixit pueros zelo Dei, non autem livore vindictæ, sicut etiam Elias occidit centum viros. 2-2. q. 108. 1 ad 4.

1. Hæresis non computatur inter vitia capitalia, nec inter filias eorum. 2-2. q. 10 1 ad 3.

2. De ratione hæresis sunt duo, scilicet electio privatæ disciplinæ, et pertinacia. 2-2. q. 11. 2 ad 3.

3. Hæresis principaliter est circa articulos fidei: secundario autem circa ea quæ sequuntur ex eis. 2-2. q. 11. 2. o.

4. Hæresis principaliter consistit in corde, secundario in ore, sicut et fides. 2-2. q. 11 2. c

5. Hæresis et secta sunt idem: et sunt opera carnis, non ratione sui actus, vel finis proximi, sed ratione causæ, scilicet ratione appetitus indebiti finis, vel phantasticæ illusionis. 2-2. q. 11. 1 ad 3.

6. Hæresis nascitur ex superbia, vel ex concupiscentia commodi temporalis. 2-2. q. 11. 1 ad 2 et ad 3.

7. Corruptio rectæ æstimationis circa fidem, vel bonos mores in universali, facit hæresim; non autem in particulari, propter passionem. 2-2. q. 162. 4 ad 1.

8. Opinari contrarie de pertinentibus principaliter ad fidem inducit hæresim, non autem de aliis, nisi consideretur, vel determinetur, quod pertinent ad fidem. 1. ᵐ q. 32. 4. o et 2-2. q. 11. 2 ad 3.

9. Exponens sacram Scripturam, in contrarium ei quod per Spiritum sanctum est revelatum, est hæreticus. 1.ª q. 1. 10. c. fin. et 2 2. q. 11. 2 ad 2.

10. Quicumque resistit auctoritati Romanæ Ecclesiæ hæresim incurrit. 2-2. q. 11. 2 ad 3.

11. Ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis, secundum Hieronymum. 1.ª q. 31. 2. c. et 2-2. q. 11. 2 ad 2. et 3.ª q. 16. 8. c.

12. Hæresis est necessaria et utilis Ecclesiæ per accidens tantum, scilicet ratione probationis, et ratione exercitii. 2-2. q. 11. 3 ad 2.

13. Hæretici possunt ordinare, non autem dare executionem 2-2 q 39. 3. o. et 3.ª q. 64. 9 ad 2.

14. Hæretici non possunt absolvere quia non habent jurisdictionem, nec dant gratiam. 2-2. q 39. 3. o.

15. Si aliqui, post abjurationem erroris, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, sæculari judicio sunt relinquendi secundum decretalem, *Super eo*, De hær. in VI. 2-2. q. 11. 3. c. et 4. b ad 1. et q. 31. 2 ad 3.

16. Alii autem infideles qui nunquam fidem acceperunt, conversi ad fidem nondum ostendunt aliquod signum inconstantiæ circa fidem sicut hæretici relapsi; et ideo non est similis recipiendi ratio de utrisque. 2-2. q. 11. 4 ad 3.

17. Simplices nescientes articulos fidei non condemnantur pro hæreticis, sed quia pertinaciter defendunt contraria articulorum. 2-2. q. 2. 6 ad 2 et ad 3.

18. Hæretici non debent tolerari, nisi primo velint resipiscere. 2-2. q. 11. 3. o.

19. Firmi in fide possunt corpore conversari cum hæreticis, ut eos convertant, non tamen in divinis. 2-2. q. 10. 9. c. fin.

20. Hæretici possunt juste occidi in judicio sæculari, et rebus suis privari, etiamsi alios non corrumpant, magis quam rei criminis læsæ majestatis, vel quam cudentes falsam monetam. 2-2. q. 10. 8. o. et q. 11. 3. c.

21. Hæretici relapsi recipiuntur semper ad pœnitentiam, non autem ad dignitates. 2-2. q. 11. 4. o.

22. Ecclesia post primam vel secundam correctionem tradit hæreticos judicio sæculari: unde in judicio Dei semper recipiuntur redeuntes; quia Deus scrutator est cordium, et vere redeuntes cognoscit; sed hoc Ecclesia imitari non potest: præsumit autem eos non vere reverti, qui cum recepti fuissent, iterum sunt relapsi; et ideo eis viam salutis non denegat, sed a periculo mortis eos non tuetur. 2-2. q. 11. 3. c. et 4. c. ad 1.

23. Hæresis per se opponitur fidei, schisma vero unitati charitatis; ideo non sunt idem, sed secundum disponit ad primum; et omnis hæreticus est schismaticus, non autem e converso. 1-2. q. 39. 1 ad 3.

24. Hæresis Sabellii, quod Deus Pater est Filius natus de Virgine, et quod est Spiritus sanctus, secundum quod creaturam rationalem sanctificat, reprobatur. 1.ª q. 27. 1. c. et q. 28. 1. 3. b. et q. 31. 2. c.

25. Ecclesia contra Sabellium confitetur communicabilitatem, numerum, ordinem, consortium, et distinctionem; et negat singularitatem, unicum, confusum, et solitudinem. 1.ª q. 31. 2. c.

26. Hæresis Arii, quod Filius Dei est minor Patre secundum divinitatem, et quod est creatura. 1.ª q. 27. 1. c. et q. 31. 2. c. et q. 32. 1 ad 1. et q. 34 1 ad 1. et q. 41. 2. c. etq. 42. 1. c. ad 2. et q. 65. 1. c. et 3.ª q. 10 2 ad 1. et q. 12. 2 ad 3. et q 16. 8. 9. c. et q. 20 1 ad 1.

27. Ecclesia contra Arium confitetur unitatem, simplicitatem, similitudinem, et æqualitatem; et negat diversitatem, differentiam, separationem, alienitatem, discrepationem, et disparitatem 1.ª q. 31. 2. c.

28. Hæresis Arii et Origenis, quod personæ divinæ differunt essentialiter 1.ª q. 32. 1 ad 1. et q. 34 1 ad 1.

29. Hæresis Origenis, quod Verbum Dei non est Deus essentialiter, sed participative. 1. ᵖ q. 34. 1 ad 1.

30. Quod anima Christi cum aliis spiritualibus creaturis fuit creata ante corpora, et a Verbo assumpta, et in fine unita corpori. 1.ᵖ q. 90. 4 c. et q. 118. 3. o. et 3.ᵖ q. 6. 3 c.

31. Quod animæ sunt unitæ diversis corporibus propter diversa peccata. 1.ᵖ q. 23. 5. c. et q. 47. 2. c. ad 3. et q 65. 2. c. et q. 75 7. c. et q. 90. 4. c. et q. 118. 3. c. et 2-2. q. 164 1 ad 4.

32. Quod beatitudo terminabitur. 1.ᵖ q. 64. 2. c et 1-2. q. 5. 4. c.

33. Quod pœna dæmonum et aliorum damnatorum terminabitur. 1.ᵖ q. 64 2. c.

34. Hæresis Manichei, quod principia sunt duo, unum bonorum, et spirituum tantum, scilicet Deus; alterum malorum, et corporalium, scilicet diabolus. 1.ᵖ q. 8 3. c. et q. 65. 1. c.

35. Quod Deus est corpus, et lux infinita; et quod Christus est iste sol visibilis. 1.ᵖ q. 90. 1. c

36. Quod diabolus naturaliter est malus. 1.ᵖ q 63. 5. c principio.

37. Quod quædam animæ sunt ex substantia Dei 1.ᵖ q 90. 1 b. et c.

38. Quod caro hominis non est bona, nec est a Deo, sed est a diabolo. 2-2. q 25. 5. c.

39. Hæresis ejus est gravior secundum genus quam idololatria. 2-2. q. 10. 6. c. et q. 94. 3 ad 4.

40. Hæresis ejus, et Montani, et Priscillæ, quod promissio Spiritus sancti non fuit completa in apostolis, sed in eis; ideo negant Actus apostolorum. 1-2. q. 106. 4. ad 2.

41. Hæresis Pelagii quod omnia præcepta Dei servari possunt sine gratia. 1-2. q. 100. 10. ad 3. et q. 109. 4. b.

42. Quod principium bene operandi est ex nobis, sed consummatio est ex Deo. 1.ᵖ q 23. 5. c. et 2-2. q 6. 1. c

43. Quod pueri non contrahunt peccatum originale; sed baptizantur propter regnum Dei. 1-2. q. 81. 1 c

44 Quod matrimonium æquatur virginitati. 2-2. q. 152. 4. o. est q. 86. 4. c. fin.

45. Quod Maria non est mater Dei. 3.ᵖ q. 35. 4. o.

46. Hæresis Eutychetis, quod in Christo est tantum una natura composita ex natura divina et humana 3.ᵖ q. 2. 6. c. et q. 18. 1. c.

47. Quod corpora resurgentium et Christi non erunt palpabilia, sed erunt ut ventus. 3.ᵖ q. 54. 3 c.

48. Hæresis Ebionis, quod Christus conceptus est ex semine viri. 3.ᵖ q 28. 1. c

49. Hæresis Ebionis, Cerinti, Photini, et Pauli Samosateni, quod Christus non fuit ante matrem, sed purus homo meruit deitatem. 3.ᵖ q. 2. 11. c. et q. 16. 1. c. et q. 28. 1. c. et q. 54. 1 ad 1. et q. 35. 4. c. et q. 66 9 ad 3.

50. Hæresis Juliani et Gallani, quod corpus Christi non fuit corruptum, id est mortuum. 3.ᵖ q. 50. 5. c.

51. Hæresis Helvidii, quod mater Christi non mansit virgo post partum. 3.ᵖ q. 28. 3. c. ad 1.

52. Hæresis Eunomii, quod Filius Dei est omnino dissimilis Patri. 1.ᵖ q. 42 1 ad 2.

53. Hæresis Nazaræorum, quod fides Christi sine operibus legis non sufficit ad salutem. 3.ᵖ q. 74. 4. c. fin.

54 Hæresis abbatis Joachim quod essentia generat essentiam sicut Deus generat Deum. 1.ᵖ q. 39. 5. c.

55. Hæresis Simonis magi, quod gratia Spiritus sancti est venalis, et quod mundus est factus a quadam superna virtute, non autem a Deo. 2-2. q 100 1 ad 1.

56. Sanctos non orare, nec posse nos juvare, est hæreticum, et est hæresis Vigilantii. 2-2. q. 83. 11. c.

57. Hæresis Montani, quod prophetæ non habebant lumen judicandi, sed erant arreptitii. 2-2. q. 173. 3. c. ad 4.

58. Hæresis Vigilantii impugnantis voluntariam paupertatem et quatuor modos ejus, ut, scilicet de pretio possessionum venditarum, omnes communiter vivant, ut de possessionibus communibus vivant, ut de labore manuum vivant, ut de iis quæ ab aliis inferuntur, communiter vivant 2-2. q. 186. 3 ad 6. et 4. c. fin.

59. Hæresis Novatianorum, quod peccans post baptismum non potest resurgere ad gratiam per penitentiam. 2-2. q. 20. 2 ad 3. et 3. ᵖ q. 84. 10. c.

60. Hæresis Cathaphrigarum qui non baptizant in nomine trium personarum, sed in commemoratione mortis Christi, quem dicunt esse purum hominem, et non Deum; et Spiritum sanctum dicunt esse Montanum. 3. ᵖ q. 66 8. c. et 9 ad 3.

61. Deum non esse auctorem omnium bonorum, est hæreticum. 1. ᵖ q. 65. 1. c.

62. In Deo esse compositionem, vel accidens, vel aliquid præter Deum esse æternum, est hæreticum. 1. ᵖ q. 61. 2. c.

63. Angelos, vel aliquid aliud, præter Deum, fuisse ab æterno, est hæreticum. 1. ᵖ q. 61. 2. c.

64. Quod angeli creent aliquid est hæreticum. 1. ᵖ q. 90. 3. c. et 1-2. q. 3. 7 ad 2.

65. Opinio ponens angelos non habere cognitionem singularium, est hæretica, et sacræ Scripturæ contraria. 1. ᵖ q. 57. 2. c.

66. Prima opinio Nestorii et Dioscori, quam recitat Magister in tertio sententiarum, distinctione sexta, scilicet quod in Christo sunt duæ hypostases, seu duo supposita, est hæretica. 3. ᵖ q. 2 3. 6. c. et q. 4. 3. c.

67. Beatam Mariam, non esse matrem Dei, est hæreticum. 3. ᵖ q. 35. 4. c.

68. Hæresis negantium providentiam Dei, de iis inferioribus; et aliæ duæ, scilicet quod Deus non creavit ista corporalia, et quod primæ creaturæ creaverint alias 1. ᵖ q 8. 3. c.

69. Aliquid esse falsum in sacra Scriptura, est hæreticum. 1-2. q. 110. 3 ad 1.

70. Non esse peccatum illud quod est contra præceptum Dei, est hæreticum. 3. ᵖ q. 64. 9. ad 1.

71. Fornicationem non esse peccatum, est hæreticum. 1-2. q. 103. 4 ad 3. fin. et 2-2 q. 162. 4 ad 1.

72. Episcopum non differre a sacerdote, est hæreticum. 2-2. q 184. 6 ad 1.

HERODES peccavit servando juramentum puellæ saltanti. 2-2 q. 89 7 ad 2

HERODIUS significat veloces pedes ad effundendum sanguinem. 1-2. q. 102 6 ad 1. et co. 3

1. HEROICUM non differt a virtute communi, nisi secundum modum perfectiorem 3. ᵖ q. 7. 2 ad 2.

2. Virtutes heroicæ sunt dona Spiritus sancti. 1-2. q 68. 1 ad 1. et 2-2 q. 159 2 ad 1

1. HIERARCHIA est divinus ordo, secundum scientiam et actionem, in assimilatione Dei. 1. ᵖ q. 108. 1. o.

2. Hierarchia est ordo, id est, relatio, inter diversos gradus; non autem ut dicit unum gradum. 1. ᵖ q. 108. 2 ad 1.

3. In divinis personis non est hierarchia, nec principatus, nec ordo, nec actio hierarchica. 1. ᵖ q. 108 1. c.

4. Actio hierarchica triplex, scilicet illuminatio, purgatio, et perfectio. 1. ᵖ q. 108. 1. c. fin.

5. Omnes homines sunt unius hierarchiæ, quia sunt ejusdem speciei. 1. ᵖ q. 108. 1 ad 3.

HOC aliquid sumitur dupliciter scilicet pro subsistenti, et pro completo. Primum repugnat accidenti, secundum vero parti. 1. ᵖ q. 75. 2 ad 1. Vide *Lexicon*.

1. Homicidium semper est peccatum, quia addit inordinationem actus supra occisionem hominis. 1-2. q. 100. 8 ad 3.

2. Homicidium tenet secundum locum in pœnis, et inter peccata in proximum. 1-2. q. 100. 6. c. fin. et 2-2. q. 13. 3 ad 1 et q. 73. 3. c. et q. 154. 3 o.

3. Si aliquis credit se posse facere homicidium et velit facere, et postea adimatur ei potestas; nihilominus voluntas homicidii in eo manere potest, ut velit fecisse, vel velit facere si posset. 1. ᵖ q 64. 2 ad 3. et 1-2. q. 20. 5. o.

1. HOMO habet quod sit homo, ex parte intellectiva 1. ᵖ q. 85 3 ad 4. et 5. 3. et 2-2. q. 155. 1 ad 3. et 3. ᵖ q. 19. 2. c.

2. Homo interior est pars intellectiva; sed homo exterior est pars sensitiva cum corpore. 1. ᵖ q. 75. 4 ad 1. et 2-2 q. 25. 7. c

3. Homo sortitur speciem ex hoc quod habet intellectum. 1-2. q. 31. 7. c. et q. 110. 4 ad 3 et ad 4. et 2-2. q. 179. 1 ad 2.

4. A ratione homo habet quod sit homo. Et homo est quod habet rationem in natura sensitiva. 1-2. q 31 7. c. et q. 110. 4 ad 3 et ad 4. et 2-2. q. 155. 1 ad 2 et q. 179. 1 ad 2.

5. Aliquid convenit homini inquantum homo dupliciter; primo quia natura hominis est causa ejus; secundo quia est receptiva ejus. 3. ᵖ q. 24 2 ad 2.

6. Anima, caro, et os, sunt de ratione hominis; sed *hæc* sunt de ratione hujus hominis. 1 ᵖ q. 3. 3. c et q. 29. 2 ad 3. et q. 33. 2. c. et q 44. 3 ad 2. et q 75. 4. c. et q 85. 1 ad 2 et q. 119. 1. c

7. Homo significat habens humanitatem, et suppositum determinatum in natura speciei, non autem in singularitate 1. ᵖ q 12. 4. c. et 3. q. 4. 3. c et ad 2.

8. Homo non excludit ea quæ sunt in natura hominis, sed humanitas excludit quicquid non est de essentia ejus. 1-2 q. 1. 51 ad 1. et q 110. 4 ad 4.

9. Homo duplex, scilicet, homo verus, et homo phantasticus. 3. ᵖ q 5. 2. o. et q 36 4 ad 3. et q. 40. 2 ad 3. et q. 41. 3. c et q. 43. 3. o.

10. Homo est naturaliter politicus, id est, socialis. 1. ᵖ q. 96. 4. c. et 1-2 q. 9. 4 c. et 2-2. q. 109. 3 ad 1. et q. 114 2 ad 1. et q 129. 6 ad 1. et 8. ᵖ q 65, 1 c.

11. Homo habet staturam rectam quadruplici ratione, scilicet, ut cognoscere posset cœlestia, ut inferiores vires liberius suas operationes habeant, et quia utilitas manuum aliter cessaret, et cibum ore caperet. 1. ᵖ q. 91 3 ad 3.

12 Homo abundat in calore cordis, ut sit staturæ rectæ 1. ᵖ q 91. 3 ad 1.

13. Unus homo numero dicitur dupliciter, scilicet unitate naturæ, et unitate personæ. 3. ᵖ q. 3. 6 ad 1. et 7 ad 2.

14. Homo assimilatur Deo secundum triplicem similitudinem, scilicet quæ fundatur super proportionem, super communem qualitatem, et super receptionem. 1 ᵖ q. 3. 1 ad 2. et q 4. 3. o. et q. 91. 4 ad 1 et ad 2. et q. 93. o et 2-2. q. 64. 1. o

15. Homo dicitur minor mundus, quia est compositus ex omni creatura totius mundi. 1 ᵖ q. 91. 1. c. et q. 96. 2. c. et 1 2 q. 17. 8 ad 2.

16. Homo habet superius et inferius, sicut in toto mundo: plantæ vero, in oppositum: sed bruta medio modo. 1. ᵖ q. 91. 3 ad 3.

17 Homo præest et dominatur naturaliter bestiis et pecoribus et universæ creaturæ quæ non est ad imaginem Dei. 1. ᵖ q. 96. 3. c. et 2-2. q. 64. 1. o. et 3. ᵖ q. 36. 7 ad 1.

18. Hominem lapsum oportuit reparari, et non angelum. 1. ᵖ q 64. 2. o. et 1-2. q. 80. 4 ad 3. et 3. ᵖ q.

4. 1. c. ad 3. et q. 6. 2 ad 2. et q. 46. 1 ad 4. et q. 86. 1. c.

19. Homo debuit ultimo fieri, quia est perfectissimum omnium animalium. 1 ᵖ q. 3. 1 ad 2. et q. 4. 3. o. et q. 91. 4 ad 1 et ad 2. et q. 93. o.

20. Homo dicitur rationalis, quia intelligit cum discursu; angelus vero dicitur intellectualis, quia sine discursu intelligit. 1 ᵖ q. 58. 3. c. et 1-2. q. 5. 1 ad 1.

21. Illud hominis, quo cæteris animalibus anteponitur, non est aliquid corporale, vel corporalis forma, sed est intellectus; ratio autem in homine habet locum dominantis, et non locum subjecti dominio. 1 ᵖ q. 96. 1 2. c.

22. Idem judicium est de homine sequente operationes sensitivas, et de aliis animalibus. 1-2. q. 10. 3. c. et 2-2 q. 64. 2 ad 3

23. Sensus interiores magis vigent in homine quam in cæteris animalibus. 1 ᵖ q. 91. 3 ad 1.

24. Homo habet pejorem auditum, olfactum, et visum quam aliqua bruta; sed habet tactum optimum. 1 ᵖ q. 76. 5. c. et q 91. 3 ad 1.

25. Quilibet homo dupliciter considerari potest, scilicet ut singularis persona, et ut pars vel membrum alicujus communitatis, et utroque modo convenit ei aliquis actus, scilicet primo secundum quod est quædam persona singularis; et sic ad eum pertinet ille actus quem proprio arbitrio, et per seipsum facit. Alio modo secundum quod est pars alicujus collegii; et sic potest ad eum pertinere aliquis actus, quem nec per seipsum, nec proprio arbitrio facit; sed qui fit vel a toto collegio; vel a pluribus de collegio, vel a principe collegii, sicut id quod princeps civitatis facit, dicitur civitas facere. Hujusmodi enim collegium reputatur quasi unus homo, ita quod diversi homines, in diversus officiis constituti, sunt quasi diversa membra unius corporis naturalis, ut Apostolus inducit de membris Ecclesiæ. 1-2. q. 1. 8. o. et q. 3 8 ad 2 et 2-2. q. 39. 2 ad 2.

26. Sicut bonum multitudinis est majus quam bonum unius hominis, qui est de multitudine, ita etiam bonum multitudinis ad quod ille unus ordinatur, est minus quam bonum extrinsecum, ad quod multitudo ordinatur, sicut bonum ordinis exercitus est minus quam bonum ducis. 1-2. q. 1. 8. o. et q. 3. 8 ad 2. et 2-2. q. 39. 2 ad 2.

27. Homo consideratur a theologo secundum animam, non autem secundum corpus, nisi respectu animæ; nec specialiter consideratur de illa, nisi de potentiis apprehensivis et appetitivis. 1 ᵖ q. 75. 78. 84 principio.

28. Non omnis actio hominis dicitur humana, sed tantum actio ejus voluntaria et deliberata. 1 ᵖ q. 76. 1. c. et 1-2. q. 1. 1. o. et 3. c. et q. 7. 4. c. et q. 10. 1. c. et q. 18. 5. 9. c. et q. 4. 3 ad 3. et 3. ᵖ q. 19. 2. o.

29. Ista propositio est prius vera, *Homo est ens*, quam ista, *Homo est rationalis*, quia omnium perfectiones pertinent ad perfectionem essendi. 1 ᵖ q. 4. 2 c.

HONESTAS est radicaliter in interiori electione; sed figurative est in exteriori conversatione. 2-2. q. 145 1 ad 1.

1. HONESTUM idem est quod spiritualis decor et pulchritudo. 2-2. q. 145. 2. o. et 4 c.

2. Honestum idem est quod honore dignum, et est idem quod virtus. 2-2. q. 145. 1. o. et 2. c. ad 3. et 3 c.

3. Nomem honesti transfertur ad prosperitatem exteriorum divitiarum; quia, secundum vulgum, faciunt hominem honore dignum 2-2. q. 145. 1. 2. et ad 3 et ad 4.

4. Omne bonum honestum ex iis duobus procedit, scilicet ex rectitudine rationis; et ex rectitudine voluntatis. 1-2. q. 39. 2. c.

5. Regula rationis est radix boni honesti. 1-2. q 39. 2 ad 1.

6. Omne honestum est utile et delectabile, et non e converso. Et omne utile est delectabile, et non e converso. 2-2. q. 145. 3 o.

7. Nihil repugnans honesto est simpliciter et vere utile, sed secundum quid. 2-2. q. 145. 3 ad 3.

8. Honestum appetitur propter se, appetitu rationali; delectabile autem appetitu sensitivo. 2-2. q. 145. 3. 3 ad 1.

1. HONOR est cujuslibet virtutis præmium. 2-2. q. 129. 4. c. ad 1,

2. Honor est testimonium excellentiæ, quæ est in homine, sed maxime secundum virtutem. 1-2 q. 2. c. et 2-2. q. 25. 1 ad 2. et q. 63. 3. c. et q. 103. 1. 2. c. et q. 131. 1. c. ad 2. et q. 142. 4 c. et q. 144. 3. c. ad 2. et q. 145. 1. c. ad 3. et 2. ad 2. et 3. ꝑ q. 25. 1. c.

3. Honor non est sufficiens præmium virtutis, sed ut possibile homini. 1-2. q. 2. 2 ad 1 et 2-2. q. 102. 1 ad 3. et q. 104. 1 ad 2. et q. 131. 1 ad 2.

4. Honor est maximum bonum inter bona exteriora. 1-2. q. 2. 2 ad 1. et 2-2. q. 102. 1 ad 3. et q. 129. 1. c. et q. 131. 1 ad 2.

5. Honor quoad Deum potest esse in solo corde; sed quoad hominem est in signis exterioribus. 2-2. q. 103. 1. o.

6. Honor laudabiliter contemnitur, nihil male agendo propter ipsum, et extra ipsum. 2-2. q. 129. 1 ad 3. et q. 131. 1. o.

7. Appetere honorem est peccatum tripliciter, scilicet si sit supra suam proportionem, vel si non referatur ad Deum, vel si non ad utilitatem, sed propter se. 2-2. q. 131. 1. c.

8. Omne beneficium impensum proximo pertinet ad quartum præceptum, scilicet de honore parentum. 1-2. q. 100. 11. c. fin. et 2-2. q. 32. 5 ad 4. et q. 33. 2 ad 2.

9. Quicquid pertinet ad redditionem debiti cujuscumque, intelligitur mandari quarto præcepto, scilicet de honore parentum. 2-2. q. 122. 5 ad 2.

10. Longævitas vitæ promittitur honorantibus parentes; privatio autem vitæ inhonorantibus. 2-2. q. 32 5 ad 4. et q. 122. 5 ad 4.

11. Honor respicit proprium bonum honoranti; ideo diversificatur specie secundum diversa bona singulorum, non autem amor, quia respicit bonum in communi. 2-2. q. 25. 1 ad 2.

12. Honor est propter se, et in se; sed laus ordinatur ad aliud, ideo honor est excellentior laude. 2-2. q. 103. 1 ad 3.

13. Honor est in omni signo exteriori, et est respectu finis; sed laus est tantum in verbis, et est respectu eorum quæ sunt ad finem. 2-2. q. 103. 1 ad 3.

14. Gloria non est honor, sed est effectus honoris et laudis. 2-2. q. 103. 1 ad 3. et q. 132. 2. c. et 4 ad 2. et q. 145. 2 ad 2.

15. Reverentia non est honor, sed est motivum honorantis, et est finis honoris, inquantum scilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in reverentia habeatur ab aliis. 2-2. q. 103. 1 ad 1.

16. Honor vituperio, seu exprobrationi opponitur. 2-2. q 142. 4. c. et q. 144. 2. c ad 2. et 3. c.

17. Honor debetur alicui ratione excellentiæ, et honor diversus, secundum diversitatem excellentiæ, 2-2. q. 81. 4. o. et q. 94. 2. c. et 3. ꝑ q. 25. 1. c.

18. Honor proprie debetur soli virtuti: excellentiæ autem bonorum exteriorum debetur secundum æstimationem vulgi. 2-2. q. 63. 3. c. et q. 130. 2 ad 3. et q. 144. 2. c. ad 2. et q. 145. 1 ad 2. et ad 4. et 5 ad 2. et q. 186. 7 ad 4.

19. Virtus honoratur, inquantum est appetibilis propter se; sed laudatur, inquantum est appetibilis propter aliud. 2-2. q. 145. 1 ad 2.

20. Eorum quæ honorantur præ-

ter virtutem, aliqua sunt supra eam, scilicet Deus, et beatitudo aliqua infra eam, inquantum adjuvant ad opera virtutum, ut nobilitas, potentia, et divitiæ. 2-2. q. 145. 1 ad 2.

21. Secundum veritatem, solus bonus est honorandus; bonus autem est aliquis secundum virtutem. 2-2. q. 145. 1 ad 2.

22. Honor debetur soli subsistenti toti; sed ratio et causa honoris potest esse aliquid ejus non subsistens, scilicet pars vel accidens. 2-2. q. 103. 4 ad 3 et 3.^{m} q. 25. 1. o. et 2. c.

23 Major honor debetur justitiæ, et fortitudini, propter excellentiam majoris boni, temperantiæ vero propter cohibitionem turpiorum. 2-2 q. 145. 4 ad 3.

24. Honor debetur alicui dupliciter, scilicet vel ratione sui, vel ratione alterius. Primum convenit tantum agenti per electionem, scilicet personæ; secundum vero convenit omni quod est aliquid ejus, scilicet pati, et naturæ, et accidenti. 2-2 q. 103. 4 ad 3. et 3.^{m} q. 25. 1. o. et 2. c.

25. Aliqui honorantur quadrupliciter, scilicet vel propter virtutem propriam, ut virtuosi; vel propter virtutem alterius, scilicet Dei seu communitatis, ut superiores; vel propter signum virtutis, ut senes; vel propter participationem divinæ bonitatis, ut domini et parentes. 2-2. q 63. 3. o. et q. 145. 1 ad 2.

26. Honor debetur superioribus, ratione excellentiæ; cultus autem consistens in obsequio obedientiæ et beneficii, debetur ratione gubernationis. 2-2. q. 102. 2 o.

27. Honor et cultus debetur omnibus prælatis suis, ex debito legali, aliis autem in dignitate constitutis, ex debito morali. 2-2. q. 102. 2 ad 2.

28. Malis prælatis debetur honor, inquantum gerunt vices Dei, vel communitatis 2-2. q. 63. 3. o. et q 103. 1 ad 2.

29. Constitutis in dignitate debetur honor, ratione excellentiæ; timor autem, ratione potestatis; obedientia vero et tributum ratione gubernationis. 2-2. q. 102 2 ad 3.

30. Honor debetur parentibus, inquantum hajusmodi; subsidium vero et alia debentur eis ratione indigentiæ; quæ tamen omnia intelliguntur in quarto præcepto, scilicet de honore parentum 2-2. q. 101. 2. o. et q. 106. 3. c. et q. 122. 5 ad 3 et q. 189. 6. c. ad 1.

31. Divites non sunt honorandi solo intuita divitiarum, sed ratione majoris loci in communitate. 2-2. q. 63. 3. fin.

32. Dæmones sunt pro inimicis habendi, magis quam honorandi. 2-2. q. 103. 2 ad 2.

33. Creaturæ irrationali secundum se non debetur ab homine aliqua subjectio vel honor; sed est homini naturaliter subjecta. 2-2. q. 103. 4 ad 3 et 3.^{m} q. 25. 3 ad 3. et 4. 5. c.

HUMIDUM radicale est totum illud, in quo fundatur virtus speciei, quod perditum, non potest restaurari. Nutrimentale autem est quod nondum habet perfectam naturam speciei, sed est in via, ut sanguis et hujusmodi. 1.^{m} q. 119. 1 ad 3.

1. HUMILITAS est virtus, qua refrenatur animus, ne immoderate tendat ad alta. 2-2. q. 160. 2. c. et q. 161. 1. o. et 2. 4. c.

2. Humilitas præcipue videtur importare subjectionem hominis ad Deum. 2-2. q. 161. 2 ad 3. et q. 162. 5. c.

3. Aristoteles non tractavit de humilitate, quia humilitas est principaliter respectu Dei; Aristoteles autem consideravit de virtutibus, respectu vitæ civilis. 2-2. q. 161. 1 ad 5.

4. Ad humilitatem pertinet considerare proprios defectus, ne se extollat, non autem contemnere dona Dei in se, sed ad ingratitudinem; ex quo

sequitur accidia. 2-2 q. 35. 1 ad 3. et q. 161. 3. c.

5. Gradus humilitatis sunt duodecim, secundum beatum Benedictum, scilicet corde et opere semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus; ut pauca verba et rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce, ut non sit facilis aut promptus in risum; taciturnitas usque ad interrogationem; tenere quod habet communis monasterii regula, credere et pronunciare se omnibus viliorem, ad omnia indignum et inutilem se confiteri et credere; confessio peccatorum; pro obedientia in duris et asperis patientiam amplecti, ut cum obedientia se subdat majori; ut voluntatem propriam non delectetur implere; ut Deum timeat, et memor sit omnium quæ præcepit. 2-2. q. 161 6. o. et q. 162. 4 ad 4.

6. Sed secundum Anselmum sunt septem, scilicet contemptibilem se esse cognoscere, de hoc dolere, hoc confiteri, hoc persuadere, scilicet ut hoc velit credi, ut patienter sustineat hoc dici, ut patiatur contemptibiliter se tractari, ut hoc amet. 2-2. q. 161. 6. ar 3. et c.

7. Secundum glossam vero sunt tres gradus, scilicet subdere se majori et non præferre se æquali qui est sufficiens; subdere se æquali, nec præferre se minori, et hic dicitur abundans; et subesse minori, in quo est omnis justitia. 2-2. q. 161. 6 ar. 4. c.

8. Humilitas triplex, scilicet pœnosa ab extrinseco, stulta ex ignorantia propriæ dignitatis, et virtus ex cognitione sui. 2-2. q. 161. 1 ad 1.

9. Virtus humilitatis est principaliter circa interiorem motum; quæ autem est secundum signa exteriora per fictionem, est magna superbia. 2-2. q. 161 1 ad 2. et 2 ad 4 et 3 ad 3.

10. Tendere in magna supra se, ex confidentia propriarum virium contrariatur humilitati, non autem si ex confidentia Dei. 1.ª prolog. 2-2. q. 129. 3 ad 4. et q. 161 2 ad 2. et 6 ad 1.

11. Humilitas est essentialiter in appetitu, scilicet subjective; sed cognitio proprii defectus est regula ejus. 2-2. q. 161 2. o. et 6. et q. 162. 3 ad 2.

12. Humilitas est in irascibili subjective. 2-2. q. 161. 4 ad 2.

13. Humilis nihil audit mirabilius quam suam excellentiam. 3.ª q. 30. 4 ad 1.

14. Vere humilis reputat se deteriorem aliis, non quidem quoad actum exteriorem, sed timens ne per superbiam gravius peccet in iis, quæ bene agere videtur. 2-2 q. 161. 6 ad 1.

15. Quilibet per humilitatem debet secundum illud quod suum est, se subjicere cuilibet proximo, secundum illud quod Dei est in eo. 2-2. q. 161. 3. o. et 6 ad 1.

16. Humilitas convenit omni homini, etiam Christo, secundum humanitatem, non autem secundum divinitatem. 2-2 q. 161 1 ad 4

17. Christus humiliavit se quadrupliciter, scilicet ad passionem et mortem, ad sepulcrum et infernum, ad confusionem et opprobria, et sub hominibus: ideo quadrupliciter meruit exaltari, scilicet per resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dexteram Patris cum manifestatione divinitatis ejus, et per judiciariam potestatem. 3.ª q. 49. 6. c. et q. 53. 1. c. et q. 54. 2. c. et q. 39. 3. o. et 6. c.

18. Humilitas post virtutes theologales, et intellectuales, et post justitiam, præcipue legalem, est potior cæteris. 2-2. q. 161. 5. c.

19. Superabundantia magis opponitur humilitati quam defectus, quia magis reprimit spem vel fiduciam quam utatur; sed fortitudo e converso respectu audaciæ. 2-2. q. 161. 2 ad 3.

20. Humilitas et magnanimitas conveniunt in materia, et differunt in modo 2-2. q. 161. 4 ad 3. et q. 162. 1 ad 3.

21. Humilitas refrenat præsumptionem ex reverentia Dei, sed magnanimitas firmat animum contra desperationem, ex adeptione proprii boni. 2-2. q. 161. 2 ad 3. et q. 162. 1 ad 3.

22. Humilitas reprimens ad infima, et magnanimitas impellens animum ad magna, non opponuntur, quia utrumque fit recta ratione. 2-2. q. 129. 3 ad 4. et q. 161. 1. c. ad 3. et 2 ad 3.

23. Magnanimus reputat se dignum magnis, ex dono Dei, et contemnit alios, inquantum deficiunt, humilis autem e converso. 2-2. q. 129. 3. ad 4.

24. Humilitas reprimit spem, id est, spiritum ad alta tenventem. 2-2. q. 161. 4. c.

Hypocrisis vitium. 2-2. q. 111. 2 et 3.

Hypostasis quid sit. 1.ª q. 29. 2 ad 3.

Hyrcus significat Christum, propter similitudinem carnis peccati Agnus propter innocentiam Aries propter principium. 1-2. q. 102 3 ad 2.

I et J.

1. JACOB emens primogenita non peccavit quia erant sua; Esau vendens ea peccavit per simoniam. 2-2. q. per simoniam. 2-2. q. 100. 4 ad 3.

2. Jacob non est mentitus, dicens se esse Esau: quia mystice dixit se esse Esau primogenitum Isaac; quia primogenita illius de jure ei debebantur, vel propter mysterium; quia videlicet minor populus, scilicet gentilium, substituendus erat in locum primogeniti, scilicet in locum Judæorum. 2-2. q. 110. 3 ad 3.

3. Jacob non vidit Deum per essentiam. q. 12. 11 ad 1. et 2-2. q. 180. 6 ad 1.

4. Jacob vovit habere dominum in Deum inquantum voluntarie vovit; vel vovit secundum specialem modum; vel dicitur votum large, id est, recognitio obligationis, et non causa ejus. 2-2. q. 88. 2 ad 4.

5. Jacob vovit dare decimas, non quidem ministris, sed ad cultum Dei, ut in sacrificiis. 2-2. q. 87. 1 ad 3.

6. Jacob post contemplationem claudicavit uno pede, quia necesse est quod debilitato amore sæculi, convalescat aliquis ad amorem Dei, secundum Gregorium. 2-2. q. 180 7 ad 4.

7. Jacob accedens ad ancillas uxorum suarum, non peccavit, quia erant uxores. 2-2. q. 154. 2 ad 3.

Jacobus ex instinctu vel revelatione Dei, fecit per dæmones adduci ad se Hermogenem. 2-2. q. 90. 1. c. et 2. c. fin.

Jactantia est per quam quis se extollit supra id quod in se est; secundario autem, supra id quod de eo alii opinantur. 2-2. q. 116. 2. c. et q. 112. 1. c.

2. Jactantia quoad actum exteriorem est species mendacii; sed quoad arrogantiam interiorem, est species superbiæ. 2-2. q. 132. 5 ad 1. et q. 162. 4 ad 2.

3. Jactantia est peccatum mortale tripliciter, scilicet quando est contra gloriam Dei, vel contra honorem proximi vel ex inani gloria, vel superbia, vel cupiditate mortalibus. 2-2. q. 112. 2. c.

4. Jactantia est ex superbia, tanquam ex causa motiva; et aliquando ex vanitate, ex inani gloria autem, ut ex fine. 2-2. q- 112. 1 ad 2. et q. 132. 5 ad 1. et q 162. 4 ad 2.

5. Opulentia seu divitiæ causant jactantiam et superbiam dupliciter, scilicet occasionaliter, et per modum finis. 2-2. q. 112. 1 ad 3.

6. Jactantia proprie opponitur secundum speciem actus veritati, non autem secundario. 2-2. q. 112. 1. c.

1. IDEA est forma exemplaris, qua res fiunt, et cognoscuntur, quæ est in mente artificis. 1. ℘ q. 15 o. et q. 44. 3 c.

2. Idea græce, *forma* latine dicitur, ideo per ideas, formæ aliarum rerum per se existentes intelliguntur. 1. ℘ q 15 1 c

3. Idea in Deo non est aliud quam essentia divina. 1. ℘ q. 15. 1 ad 3. et q. 44. 3. c et 2-2. q. 173. 1. c.

4. Essentia Dei, ut essentia, non est idea, sed ut similitudo, vel ut ratio rei intellectæ. 1. ℘ q. 15. 2 ad 1.

5. Essentia Dei non habet rationem ideæ, respectu Dei, sed respectu aliorum, quia est principium operativum aliorum, non autem Dei. 1. ℘ q. 15. 1 ad 2.

6. Idea, secundum veritatem et secundum Platonem, est principium cognitionis et generationis. 1. ℘ q. 15. 1. 3. c.

7. Idea operati in menti artificis est sicut id quod intelligitur, non autem sicut species qua intelligitur. 1. ℘ q. 15 2. c. ad 2.

8. Ideas esse, est necessarium. 1. ℘ q 15. 1. o. et q. 44. 3. o.

9. Ideæ sunt tantum in mente Dei, et non extra, contra Platonem. 1. ℘ q. 15 1 ad 1. et q. 44. 3 ad 2. et ad 3 et ad 4.

10. Respectus idearum non sunt reales, sed sunt intellecti a Deo, et tantum in Deo. 1. ℘ q. 15. 2 ad 4. et q. 28. 4 ad 3. et q. 44. 3. c et 2-2. q. 173. 1. c.

11. Respectus idearum causantur tantum ab intellectu Dei, comparante essentiam suam ad res. 1. ℘ q. 15. 2 ad 3.

12. Ideæ sunt æternæ. 1. ℘ q. 6. 4. c.

13. Ideæ in mente Dei sunt plures, secundum quod Deus intelligit essentiam suam esse multipliciter imitabilem a creaturis 1. ℘ q 15. 2. o. et q. 44. 3. c. et q. 47. 1 ad 2. et 1-2 q. 93. 1 ad 1.

14. Idea practica et speculativa non sunt duæ ideæ, nisi secundum rationem. 1 ℘ q 15. 3. c.

15. In ideis est distinctio, et pluralitas, quia respiciunt proprias naturas singularum rerum, non autem lex æterna. 1-2. q. 93. 1 ad 1.

16. Sapientia et ars Dei est tantum una, quia significatur ut quo Deus intelligit. Ideæ autem ut quod, ideo sunt plures. 1. ℘ q. 25. 2 ad 2.

17. Ratio divinæ sapientiæ, respectu creationis, dicitur idea et ars vel exemplar; sed respectu gubernationis dicitur lex. 1-2. q. 93. 1. c.

18. Idea principaliter significat respectum ad creaturam, ideo dicitur pluraliter; nec est personale, sicut verbum; quia verbum principaliter significat respectum ad dicentem, et ex consequenti ad creaturam; ideo est tantum unum. 1. ℘ q. 34. 3 ad 4.

19. Idea ut principium factionis est practica; et dicitur exemplar, et omnium quæ aliquando fiunt a Deo, sed ut est principium cognitionis est speculativa; et dicitur ratio, et est omnium quæ cognoscuntur a Deo secundum propriam rationem. 1. ℘ q. 15. 3. c.

20. Quæ nunquam fiunt, habent ideam secundo modo; non autem primo modo, nisi in virtute 1. ℘ q. 15. 3 ad 2. et q 18. 4 ad 4.

21 Malum non habet ideam in Deo. 1. ℘ q. 15. 3 ad 1. et q. 18. 4 ad 4.

22. Genera non habent aliam ideam, inquantum exemplar, nisi ideam speciei. 1. ℘ q. 15. 3 ad 4.

23. Particularia habent propriam ideam, præter ideam speciei, contra Platonem. 1. ℘ q. 15. 3 ad 4.

24. Materia habet ideam, contra Platonem, sed eamdem cum forma. 1. ℘ q. 15. 3 ad 3 et ad 4.

25. Accidentia habent propriam ideam, præter ea quæ inseparabiliter concomitantur subjectum. 1. ℘ q. 15. 3 ad 4.

MULTIPLICATO uno eorum quæ sunt eadem re, et differunt ratione; non

oportet multiplicari alterum, sicut persona et proprietas in divinis. 1.ª q. 40. 1 ad 1.

Corpus manet idem numero, licet fiat continue deperditio, et restauratio virtualiter per alimentum. 1.ª q. 119. 1 ad 5.

1. IDOLOLATRIA est exhibere latriam, id est cultum Dei creaturæ. 2-2. q. 94. 1. o.

2. Idololatria præsupponit infidelitatem, et addit exterius indebitum cultum, mendacium perniciosum, magnam Dei blasphemiam, et impugnationem fidei. 2-2. q. 94. 3 ad 1. et ad 2. et ad 3. et 2. c.

3. Idololatria opponitur latriæ. 2-2. q. 92. princ. et q. 94. princ. et 1. o.

4. Idololatria quadruplex, scilicet civilis id est, imaginum habentium deitatem, secundum Hermetem; fabularis, id est, hominum deificatorum; physica, id est, animæ totius mundi, secundum Varronem; et Platonica, quæ et physica dicitur, scilicet intelligentiarum, animarum cœlestium, dæmonum, et animarum hominum. 2-2. q. 94. 1. c. et q. 122. 2 ad 2.

5. Omnis idololatria est peccatum, nec excusat mos vulgi, contra Senecam, nec persecutio contra hæreticus. 2-2. q. 94. 2. o.

6. Idololatria est gravissimum peccatorum. 1-2. q. 102. 3 ad 11. et 2-2. q. 94. 3. o.

7. Peccatum contra naturam est levius idololatria; sed ponitur conveniens pœna ejus, quia est manifestius 2-2. q. 94. 3 ad 3.

8. Causa dispositiva idololatriæ fuit triplex ex parte hominis, scilicet inordinatus effectus, repræsentatio delectabilis, et ignorantia Dei; sed causa consummativa ejus fuerunt dæmones. 2-2. q. 94. 4. o.

9. Ab idololatria omnia alia peccata oriebantur. 2-2. q. 94. 4 ad 1.

10. Dans hostiam non consecratam pro Eucharistia, est reus idololatriæ, non autem adorantes eam, cum hostia debeat adorari latria, sub conditione in habitu. 3.ª q. 80. 6 ad 2.

1. JEJUNIUM duplex, scilicet spirituale, id est, a peccatis, et corporale, id est, ab escis. 2-2. q. 147. 2 ad 1.

2. Jejunium a cibis duplex, scilicet naturæ, et Ecclesiæ. 2-2 q. 147. 1 ad 3. et 3. c. et 6 ad 2. et 3.ª q. 80. 8 ad 4.

3. Jejunium duplex, unum afflictionis, cum amaritudine peccatorum et præsentis vitæ, et jejunium exultationis. 2-2. q. 147. 4 ad 5.

4. Jejunium est actus virtutis, scilicet abstinentiæ et temperantiæ elicitive; sed aliarum virtutum imperative. 2-2. q 3. 1. c. et q. 88. 6. c. et q. 146. principio. et q 147. 1. 2. o.

5. Jejunium Ecclesiæ est parcimonia victus, abstinentiaque ciborum, secundum Isidorum 1-2. q. 147. 2 ad 1.

6. Nimis jejunans, vel nimis vigilans, peccat; quia si aliquis intantum naturæ virtutem debilitet per jejunia, et vigilias, et alia hujusmodi quod non sufficiat debita opera exequi, puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, et sic de aliis, absque dubio peccat; sicut etiam peccaret vir, qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitum uxori reddendum, et servus in obsequiis, quæ domino debet impendere. 1.ª q. 97 3 ad 3. et 2-2. q. 10. 12 ad 5. et q. 88. 2 ad 3. et q. 125. 1 ad 2. et q 147. 1 ad 2. et q. 188 6 ad 3. et 3.ª q. 40 2 ad 1.

7. Jejunium pulchre commendatur per multos ejus effectus. 2-2. q. 47. 1. c. ad 1. et 3.ª q. 40. 2 ad 3. et 1.ª Thi. 4. co. 6. principio.

8. Jejunium non est contra libertatem fidelium, sed contra servitutem peccati. 2-2. q. 147 3 ad 3

9 Jejunium principaliter sumitur propter tria, scilicet propter comprimendas concupiscentias carnis, prop-

ter elevationem mentis, et propter satisfactionem. 2-2. q. 147. 1. 3. 5 c.

10. Jejunium est satisfactorium, quia subtrahit delectationem, addens afflictionem; et impedit peccata futura, debilitando concupiscentiam 2-2 q. 147. 1. 3. 5. 7 c.

11 Christus jejunavit, non ex necessitate, sed ut doceret quam bonum est jejunium, quia scutum est contra diabolum. 2-2. q. 147. 5 ad 1. et 3.^{m} q. 40. 2 ad 3. et q. 41. 3. c.

12. Christus jejunavit post baptismum, quia baptizatos oportet intendere jejunio, et non lasciviæ 2-2. q. 147. 5 ad 1. et 3.^{m} q. 40. 2 ad 3. et q. 41. 3. o.

13. Christus non jejunavit plus quam Moyses et Elias, ut crederetur verus homo. 3.^{m} q. 40. 2 ad 3. et q. 41. 3 c.

14. Jejunium ante pascha fit quadraginta diebus, sicut a Christo, Moyse, et Elia, quadruplici ratione, scilicet vel quia secundum Gregorium per hos quadraginta dies virtus Decalogi, per libros quatuor sancti Evangelii impletur; vel quia dignum est, ut carnem nostram quaterdecies affligamus; vel quia in his offerre contendimus decimas dierum; vel quia secundum Augustinum creaturæ invisibili debetur ternarius numerus; sed creaturæ visibili debetur quaternarius, propter calidum, frigidum, humidum et siccum. Unde si denarius numerus ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur, quadragesimum numerum conficit. 2-2. q. 147. 5. c. et 3.^{m} q. 40. 2 ad 3.

15. Jejunium quadragesimæ arctius observatur quam alio tempore, quia per illud imitamur Christum. 2-2. q. 147. 8 ad 3.

16. Judæi jejunabant mense quarto, quinto, septimo, et decimo, propter aliquas tribulationes tunc habitas. 2-2. q. 147. 5 ad 2

17. Judæi jejunabant usque ad vesperam, id est, usque ad noctem, quia nocti comparatur status veteris Testamenti; quia post mortem ibant ad limbum tenebrosum propter peccatum Adæ, per cibum vetitum. 2-2. q. 147. 7 ad 1.

18. Jejunium non est necessarium absolute, sed ex præcepto Ecclesiæ, quia secundum se est pœnale; ideo non est eligibile, nisi quantum est utile ad aliquem finem. 2-2. q. 147. 3 ad 1. et 3.^{m} q. 40. 2 ad 1.

19. Jejunium est de præcepto legis naturæ, secundum quod est necessarium ad salutem; sed determinatio temporis ejus et modi est de præcepto Ecclesiæ. 2-2. q. 147. 3. o.

20. Omnes tenentur ad jejunia Ecclesiæ, nisi sint legitime impediti, vel nisi sit evidens causa non jejunandi: ut in pueris et senibus, propter defectum et debilitatem naturæ et hujusmodi 2-2. q. 147. 4. o. et 7 ad 3.

21. Justi tenentur ad jejunia Ecclesiæ, et ad alia præcepta ejus, sicut et alii. 2-2. q. 147. 4 ad 5.

22. Pueri non tenentur ad jejunia Ecclesiæ, quamdiu sunt in statu augmenti, quod ut in pluribus, est in fine tertii septennii; sed exercendi sunt in eis secundum modum ætatis, tamen quandoque in magna tribulatione jubentur pueri et bruta jejunare. 2-2. q. 147. 4 ad 2.

23. Itinerantes et operarii debent jejunare, diminuendo laborem, nisi sit necessitas. 2-2. q. 147. 4 ad 3.

24. Pauperes habentes simul sufficiens prandium tenentur jejunare, non autem si paulatim. 2-2. q. 147. 4 ad 4.

25. Transgrediens præceptum de jejunio ex contemptu, vel impediendo finem, peccat mortaliter, non autem si ex causa rationabili. 2-2. q. 147. 3 ad 2.

26. Jejunia Quatuor Temporum sunt quasi primitiæ et expiatio totius anni. 2-2. q. 147. 5. c.

27. Jejunium exultationis non est in præcepto Ecclesiæ, propter quod non est jejunium ab Ecclesia institutum in toto paschali tempore. Jeju-

nium autem afflictionis et luctus non decet tempore lætitiæ, scilicet tempore paschali, vel in dominicis. 2-2. q. 147. 5. ad 3

28. Jejunium de se nullo tempore est prohibitum. Tamen jejunans in dominica, contra consuetudinem Ecclesiæ, vel ex superstitione, ut necessarium, sicut Manichei, peccat. 2-2. q. 147. 5 ad 3

29. Jejunium fit in vigiliis sanctorum, causa præparationis ad devotionem; et causa significationis, quod sancti per affictionis pervenerint ad gloriam. 2-2. q 147. 5. c.

30. Conveniens hora prandii tempore jejunii est hora nona; sed hora sexta, alio tempore, quia secundum communem cursum, comedendi illa est hora, quia cibus non debet apponi, quousque natura circa cibum præcedentem occupata est. Occupatur autem natura in cibo assumpto dupliciter. Primo digerendo ipsum; et quia digestio fit per calorem naturalem, ideo illud tempus digestioni est congruum, in quo calor naturalis ad interiora revocatur, scilicet nox, propter subtractionem radiorum solis, et propter somnum, in quo intenduntur virtutes naturales; secundo cibum jam decoctum deducendo per membra, quibus debet assimilari; et ad hoc requiritur, quod calor nutrimentum deducens, usque ad extremas partes corporis evocetur. Calor autem solis calorem naturalem ad exteriora revocat; et ideo quando completur solis ascensus, quod fit hora sexta, quia tunc est circa medium, tunc ejus opus completum est; et ideo tunc est tempus communiter sumendi cibum; et quia jejunium Ecclesiæ debet esse pœnale et satisfactorium, ideo supra hoc aliquid additur; non autem tantum, quod penitus humor cibi præassumpti exsiccetur, aut virtus naturalis penitus debilitetur: unde partito residuo tempore, hora nona occurrit, in qua cibus secundum Ecclesiæ statutum in diebus jejunii sumendus est. 2-2. q. 147. 7. o.

31. Hora prandii in jejunio determinatur secundum grossam æstimationem, licet sit modicum ante vel post nonam, non enim Ecclesia aretare intendit, ad subtilem temporis inspectionem; nec oportet astrolabium accipere ad horam comestionis cognoscendam: unde sufficit si circa horam illam quam Ecclesia instituit, jejunans sumat cibum; etiamsi aliquantulum propter aliquam necessitatem anticiparet. 2-2. q. 147. 7 ad 2.

32. Talis taxatio temporis non multum potest alicui nocere cujuscumque conditionis existat; vel si forte propter infirmitatem, vel ætatem, aut aliquid hujusmodi, hoc eis in magnum gravamen cederet, esset cum eis in jejunio dispensandum, vel ut aliquantulum prævenirent horam. 2-2. q. 147. 7 ad 3.

33. Pluries comedens in una die per modum cibi, solvit jejunium, non autem si fiat per modum medicinæ. 2-2. q. 147. 6. o.

34. Comestio carnium solvit jejunium, non autem esus piscium, vel leguminum, nec potus vini. 2-2. q. 147. 8. o.

35. Ova, et lacticinia respirantium, sunt interdicta in jejunio quadragesimæ; non autem in aliis, nisi secundum consuetudinem patriæ. 2-2. q 147. 8. c. ad 3.

36. Electuaria, vel aliæ medicinæ, solvunt jejunium naturæ, non autem jejunium Ecclesiæ, nisi fiat in fraudem. 2-2. q. 147. 6 ad 3.

37. Potus quicumque, etiam aquæ, solvit jejunium naturæ, quia aliquo modo nutrit; non autem jejunium Ecclesiæ, nisi fiat in fraudem. 2-2. q. 147. 6 ad 2. et 3. [2] q 80. 8 ad 4.

JEPHTE peccavit vovendo et reddendo; sed ponitur in catalogo sanctorum, propter fidem, et devotionem, et victoriam, et probabile est quod pœnituit, licet aliquod bonum figuraret. 2-2. q. 88. 2 ad 2.

1. Jeremias verbis et mysteriis passionem Christi apertissime prænunciavit, et eam suis passionibus expressisime præfiguravit. 3 ª q. 27. 6. c. fin ad 2.

2. Jeremias et Moyses considerantes insufficientiam propriam, recusabant non pertinaciter officium, quo digni erant ex gratia Dei. 2-2. q. 133. 1 ad 4.

1. Ierotheus doctus est, non solum discens, sed et patiens divina, secundum Dionysium. 1.ª q. 1. 6 ad 3. fin. et 2-2. q. 45. 2. c.

2. Aliquis experitur in seipso gustum divinæ dulcedinis, et complacentiam divinæ bonitatis; sicut de Ierotheo dicit Dionysius, quod didicit divina ex compassione ad ipsa. 2-2. q. 97. 2 ad 2.

Jerusalem est in medio terræ habitabilis. 3.ª q. 46. 10 ad 1.

1. JESUS significat naturam humanam; sed Christus significat naturam divinam et humanam. 3.ª q. 16. 5. c. et q. 17. 1. c.

2. Hoc nomen Jesus convenienter impositum est Christo in sua circumcisione 3.ª q. 37. 2. o.

3. Hoc nomen Jesus est novum et proprium, inquantum significat spiritualem et universalem salutem, non autem ut particularem et temporalem. 3.ª q 37. 2 ad 2.

4. Multa alia nomina Christi significant idem quod Jesus, id est, salutem. 3.ª q. 77. 2 ad 1.

1. Ignis species ignis sunt tres, scilicet lux, id est, ignis in materia propria, flamma, id est, ignis in humido aereo, et carbo, id est, ignis in sicco terrestri. 1.ª q. 67. 2 ad 2. et 1-2. q. 35. 8 c.

2. Ignis non lucit in propria materia, id est, in sua sphæra, nec in materia opaca terrestri, nec in sulphure, nec in fumo grosso, nec in inferno. 1.ª q. 66. 1 ad 5.

3. Ignis inferni cum ut organum divinæ justitiæ ab anima apprehendatur propter visionem sui, vere animam cruciare dicitur. Suppl. q. 70. 3. c.

4. Conveniens est mundum, antequam in novitatem gloriæ adducatur, a contrariis dispositionibus purgari. Suppl. q. 74. 1 o.

5. Convenienter per ignem fiet mundi purgatio. Suppl. q. 74. 2. c

6. Ignis quo hic mundus purgabitur, ejusdem erit speciei cum nostro igne. Suppl. q. 74 3. o.

7. Cessatio et quies superiorum cœlorum vicem purgationis eorum geret Suppl. q. 74 4. c.

8 Purgabuntur quatuor elementa a sordibus et infectionibus, quas ab hominum peccatis contraxerunt. Suppl. q. 74 5. o

9. Impuritates elementorum, quæ ex eorum permixtione proveniunt, per ignem purgabuntur. Suppl. q. 74. 6 c.

10. Cum mortuorum resurrectio judicium præcedere verissimum sit, conflagratio ignis, quantum ad mundi purgationem spectat, Dei judicium præcedat oportet, quantum vero attinet ad illius ignis actum, quo malos involvet, judicium ignis conflagrationem anteibit. Suppl q. 74. 7. o.

11. Ignis naturaliter aget ante judicium et in bonos et in malos eos in cinerem resolvendo, sed mali illius ignis actione cruciabuntur, boni vero omnis doloris erunt expertes. Suppl. q. 74. 8. c.

12. Igne conflagrationis involventur reprobi, ut quicquid turpe et fœdum fuerit in infernum detrudatur, sicut quicquid pulchrum et nobile reperietur, in regnum cœleste attolletur. Suppl. q. 74. 9. o.

1. Ignorantia sextuplex, scilicet invincibilis, affectata in se vel in sua causa, juris, facti, causa actus, et non causa. Prima et quarta excusant a toto si non sit culpa; sexta vero nec excusat, peccato in toto; secunda et tertia ex-

cusant non in toto; quinta excusat, nec minuit peccatum. 1-2. q. 74 1 ad 2. et 5. c. ad 1. et q. 76. 3. 4. o. et 2-2. q. 59 4 ad 1. et 3.ᵖ q. 47. 5 ad 3. et q. 80. 4 ad 5.

2. Ignorantia tripliciter se habet ad actum, scilicet concomitanter, consequenter, id est, volita in se ut affectata, vel in sua causa, scilicet habitu vel passione ut ignorantia electionis; et antecedenter, id est, causa actus. Tertia causat involuntarium simpliciter; secunda secundum quid; prima vero nullo modo, sed tantum non voluntarium 1-2. q. 6. 8. o. et q 19. 6. c. et q. 76. 3. 4. o.

3. Ignorantia est volita tripliciter, scilicet directe, ut affectata; indirecte, id est, propter negligentiam; et per accidens, id est, consequenter. Prima auget peccatum: aliæ vero diminuunt. 1-2. q. 19. 6. c.

4. Ignorantia excludit triplicem scientiam, scilicet qua scitur aliquid esse malum secundum se, vel ut nunc, vel ut fugiendum. 1-2. q. 78. 1 ad 1.

5. Ignorantia habet rationem pœnæ, et non culpæ secundum se; sed ignorantia ex causa, scilicet ex negligentia discendi, vel ex effectu sequente, est peccatum. 1-2. q. 76. 2 o. et q. 84. 4 ad 5. et q. 105. 2 ad 9. et 2 2. q. 53. 2 ad 2.

6. Nescientia est simplex carentia scientiæ; sed ignorantia proprie est nescientia eorum quæ quis est aptus scire et debet. Error autem addit approbationem falsi; sed hæresis ei addit pertinaciam contra fidem. 1.ᵖ q. 101. 1 ad 2 et 1-2. q. 7. 6.

7. Ignorantia electionis dicitur, non quia electio sit scientia, sed quia ignoratur quid sit eligendum. 1-2. q. 13. 1 ad 3.

8. Ignorantia privationis, id est, eorum quæ quis tenetur scire et potest, est peccatum, non autem aliorum. 1-2 q. 76 2. o. et q. 94. 4. c. ad 2 et ad 3.

9. Ignorantia negative poterat esse in natura integra, non autem ignorantia privative. 1.ᵖ q. 12. 4 ad 2.

10. Nulla ignorantia fuit in Christo. 3.ᵖ q. 15. 1. o.

11. Ignorantia negative semper est in angelis, et in aliis beatis, non autem ignorantia privative, quia est pœna 1.ᵖ q. 12 4 ad 2

12. Ignorans non peccat continue, nec ex quolibet non scito per eum, sed tantum cum habet tempus discendi ea quæ scire tenetur et potest. Unde homo non dicitur ignorans, si non intelligit, sicut Deus, sed si non intelligit sicut aptus natus est intelligere. 1-2. q. 76. 2 ad 5. et 4 ad 3. et q. 94 4. c. ad 2 et ad 3

13. Ignorans gravissime peccat, non propter quantitatem peccati, sed periculi. Vel ignorantia beneficiorum Dei est gravissima, inter species ingratitudinis. 1-2. q. 76. 4 ad 3

14. Ignorantia alicujus particularis, id est, circumstantiæ, quam quis non potest scire, debita diligentia adhibita, excusat totaliter a peccato; non autem ignorantia quam causat habitus vel passio, impediens applicationem scientiæ communis ad particularem actum. 1-2. q. 19. 6 c. et q. 77. 7 ad 2. et 2-2 q. 59. 4 ad 1. et 3.ᵖ q. 80 4 ad 5.

15. Ignorantia non excusat, nec minuit peccatum, nisi secundum quod causat involuntarium. 1-2. q. 19. 6. c. et q. 73. 6. c et q. 76. 3. 4. o. et q. 77. 7 ad 2 et q 105. 2 ad 9.

16. Ignorantia præcedens inclinationem appetitus, causat eam; ideo quanto major est, tanto magis causat involuntarium, et excusat a peccato, non autem ignorantia sequens, sed magis gravat 1-2 q. 156. 3 ad 1

17. Ignorantia opposita scientiæ practicæ excusat, vel minuit peccatum, non autem ignorantia electionis, sed constituit peccatum, et opponitur prudentiæ. 1-2. q. 47. 2. c. et q. 88. 2. c.

18. Ignorantia electionis nec excusat, nec minuit, nec causat peccatum, sed sequitur omne peccatum. 1-2. q. 76. 4 ad 1. et q. 78. 4 ad 1.

19. Nulla ignorantia est causa peccati, nisi per accidens, scilicet illa quæ tollit cognitionem universalem, vel particularem prohibentem peccatum. 1-2 q. 76. 1. o. et 3 c.

20. Agens contra constitutionem vel præceptum Papæ propter ignorantiam, non excusatur, a peccato, si teneatur et potuerit eam scire, inquantum in ejus notitiam devenit per alios, vel devenire potest, promulgatione facta, quia omnes tenentur eam scire. 1-2. q. 90 4. c. ad 2 et ad 3.

ILLABI menti convenit soli Deo. 3.ª q. 8. 8 ad 1. et q 64. 1. c.

1. ILLEGITIMUS Liberi qui nascuntur ex simplici fornicatione, non sunt legitimi, sed solum naturales; qui vel ex stupro vel ex adulterio, nec naturales nec legitimi sunt habendi. Suppl. q. 68. 1. o

2. Liberi illegitimi duplici damno afficiuntur; unum est quia non admittuntur ad actus legitimos, alterum quod non succedunt in hæreditate paterna, in septima tamen parte succedere possunt naturales filii, spurii vero nulla ex parte, nisi quod eis parentes suppeditare necessaria tenentur. Suppl. q. 68. 2. c.

3. Cum liberi dicantur illegitimi lege positiva, per eamdem etiam legem legitimari possunt. Suppl. q. 68. 3. o.

ILLIBERALITAS magis opponitur liberalitati quam prodigalitas. 2-2. q. 107. 2. c.

1. ILLUMINATIO non est motus. 1.ª q. 53 3. c.

2. Illuminatio fit in instanti, quia non est motus, sed est terminus motus localis; et lumen non habet contrarium, ideo subjectum ejus est in ultima dispositione. 1.ª q. 53. 3. c. ad 2 et q. 67. 2. c. et 1-2. q. 113. 7. c. et 3.ª q 75. 7. c.

3. Illuminatio non est motus localis, sed alteratio. 1.ª q. 53. 3 ad 2.

4. Homo non potest illuminare, confortando lumen alterius, quia in eo est debilissimum lumen intellectuale, nisi forte instrumentaliter dirigendo, proponendo exempla, vel applicando principia conclusioni 1.ª q. 117. 1. o.

5. Sacerdos illuminat tradendo sacramenta gratiæ, non autem infundendo gratiam. 3.ª q. 64. 1 ad 1.

6. Omnis qui illuminatur, percipit illuminationem ex parte objecti, non autem semper ex parte principii. 1.ª q. 111. 1 ad 3.

1 IMAGINATIO et sensus nunquam cognoscunt naturam rei, sed tantum accidentia. 1.ª q. 57. 1 ad 2. et 3.ª q 76. 7. c.

2. Non possumus imaginari quæ nullo modo sentimus secundum totum, vel secundum partem; ideo cæcus natus non potest imaginari colorem. 1.ª q. 84. 3. c fin. et 4 b. et c. fin. et q. 111. 3 ad 1 et ad 2

3. Sub imaginatione non cadit nisi corpus. 1.ª q. 50. 1. c

4. Imaginatione cooperatur suo objecto, formando aliquas species, non autem sensus. 1.ª q 12. 9 ad 2 et q. 78 4. c. et q. 84. 6 ad 2. et q. 85. 2 ad 3.

5. Imaginatio ægritudinum quandoque causat eas. 3.ª q. 3. 3 ad 3.

6 Bonitas imaginationis est dispositio ad scientiam, quæ est in intellectu. 1-2 q. 74. 4 ad 3. et q. 81. 2. c.

1. IMAGINATIVA est idem quod phantasia. 1.ª q. 78 4. c. et q. 84. 6 ad 2.

2. Imaginativa est altior potentia quam sensus exterior, in quo tamen est maxima certitudo, quia est principium omnis cognitionis humanæ, et oportet principia cognitionis esse certiora. 1.ª q. 30. 3 ad 2.

1. IMAGO quælibet est similitudo, et non e converso, quia imago addit esse expressum ab alio. 1.ª q.

35. 1. c. ad 1 et 2. c. et q 93. 1. c. et 9. o.

2. Differentia triplex, inter imaginem et similitudinem, scilicet quia imago pertinet ad formam, scilicet specialem, similitudo autem ad naturam. Imago pertinet ad cognitionem veritatis, quæ est principium demonstrans naturam intellectualem; similitudo autem ad amorem virtutis. Imago pertinet ad potentias, scilicet memoriam, intelligentiam et voluntatem; similitudo vero ad habitus consequentes, scilicet innocentiam et justitiam. 1.ª q. 93. 9. o.

3. Imago proprie dicitur, quod procedit ad similitudinem alterius; id autem a quo procedit, dicitur proprie exemplar, improprie autem imago. 1.ª q. 35. 1 ad 1. et q. 93. 5 ad 4.

4. Ad rationem imaginis non sufficit expressa similitudo secundum genus vel secundum accidens commune, sed requiritur quod sit expressa similitudo secundum speciem vel secundum accidens proprium speciei, et præcipue secundum figuram. 1.ª q 35. 1 c. et q 93. 2. 6. 7. 8. c.

5. Æqualitas est de ratione imaginis perfectæ, non autem imperfectæ. 1.ª q 93. 1. c.

6 Imago alicujus est in aliquo dupliciter, scilicet perfecte, id est, in eadem natura, ut filius; et imperfectæ, id est, in alia natura, ut statua. 1.ª q. 35. 2 ad 3.

7. Idem est motus in rem ipsam, et in imaginem ejus, inquantum hujusmodi, non autem ut res. 2-2. q 81. 3 ad 3. et q. 103. 3 ad 3 et 3.ª q 3. 3 ad 3. et q. 25. 3 c. ad 1.

8. Imago proprie, id est, id quod imitatur, dicitur tantum personaliter in divinis, essentialiter autem, improprie, id est in quo. 1.ª q. 35. 1. o. et q. 93. 5 ad 4

9. Imago non convenit Spiritui sancto, sed tantum Filio. 1.ª q. 35. 2. o.

10. Imago Dei perfecta convenit soli Filio Dei, sed imago Dei imperfecta convenit soli creaturæ. 1.ª q. 35. 2 ad 3. et q. 47. 1 ad 2. et q. 88 3 ad 3 et q 93. 1 ad 3.

11. Nulla creatura irrationalis est Dei imago, vel ad imaginem Dei 1.ª q. 45. 7. c. et q. 93. 2 o. et 3. c. ad 1 et 6 c.

12. Homo et angelus sunt ad imaginem Dei, et imago ejus: filius autem Dei est imago tantum. 1.ª q. 3. 1 ad 2 et q. 4. 3. o. et q. 35. 2 ad 3 et q. 45 7. c. et q. 91. 4 ad 1. et ad 2. et q. 93. 1. c. fin. et ad 3

13. Angelus est simpliciter expresior imago Dei quam homo, sed e converso secundum quid. 1.ª q 93 3 o.

14. Imago Dei, in homine et in angelo, et secundum mentem tantum. 1.ª q. 3. 1 ad 2 et q 93 2. c. et 3 ad 2. et 4 ad 1. et 6. 7. o.

15. Imago Dei est aliquo modo in mente, respectu cujuslibet objecti, verius tamen respectu sui, sed verissime respectu Dei. 1.ª q. 93. 8. o

16. Assignatio imaginis, duplex, scilicet prima secundum memoriam, intelligentiam, et voluntatem; secunda vero secundum essentiam et habitus consubstantiales, scilicet secundum mentem, notitiam, et amorem. 1.ª q 93. 7. o.

17 Prima assignatio imaginis scilicet memoria, intelligentia, et voluntas, est secundum potentias. 1.ª q. 93. 7. o.

18. Imago Dei est principaliter secundum actus, sed consequenter secundum potentias, et præcipue secundum habitus. 1.ª q. 93 7 o.

19. Imago Dei quoad principale ejus id est secundum naturam intellectualem, est tam in viro quam in muliere, sed quoad secundarium, scilicet principium et finem, est tantum in viro 1.ª q. 93 4 ad 1. et 6 ad 2.

20. Imago prius repræsentat essentiam Dei, et consequenter tres personas 1.ª q. 93. 5. o et 6. c.

21. In homine est triplex imago Dei, scilicet creationis, recreationis,

et similitudinis; prima est cujuslibet hominis, secunda justorum tantum, tertia vero beatorum tantum. 1.ᵖ q. 93. 4. o.

22. Imagines Christi et sanctorum fiunt in Ecclesia triplici de causa: primo ad instructionem rudium, qui eis quasi quibusdan libris docentur; secundo ut incarnationis mysterium, et sanctorum exempla magis in memoria nostra maneant, dum quotidie oculis repræsentantur; tertio ad excitandum devotionis affectum, qui ex visis efficacius incitatur quam ex auditis. 2-2 q. 94. 2 ad 1.

IMMISERICORDIA est in substractione beneficii, sed crudelitas est in excessu puniendi, et unum aliquando ponitur pro alio. 2-2 q. 159. 1 ad 2 et ad 3.

IMMOBILES quanto creaturæ magis appropinquant Deo, tanto magis sunt immobiles. 1.ᵖ q. 65 1 ad 1.

IMMOLARI convenit Christo in figuris veteris Testamenti 3.ᵖ q. 83. 1 c.

1. IMMUNDITIA. In lege veteri, duplex immunditia prohibebatur, scilicet spiritualis, id est peccatum; et corporalis, ex aliqua corruptione profecta, vel in fieri, qua impediebatur ab exteriori cultu Dei, sicut irregularitate quadam. 1-2. q 102. 5 ad 4. et ad 5. et ad 6 et 6 ad 1. et q. 103 2. c

2 Prima et secunda immunditia expiabatur per sacrificia pro peccato præter eam quæ causata erat per solum tactum rei immundæ; quia per solam aspersionem aquæ expiationis expiabatur 1-2. q. 102 5 ad 4. et ad 5. et ad 6.

1. IMPASSIBILITAS. Corpus gloriosum erit plane impassibile. Suppl. q. 82 1. o.

2 Impassibilitas quantum ad se erit in omnibus æqualis; quantum vero ad suam causam, erit in uno major quam in altero Supp. q. 82. 2. c.

3 Impassibilitas non excludit sensus in actu a corporibus gloriosis, sed erunt per susceptionem a rebus quæ sunt extra animam. Suppl. q. 82. 3. o

4 Sensus odoratus et auditus erunt post resurrectionem in actu, non autem gustus, nisi forte per quamdam immutationem linguæ a quodam humore adjuncto Suppl q. 82. 4. c

IMPAVIDITAS opponitur fortitudini, secundum defectum timoris, timiditas autem secundum excessum ejus 2-2. q 126. 2 o

IMPECCABILIS per naturam non potest fieri aliqua creatura a Deo, sed tantum per gratiam. 1.ᵖ q 63. 1. c. et 2-2. q 24. 11. c. principio.

1. IMPEDIMENTUM duplex, scilicet contrarium, et defectus. 1-2. q. 4. 5 ad 4

2. Homo tripliciter impeditur a studio divinæ cognitionis, scilicet propter ineptitudinem, occupationem, et pigritiam. 2-2 q. 2. 4. c.

3. Non impediens malum non peccat, nisi debeat et possit impedire. 1-2. q 6. 3. c

1. IMPERARE est actus rationis, præsupposito actu voluntatis. 1-2. q. 17. 1. o et q. 60. 1. c. fin et 2 2 q. 47. 8 ad 3. et q. 83. 1 10. c. et q. 104 1 c.

2. Imperare est ordinare aliquid ad faciendum, aliquid intimando, seu denunciando, non quidem absolute, sed movendo. 1-2 q. 17. 1. 2. 5. o. et 2-2. q 83. 1. c et q. 88. 1. c.

3. Actus imperatus et imperium sunt unus actus humanus ut totum, et multa secundum partes. 1-2. q. 1-7. 4 o. et q. 20. 3 c. ad 1 et 3.ᵖ q 19 2. o.

4. Usus rei, ut est in ratione referente rem in finem, est prior impe-

rio, et electione quæ etiam est prior imperio et ut subditur potentiæ exequenti, est posterior imperio. 1-2 q. 17. 3. o.

5. Imperare non convenit brutis. 1-2. q. 17. 2. o

6. Virtutes appetitivæ brutorum non sunt imperantes libere, sed secundum naturalem instinctum, bruta moventur ad apprehensa. 1-2. q. 11. 2. c.

7. Voluntas imperat aliis viribus, et etiam intellectui. 1-2. q. 71. 6 ad 2. et 2-2 q. 4. 2 ad 2. et q. 10. 2. c. et q. 58. 8 ad 1.

8. Voluntas dicitur imperare improprie dupliciter, scilicet interpretative inquantum movet, et ut est de fine. 1-2. q. 1 2 ad 1. et 2-2. q. 47. 8 ad 3.

9. Imperatum Quilibet actus, ut est in potestate nostra, subditur imperio rationis. 1-2. q. 17. 6

10. Actus rationis, quoad exercitium, semper potest imperari, et quoad assensum, præter actum naturalem, non autem quoad apprehensionem veritatis 1-2. q. 17 6 o.

11. Actus voluntatis potest imperari. 1-2. q 17. 5. o.

12. Primus actus voluntatis non potest imperari a ratione, quia non fit ex ordinatione superioris causæ, scilicet Dei. 1-2. q. 1. 2 ad 3. et q 9. 4. c. et q. 17. 5 ad 3. et 6. o.

13. Sensus exteriores non subduntur imperio rationis, quia non possunt sentire, nisi in præsentia sensibilium. 1. ᵖ q. 81. 3 ad 3. et 1-2. q. 17. 7 ad 3.

14. Motus membrorum, inquantum membra moventur a potentiis sensitivis, subduntur imperio rationis, non autem secundum quod moventur a potentiis naturalibus et vegetativis. 1. ᵖ q. 81. 3 ad 2. et 1-2. q. 17. 9. o. et 2-2. q. 168. 1. c.

1. Imperfectio. Ratio cognoscendi imperfectum est ipsum perfectum. 1. ᵖ q. 14. 10ad 4. et 1-2. q. 100. 6 ad 2.

2. Imperfectio duplex, scilicet una quæ est de ratione imperfecti, tunc enim oportet quod adveniente perfectione imperfectum excludatur, sicut adveniente aperta visione, excluditur fides, de cujus ratione est, ut sit non apparentium; alia est imperfectio quæ non est de ratione rei imperfectæ, et tunc illud numero idem, quod erat imperfectum, fit perfectum sicut puer fit vir. 2-2 q. 4. 4 ad 1.

Implere voluntatem, convenit soli Deo, quia solus Deus movet eam sufficienter ut objectum. 1 ᵖ q. 105. 4. c. et q. 106. 2. c. et 1-2. q 2. 7. 8. c. et q. 3. 1. c.

Importabile hoc solum videtur in iis qui ex infirmitate peccant, quod diu perseverant in malo, et ideo dicitur, quod ex longanimitate Dei supportantur; sed hoc ipsum quod aliquis ex superbia peccat, importabile videtur; et ideo per patientiam Dei dicuntur sustineri, qui ex superbia peccant. 2-2. q. 137. 5 ad 4

Importunitas est evagatio mentis ad illicita secundum quod in arce mentis residet, volentis ad diversa se diffundere. 2 2. q. 35. 4 ad 3.

1. Impossibilitas duplex, scilicet vera et æstimata. 1-2. q. 40. 4 ad 3.

2. Impossibile aliquando pro difficili sumitur. 2-2. q. 64. 6 ad 3. et 3. ᵖ q. 86. 1 ad 2 fin.

Imprecationes in sacra Scriptura intelliguntur quadrupliciter, scilicet prædicando, vel temporaliter ad correctionem, vel contra peccatum vel secundum voluntatem Dei. 2-2. q. 25. 6 ad 3. et q. 76. 1. o. et q. 83 8 ad 1. et ad 2.

Improvidentia et defectus intelligentiæ et solertiæ pertinent ad negli-

gentiam et inconstantiam. 2-2 q. 53. 2. c. fin.

1. IMPRUDENTIA sumitur tripliciter, scilicet negative, privative, et contrarie: prima non est peccatum, sed secunda est peccatum, ratione negligentiæ; tertia vero secundum se est peccatum mortale, si sit contra præceptum Dei, aliter est peccatum veniale. 2-2. q 53 1. o.

2. Imprudentia est generale peccatum participative, non autem essentialiter, cujus sunt triplices partes, scilicet subjectivæ, id est, monastica, politica, et œconomica; potentiales, id est, præcipatio seu temeritas, inconsideratio, inconstantia, et negligentia; et integrales, quæ reducuntur ad potentiales 2-2. q 53. 2. o.

3. Imprudentia per essentiam est peccatum speciale, cum sit circa actus speciales, scilicet rationis 2-2. q. 53. 2. c.

4. Imprudentia cum suis vitiis oritur ex luxuria. 2-2. q. 53 6. o.

IMPUDICITIA est circa oscula, tactus, et alios actus circumstantes actum venereum 2-2. q. 154. 1 ad 5.

1. IMPUGNARE inimicos, ut cessent a peccatis, est licitum, quia cedit in bonum eorum, et amicorum. 2-2. q. 83 8 ad 3.

2. Impugnatio veritatis agnitæ est species peccati in Spiritum sanctum. 2-2. q. 142 c.

3. Impugnatio peccati est vincenda dupliciter, scilicet fugiendo, vel resistendo: fugiendo quidem, quando continua cogitatio aut peccati incentivum, sicut est in luxuria; resistendo autem, quando cogitatio perseverans tollit incentivum peccati quod provenit ex aliqua levi apprehensione: et hoc contingit in accidia 2-2. q. 35. 1 ad 4. et q. 53. 6 ad 1. et q. 142 3.

1. IMPURITAS est ex mixtione vilioris. 2-2. q. 7. 2. c. et q. 81. 8. c.

2. Impuritas creaturæ rationalis est ex hoc, quod temporalibus per amorem se subjicit: sicut puritas ejus est, in elevando se in Deum 2-2. q. 7. 2 c. et q. 81. 8. c.

1. IN, proprie notat habitudinem continentis 1.ª q. 39. 8. c fin.

2. Esse in aliquo dicitur dupliciter, et scilicet ut causa et ut in subjecto 1-2 q. 83. 1. c.

3. Aliquid dicitur esse in duobus vel in pluribus dupliciter, scilicet æqualiter, vel secundum prius et posterius. 1-2 q. 56. 2 c fin.

4. Corporalia dicuntur esse in aliquo, quia continentur; spiritualia vero, quia continent. 1.ª q. 8. 1 ad 2. et q 52. 1. fin et q. 53. 1 2. c. et 3.ª q. 57. 4 ad 1. et q. 62. 3 ad 3.

5. Non omnes modi inponuntur ab Aristotele, nisi reductive. 1.ª q. 42. 5 ad 1.

6. Deus est in omni loco dupliciter, scilicet ut dans esse, virtutem, et operationem locis; et ut implens ea. 1.ª q. 8. 2. o.

7. Deus est supra omnia, per excellentiam suæ naturæ; et in omnibus, ut causans esse omnium. 1.ª q 8. 1 ad 1 et ad 3.

8. Deus est intimus unicuique rei, sicut esse proprium cujuslibet rei. 1.ª q. 8. 1. c fin. et q. 105. 5. c fin.

9. Deus est in omni re, per essentiam, præsentiam et potentiam; sed tantum in sanctis per gratiam, in Christo autem solo, per unionem personalem. 1.ª q 8. 3 o. et q. 43. 3. c. et q. 112. 1. c. et 3.ª q. 2. 10 ad 2 et q 6. 1 ad 1.

10. Deus magis est intra animam quam gratia, et quicquid aliud. 1.ª q. 105 5. c. fin.

11. Nullus modorum *in*, quos assignat Aristoteles, explicat modum essendi in quid est in divinis. 1.ª q. 42. 5 ad 1.

12. Deitas habitat in Christo corporaliter tripliciter: primo per unionem ad corpus; secundo non figurali-

ter; tertio secundum triplicem modum scilicet communem, specialem, et singularem 3.ª q. 2. 10 ad 2.

13. Pater est in Filio, et e converso. 1.ª q. 42. 5. o.

14. Filius Dei est magis in Patre, et e converso, quam homo in Filio Dei. 3.ª q. 2. 9 ad 4.

15. Omnia bona et mala sunt in scientia Dei, sed tantum bona sunt in Deo, et tantum tres personæ, proprietates, et attributa, sunt in essentia Dei 1.ª q 18. 4 ad 4. et q. 39. 8. c. fin.

16. Ea quæ in creaturis sunt divisim et multipliciter, in Deo sunt unitæ et simpliciter. 1.ª q. 14. 1 ad 2. et q. 26 1 ad 1. et q. 47. 1. c. fin. et q. 57. 1. c. et q. 91. 1. c. et 1-2 q 18. 1. c. et 2-2. q. 183. 2. c.

17. Creaturæ habent verius esse in Deo quam in se 1.ª q. 18. 4 ad 3.

18. Omnia sunt in omnibus, scilicet superiora in inferioribus causaliter: sed e converso participative secundum rationem communem tantum; in Deo autem, secundum rationem propriam 1.ª q. 55. 1 c. ad 3. et q. 57. 1. c.

19. Quælibet creatura est in Deo dupliciter, scilicet ut in conservante; et ut in virtute causæ agentis. 1.ª q 8. 1. o. et q. 79. 2. c. et q. 80. 1. c.

20. Creaturæ sunt in Deo dupliciter, scilicet ut in conservante, et ut in cognoscente; secundo modo sunt vita et essentia Dei, non autem primo modo 1.ª q. 18. 4 ad 1.

21. In Deo sunt multa secundum rationem, quorum aliqua prius cadunt in intellectu nostro quam alia. 1.ª q. 44. 4 ad 4.

INCANTATIO est superstitiosa et illicita, si continet aliquid ad dæmones pertinens, vel nomina ignota, vel aliqua falsa vel vana, vel aliqua signa præter crucem. 2-2. q. 96. 2. 4. o.

INCARCERARE hominem, vel ligare, vel qualitercumque detinere, est illicitum nisi fiat secundum ordinem justitiæ, vel in pœnam, vel ad cautelam alicujus mali vitandi. 2-2. q. 65. 3. o

1. INCARNARI Deum fuit possibile, et conveniens. 3.ª q. 1. 1. o.

2 Deum incarnari, fuit necessarium ad reparandum genus humanum, sicut ad bene esse; non autem simpliciter, quia Deus aliter poterat reparare. 3.ª q. 1. 2. o.

3. Si homo non peccasset, probabilius est Deum non fuisse incarnatum, licet incarnari potuisset. 3.ª q. 1. 3 o.

4. Christus non meruit incarnationem, nec aliquis purus homo ex condigno, sed tantum ex congruo. 1-2. q. 98. 4. c. et 3.ª q. 2. 11 o. et q. 24. 3. c fin.

5. Incarnatio est generale principium, ad quod omnia officia angelorum ordinantur. 1.ª q. 57. 5 ad 1.

6. Incarnatio Dei principaliter fuit, propter liberationem hominis. 3.ª q. 1. 5. c et q. 40. 1. c. et q. 43. 3 ad 2. et q. 44 3. c.

7. Incarnatio Dei fuit ad tollendum omne peccatum, sed principalius peccatum originale, quia extensive majus est peccato actuali, licet intensive sit e converso 3.ª q. 1. 4 o.

8. Ante Christi incarnationem, aliqui per fidem Christi liberati sunt secundum spiritum, a damnatione peccati originalis; sed nemo secundum carnem, id est, a fomite. 3.ª q. 27. 3. c. et q. 52. 5 ad 2.

9 Incarnatio facta est convenienti tempore, scilicet non in primo mundi, nec in fine. 1-2. q. 98. 6 c. et 3.ª q. 1. 5. 6. o.

10. Incarnatio comparatur juventuti propter vigorem et fervorem; senectuti vero, propter numerum annorum. 3.ª q. 1. 6 ad 1.

11. Deus per incarnationem nullo modo mutatus fuit. 3.ª q. 1. 1 ad 1. et q 2. 6 ad 1.

12. Justitia, bonitas, virtus, potentia, et sapientia Dei, estensæ sunt

per incarnationem ejus 3 ᵖ q. 1. 1. c.

INCAUTELA et incircumspectio includuntur sub inconsideratione. 2-2. q. 53. 2. c. fin.

1. INCESTUS est cum persona consanguinea vel affini, coitus prohibitus, quadruplici ratione, scilicet primo quia naturaliter homo debet quamdam honorificentiam parentibus, et per consequens aliis consanguineis; secundo quia personas sanguine conjunctas necesse est ad invicem simul conversari; tertio quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum; quarto quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderetur amor qui est ex commixtione venerea, fieret nimius ardor amoris, et maximum libidinis incentivum, quod castitati repugnat 2-2. q. 154. 1. c e. 9. o.

2. Incestus est determinata luxuriæ species 2-2. q. 154. 1. c. et 9. o

3. Cum ex incestu, quo quis cognoverit uxoris consanguineam, quædam contrahatur affinitas ante contractum matrimonium, etiam post sponsalia ex tali incestu impeditur matrimonium; post conctractum vero minime, sed tantum sic peccans jure privatur petendi debitum. Suppl. q. 58. 4. o.

INCINERATIO non convenit corpori Christi. 3. ᵖ q 51. 3. o. et q. 53 1. c. ad 1.

1. INCIPERE significat esse nunc, et non prius; ideo ab inferiori ad suum superius cum eo, non valet consequentia. 3. ᵖ q. 16. 9 ad 2.

2. Formæ incipiunt esse actu, et desinunt, per accidens tantum, scilicet ad generationem et corruptionem compositi. 1. ᵖ q 45. 8. c. ad 1.

1. INCLINATIO. Quælibet inclinatio naturæ, vel voluntatis, est tantum a Deo. 1. ᵖ q. 103. 8. c. et q. 105. 4. c. et q. 106 2. c. fin. et q 111. 2. c. et 1-2 q. 9. 6. c. et 2-2. q. 26. 6. c.

2 Omnis inclinatio est ad simile sibi, et conveniens. 1-2. q. 8. 1. c

3. Inclinationes naturales sunt principia omnium supervenientium. 2-2. q. 155. 2. c.

INCONSIDERATIO est speciale peccatum imprudentiæ, et opponitur rectitudini judicii in moralibus. 1-2 q. 53 2 c. et 4 o. 5. c.

1. INCONSTANTIA est speciale peccatum imprudentiæ, deficiens a præcipiendo, bonum propositum, cujus principium est in appetitu, finis autem in intellectu. 2 2. q. 53. 2. c. fin. et 5. o.

2. Inconstantia circa abstinentiam a delectabilibus est filia luxuriæ, licet etiam quæ est in terribilibus, oriatur ex luxuria. 2 2. q. 13 5. ad 2.

3. Invidia et ira quæ est principium contentionis, faciunt inconstantiam ex parte appetitus. 2-2. q. 53. 5 ad 2.

4. Constantia et inconstantia sunt in ratione 2-2 q. 53. 5 ad 3.

1. INCONTINENTIA proprie est circa concupiscentias tactus; secundum quid autem est circa honores, divitias, et hujusmodi, improprie vero est circa virtutes; prima est peccatum dupliciter scilicet recedendo a ratione, et immergendo se turpibus; secunda tantum primo modo; tertia vero non est peccatum, sed est perfectio virtutum. 2-2. q. 155. 2. c. et q. 156. 2. o.

2. Species incontinentiæ, sunt duæ, scilicet prævolatio consilii, et debilitas in præconsiliatis. 2-2. q. 157. 1. c.

3. Incontinentia pertinet ad corpus occasionaliter, sed per se, causatur ab anima non resistente passionibus. 2-2. q. 156 1. o.

4. Incontinens vincitur a passionibus, non quidem cogentibus, sed vehementer impellentibus, et propter ne-

gligentiam. 1-2. q. 77. 2. o. et 2-2. q. 156. 1 ad 3. es 2 ad 2.

3. Incontinens ante consilium est ex impetu passionis, propter velocitatem, ut in cholericis; vel propter vehementiam, ut in melancholicis, qui propter terrestrem complexionem vehementissime inflammantur, sed post consilium est propter mollitiem complexionis, ut in flegmaticis. 2-2. q. 156. 1 ad 2

6. Mulier non dicitur continens, nec incontinens, quia raro habet firmum judicium rationis, propter debilitatem complexionis. 2-2. q. 156. 1 ad 1 et ad 2

7. Incontinens peccat ex passione, errans circa particulare, ut nunc; ideo sanabilior est, et minus malus intemperato, quia intemperatus peccat ex habitu, errans circa ultimum finem. 1-2. q 78. 4 c. et 2-2. q. 156 3. o.

8. Libido concupiscibilis est major in incontinente quam in intemperato, sed e converso de libidine voluntatis. 2-2. q 136. 3 ad 3.

9. Incontinens iræ audit rationem, sed imperfecte; incontinens autem concupiscentiæ totaliter eam non audit. 2-2. q. 53 6 ad 1. et q. 156. 4. c. ad 2.

10. Incontinentia iræ est pejor ratione mali accidentis quam incontinentia concupiscentiæ, sed ratione passionis est e converso quadruplici ratione, scilicet primo quia motus iræ participat aliqualiter rationem, sed motus concupiscentiæ totaliter est secundum sensum, et nullo modo secundum rationem; secundo quia motus iræ magis consequitur corporis complexionem; tertio quia ira quærit manifeste operari, sed concupiscentia quærit latebras, et dolose subintrat; quarto quia concupiscencia delectabiliter operatur, sed iratus, quasi quadam tristitia præcedente coactus. 2-2. q. 156. 4. o. et q. 158 4 c.

11. Incorporalia in loco non esse, est communis animi conceptio, apud sapientes tantum. 1.ª q. 2. 1. c. et q. 52. 1 ad 1.

INCORPORARI Christo contingit dupliciter, scilicet numero, et merito. 2-2. q 1. 9 ad 3.

INCORRUPTIBILE triplex, scilicet naturale ex parte materiæ, id est, carens materia; vel habens materiam, in potentia ad unam tantum formam, vel gloriæ ex forma, vel innocentiæ ex agente. 1. q. 97. 1. c.

INCUBUS dicitur dæmon coiens cum muliere; succubus autem, dæmon coiens cum viro. 1.ª q 51. 3 ad 6.

INDIGESTIO contingit præter ordinem virtutis nutritivæ, ex aliquo impedimento, puta ex grossitie cibi, vel frigiditate, vel caliditate, vel hujusmodi. 1.ª q. 103. 7. c. et q 115. 6 ad 3.

INDIGNATIO est filia iræ. 2-2 q. 37. 2 ad 1. et q. 41. 2. o et q. 158. 7. o.

INDITUM duplex, scilicet pertinens ad naturam, et per gratiam; primum convenit legi naturæ, secundum autem legi novæ. 1-2. q. 106. 1. ad 2.

1. INDIVIDUUM est id quod indivisum est in se, et divisum a quolibet alio, ultima divisione. 1.ª q. 29. 4. c.

2. Pars in toto est individuum, ut manus. 1.ª q. 29. 1. 2. c. et 3.ª q. 16. 12 ad 2.

3. Individuum ut sic est divisum ab omnibus aliis. 1.ª q. 13. 9. c.

4. Hæc nomina *individuum, particulare, et singulare*, dicuntur de partibus, ut de manu; ideo in Christo possunt dici multa esse individua, secundum numerum partium ejus. 1.ª q. 29. 1. 2. c.

5 Omne nomen individui est incommunicabile re et ratione, nisi secundum similitudinem. 1.ª q. 13. 9. c.

6. Duo sunt de ratione individui, scilicet incommunicabilitas, et non posse esse in pluribus. 3.ª q. 77. 2. c.

7 Compositum ex materia et forma determinata est individuum. 1. ℘ q. 30. 4 c.

8. In incorruptibilibus est tantum unum individuum unius speciei, quia species sufficienter conservatur in uno. 1. ℘ q. 47. 2. c. et q. 119. 1. c.

9. Individuum duplex, scilicet individuum vagum, et individuum signatum 1. ℘ q. 30. 1 c.

10. Principium individuationis in rebus materialibus est duplex, scilicet materia prima, et quantitas dimensiva. 3. ℘ q. 77. 2. c.

11. Materia est principium individuationis. 1. ℘ q. 3. 3. c. et q. 39 1 ad 3. et 2. c. et q. 54. 3 ad 2. et q. 56 1 ad 2 et q. 75. 4. 5. c. et q. 85. 1. c. et 3 ad 4. et q. 86 1. 3 c. et 1-2. q. 63. 1. c.

12. Forma receptibilis in materia individuatur per materiam; quæ autem non est receptibilis in materia individuatur per seipsam 1 ℘ q. 3. 2. ad 3. et 3. c. et q. 13. 9. c. et 3. ℘ q. 77. 2. c

13 *Hæ* carnes, et *hæc* ossa, et *hæc* anima, sunt principia individuantia hominem. 1. ℘ q 29. 2 ad 3. et 4 c. et q 30. 4. c. et q. 33 2. c et q. 75 4. c. et q. 83. 1 ad 2.

14. Individua composita substant ratione materiæ, sed subsistunt ratione formæ. 1. ℘ q 29. 2. ad 5

15. Individuatio quantum ad incommunicabilitatem est in Deo, non autem quantum ad materiam. 1. ℘ q. 3. 2 ad 3. et q. 29. 3 ad 4

16. Dimensio dupliciter individuatur, scilicet ratione subjecti, sicut et alia accidentia, et ratione situs. 2-2. q. 24. 5 ad 1. et 3 ℘ q. 77. 2 c.

17. Substantia individuatur per seipsam, ideo individuum ejus habet speciale nomen, scilicet hypostasis, non autem accidentia, quia individuantur per subjectum. 1. ℘ q. 29. 1. c. et q. 39. 1. 3. c.

18. Omne individuum substantiæ dicitur hypostasis, secundum proprietatem nominis, secundum usum autem, sola individua rationalis naturæ. 1 ℘ q. 29 2 ad 1.

19. Singulare particulare et individuum, sunt in quolibet genere entis, sed suppositum, hypostasis, res naturæ, et persona, sunt in solo genere substantiæ. 1. ℘ q. 29. 1. 2 c

1. Indivisibile duplex, scilicet terminus continui et extra genus ejus; secundum potest esse simul in pluribus locis, temporibus, et partibus, non autem primum 1 ℘ q. 8. 2 ad 2. et q. 52. 2. c. et q 53. 1 ad 1.

2. Indivisibile triplex, scilicet actu, ut continuum, per speciem, ut ratio hominis, et in potentia, ut punctus: primum et secundum prius cognoscitur quam divisio, tertium autem posterius. 1. ℘ q. 11. 2 ad 4. et q. 85. 8. o. et q. 87. 3. c.

1. Indulgentiæ valent quæ merita supererogationis Christi et sanctorum sunt, non modo ab injunctis in hoc sæculo pro peccatis contritis et confessis, pœnitentiis; sed ad absolutionem a pœnis in futuro sæculo pro peccatis in purgatorio exolvendis. Suppl. q 25 1. o.

2. Indulgentiæ tantum valent quantum prædicantur, si ab habente potestatem, fidelibus Christi vivis membris, ad honorem Dei et proximi utilitatem conferantur. Suppl. q. 25. 2. c.

3 Licet pro temporali subsidio ad spiritualia ordinato indulgentias conferre, non autem pro temporali simpliciter. Suppl. q 26. 3. o.

4. Non omnes sacerdotes, sed solus episcopus potest indulgentias facere. Suppl. q. 26. 1. c.

5. Possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes. Suppl. q. 26. 2. o.

6. Solus Papa plenarias indulgentias pro libito suæ voluntatis, legitima tamen existente causa, facere potest; cæteri autem episcopi, quantum sibi a

Papa taxatum fuerit. Suppl. q. 26. 3. o.

7. Potest prælatus in peccato mortali existens indulgentias facere. Suppl. q. 26. 4. c.

8. Mortalibus criminibus obnoxiis nullatenus indulgentiæ prosunt, sed contritis et confessis. Suppl. q. 27. 1. o.

9. Non tantum laicis, sed etiam religiosis indulgentiæ prosunt. Suppl. q 27. 2. o.

10. Indulgentiam minime consequuntur, qui id non efficiunt, pro quo indulgentiæ dantur. Suppl. q. 27. 3. o.

11. Tametsi non possit prælatus sibi indulgentiam facere, aliis tamen concessa pro se etiam uti potest. Suppl q. 27. 4 o.

INDUSTRIA duplex, scilicet una de necessariis ad salutem, alia de iis quæ sunt ad bene esse; prima est in omni existente in gratia, non autem secunda. 2-2. q. 47. 13 ad 3. et 14 ad 1.

INÆQUALITAS rerum est a Deo, quia sicut divina sapientia causa est distinctionis rerum, propter perfectionem universi, ita et inæqualitatis; non enim esset perfectum universum, si tantum unus gradus bonitatis inveniretur in rebus. 1.ª q. 47. 2 o. et q. 65. 2 ad 3.

1. INFAMIA publica tenet locum accusatoris, in denunciatione vero non intenditur punitio peccantis, sed emendatio Et ideo nihil agitur contra eum cujus peccatum denuntiatur, sed pro eo. Et ideo ibi non est necessarius accusator. 2-2 q. 67. 3 ad 2.

2. Uno infamato, aliquando alii infamantur, quia secundum Augustinum, cum de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. 2-2. q. 33. 7. c. fin. ad 3.

1. INFIDELIS non debet permitti habere dominium novum super fideles, sed tantum antiquum, quo etiam privari potest, sed permittit Ecclesia, quod infideles accipiant a fidelibus ministerium in aliquo artificio; nam servi subjiciuntur dominis suis ad totam vitam, et subditi præfectis, ad omnia negotia, sed ministri artificum subjiciuntur eis ad aliqu specialia opera; unde periculosius est, quod infideles accipiant dominium, vel prælationem super fideles, quam quod accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio; et ideo secundum permittit Ecclesia, non autem primum, 2-2. q. 10. 10 o.

2. Res infidelium si ipsi delinquant, licet auferre per vim, auctoritate publica, non autem auctoritate privata 2-2. q. 10. 10. c. et q. 66 8 ad 2.

3 Infideles qui nunquam fuerunt de fide Ecclesiæ, scilicet Judæi et pagani, non reputantur hæretici, licet perversam fidem habeant, sunt tamen compellendi a fidelibus, si adsit facultas, ut fidem non impediant, vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus. 2-21 q 10. 8 o.

4. Infideles vero qui aliquando sumpserunt fidem, scilicet hæretici, debent cogi ad fidem; non autem alii, scilicet Judæi et pagani. 2-2. q. 10. 8. o.

5. Non omnes actus infidelium sunt peccata, sed aliqui actus eorum sunt boni ex essentia, objecto, vel circumstantia, et placent Deo, nullus tamen est meritorius. 2-2. q. 10. 4. o. et q. 23. 7 ad 1.

6. Nullum peccatum veniale potest esse in infideli, antequam peccet mortaliter. 1-2 q. 89. 6. o.

7. Primi motus non sunt peccata mortalia fideli, nec infideli. 1-2. q. 89. 5. o. et 2-2. q. 158. 2 ad 3

8 Gravius peccat fidelis quam infidelis, in eadem specie peccati, simpliciter autem est e converso. 1-2. q.

73. 8. c. fin et q 89. 5. c. et 2-2. q. 10. 3 ad 3.

9. Et infideles contemnunt fidem, si fidelium defectus cognoscant 2-2. q. 10. 10. c

10. In illis infidelibus qui temporaliter Ecclesiæ vel ejus membris subjacent, statuit Ecclesia, ut servus Judæorum, cum fuerit factus christianus, statim a servitute liberetur, nullo pretio dato, et similiter si infidelis existens, fuerit emptus ad servitium, etc In illis autem infidelibus, qui temporaliter Ecclesiæ, vel membris non subjacent, jus dominii, et prælationis, et dictorum Ecclesia non statuit, licet posset statuere de jure, et hoc facit ad scandalum vitandum, ne nomen Domini et doctrina blasphemetur. 2-2. q. 10. 10. c. fin et q 66. 8 ad 2.

1. INFIDELITAS sumitur dupliciter, scilicet negative, et contrarie; id est, repugnando, vel contemnendo; et est peccatus, non autem primo modo, sed est pœna. 2 2. q. 10. 1 o. et 6. fin et q. 34. 2 ad 2.

2 Ratio infidelitatis perficitur in contemptu; ideo est in voluntate ut in causa, sed est in intellectu ut in subjecto. 2-2. q 10. 1. c. et 2 o.

3. Species infidelitatis sunt tantum tres, scilicet paganorum, Judæorum, et hæresis. 2-2. q 10. 5. o. et q. 11. 1 c. et q. 94. 1 ad 1.

4. Infidelitas hæreticorum est gravior quam Judæorum, et hæc quam paganorum. 2-2. q. 10 6. o.

5. Infidelitas est gravissimum omnium peccatorum circa mores, non autem peccatorum contra virtutes theologicas 2 2 q. 10. 3. o. et q. 13. 3. c. et q 39 2. o et 3 ae q 80. 5 c.

6 Infidelitas est ultimum peccatorum, ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur 2-2. q. 162. 7 ad 3.

7. Infidelitas, secundum quod est peccatum, oritur ex superbia. 2-2. q 10. 1 ad 3

8. Infidelitas est in intellectu subjective, sed est in voluntate imperative, ideo actus ejus est demeritorius. 2-2. q. 10 2. c.

9. Inter infideles verum est matrimonium, quamvis non ita perfectum sicut inter fideles Suppl. q. 59. 2. c.

10 Cum inter infideles verum matrimonium sit, non propterea dissolvitur ejus vinculum, quod alter conjugum ad fidem convertitur altero in infidelitate manente, solvi tamen potest et quoad habitationem et debiti solutionem, si nulla adsit correctionis spes. Suppl. q 59. 3 o.

11 Conversus ad fidem potest dimittere uxorem, nec secum cohabitare, cum converti non vult, nec illi debitum reddere tenetur. Suppl. q. 59 4. c.

12 Vir discedens ab infideli uxore, nolente cohabitare, sine Creatoris contumelia, potest illam dimittere et alteram ducere; si autem velit pacifice cohabitare, potest quidem illam dimittere, non autem aliam ducere. Suppl. q. 59 5 c.

13. Conjugium si ratificatum fuerit, quantum ad vinculum spectat, nulla ex causa solvi potest, alioquin potest dirimi infidelitate, non adulterio, verum quantum ad actum dirimi potest fornicatione, tum corporali tum spirituali, propter cætera vero vitia, nequaquam, nisi ad tempus, castigandi sui causa Supp. q. 59. 6. o.

1. INFINITUM. Nihil præter Deum est infinitum actu, nec potest esse, etiam per potentiam Dei, nec secundum essentiam, nec secundum esse, nec secundum virtutem seu potentiam, nec secundum magnitudinen, nec secundum multitudinem. 1. ae q. 7 2. 3. 4. o. et q. 45 5. ad 3. et q. 50. 2 ad 4. et q. 86. 2. c.

2 Non inconveniens est aliquod creatum sic esse infinitum, quod non finiatur ab alio. 1. ae q. 10. 3. ad 4. et q. 50. 2 ad 4.

3. Infinitum secundum essentiæ rationem est solus Deus. 3. ae q. 10. 3 ad 3.

4 Id quod est simpliciter et omnibus modis infinitum, non potest esse nisi unum, sed secundum aliquid possunt esse plura. 3.ª q. 10. 3 ad 3.

5. Si esset infinitum numero vel continuitate, esset finitum secundum esse et essentiam, et esset mensurabile a scientia Dei. 1.ª q. 7. 2. c. et q. 14. 12. ad 3. et 3.ª q 10. 3 ad 2.

6. Infinitum est in divisione magnitudinis, non autem in appositione. 1.ª q. 7 3 ad 3.

7. Infinitum non est substantia, sed accidit rebus, ideo sicut multiplicatur secundum subjecta, ita et proprietas ejus. 3.ª q. 10. 3 ad 3.

8. Ratio infiniti privative convenit quantitati, non autem negative. 1.ª q. 7. 1 ad 2.

9. Infinitum materiale convenit quantitati, non autem infinitum formale. 1.ª q. 7. 1 ad 2. et 3 ad 3 et ad 4. et q. 25. 2 ad 1. et 3.ª q. 10. 3 ad 1.

10. Infinitum repugnat cuilibet speciei magnitudinis, non autem magnitudini in communi 1.ª q. 7. 3 ad 2.

11. Infinitum duplex, scilicet negative dictum, et privative. 3.ª q. 10. 3 ad 1.

12. Infinitum duplex, scilicet secundum materiam, et secundum formam. 1.ª q. 7. 1. o. et q. 25. 2. ad 1. et q. 86. 2 ad 1 et 3.ª q. 10. 3 ad 1.

13. Infinitum duplex, scilicet simpliciter, et secundum quid. 1.ª q. 7. 2. c.

14. Infinitum secundum quid duplex, scilicet in potentia ad infinitas formas, ut materia, vel non limitatum per materiam, ut intelligentia. 1.ª q. 7. 2. o.

15. Id quod est infinitum uno modo, potest esse finitum alio modo. 3.ª q. 10. 2 ad 2.

16. Virtus infinita non potest esse in magnitudine 1.ª q. 25. 2 ad 3. et q 105. 2 ad 3.

17. Infinitum comprehenditur ab infinito, quia nihil ejus est extra cognoscentem, non autem attingendo fines ejus. 1.ª q 14. 3 ad 1 et ad 2. et 12 ad 1 et ad 2.

18. Nullus intellectus cognoscit infinitum inquantum hujusmodi, scilicet, numerando partem post partem. 1.ª q. 14. 12 ad 1. et q. 86. 2. o. et 3.ª q. 10 3 ad 1.

19. Intellectus noster dicitur intelligere infinita, inquantum intelligit universale, continens infinita in potentia. 1.ª q. 7. 2 ad 2 et q. 14. 12. c fin. et q. 86. 2 ad 3 et 1-2. q. 30. 4 ad 2 et 3.ª q. 10. 3 ad 2

20. Infinitum secundum materiam est ignotum, non autem infinitum secundum formam. 1.ª q. 12. 1 ad 2. et q. 86. 2 ad 1. et 3 ª q. 10. 3 ad 1.

21. Infinitum materiale est imperfectum, sed infinitum formale est summe perfectum. 1.ª q. 7 1. c. ad 1. et q. 25. 2 ad 1.

22. Infinito simpliciter quoad omnia, nihil potest esse majus, sed infinito secundum aliquid determinatum, est aliquid majus extra illum ordinem, non autem in illo ordine. 3.ª q. 10. 3 ad 3.

23 In entibus per accidens itur in infinitum, non autem in entibus per se. 1.ª q. 46. 2 ad 7. et 1-2. q. 1. 4. o.

1. INFIRMITAS in malis voluntariis subest potestati hominis; ideo non tollit, nec minuit rationem culpæ 1-2. q. 21. 2 ad 3.

2. Infirmitas animæ, ex qua dicitur aliquod peccatum, est passio ejus, non moderata a ratione. 2-2. q. 77. 3. o. et q. 85. 3 ad 1.

3. Infirmitas alleviat peccatum, inquantum diminuit voluntarium 1-2. q. 47. 2. c. et q. 73. 6. c. et q. 77. 6. 7. o. et q. 88. 2. c et q 105. 2 ad 1. et 2-2. q. 14. 3. c et q 150. 4 ad 3. et q. 154. 3 ad 1.

4 Peccatum ex infirmitate imputatur homini ad peccatum mortale,

inquantum fuit in potestate ejus reprimere passionem. 1-2. q. 77. 7. 8. o

1. INGENITUM sumitur tripliciter, scilicet negative extra genus, et in genere Dei et in genere principii divini; primum convenit etiam creaturis non generatis, secundum Spiritui sancto, tertium autem est notio Patris tantum. 1.ª q 33 4. o.

2 Ingenitum et innascibilitas nihil ponunt de intellectu eorum, sed aliquid præsupponunt. 1.ª q. 33. 4 ad 1.

3. Pater in divinis potius dicitur ingenitus quam inspiratus, triplici ratione: scilicet prima est, quia processio Spiritus sancti secundum ordinem naturæ præsupponit generationem Filii; secunda quia per hoc quod dicitur ingenitus, secundum quod est notio Patris, tollitur omnis modus consequendi generationem. Hoc enim convenit Patri inquantum est generationis principium, ut nullus modus generationem consequatur, tertia quia negatio ingeniti fundatur super rationem principii. 1.ª q. 33. 4 ad 5.

INGENIUM. Velocitas ingenii pertinet ad perfectionem hominis, quoad bene esse ejus. 1-2. q. 4. 5 c. et 1. o.

1. INGRATITUDO quælibet est peccatum, quia tollit debitum gratitudinis, quod est debitum honestatis. 2-2. q. 107. 1. o.

2 Ingratitudo pertinet ad primam et secundam speciem superbiæ. 2-2. q. 162 4 ad 3.

3. Ingratitudo est speciale peccatum, ratione contemptus beneficii, sed est circumstantia, respectu aliorum peccatorum. 2-2. q. 107. 2. o. et 3.ª q. 88. 4. o.

4. Ingratitudo est peccatum mortale, et aliquando veniale. 2-2. q. 107. 3. o.

5. Ingratitudo proveniens ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, sed proveniens ex veniali imperfectam. 2-2 q. 107. 3. c. ad 1.

6. Oblivio beneficii ex natura excusat ab ingratitudine, non autem oblivio ex negligentia, nec impotentia recompensandi beneficium, quia ad gratitudinem sufficit bona voluntas, ubi deest facultas. 2-2. q. 106. 3 ad 5. et q. 107. 1 ad 2.

7. Ingratitudo non est respectu adjuvantis peccare quia non confert beneficium; ideo non debetur ei gratiarum actio. 2-2. q. 107 1 ad 1.

8. Ingratus dicitur dupliciter scilicet per solam omissionem actus gratitudinis, et per actum contrarium gratitudini. 2-2. q. 107. 2. 3. c.

9. Gradus ingratitudinis triplex, scilicet non retribuere, disimulare et pessimus ex negligentia oblivisci, sed reddere mala pro bonis, reducitur ad primum, vituperare benefactum, ad secundum; sed id reputare malefactum, ad tertium. 2-2. q. 107. 2. 3. c.

10. Ingratitudo contra Deum contingit dupliciter, scilicet agendo contra beneficium ejus, per quodcumque peccatum mortale, et agendo contra formam ejus quadrupliciter, scilicet per odium proximi, per apostasiam a fide, per contemptum confessionis, et per dolorem de pœnitentia præterita; ideo per ingratitudinem horum, specialiter peccata dimissa redeunt. 3.ª q. 88. 2 o.

11. Ingratus meretur privari beneficio; tamen dans beneficium non debet ei subtrahere, ne fiat pejor. 2-2. q. 107. 4. o et q. 122. 5 ad 4.

12. Ingratitudo non incurritur per peccatum veniale, nec peccata dimissa redeunt, quia peccatum veniale non est contra Deum, sed præter eum. 3.ª q. 88. 2 ad 2.

13. Peccata venialia redeunt per ingratitudinem, sicut et peccata mortalia; quia remissio utrorumque ascribitur beneficio Dei contempti, per recidivum. 3.ª q. 88 2 ad 2

14. Similiter est de peccato originali 3.ª q. 88. 2 ad 2.

15. Peccata dimissa redeunt per recidivum quantum ad effectum, quia ex peccatis dimissis relinquitur in peccatis sequentibus deformitas quædam ingratitudinis, non autem redeunt quantum ad priorem maculam, vel reatum. 3.ᵖ q 88. 1. o. et 2. 3. c.

16. Per sequens peccatum non redit tantus reatus, quantus erat omnium peccatorum præteritorum, sed secundum quantitatem contemptus in ingrato. 3.ᵖ q. 88. 3. o.

17. Ingratitudo secundum quam peccata redire dicuntur, incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatum est contra Deum; ideo talis ingratitudo non est speciale peccatum. 2-2. q. 107. 2 ad 1 et 3.ᵖ q. 88. 4 o.

1. INHUMANITAS est idem quod obduratio contra misericordiam. 2-2. q. 118. 8 ad 3. fin

2. Inhumanitas est filia avaritiæ, sicut et obduratio contra misericordiam. 2-2. q. 118. 8 c.

INIQUITAS proprie est in proximum, sed peccatum est in seipsum, improprie vero sunt idem 1-2. q. 33. 1 ad 1. et q. 110. 4 ad 4.

1. INJUSTITIA duplex, scilicet illegalis, opposita justitiæ legali, secundum inæqualitatem ad alterum; prima est generalis intentione, et specialis objecto; secunda vero est specialis utroque modo 2-2 q. 58. 5 ad 3. et q. 59 1. o. et q. 79. 2 ad 1.

2. Injustitia semper est ad alterum. 2-2. q. 59. 3 ad 2.

3. Faciens injustum ex electione est injustus, non autem si præter intentionem, scilicet per ignorantiam, vel ex passione. 2-2. q. 59. 2 o. et 4 ad 1.

4. Injustitia est circa operationes exteriores. 2-2. q 60. 3 ad 3.

5. Excessus in pœnis, quoad illud quod exterius agitur, pertinet ad injustitiam, sed quoad veritatem animi, qua prompte hoc fit, pertinet ad crudelitatem. 2-2. q. 159. 1 ad 1.

6. Nullus volens patitur injustum formaliter, nec aliquis agit injustum formaliter, nisi volens. 2-2. q. 59. 3. o. et q. 66. 4. c.

7. Aliquis potest facere injustum, nullo patiente injustum formaliter, et e converso, sed materialiter semper se comitantur. 2-2. q. 59. 3 ad 3

8. Facere injustum formaliter est peccatum mortale, nisi in minimis. 2-2. q. 59. 4. o et q. 69. 1 c. et q. 70. 4. c. et q 110. 3. c.

Omne peccatum est injustitia. 1-2. q 113. 1 ad 1 et 2-2. q. 59. 1 ad 1.

INNASCIBILITAS est notio Patris, et proprietas ejus, non autem est notio personalis. 1.ᵖ q. 32 3. c et q. 33 4. o.

1. INNOCENTIA et tempus amissum sunt irrecuperabilia. 3 ᵖ q. 89. 3. c.

2. Innocentes mortui pro Christo in Bethleem fuerunt martyres. 2-2. q. 124. 1 ad 1. et 3 ᵖ q. 36. 2 ad 3

3. Usus rationis miraculose acceleratus est secundum aliquos in innocentibus. 2-2. q 124 1 ad 1.

4. Homines in statu innocentiæ fuissent inæquales sexu, ætate, justitia, scientia, robore, pulchritudine, complexione, et quantitate; tamen sine defectu animæ et corporis. 1.ᵖ q. 92. 1 ad 2. et q. 96. 3. 4 c.

5. Tunc fuisset emissio superfluitatum, sed sine ulla indecentia. 1.ᵖ q. 97. 3 ad 4.

6. Tunc homines vixissent in communi possessionum. 1.ᵖ q. 98. 2 ad 3.

7. Tunc homo fuisset sicut angelus, per spiritualem mentem. 1.ᵖ q. 98. 1 ad 1.

8. Continentia et pœnitentia non fuissent tunc, saltem secundum actus quos nunc habent. 1.ᵖ q. 95. 3. o. et q. 98 2 ad 3

9. Nec matrimonium tunc fuisset in remedium, nec ut sacramentum, sed fuisset in officium naturæ. 3.ᵖ q. 61. 2 ad 3.

10. Actus matrimonii tunc solvisset integritatem carnis, non autem mentis; nunc autem solvit utroque modo secundum actum, non autem secundum habitum, sicut in coitu vitioso. 1-2. q. 34. 1 ad 1.

11. Tunc fuisset partus sine dolore. 2-2. q. 164 2. c. ad 1.

12. Tunc sacramenta non fuissent necessaria, quia non accepissent homines cognitionem ex sensibilibus. 3 ᵖ q. 61. 2 o.

INNOVATIO mundi fiet in fine mundi, non quidem secundum substantiam, sed secundum qualitatem, nec fiet naturaliter, sed supernaturaliter 1. ᵖ q. 66. 3. c.

1. INOBEDIENTIA duplex, scilicet generalis, id est, quicumque recessus a præcepto: et specialis, id est contemptus ejus. 2-2. q. 104 2 ad 1. et q. 105. 1 ad 1 et 2 ad 3.

2. Omnis inobedientia formaliter, id est, ex contemptu, est peccatum mortale. 2-2. q. 69. 1. c. et q. 105. 1. o.

3 Inobedientia non est peccatum in Spiritum sanctum, nisi sit ei annexa obstinatio. 2-2. q. 105. 2 ad 2.

4. Inobedientia est tanto gravior, quanto præcipiens est major et quanto præceptum est magis intentum. 2-2. q 105 2. o

1. INQUIRERE. Sicut inquisitio pertinet ad rationem, ita et judicium pertinet ad intellectum. 2-2. q. 49. 5 ad 3. et q. 53. 4. c

2. Inquirere de dictis vel factis aliorum, ad utilitatem sui, vel aliorum, est laudabile; si autem ad malum vel inutiliter, est vitiosum. 2-2. q. 167. 2 c. ad 3.

3. Debitor certæ personæ tenetur inquirere eam, ut prælatus subditum, non autem debitor incertæ personæ. 2-2. q. 33. 23 ad 4.

INSANIA duplex, scilicet excludens totaliter usum rationis, alia privans affectum humanum Prima opponitur prudentiæ, secunda vero mansuetudini et clementiæ. 2-2. q. 150. 4 ad 3. et q. 157. 3 ad 3. et q 175. 2 ad 2.

1. INSENSIBILITAS est vitium, quo præmittuntur necessaria vitæ contra rationem, ideo est peccatum. 2-2. q. 142. 1. o.

2. Insensibilitas non multum contingit, ideo ipsa, et omnes species ejus oppositæ diversis speciebus temperantiæ sunt innominatæ, et contrariantur temperantiæ et intemperantiæ. 2-2. q. 150 1 ad 1.

3. Vitium contrarium luxuriæ continetur sub insensibilitate, sed non tangitur in multis, eo quod homines magis sunt proni ad delectationes; et accidit hoc vitium in eo qui intantum detestatur mulierum usum, quod etiam uxori debitum non reddat. 2-2. q. 153. 3 ad 3.

INSIDIÆ non proprie sunt fraudes, nec opponuntur justitiæ, nec ordinatæ voluntati; ideo licet eis uti in bello justo, ut patet in libro Stratagematum Francorum. 2-2. q. 40. 3. o. et q. 71. 3 ad 3.

INSIPIENTIA est idem quod stultitia, et contrariatur sapientiæ. 2-2. q. 46. 1 ad 1.

INSTABILITAS est multabilis loci, vel propositi. 2-2 q. 35. 4 ad 3.

1. INSTANS nihil temporis est, nisi instans ejus 1. ᵖ q. 46. 3 ad 3.

2. Instans in toto tempore, est idem subjecto, differens ratione. 1. ᵖ q. 10. 4 ad 2.

3. Int r quælibet duo instantia, qualitercumque signentur, semper es, accipere tempus medium. 1. ᵖ q. 53. 3. c. et q. 63. 6 ad 4. et 3. ᵖ q. 75. 7 ad 1.

4. Puncta in linea possunt accipi intrinseca et extrinseca; instans vero, extrinsecum tantum. 3. ᵖ q. 75. 7 ad 1.

5. Primum instans in quo res habet esse, datur, non autem ultimum. 1.ª q. 53. 3. c. et 1-2. q. 113. 7 ad 5. et 3.ª q. 33. 1 ad 3. et q. 75. 7 ad 1.

6. Omne agens potest operari in primo instanti in quo est, nisi sit imperfectum, vel impeditum, vel actio ejus sit successiva. 1.ª q. 42. 2. c. et q. 46. 2 ad 1. et q. 63. 5. c 1-2. q. 113. 3 ad 4. et 3.ª q. 34 2 ad 1.

7. In eodem instanti est illuminatio aeris, visio coloris, et discretio rei visæ, licet primum sit causa secundi, et secundum tertii. 1.ª q. 63. 5. c.

8. Operatio intellectus et voluntatis potest esse in instanti. 1.ª q. 63 5. c. et 1-2. q. 113. 7. o. et 3.ª q. 34. 2. c.

9 Omnis mutatio, cujus subjectum nihil habet repugnans formæ introducendæ, est in instanti. 1-2. q. 113. 7. c. ad 3. et 3.ª q. 75. 7. c.

10. Omnis mutatio instantanea est terminus motus præcedentis 1.ª q. 53. 3. c.

11. Nullus motus localis, vel augmenti, potest esse in instanti. 1.ª q. 67. 2. c. et 3.ª q. 33. 3. c. et q. 57. 3 ad 3.

12. Mutatio tripliciter est in instanti, scilicet primo si forma sit indivisibilis, ut forma substantialis: secundo si subjectum sit in ultima dispositione: tertio si agens sit infinitæ virtutis. 1.ª q. 113. 7. c. et 3.ª q. 75. 7. c

13. Instans nunquam intelligitur, nisi ut fluens, nec ut fluens a priori nisi motus præcedat, nec ut fluens in posterius, nisi motus sequatur. 1.ª q 46. 1 ad 7.

INSTRUCTIO fidei duplex, scilicet catechumenorum circa baptismum, et populi christiani circa missam. 3.ª q. 83. 4 ad 4.

1. INSTRUMENTUM duplex, scilicet conjunctum et separatum, quod non movetur, nisi per conjunctum. 3.ª q 62 5. c.

2. Instrumentum duplex, scilicet animatum, et inanimatum; in primo requiritur intentio ad effectum, non autem in secundo. 3.ª q. 64. 8 ad 1.

3 Instrumentum animatum indiget habitu ad operandum, non autem inanimatum. 1-2 q. 68. 3 ad 2. et 3.ª q. 7 ad 3.

4 Quanto instrumentum est magis proportionatum fini, tanto melius est, non autem quanto majus est. 2-2. q 188. 7 ad 1.

5. Virtus dupliciter datur instrumento, scilicet inchoative, quando instituitur; et completive, quando movetur a principali agente. 3.ª q 62. 4 ad 3 et q. 72. 3 ad 2.

6. Quando opus perficitur pluribus instrumentis, virtus instrumentalis non est complete in uno instrumento, sed incomplete in utroque. 3.ª q 62. 4 ad 4. et q. 82. 1 ad 1

7. Virtus instrumentalis est incompleta et intentionalis. 3.ª q 62. 4 o. et q. 63. 5 ad 1.

8 Virtus instrumenti, per se loquendo, non est proprie in genere, sed reducitur ad genus et speciem virtutis perfectæ. 3.ª q. 62. 4 ad 2. et q. 63 2. c.

9. Virtus instrumenti non est in subjecto, secundum conditionem ejus, sicut formæ perfectæ; sed secundum conditionem agentis principalis. 3.ª q. 63. 5 ad 1 et ad 2.

10. Virtus spiritualis non potest esse in corpore, secundum esse completum, sed intentionaliter et instrumentaliter. 3.ª q. 62. 4 ad 1.

1. INTELLECTUALIS substantia non potest uniri formaliter corpori, nisi corpori humano. 1.ª q 51. 1. c.

2. Necesse est esse aliquas substantias intellectuales. 1.ª q 50. 1. c.

3 Omnis substantia intellectualis est incorporea 1.ª q. 50. 1. c.

4. Nullum intellectuale est materiale. 1.ª q. 50. 2. c.

5. Substantiæ intellectuales sunt incorruptibiles. 1.ª q. 35 6. c. fin.

6. Omnis substantia intellectualis est volens. 1.ª q. 19 1. o. et q. 59. 1. c ad 1.

7. Creatura intellectualis est perfectior universo intensive; non autem extensive, sed e converso. 1.ª q. 93. 2 ad 3.

1. INTELLECTUS dicitur, quasi intus legens; intellectus enim nomen sumitur ab intima penetratione veritatis; unde actu intelligere aliquid est actu cogitare secundum Augustinum. 1-2 q. 108 1 ad 3. et 2-2. q 8 1. c. et q. 49. 5 ad 3.

2. Intellectus est potentia, realiter distincta ab essentia animæ. 1.ª q 79 1 o

3. Intellectus est potentia passiva. 1.ª q 79. 2 o.

4. Intellectus passivus, secundum aliquos, est appetitus sensitivus; sed, secundum alios, est potentia cogitativa. 1.ª q. 79. 2 ad 2. et 1-2. q. 51. 3. c.

5. Intellectus dicitur dupliciter, scilicet anima intellectiva, sed denominative, quasi a principaliori sua virtute, et potentia intellectiva. 1.ª q. 79. 1 ad 1

6. Intellectus duplex, scilicet intellectus possibilis, et intellectus passivus. 1-2. q. 51. 3. o et q. 71 4. c.

7 Intellectus quadruplex, scilicet agens, possibilis, in habitu, et in actu sive adeptus. 1.ª q 79 10. c.

8. Intellectus est in potentia ad formas universales, materia vero est in potentia ad formas individuales, ideo differunt realiter. 1.ª q. 75. 5 ad 1 et ad 2.

9. Intellectus hominis multiplicatur secundum multitudinem corporum contra Averroes commentatorem. 1.ª q. 76. 2. o. et q 79. 5. o et q. 117. 1. c et q. 118. 2 ad 2. et 1-2. q. 50. 4. c

10. Ens in communi est objectum intellectus. 1.ª q. 55. 1. c. et q. 79. 7. c. et q 82. 4 ad 1 et q. 87 3 ad 1. et q 105. 4. c et 1-2. q. 9. 1 c. et q. 10 1 ad 3.

11 Ratio et causa veritatis alicujus objecti primo apprehenditur a potentia intellectiva. 1-2. q 1. 1. c

12. Ens est primum cadens in intellectu. 1.ª q. 5. 2. c. et q. 11. 2 ad 4 et 1-2. q. 55. 4 ad 1. et q. 94. 2 c.

13. Primo intelligitur ens, secundo non ens, tertio divisio, quarto unum, quinto multitudo. 1.ª q. 11. 2 ad 4

14. Intellectus noster intelligit se, et actum suum, et speciem intelligibilem reflexive, non autem primo. 1.ª q. 14 2 ad 3. et q 76. 2 ad 4 et q. 85 2 c. et q. 87. 1. 3. o.

15. Intellectus noster cognoscit se, non per essentiam suam, sed per actum suum dupliciter, scilicet vel particulariter, id est, dum quis percipit se habere animam intellectivam, dum percipit se intelligere, vel in universali, id est, considerando naturam intellectus, ex actu ejus. Ad primum modum sufficit ejus præsentia, non autem ad secundum, sed requiritur diligens et subtilis inquisitio. 1.ª q. 87. 1. o. et q 88. 2 ad 3 et q. 89 2 c. et q 94 2. c.

16. Intellectum duplex, scilicet primum, id est, species intelligibilis, quæ est perfectio intellectus; et secundum, id est, res cujus est species, sicut est duplex visum. 1.ª q. 14. 5 ad 2. et ad 3

17. Id quod primo intelligitur, est res cujus similitudo est species in intellectu, quæ non intelligitur primo, sed reflexive. 1.ª q. 85 2. o

18. Intellectus noster in hac vita non cognoscit substantias separatas a materia, quantum ad quid sunt, quia sunt ordine naturæ supra nos. 1.ª q. 64. 1 ad 1. et q. 89. 2 ad 3.

19 Intellectus noster intelligit simplicia, et enunciat per modum cujusdam compositionis, sed Deus e

converso. 1.ᵖ q. 50. 2. c. et 2-2. q. 1. 2. c.

20. Res materiales sunt in intellectu nostro simpliciores quam in seipsis. 1.ᵖ q. 50 2. c.

21. Singularitas repugnat intellectioni, ratione materiæ, non autem secuudum se; ideo individuum immateriale est intelligibile in actu 1.ᵖ q. 56. 1 ad 2. et q. 76. 2 ad 3. et q. 79 6 ae 2. et q. 86. 1. c. ad 3.

22. Intellectus noster non cognoscit singularia. 1.ᵖ q. 14. 11. ad 1.

23. Intellectus noster non intelligit individuum materiale primo, sed reflexive 1.ᵖ q. 14. 11. ad 1. et q. 50. 2. c. fin. et q. 56. 1 ad 2. et q. 57. 2 ad 1. et q 86. 1. o. 3. 4. c. et q. 89. 4. c. ad 1. et 2-2. q. 47. 3 ad 1.

24. Intellectus qui est semper in actu non intelligit privationem, scilicet primo, sed per habitum 1.ᵖ q. 14. 10. ad 1.

25 Nullus intellectus potest intelligere plura ut plura, sed ut uniuntur. 1.ᵖ q. 12. 10. o et q. 14. 7. c. ad 1. et q 2.2. 3 ad 3. et q. 58. 2. o et q. 85. 4. o. et ad 5. et 1-2. q. 12. 3 ad 3 et q. 54. 1 ad 3. et q. 113. 7 ad 2. et 2-2 q. 8. 1 ad 3.

26. Intellectus noster potest intelligere infinita in potentia, et successive, non autem infinita in actu nec in habitu distincte. 1.ᵖ q. 86. 2. o. et q. 87. 3 ad 2.

27. Subjectum et prædicatum, et partes unius propositionis simul una intellectione intelliguntur, non autem absolute. 1.ᵖ q. 58. 2. c. et 1-2. q. 113. 7 ad 2.

28. Eodem actu intelligitur conclusio, et principium ut est ratio conclusionis, non autem absolute. 1-2 q. 8. 3. c. et q. 12. 4. c.

29. Eodem actu simul intelligitur res cum sua perfectione. 1.ᵖ q. 87. 3. c. ad 2.

30. Eadem intellectione intelligitur objectum, et intellectio ejus, ut ratio, non autem ut objectum. 1.ᵖ q. 28. 4 ad 2. et q. 87. 3 ad 2.

31. Actio intellectus est vita, id est operatio viventis, non autem esse ejus. 1.ᵖ q. 54. 1 ad 2

32. Intelligere comparatur ad intellectum, sicut esse ad essentiam. 1.ᵖ q. 54. 1 3. c.

33. Intelligere est simplex intuitus intellectus id præsens. 1-2. q. 108. 1 ad 3.

34. Intelligere nostrum est quoddam pati. 1.ᵖ q. 79. 2. c

35 Actio intellectus cujuscumque creati dependit a Deo, quoad duo: primo in quantum habet ab eo perfectionem qua agit, id est lumen; secundo in quantum movetur ab eo. 1-2. q. 109. 1 c.

36. Intellectus movet se. 1-2. q. 9. 3. c.

37 Quicumque intelligit, ex hoc procedit aliquid ab eo, scilicet verbum cordis. 1.ᵖ q. 27. 1. c.

38. Operatio intellectus duplex, scilicet simplex apprehensio, et compositio, et divisio. 1.ᵖ q. 85. 2 ad 3. et 2-2. q 83. 1 a. 3.

39. Compositio intellectus duplex, scilicet universalis cum particulari, et accidentis cum subjecto, et semper est eorumdem, sicut compositio realis est diversorum. 1.ᵖ q. 85. 5 ad 3.

40. Solus intellectus hominis intelligit cum discursu, et componendo et dividendo, necessario. 1.ᵖ q. 58. 4. 5 o. et q. 85. 5. o.

41. Operatio intellectus quintuplex, scilicet intelligentia, id est, simplex intuitus, intentio id est, ordinatio ad aliud, excogitatio, sapere, et dispositio verbi. 1.ᵖ q. 79. 10 ad 3.

42. Actus intellectus duplex, scilicet actus rectus, et actus reflexus. 1.ᵖ q. 28 4 ad 2. et q. 87 3 ad 2.

43. Intellectus habet duos actus, scilicet percipere, et judicare. 2-2. q 45. 2 ad 3

44. Perfectum judicium intellectus in nobis non potest haberi, nisi per resolutionem ad sensibilia, quæ sunt

prima principia nostræ cognitionis. 2-2. q. 173. 3. 3. c.

45. Operatio dicitur intellectualis dupliciter: uno modo quasi in ipso intellectu consistens, ut contemplatio, et talis operatio non determinat sibi locum. Alio modo quia est ab aliquo intellectu regulata et imperata, et sic interdum determinat sibi loca. 1.ᵖ q. 112. 1 ad 1.

46. Tempus miscetur secundæ operationi intellectus nostri dupliciter, scilicet ex parte sua accipiendo scientiam a continuo et tempore, id est, a sensu et imaginatione; et ex parte intellectorum quæ sunt in tempore, sed intellectioni Dei, primo modo tantum 1-2. q. 113. 7 ad 5.

47. Intellectus est supra tempus corporalium, non autem spiritualium. 1.ᵖ q. 85. 4 ad 1.

48. Principium operationis intellectus duplex, scilicet intellectus, et species intelligibilis, et utrumque potest esse immediate a Deo. 1.ᵖ q. 105. 3. c.

49. In omni operatione, qua intellectus noster abstrahit a phantasmatibus, necesse est quod abstrahatur a sensibus. 2-2. q. 175 4. c.

50. Unus intellectus potest melius alio rem aliquam intelligere dupliciter, scilicet ratione fortioris intellectus, et ratione meliorum sensuum, non autem ex parte objecti. 1.ᵖ q. 12. 6. o. et q. 85. 7. o.

51. Intellectus intelligit aliquando rem aliter quam sit. 1.ᵖ q. 85. 1 ad 1.

52. Intelligere rem aliter quam sit, contingit dupliciter, scilicet ex parte objecti, et ex parte intellectus; primum est falsum, non autem secundum, vel verum est quod intellectus qui intelligit rem aliter quam sit, est falsus, si ly, *aliter*, referatur ad rem intellectam, tunc enim intellectus est falsus, quando intelligit rem esse aliter quam sit; non est autem verum, si ly, *aliter*, accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absque falsitate ut alius sit modus rei in intelligendo quam modus in essendo, quia intellectum est in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis 1.ᵖ q. 12. 6 ad 1 et ad 2. et q. 13. 12 ad 3. et q. 85. 1 ad 1.

53. Non posse intelligi sine alio, contingit dupliciter, scilicet vel alio non intellecto, vel non existente. 1.ᵖ q. 16. 3 ad 3. et q. 85 1 ad 1.

54. Intelligibile est in intellectu tripliciter, scilicet actu, habitu, et ut relatum ad alium 1.ᵖ q. 107. 1 c.

55. Nihil potest intelligi, nisi secundum quod est ens actu. 1.ᵖ q. 12. 1. c.

56. Solus intellectus cognoscit quidditates rerum. 1.ᵖ q 57. 1 ad 2. et 1-2. q. 31. 5. c et 2-2. q. 8. 1. c.

57. Res intellecta est in intellectu, per speciem ejus, non autem secundum propriam naturam. 1ᵖ q. 2-2. ad 4. et q. 14. 5 ad 2. et q. 57. 1 ad 2. et q. 76. 2 ad 4. et q. 85. 2 ad 1.

58. Unumquodque est intelligibile in actu, secundum quod ejus similitudo est in intellectu. 1.ᵖ q. 58. 2 c.

59. Intellectum est perfectio intellectus per speciem intelligibilem in intellectu 1.ᵖ q. 57. 1 ad 1.

60. Intellectus in actu et intellectum, sunt idem. 1.ᵖ q. 14. 2. c. et q. 55. 1 ad 2. et q 85. 2 ad 1. et q. 87. 1 ad 3.

61. Per formam lapidis inquantum hujusmodi, non perficitur intellectus; sed inquantum in ea participatur similitudo alicujus quod est supra intellectum humanum, scilicet lumen intellectuale, vel aliquid hujusmodi. 1-2. q. 3. 6 c

62. Ad hoc quod aliquid sit intellectum in actu, requiritur abstractio a materia, et a conditionibus materiæ. 1.ᵖ q. 50. 2. c. et q. 55. 1 ad 2. et q. 79. 3. c. et q. 87. 1 ad 3

63. Species intelligibilis intellectus nostri est similitudo rei quoad naturam speciei tantum; ideo per eam cognosci possunt infinita, sed indistincte. 1.ᵖ q. 14. 3 ad 1. et 12. c.

fin. et q. 76. 2 ad 4. et q. 85. 1 ad 3. et q. 86 1 c

64. Species sensibilis in sensu est similitudo unius tantum individui, ideo per eam tantum unum individuum cognosci potest. 1.ᵖ q. 14 12. c fin.

65. Intelligere consequitur speciem intelligibilem, sicut esse formam. 1 ᵖ q 14. 4. c.

66. Intellectus noster non potest intelligere, nisi per aliquam speciem informetur. 1.ᵖ q 14 2 ad 3.

67. Species intelligibilis comparatur ad intellectum, sicut actus ad potentiam et ut forma ejus. 1 ᵖ q 55 1. c.

68. Ex intellectu et specie intelligibili, fit unum subjecto, non autem essentialiter. 1.ᵖ q. 14 2. c. et q. 55 1 ad 2 et q. 85 2 ad 2

69 In uno intellectu a diversis phantasmatibus ejusdem speciei non abstrahitur, nisi una species intelligibilis. 1.ᵖ q 76. 2. c. fin

70. Species intelligibilis est a phantasmate, secundum suum esse materiale; sed ab intellectu agente, secundum esse formale, id est, ut est intelligibilis in actu. 1.ᵖ q 84. 6 c. et q. 85. 1 ad 3.

71. Intelligere universalia est intelligere naturam generis vel speciei, sine individuis, per speciem intelligibilem abstractam a materia, per intellectum agentem. 1.ᵖ q. 44. 3 ad 3. et q. 85. 1 ad 1.

72. Intellectus noster intelligit se, sicut et alia, id est, per species aliorum. 1.ᵖ q. 14. 2 ad 3. et q. 87 1. o. et q. 88. 2 ad 3. et q. 89. 2. c.

73. Intellectus possibilis conservat species, contra Avicennam. 1.ᵖ q 79 6. c. et q. 84 4. c. et 1-2. q. 67. 2. c

74 Plures species possunt simul esse in intellectu. 1.ᵖ q 12 10 c. et q. 58. 2 ad 2. et q. 85. 4 c. ad 2

75. In intellectu resultant diversæ species, secundum diversam dispositionem phantasmatum, sicut ex diversa ordinatione earumdem litterarum resultant diversi intellectus. 2-2. q. 173 2. c.

76 Species est in intellectu et in sensu tripliciter, scilicet in potentia tantum, in actu, secundum complexionem ultimam, et medio modo, scilicet in habitu. 1.ᵖ q 79. 6 ad 3.

77. Species primo est in sensu, secundo in imaginatione, tertio in intellectu possibili, per lumen intellectus agentis 1.ᵖ q. 55. 2 ad 2. et 2-2. q. 173. 2. c.

78. Species sunt in imaginatione, secundum quod imprimuntur a sensu, vel secundum quod transmutatur ex mutatione corporis, vel secundum quod ex imperio intellectus ordinantur phantasmata ad aliquid significandum. 2-2 q. 173 2. c.

79. Sensus et intellectus differunt realiter, per universale et particulare, et similiter appetitus sensitivus et intellectivus, id est, voluntas 1.ᵖ q. 50. 1. c. et q. 80. 2 ad 2. et q. 84. 6. c. et q 11ᵖ. 4. c

80. Intellectus judicans de agendis et appetendis dicitur sensus, quia relatus est ad particulare. 1.ᵖ q 54. 5 ad 1. et 2-2. q. 16. 2. c. et q. 48. c. et q. 49 2 ad 3.

81. Intellectus est similis sensui in hoc quod requirit proportionem objecti, dissimilis autem quia non corrumpitur ab objecto excedente, sicut sensus. 1.ᵖ q. 88. 1 ad 3.

82. Intellectus indiget sensu, sicut extremo ad quod fit resolutio, non autem quia actus intellectus fiat per organum 1.ᵖ q 50. 1. c. et q. 115. 4. c.

83. Licet operatio intellectus oriatur a sensu, tamen in re apprehensa per sensum, intellectus multa cognoscit, quæ sensus percipere non potest, et similiter æstimativa. 1.ᵖ q. 78. 4 ad 4.

84. Intellectus abstrahit ab omni differentia temporis, sicut et ab aliis conditionibus materialibus, quas sensus concernit. 1.ᵖ q. 107. 4. c.

85. Cujuslibet potentiæ sensitivæ objectum est forma, prout est in materia corporali, ideo est cognoscitiva particularium tantum Ratio autem est cognoscitiva ipsius universalis 1.ª q 85. 1 c et 3 ad 4. et 1-2 q. 5 1 ad 1 principio. et 2-2. q. 58. 5 ad 2.

86 Potentiæ sensitivæ interiores præparant intellectui possibili proprium objectum; ideo ex bona dispositione earum, ad quam etiam cooperatur bona dispositio corporis, redditur homo habilis ad intelligendum. 1-2. q. 50 4 ad 3

87 Judicium intellectus impeditur per ligamentum sensus 1.ª q. 84. 8. o. et q 94. 4 ad 4. et q 101 2. c. et 1-2 q. 33 3 ad 3. et q. 48 3. c. et q. 53. 1 ad 3. et 2-2. q 154. 5. c et q. 172 1 o.

88 Sensibilia sunt causa secundaria cognitionis intellectivæ, sed causa principalis est intellectus agens. 1.ª q. 50 3 ad 3 et q. 84 6. c ad 3.

89. Sensus cognoscit tantum particularia corporalia, sed intellectus cognoscit etiam universalia et incorruptibilia 1.ª q. 85. 1 c.

90. Sensus apprehendit rem quoad exteriora ejus accidentia tantum, sed intellectus ingreditur ad interiora, id est, ad essentiam. 1 ª q 108 1 ad 3.

91 Nulla forma substantialis est sensibilis per se, sed solo intellectu comprehensibilis. 1.ª q. 57. 1 ad 2. et q 67 3. c. et q 75. c fin

92. Voluntas et intellectus sunt potentiæ naturales, et consequuntur naturam animæ de necessitate. 1-2. q 110 4 ad 4. et 3.ª q. 18 1. c. ad 3 et ad 4.

93. Intellectus et voluntas sunt in eadem essentia animæ subjective 1.ª q. 87. 4 ad 1. et 1-2 q 33. 3 ad 2

94. In omni creatura differunt realiter, intellectus, voluntas, et essentia. 1.ª q. 59 2 c.

95. Voluntas non potest esse in carentibus intellectu. 1-2 q 1. 2 ad 3. et q. 6. 2 ad 1.

96. Objectum intellectus, scilicet ratio boni, est simplicius, absolutius, altius, et nobilius, objecto voluntatis, scilicet bono. 1.ª q 82. 3. c. ad 1. et 4 ad 1

97. Nobilitas operationis intellectus attenditur secundum mensuram intellectus, voluntatis autem secundum objectum. 2-2. q. 23 6 ad 1.

98. Intellectus inter omnes potentias est altior, et voluntati propinquior 2-2. q 83. 3 ad 1.

99. Intellectus est superior voluntate quod rationem ordinis, sed quod imperium, est e converso. 1-2 q 13. 1. c.

100. Voluntas respectu eorum quæ sunt supra animam, est nobilior intellectu, sed respectu inferiorum, est e converso. 1.ª q 82 3. c. ad 3 et q. 108. 6. ad 3 et 1-2 q 66. 6 ad 1. et 2-2. q 23 6 ad 1.

101. Idem secundum rem est objectum intellectus, inquantum est verum, et voluntatis inquantum est bonum. 1.ª q. 59. 2 ad 2. et q. 79 11 ad 2 et q 80. 1 ad 2. et q. 87. 4 ad 2.

102 Anima non potest esse sine intellectu et voluntate. 1-2. q. 110 4 ad 4.

103. Intellectus tendit ad res, ut sunt in eo, sed voluntas, ut sunt in seipsis 1 ª q 19 3 ad 6. et 6 ad 2. et q. 82. 3. c. et 1-2 q. 66. 6 ad 1. et q 80. 1 ad 2. et 2-2. q. 23. 6 ad 1.

104 Omne amatum est in voluntate, sicut terminus motus est in principio motivo, non autem est in ea secundum similitudinem suæ speciei, sicut est in intellectu. 1.ª q. 7. 4. c.

105 Objectum intellectus est primum in genere causæ formalis, sed objectum voluntatis est primum in genere causæ finalis. 1-2 q. 9. 1. c.

106. Intellectus est simpliciter prior voluntate sicut motivum mobili et activum passivo. 1.ª q. 82 3 ad 2. et 1-2. q 13 c.

107. Intellectus prior est voluntate, in via receptionis, sed e converso

in movendo et agendo 1-2. q. 83. 3 ad 3.

108. Intellectus regit voluntatem, non inclinando, sed ostendendo, et ordinando. 1-2 q. 17. 5. c.

109. Intellectus non movet corpus, nisi per appetitum, cujus motio præsupponit operationem intellectus. 1. ᵖ q. 76. 1. c. co. 2.

110. Intellectus movet voluntatem, per modum finis, sed voluntas movet, imperando intellectui, et cæteris potentiis animæ. 1. ᵖ q. 82. 4. o. et q. 107. 1. c. et 1-2. q. 9. 1. o. et 2 ad 3. et 3. c. q. 11. 1 ad 2. et q. 12. 1. c. et q. 16. 1. c. et q. 17. 1. o. et q 18. 7. c. et q. 19. 3 ad 3. et q. 56. 3. c. et q. 58. 1. c. ad 3. et q. 74. 5 ad 2. et 2-2. q. 58. 8 ad 1. et q. 82. 1 ad 1. et q. 180. 1. c. ad 3. et 3. ᵖ q. 85. 4 ad 4.

111. Sicut intellectus ex necessitate inhæret primis principiis, ita et voluntas fini. 1. ᵖ q. 82. 1. 2. c.

112. Finem prius apprehendit intellectus quam voluntas, tamen motus ad finem incipit in voluntate. 1-2. q. 3. 4 ad 3. et ad 4. et 2-2 q. 4. 7. c.

113. Intellectus est primum motivum omnium potentiarum animæ, quoad determinationem actus; voluntas vero, quoad exercitium actus. 1-2. q. 17. 1. c.

114. Ab intellectu procedit aliquid dupliciter, scilicet aliquid per modum operati, et aliquid per modum operationis, a voluntate autem secundo modo tantum 1. ᵖ q. 27. 4. c.

115 Intellectus necessario intelligit aliquid, non ex imperio voluntatis. 1. ᵖ q. 82. 4 ad 3.

116 Intellectus intelligit actum voluntatis. 1. ᵖ q 87. 4 o. et 1-2. q. 17 1. c.

117. Actus intellectus et voluntatis supra seinvicem reflectuntur. 1-2 17 1. c. et 3 ad 3. et 2-2. q. 109. 2 q. ad 1.

118. Necesse est esse intellectum agentem. 1. ᵖ q. 54. 4. o. et q. 79. 3. c.

119 Si intellectus agens non esset aliquid animæ, sed esset quædam substantia separata, unus esset intellectus agens omnium hominum, et hoc intelligunt qui ponunt unitatem intellectus agentis 1 ᵖ q 79. 5. c.

120. Si intellectus agens sit aliquid animæ, ut quædam virtus ipsius, necesse est dicere quod sint plures intellectus agentes, secundum pluralitatem animarum, quæ multiplicantur, secundum multiplicationem hominum, non enim potest esse, quod una et eadem virtus sit diversorum subjectorum. 1. ᵖ q. 79. 5. c. fin.

121. Intellectus agens est actus intelligibilium, quæ abstrahuntur a phantasmatibus. 1. ᵖ q. 87. 1. c. co. 1. fin. et ad 2.

122. Intellectus agens est sua actio, non quidem per essentiam, sed concomitanter. 1. ᵖ q. 54. 1 ad 1.

123. Intellectus agens nullo modo est patiens, nec est subjectum habitus. 1. ᵖ q. 50. 5 ad 2. et q. 54. 1. c.

124. Intellectus in actu semper intelligit, quantum est de se, id est, ex parte intellectus agentis. 1. ᵖ q. 79. 4 ad 2.

125. Intellectus possibilis non unitur homini, per speciem intelligibilem, contra Averroem 1. ᵖ q. 76. 1. c. co. 1. fin. et q. 88. 1. c.

126. Intellectus possibilis est ens actu, in genere entis, sed est pura potentia, in genere intelligibilium. 1. ᵖ q. 87. 1. c. ad 2. et 1-2. q. 50. 4 ad 2. et 5. c.

127. Sicut potentia ad esse sensibile convenit materiæ corporali, sic potentia ad esse intelligibile, convenit intellectui possibili. 1-2. q. 50. 4 ad 2. et 5 c.

128. Intellectus possibilis est in potentia naturaliter ad omnia et sola, quæ possunt manifestari per lumen intellectus agentis, scilicet ad omnes species rerum sensibilium. 1. ᵖ q. 88. 1. c. fin. et 1-2. q. 50. 5. c.

129 Intellectus agens et intellectus possibilis sunt potentiæ animæ, et

non substantiæ separatæ a corpore, secundum esse. 1.ª q. 79. 4. 5. o. et q. 88. 1. o.

130. Intellectus agens, et intellectus possibilis, fundantur in eadem essentia animæ. 1.ª q. 79. 4 ad 4. et q. 87. 4 ad 1.

131. Intellectus agens, et intellectus possibilis, differunt realiter. 1.ª q. 54 1 ad 1 et q. 79. 7. 10. c.

132. Intellectus practicus, et intellectus speculativus, sunt realiter eadem potentia, sed differunt ratione. 1.ª q. 14. 16 c. et q 79. 11. o.

133. Intellectus practicus est motivus voluntatis, non quasi exequens motum, sed quasi dirigens ad motum. 1.ª q. 79. 11 ad 1

134. Practicum dicitur ab opere exteriori, speculativum autem ab opere interiori. 1-2. q. 1. 6 ad 1. et ad 2. et q. 3. 5 ad 2. et q 13. 4 ad 2. et q. 57. 1 ad 1.

135. Intellectus speculativus ordinatur ad actum proprium, ut ad finem; non autem ad actum extrinsecum, sicut intellectus practicus. 2-2 q. 179. 2. c.

136. Finis intellectus practici, et vitæ activæ, est exterior operatio; speculativi vero et vitæ contemplativæ, est cognitio veritatis. 1.ª q 14. 16. c. et q 79. 11. o. et 1-2. q. 3. 5. c. ad 2. et q. 69. 3 ad 2. et 2-2. q 179. 1. 2 et q. 180. 1. c. ad 1. et 2. c et q. 181. 1. 4. o.

137. Res ordinatur ad intellectum practicum, ut mensuratum ad mensuram, ad speculativum autem e converso. 1-2 q 64. 3. c.

138. Verum intellectus speculativi accipitur per conformitatem ejus ad rem, practici vero per conformitatem ejus ad appetitum rectum. 1-2. q. 57. 5 ad 3.

139. Intellectus ut dicit lumen supernaturale ad cognitionem, est unum de septem donis Spiritus sancti. 2-2. q. 8. 1. o. et q. 49. 2 ad 2.

140. Donum potius nominatur intellectus quam voluntas, quia intellectus dicit excellentiam, non autem voluntas. 2-2. q. 8. 1 ad 3.

141. Ratio non dicitur donum, sicut intellectus, quia ratio procedit ex lumine naturali, non autem intellectus, sicut nec donum. 2-2. q. 8. 1 ad 2.

142. Donum intellectus est quædam acuta perspectio divinorum. 2-2. q. 49. 2 ad 2.

143. Donum intellectus est ad capiendum divina, quorum judicium est doni sapientiæ, sicut doni scientiæ, respectu creaturarum; et consilium est respectu singularium operum. 2-2. q. 8. 6. o.

144. Donum intellectus est principaliter habitus speculativus, et secundario practicus. 2-2. q. 8. 3. o. et 6. c. ad 3.

145. Donum intellectus ita se habet ad nota nobis supernaturaliter, sicut lumen naturale ad prima principia. 2-2 q 8. 1 ad 2.

146. Fides potest esse simul cum dono intellectus, respectu eorum quæ secundario sunt fidei; non autem respectu principalium, nisi imperfecte. 2-2. q. 8. 2. o.

147. Fides et donum intellectus sunt circa prima principia cognitionis supernaturalis, et gratuitæ, primum assentiendo, secundum penetrando. vel capiendo. 2 2. q. 8. 6 c. ad 2.

148. Tota certitudo sapientiæ, intellectus, et scientiæ, ut sunt dona, procedit a certitudine fidei, quæ est principium eorum; sed ut sunt virtutes, innituntur naturali lumini rationis; fides vero veritati Dei, ideo fides est perfectior eis quoad certiorem inhæsionem, sed e converso, quod majorem manifestationem. 2 2. q. 4. 8. c ad 3.

149 Per donum intellectus homo habet rectam æstimationem de ultimo fine, quod convenit omni, et soli habenti gratiam gratum facientem. 2-2. q. 8. 5. o.

150. Donum intellectus non est, nisi in existente in gratia. 2 2. q. 8. 5. o.

151. Donum intellectus est semper in omni existente in gratia, nec unquam se subtrahit in necessariis ad salutem; in non necessariis autem interdum ut materia superbiæ subtrahatur. 2-2. q. 8 4 ad 3.

INTELLIGENTIA proprie significat actum intellectus, et aliquando significat substantias separatas, scilicet angelos 1.ª q. 79. 10. o.

1. INTELLIGIBILE est in intellectu tripliciter, scilicet habitualiter, in actu conceptum vel consideratum, et ut ad aliud ordinatum, et transitur de primo ad secundum, et de secundo ad tertium, per imperium voluntatis; et in secundo loquitur intelligens sibiipsi, et in tertio loquitur alteri. 1. q. 107. 1. c. ad 2

2. Forma in materia non est intelligibilis, nisi in potentia. 1.ª q. 79. 3. c.

1. INTEMPERANTIA est maxime vituperabilis 2-2. q. 142. 4 o. et q. 143. c. et q. 144. 1 ad 2. et q. 151. 4 ad 2. et ad 3.

2. Maximum remedium contra intemperantiam est, non inmorari circa singularium considerationem. 2-2. q 142. 3. c. ad 3.

3. Deus non potest esse causa tendendi in non esse, nisi subtrahendo suam actionem a rebus, sed hoc habet creatura, inquantum est de nihilo. 1.ª q. 104. 3 ad 1.

4. Formæ quæ possunt recipere magis et minus, intenduntur et remittuntur, secundum diversam dispositionem subjecti. 3.ª q. 89. 2. c.

1. INTENTIO naturæ est ad speciem, non autem ad individuum nec ad genus 1.ª q. 85. 3 ad 1 fin. et ad 4. et q. 98. 1. c

2. Intentio mentis proprie et actus voluntatis, secundum quod in ea est vis intellectus ordinantis 1-2. q. 12. 1. o. et 2-2. q. 180. 1. c.

3. Intentio dicitur oculus, quia præsupponit cognitionem intellectus. 1-2. q. 12. 1 ad 1.

4. Intentio dicitur lumen, quia nota est intendenti 1-2. q. 12. 1 ad 2.

5. Intentio dicitur clamor ad Deum, quia Deus novit eam, vel quia dirigitur ad Deum. 1-2. q 12. 2 ad 1.

6. Idem est motus quo voluntas vult ea quæ sunt ad finem, et quo intendit finem ut ratio eorum, non autem absolute. 1-2. q. 8. 3. o. et q. 12. 4. o.

7 Intentio est tantum finis, non tamen semper est ultimi finis. 1-2. q. 12. 2. o. et 2-2. q 180. 1. c.

8. Intentio potest esse simul ad multa, non ordinata ad invicem. 1-2. q. 12. 3. o

9. Contingit quod intentio sit bona, et voluntas mala; non autem e converso. 1-2. q. 19. 7 ad 2. et ad 4. et 8 ad 3.

10. Actus est bonus vel malus, sicut voluntas eligens est bona vel mala, et est malus, si voluntas intendit mala. Sed ad hoc quod voluntas sit bona, requiritur quod sit boni, et sub ratione boni. 1-2 q. 19. 7. c. ad 3. et 8. 9. o.

11. Intentio dupliciter potest se habere ad actum qui dicitur voluntas scilicet antecedenter seu causaliter, et concomitanter; primo modo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet, non autem secundo modo, nisi reiteretur. 1-2. q 19. 7. o. et 9. c.

12 Virtus primæ intentionis, quæ est respectu ultimi finis, manet in quolibet appetitu cujuscumque rei, etiamsi de ultimo fine actu non cogitetur, sicut non oportet, quod qui vadit per viam, in quolibet passu cogitet de via. 1-2 q. 1. 6 ad 3.

13 Quantitas intentionis et voluntatis duplex, scilicet ex parte objecti, et ex intentione actus, secundo modo coæquantur in bonitate et malitia formaliter, et non materialiter, non autem primo modo, propter dispropor-

tionem, et propter impedimenta actus exterioris. 1-2 q 19. 8. o.

14. Nullum malum potest per se intendi. 1.ª q. 19. 9. c et q 48. 1 ad 2. et ad 4. et 1-2. q. 72. 1. c et q. 78. 1 ad 2.

15. Peccatum recipit speciem ex intentione peccantis. 1-2. q. 72. 1 8. c. et 3.ª q. 88. 4 ad 1

16. Intentio secundum esse quod significat veritatem propositionis, formaliter est in anima, sed est in re fundamentaliter. 1.ª q. 3. 4 ad 2.

INTENTIONALE nullum denominat suum subjectum, nec causat effectum naturalem. 1.ª q. 67. 3. c.

1. INTERPRETATIO est in dubiis in quibus non licet absque determinatione principis, a verbis legis recedere, sed in manifestis non opus est interpretatione, sed executione. 2-2. q. 120. 1 ad 3.

2. Interpretatio in dando remedium, debet fieri in pejorem partem, supponendo, scilicet cum debemus aliquibus malis adhibere remedium sive nostris sive alienis, expedit ad hoc ut securius remedium apponatur, quod supponatur id quod est deterius; quia remedium quod est efficax contra majus malum, est multo magis efficax contra minus malum; sed in diffiniendo sive determinando, in rerum judicio, debet aliquis niti ad hoc, ut interpretetur unumquodque secundum quod est; in judicio autem personarum, ut interpretetur in melius. 2-2. q. 60. 4 c. ad 3.

3. Interpretatio sermonum reducitur ad donum prophetiæ, et est dignior quam donum linguarum. 2-2. q. 176. 2. 4.

4. Post ponitur autem interpretatio sermonum dono linguarum, quia etiam ad interpretandum diversa linguarum genera, interpretatio sermonum se extendit. 22. q. 176. ad 4. fin.

INTIMIDITAS est peccatum, quia causatur ex defectu amoris, vel rationis, vel ex superbia. 2-2. q. 126. 1. o.

INTUITUS præsens Dei fertur ab æterno in totum tempus, et in omnia quæ sunt in quocumque tempore, sicut etiam in subjecta sibi præsentialiter 1.ª q 14 9. c et 13. c. fin et 2-2. q. 95 1. c.

INVESTIRI dicitur canonicus per librum, abbas per baculum, episcopus per annulum 3.ª q. 62 1. c.

1. INVIDIA est tristitia de bono alterius, inquantum æstimatur diminuere gloriam propriam. 2-2. q. 36. 1. o. et 3. 4. c.

2. Invidia præcipue est de bonis, in quibus est gloria et honor 2-2. q. 36. 1. c.

3. Invidia quælibet est peccatum non autem omnis zelus, qui proprie est tristitia de eo quod deest nobis, non aliis. 2-2 q. 36. 2 o. et q. 158. 1. c.

4. Invidia secundum genus suum est peccatum mortale quæ in tantum convertit hominem ad quietem indebitam, inquantum aspernatur bonum divinum; tamen primi motus sunt peccata venialia et sunt etiam in viris perfectis. 2-2. q. 36. 3. o.

5. Invidia est vitium capitale, cujus sunt quinque filiæ, scilicet odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis, et afflictio in prosperis. 2-2. q. 34 6 o. et q. 36. 4. o.

6. Invidia ad proximum est mater odii, primo ad proximum, et consequenter ad Deum. 2-2. q. 34. 6 ad 2.

7 Invidia non est inter multum inæquales, sed ad illos tantum, quibus potest quis se æquare, vel præferre. 2-2. q. 36. 1 ad 2 et ad 3

8. Amatores honoris, et pusillanimes, sunt maxime invidi. 2-2. q 36. 1 ad 3

9. Senes invident junioribus, et qui multa expendunt ad consequendum aliquid, iis qui parum expendunt. 2-2. q 36. 1 ad 4.

10. Invidia ut plurimum nascitur ex superbia. 2-2. q. 36. 4 ad 1.

11. Memoria bonorum ut sunt habita, causat delectationem, ut amissa tristitiam, ut habita ab aliis, invidiam. 2-2. q. 36. 1 ad 3.

12. Invidia contrariatur duabus virtutibus, quia habet duo objecta, scilicet principale, id est, bonum et proximum; primo contrariatur misericordiæ, secundo nemesi. 2-2. q. 36. 3 ad 3.

1. INVOLUNTARIUM. Facta per motum sunt voluntarias impliciter, et involuntaria secundum quid. 1-2. q 6 6. o. et 7 ad 1 et ad 2. et q. 39 1. c. et q. 73. 6. c. et q. 87. 8 c fin. et 2-2. q. 108. 4 ad 4 et q. 125. 4. c. et q 142. 3. c.

2. Concupiscentia nullo modo causat involuntarium. 1-2. q. 6. 7. o. et 2-2. q. 142 3. c.

3. Violentia causat involuntarium in cognoscentibus; in aliis autem causat innaturale, quia opponitur directe voluntario, et naturali. 1-2. q. 6. 4. c. et 5. o. et 6 ad 1. et q. 73. 6. c. et 2-2. q 88. 6 ad 1.

JUCUNDITAS dicitur a spiritualibus signis vel, effectibus lætitiæ, cum intentione gaudii, scilicet, in dictis, vel factis. 1-2. q. 31. 3 ad 3.

1. JOANNES Baptista fuit terminus veteris legis, et initium novæ legis, scilicet Evangelii. 3. ᵖ q 38. 1 ad 2.

2. Joannes Baptista pertinet ad Testamentum novum. 2-2. q. 174. 4 ad 3. et 3. ᵖ q. 38. 1 ad 1 et ad 2.

3. Exultatio ejus in utero matris non fuit ab eo, per liberum arbitrium ejus sed fuit a Deo; ideo miraculosa fuit. 2-2. q. 124 1 ad 1. et 3. ᵖ q 27. 6. c.

4. Tota vita ejus fuit præparatoria ad Christum. 3 ᵖ q. 38. 2 ad 2. et 3 c.

5. Christus revocavit a nuptiis Joannem Evangelistam, volentem nubere; sed Petrum non separavit a matrimonio, quia primum potest fieri sine injuria alterius, non autem secundum. 2-2. q. 36 4 ad 1.

6. Juannes Evangelista prædiligebatur a Christo, propter suam integritatem et propter prærogativam evangelicæ doctrinæ. 3 ᵖ q. 45 3 ad 4.

7. Et propter virginitatem, et prærogativam Evangelii. 3. ᵖ q. 45. 3 ad 4.

8. Joanes prædiligebatur a Christo propter quatuor, scilicet, propter sapientiam, puritatem, fervorem, et teneram ætatem. 1 ᵖ q. 20. 4 ad 3.

9. Joannes Damascenus sequitur errorem Theodorici et Nestorii; quod Spiritus sanctus non procedit a Filio, quia fuit tempore, quo incepit illud schisma Græcorum. 1. ᵖ q. 36. 2 ad 3.

JOSAPHATH peccavit non ex malitia, sed ex infirmitate humanæ affectionis. 2-2. q. 186. 10 ad 2.

1. JOSEPH vir Mariæ, semper fuit virgo. 3. ᵖ q. 28. 3 ad 5. et 4. c. ad 3.

2. Joseph voluit dimittere Mariam, propter reverentiam, timens cohabitare tantæ sanctitati. 3. ᵖ q. 28. 3 ad 2.

HYPERDULIA est potissima species duliæ, ex unione ad Deum. 2-2. q. 103. 4 ad 2.

1. HYPOCRISIS est simulatio alienæ personæ; ideo semper est peccatum, et est vitium jactantiæ. 2-2. q. 111. 2. o.

2. Hypocrisis non est semper peccatum mortale, nisi sit in nocumentum fidei, vel personæ, vel Ecclesiæ. 2-2. q. 111. 4. c.

3. Hypocrisis per se et directe opponitur tantum veritati quæ est virtus. 2-2. q. 111. 3. o.

4. Finis remotus hypocritæ est lucrum, vel gloria; sed finis proximus est

ostendere se alium quam sit. 2-2. q. 111. 2 ad 3.

1. HIPOSTASIS. In nomine hypostasis et substantiæ, latebat venenum, antequam nota esset æquivocatio ejus. 1. ᵖ q. 29. 3 ad 3.

2. Hypostasis dicitur materia, *usiosis* forma, *usia* compositum, quia materia est principium substandi. et forma est principium subsistendi. 1. ᵖ q. 29. 2 ad 5.

3. Hypostasis, persona, subsistentia, et essentia differunt. 1. ᵖ q. 29. 2. o.

4. Hypostasis nomen convenit Deo, quantum ad subsistere, ad quod imponitur; non autem quoad substare, a quo imponitur. 1. ᵖ q. 29. 3 ad 3 et q. 39. 1 ad 3.

1. IRA dicitur tripliciter, scilicet habitus vel actus vitii oppositi mansuetudini; secundo voluntas vindictæ, tertio passio. 2-2. q. 158. 8. c.

2. Ira duplex, scilicet per zelum, id est, secundum rationem, et ira per vitium, id est, contra rationem. 2-2. q. 158. 1. 2. o et 3. ᵖ q. 15. 9. c.

3. Ira est inordinata dupliciter, scilicet ratione appetibilis, et ratione modi. 2-2. q. 158. 2. 3. 4 c.

4. Gradus iræ triplex, scilicet, in corde, ore, et opere. 1-2. q. 46. 8 ad 3. et 2-2. q. 158. 5 ad 3. et 7. c.

5. Ira est passio quodammodo composita ex passionibus contrariis. 1-2. q. 46. 2. c. fin.

6. Ira continet multas passiones, non sicut genus continet species, nec sicut causa suos effectus, sed sicut effectus suas causas. 1-2. q. 46. 1. c. ad 3.

7. Ira secundum rationem rectam est passio laudabilis; quæ autem est contra rationem in plus vel minus, est peccatum. 2-2. q. 158. 1. 2. 8. c. et 3. ᵖ q. 15. 9. o.

8. Habitus virtutis tenens medium in ira est innominatus; ideo dicitur mansuetudo, quæ significat diminutionem iræ. 2-2. q. 157. 2 ad 2.

9. Ira semper est aliquo modo cum ratione 1-2. q. 46. 4. 5. o. et 2-2 q. 53. 6 ad 1.

10. Ira aliqualiter audit rationem, sicut nunciantem quod injuriatum est, non autem perfecte, quia non observat regulam ejus in vindicando. 1-2. q. 46. 4 ad 3 et 5 ad 1 et 6 c. et 2-2. q. 53. 6 ad 1. et q. 72. 4 ad 2.

11. Ira componitur ex tristitia et desiderio, non sicut ex partibus, sed sicut ex causis. 1-2. q. 46. 3 ad 3. et 3. ᵖ q. 15 9. c.

12. Materiale in ira est accensio sanguinis circa cor, vel aliquid hujusmodi; formale vero, est ex parte appetitus vindictæ. 1. ᵖ q. 21 ad 2. et 1-2. q. 22. 3 ad 3. et q. 48. 2. c. et 3. c. ad 1.

13. Ira quoad suum formale habet principium a ratione, sed quoad suum materiale impedit judicium rationis. 1-2 q 48. 3 ad 1 et ad 3. et 4. c.

14. Ira est janua omnium vitiorum per accidens, scilicet impediendo rationem; sed per se, respectu aliquorum vitiorum. 2-2. q. 158. 6 ad 3.

15. Ira contra rationem ex parte objecti semper est peccatum mortale, nisi desit consensus, vel nisi de re parva, non autem ratione modi, nisi sit contra charitatem. 1-2. q. 88. 5 ad 1. et 2-2. q. 158. 3. o.

16. Ira est vitium capitale, non autem odium. 2-2. q. 34. 5. o. et q. 158. 6. o.

17. Species iræ sunt tres, scilicet fel, id est, acuta, mania, id est, manens, et furor. 1-2. q. 46. 8. o. et 2-2 q. 158. 5. o.

18. Filiæ iræ sunt sex, scilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, et blasphemia. 2-2. q. 37. 2 ad 1. et q. 41. 2. o. et q. 158. 7. o.

19. Ira est subjective in irascibili. 1-2. q. 46 3. o. et 2-2. q. 162. 3. c.

20. Defectus iræ in voluntate, vel in appetitu sensitivo contra rationem, semper est peccatum. 2-2. q 158. 8. o.

21. Bruta habent iram ex instinctu naturali, non autem ex ratione eorum. 1-2 q. 46. 4 ad 2. et 7 ad 1.

22. Multum ebrii non irascuntur, quia nihil habent de judicio rationis; sed parum ebrii multum irascuntur, quia habent judicium rationis, sed impeditum. 1-2. q. 46. 4 ad 3.

23 Ira per zelum, non impediens, nec præveniens judicium rationis, fuit in Christo, non autem ira per vitium. 3.ª q 15. 9. o.

24. Ira, ut dicit actum voluntatis ad vindictam, est in Deo, non autem ut passio. 1.ª q. 3 2 ad 2. et q. 19 11 c. et q. 20 1 ad 2. et q 59. 4 ad 1. et 1-2. q. 47. 1 ad 1. et 2-2. q 162. 3. c.

25. Ira causatur ex re inconvenienti, præsenti, vel præterita, vel ex apprehensione inconvenientis habiti; ideo causatur ex dolore et tristitia. 1-2. q. 23. 3. 4. c. et q. 25. 1. 3. c. et q. 48. 4. 2. c.

26. Omnis ira est propter aliquid contra se factum 1-2. q. 47 10.

27. Ira magis sequitur complexionem corporis quam concupiscentia, propter velocitatem choleræ ad iram; ideo promptius insurgit ira quam concupiscencia. 2-2. q. 156 4. c.

28. Ira causatur ex accidenti extrinseco, scilicet ex læsione; sed concupiscentia delectabilium causatur ex causa naturali; ideo concupiscentia diuturnior est et communior, et requirens principaliorem virtutem, licet ira majorem impetum habeat. 2-2 q. 141 7 ad 2.

29. Causa iræ duplex, scilicet ratione motivi, ut excellentia vel ratione dispositionis, ut defectus, sicut ægritudo. 1-2. q 47. 3. o.

30. Ira causatur ex invidia, et consequitur etiam audaciam, et est effectus ejus 1-2. q. 25 3. c et 4 ad 2 et ad 3.

31. Tristitia illata causat iram. 1-2. q. 46. 1. c. et q. 47. 3 o et q. 48. 1. o. et 2. c. et 3.ª q 15. 9 c.

32. Sola parvipensio causat iram, et omne provocans iram est aliquid sub ratione injusti. 2-2 q 47. 2. o et 3. 4 c

33. Tacens provocat ad iram contumeliantem, quia videtur eum parvipendere. 1-2 q 47 1 ad 4. et q 72. 3 ad 3

34. Oblivio, exultatio in adversis, denunciatio tristitium, impediens voluntatem, et quælibet alia causant iram, ratione parvipensionis tantum. 1-2. q 47. 2 ad 3.

35. Ludus, risus, festum, prosperitas, consummatio operum, delectatio, non turpis, et spes causant iram, ratione parvipensionis, sed impediunt eam, inquantum impediunt tristitiam. 1-2. q 47 3 ad 3

36. Defectus injuriantis duplex, scilicet augens indignam parvipensionem, ut ignobilitas, insipientia, et servitus, et defectus diminuens eam. ut pœnitentia, confessio mali, humiliatio, postulatio veniæ, et hujusmodi; primi augent iram, secundi vero diminuunt eam. 2-2 q. 47. 4. o.

37 Ira debilitatur ex diuturnitate, sicut et causa ejus, scilicet memoria injuriæ, quæ etiam videtur minor, quando est tantum in memoria. 1-2. q. 48. 2 ad 2.

38. Ira non est ad personam multum excellentem, quæ læsit, sed tantum tristitia; quia ira præsupponit tristitiam, desiderium, spem et audaciam puniendi. 1-2. q. 25. 3. c. fin. et q. 45. 4 ad 3 et q. 46. 1. c.

39. Nullus proprie irascitur sibi, sed metaphorice; sicut nec justum nec injustum sibi facit nisi metaphorice 1-2. q 46. 7 ad 2.

40 Ira est magis ad amicos injuriantes quam ad alios, quia indignior videtur eorum despectio. 1-2. q 47. 4 ad 3.

41 Ira est tantum ad eos, ad quos est justitia et injustitia. 1-2 q 46. 7. o.

42. Homo irascitur inanimatis et brutis, ex imaginatione nunciante læsionem, non autem ex ratione. 1-2. q 46. 7 ad 1.

43. Ira cessat ad graviter læsos, quia malum eorum sufficit. 1-2. q. 46. 6 ad 1. et q. 47. 4 ad 2.

44. Ira cessat ad mortuos, quia non possunt dolere, quod tamen appetit iratus, et vindicta jam facta videtur. 1-2 q. 46. 7 ad 1. et q 47. 4 ad 2

45 Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra derivetur 1-2. q. 48. 3. c et 2-2. q. 46. 3 ad 3.

46. Signa et effectus iræ sunt quinque, scilicet palpitatio cordis, tremor corporis, inflatio faciei, exasperatio oculorum, et clamor irrationabilis. 1-2. q 48. 2. 4. c. et 2-2. q. 158 4 c. fin

47. Ira causat fervorem sanguinis, quia fit insequendo, quod convenit calori, non autem retrahendo, quod convenit frigori 1-2. q. 48. 2. o.

48. Fervor amoris est dulcis, et lenis, iræ vero fervor est amarus, et ex felle; ideo primus assimilatur calori aeris et sanguinis, secundus autem assimilatur igni et choleræ. 1-2. q 46. 5. c. et q. 48 2 ad 1.

49 Ex ira audacia augetur, quia ira est quid ausivum, secundum Philosophum; unde irati redduntur prompti et audaces ad invadendum; et similiter delectatio est effectus iræ, ut est in spe vindictæ; sed delectatio de vindicta præsenti aufert totaliter iram. 1-2. q. 44. 1 ad 1. et q. 45. 4. a. 3 ad 3 fin et q. 48. 1 o.

50. Ira inter cæteras passiones magis impedit usum et judicium rationis. 1-2 q. 48. 3. o et 4. c. et 2-2. q. 41. 2 ad 3. et q. 157. 4. c.

51. Ira dupliciter causat taciturnitatem, scilicet ex parte rationis, et ex parte perturbationis ejus 1-2. q 48 4. o.

52. Ira diminuitur per sequentem iram; præcipue si sequens ira sit major. 1-2. q. 48. 2 ad 3.

53. Ira et invidia causant inconstantiam, pertrahendo rationem ad aliud; sed luxuria, totaliter extinguendo lumen rationis. 1-2 q. 77. 7. c et 2-2. q 53 6 ad 1.

54. Ira est levior quam invidia, ratione appetibilis, et quam odium; sed e converso, ratione modi. 1-2. q. 46. 6. o et 2-2 q. 158 4. o.

55. Ira semper respicit duo objecta, scilicet vindictam, et nocentem, sed amor et odium, unum objectum tantum quandoque. 1-2. q. 46 2. 3. c.

56 Utrumque objectum amoris est bonum; odii autem malum, sed ira respicit vindictam sub ratione boni, et nocentem secundum rationem mali. 1-2. q. 46. 2. 3. 6. c

57. Odium appetit malum alicujus sub ratione mali, sed invidia sub ratione propriæ gloriæ; ira vero, sub ratione justæ vindictæ. 1-2. q. 46. 6. o. et 7. c. et q 47. 11. 2 c. et 2-2 q. 34 6 ad 3. et q. 43. 2 c et q. 158. 4. c.

58. Odium appetit nocere, propter contrariam dispositionem infinite, non tamen ut sciatur, ira vero propter læsionem tantum, cum mensura, et ut sciatur. 1-2. q. 46. 6 o. et 2-2. q. 41. 2. c. ad 4. et q. 72. 4 ad 3. et q. 73. 3 ad 3.

59 Odium prius et directius causatur ex tristitia et accidia quam ex ira. 2-2. q. 34 6 ad 3. et q 159. 7 ad 2.

60. Ira crescit in odium, non eadem numero per inveterationem, sed quia causat odium per diuturnitatem. 1-2 q 46. 3 ad 2. et 2-2. q. 34 6 ad 3.

61. Ira est ad singulare, odium autem ad universale. 1.ª q. 80. 2 ad 2. et 1-2 q. 29. 6. o. et q 46. 7 ad 3.

62 Odium est insanabilius et permanentius quam ira, quia causatur ex permanentiori causa, scilicet ex dispositione qua reputatur aliud contrarium et nocivum: sed ira causatur ex passione et commotione animi propter læsionem illatam. 1-2. q. 46. 6 ad 3. et 7 ad 3.

63. Odium magis agit sine misericordia quam ira, quantum ad rem

desideratam, sed e converso quantum ad intensionem desiderii. 1-2. q. 46. 6 ad 1

64 Ira respicit bonum justitiæ; concupiscentia vero bonum delectabile, vel utile 2-2. q. 158. 4. c.

65. Ira operatur cum tristitia, concupiscentia vero delectabiliter; sed ira est minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione. 2-2. q. 156. 4. c.

66. Ira est cum ratione denunciante injuriam, non autem præcipiente vindictam, sed concupiscentia naturaliter. 1-2. q. 46. 4. o. et 2-2. q. 156. 4. c. ad 2

67. Difficilius est resistere iræ, et pugnare contra iram ad horam, propter impetum ejus, quam contra delectationem et concupiscentiam, sed e converso, propter majorem continuitatem. 2-2. q. 156. 4 ad 1. et q. 162. 6 ad 1

68. Ira causatur ex contrariis passionibus, scilicet, a spe et tristitia; ideo includit in se contrarietatem. 1-2. q. 46. 1 ad 2.

69. Nulla passio est contraria iræ. 1-2. q. 23. 3. o. et 4. c. fin. et q. 46. 1 ad 2.

70. Iræ contrariatur aliquod vitium, scilicet inordinata remissio iræ, sed non apparet, quia est innominata. 2-2. q. 158. 8. o.

71. Mitescere est privative vel negative oppositum iræ, non autem contrarie, 1-2. q. 23 3. fin.

72. Ira non opponitur mansuetudini, nisi secundum quod ira est inordinata. 2-2. q. 157. 1 ad 3. et 3.ª q. 15. 9 ad 2.

73. Mansuetudo magis opponitur iræ quam defectui ejus; ideo vitium oppositum mansuetudini nominatur ira, ad quam refrænandam principaliter mansuetudo ordinatur. 2 2. q. 157. 2 ad 2.

1. Iracundia est excessus iræ: ideo est vitium oppositum mansuetudini. 2-2. q. 157. 1 ad 3.

2. Iracundus non est cui inest passio iræ, sed qui passibilis est de facili ab ea 1.ª q. 63. 4 ad 2.

1. Irascibilis dupliciter sumitur, scilicet proprie, id est, appetitus sensitivus, et improprie, id est, voluntas. 1.ª q. 82. 5 ad 2. et 2-2. q. 162. 3. c. ad 3

2. Irascibilis potius denominatur ab ira quam ab aliis passionibus; quia est notior, scilicet quia est effectus et terminus earum. 2-2. q. 25. 3 ad 1. et q. 46. 1 ad 1.

3. Actus irascibilis intantum est naturalis homini, inquantum est secundum rationem; sed inquantum est præter ordinem rationis, est contra naturam hominis. 2-2. q. 158 2 ad 4.

Iris quandoque significat serenitatem, inquantum causa ejus est causa serenitatis 2-2 q. 95. 5. c.

1. Ironia est vitium, quo quis asserit minora de se quam credit; ideo semper est peccatum, tamen levius ut plurimum quam jactantia. 2-2. q. 110. 2. c. et q. 113. o.

2. Ironia et jactantia circa idem, scilicet, circa conditionem personæ, mentiuntur verbis, vel quibuscumque signis. 2-2. q. 113. 2. c.

Irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter ineptitudinem personæ, ad Eucharistiam ministrandam. 1-2. q. 20. 5 ad 4 et 2-2. q. 64. 7 ad 3. et q. 108. 4 ad 2.

1. Irreligiositas habet manifestam contrarietatem ad religionem, per contemptum et irreverentiam Dei, vel rei sacræ. 2-2 q 92. 97. princip. et q. 122. 3. c.

2 Irreligiositas opponitur veræ religioni, per defectum, sicut superstitio per excessum, et prohibetur secundo præcepto Decalogi. 2-2. q. 122. 3. 4. c.

3. Species irreligiositatis sunt

quatuor, scilicet tentatio Dei, perjurium, sacrilegium et simonia. 2-2. q. 97. 99. princip. et q. 154. 10 ad 1.

4. Superstitio impedit religionem, ne suscipiatur Deus, sed irreligiositas, ne susceptus honoretur. 2-2. q 122. 3 4. c.

Isaac significavit Christum, inquantum oblatus est in sacrificium; ideo non oportet quod significet eum ut offerens, licet obtulerit, sicut et alii justi, secundum congruitatem sui temporis, secundum Gregorium 2-2. q. 85. 1 ad 2.

HISTRIONATUS est licitus, si sit cum honestis verbis, et factis, et convenienti negotio, loco, et tempore; ideo juste datur eis merces. 2 2. q. 168. 3 ad 3.

1. JUDA. Christus speravit in Juda, id est, confidebat quadrupliciter, scilicet secundum apparentiam, effectum, debitum, et in membris Christi. 2-2. q. 17. 4. o. et 5. c. et q. 25. 1 ad 3.

2. Nomen archangeli ponitur in canonica Judæ apostoli. 1.ª q 108. 5. b.

1. JUDÆI. Ecclesia permittit christianos colere terras Judæorum: quia per hoc non habent necesse conversari cum eis, et tamen si ex tali communicatione vel convictu, subversio fidelium timeretur, esset penitur interdicendum. 2-2. q. 10. 10 ad 3.

2. Totus cultus Judæorum erat proheticus, et figurativus. 1-2. q. 100. 12. c. et q. 104. 2 ad 2. et q. 114. 10 ad 2. et 2-2 q. 87. 1 c. et q 96. 3 ad 3. et 3.ª q. 66. 2 ad 2.

3 Tribus sacerdotalis et regia Judæorum erant præclariores; ideo sæpe conjunctæ sunt per matrimonium. 3.ª q. 31. 2 ad 2.

4. Judæi excusantur a furto Ægyptiaco, et hoc non est nisi quia præcepto superioris domini, res non suæ factæ sunt suæ. 1-2. q. 94. 5 ad 2. et q 100. 8 ad 3. et 2-2. q 66. 5 ad 1. et q. 104. 4 ad 2.

5. Judæis permissum est accipere usuras ab extraneis tantum, quorum bona debebantur Judæis, vel propter avaritiam, ne acciperent eas a fratribus. 1-2. q. 105. 3 ad 3. et 2-2. q. 78. 1 ad 2.

6. Communis status Judæorum semper erat in prosperitate, quamdiu servabant legem; et cum peccabant. erant in tribulationibus. 1-2 q. 99. 6 ad 3.

7. Deus exaltavit Judæos tempore gratiæ quintupliciter, scilicet secundum carnis assumptionem; per personalem prædicationem, per suam conversationem, per miraculorum operationem, et per discipulorum prædicationem. 2-2. q. 10. 8. c. et q 14. 1. c.

8. Principes Judæorum cognoverunt Christum esse Messiam, qui promissus est in lege; non autem cognoverunt divinitatem ejus, nisi per conjecturas: quod etiam obscurabatur per invidiam et cupiditatem gloriæ propriæ. 3.ª q. 47. 5. o. et 6. c.

9. Judæi non intelligunt præcepta Decalogi 2-2 q. 102. 6 ad 7. et q. 107. 2. c. ad 2 et ad 4. et 3 ad 2. et q. 108. 2 ad 4. et 3 ad 1 et ad 2 et ad 4.

10. Secta Judæorum duplex, scilicet Pharisæorum, et Saduceorum negantium resurrectionem, et angelos. 1.ª q. 50 1. c.

11. Judæi proni sunt ad idololatriam. 1-2 q. 100. 7 ad 4. et 2-2 q. 10 9 ad 1.

12. Judæi sunt crudeles, et ad avaritiam proni. 1-2. q. 105. 2 ad 2.

13. Judæi dixerunt primo quidem blasphemiam in filium hominis, cum dicebant voracem, potatorem vini, et publicanorum amatorem; postmodum autem blasphemaverunt in Spiritum sanctum, dum opera quæ ipse operabatur, virtute propriæ divinitatis, et per operationem Spiritus sancti, attribuebant principi dæmoniorum. 2-2. q. 14. 1 c

14 Cum ipsi Judæi sint servi Ec-

clesiæ, potest Ecclesia disponere de rebus eorum, sicut etiam principes sæculares multas leges ediderunt circa suos subditos, in favorem libertatis. 2-2 q. 10 10 c

15 Judæi, propter culpam suam, sunt servi in perpetuum: ideo domini possent tollere res eorum, servato eis victu, nisi leges hoc prohiberent 2-2 q. 10. 10. c. et 11. c. et 12 ad 3. et 3.ᵖ q 68 10 ad 2.

16 Judæi sunt compellendi a fidelibus, si adsit facultas: ut fidem non impediant, vel blasphemiis, vel malis persuassionibus, vel etiam apertis persecutionibus 2-2. q. 10. 8. c. et 9 ad 2. et q. 14. 1. c.

1. JUDEX, juste infligendo pœnas, non peccat. 2-2 q. 64. 2. 3. o. et q. 108. 1 3 o.

2. Judex nullas probationes admittere debet, contra leges divinas vel humanas 2-2 q 67. 2 c.

3. Judex perpendens accusatorem falso accusasse, non quidem maliciose, sed temere, id est, ex levitate credendi, vel ex justo errore, non imponat ei pœnam talionis 2-2. q 68. 3 ad 1. et 4 ad 1.

4. Judex neminem debet condemnare, nisi accusatum. 2-2. q. 67. 3. o.

5 Judex debet esse facilior ad absolvendum quam ad condemnandum, nisi in causis favorabilibus ut libertatis. 2-2 q. 70. 2 ad 2.

6. Bonus judex est diminutivus pœnarum quæ suo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quæ determinantur a lege divina, vel humana. 2-2. q 67. 4 ad 1.

7. Nullus judex potest remittere pœnam, pro alterius injuria, nisi læsus velit, nec pœnam pro injuria communitatis, nisi supremus judex, si expediat. 2-2. q. 67. 4. o. et 3.ᵖ q. 46. 2 ad 3.

8. Nullus est judex sui, sed potest se committere judicio aliorum. 2-2. q. 64. 5 ad 2.

9. Naturalis tamen inclinatio inest judici, et cuilibet homini, ad repellendum nociva dupliciter, scilicet, vel defendendo se, ne inferantur injuriæ, vel ulciscendo illatas, non tamen intentione nocendi, sed intentione removendi nocumenta. 2-2. q 108. 2 c.

1. JUDICIUM, secundum primam impositionem, significat rectam determinationem justorum, sed post, ampliatum est nomen ejus ad significandum omnem rectam determinationem, speculativam vel practicam 1 2. q. 93. 2 ad 3. et 2-2. q. 60. 1 ad 1.

2. Judicium est actus judicis inquantum judex, id est, inquantum est jus dicens, ideo est actus justitiæ, id est, executio justitiæ. 2-2 q 60. 1. o. et q. 63. 4. c.

3. Judicium quoad rem judicatam se habet communiter ad commutativam et distributivam justitiam; sed quoad formam judicii, inquantum etiam in commutativa, judex accipit ab uno et dat alteri, pertinet ad distributivam tantum. 2-2. q. 63. 4 ad 1.

4. Ordinare, et judicare sunt actus sapientiæ 1.ᵖ q. 1 1. 6. c.

5. In omni judicio, ultima sententia pertinet ad supremum judicatorium. 1-2. q. 74 7. c.

6. Ad omne judicium requiruntur duo, scilicet virtus proferens, et dispositio ejus; ratione primi est actus rationis, prudentiæ, et sinesis; sed ratione secundi, est actus justitiæ. 2-2. q. 60. 1 ad 1.

7 Unumquodque judicatur magis, secundum formale in eo et per se, quam secundum materiale, et per accidens. 2-2. q. 110 1 ad 1. et q. 117. 6. c. et q. 118 5 c fin.

8. Quidam sunt bene inquirentes, propter bonam imaginativam, qui non sunt bene judicantes, propter indispositionem sensus communis. 2-2. q 51. 2. 3 c.

9. Judicium de re non potest haberi perfectum, nisi per resolutio-

nem ad principium. 1-2. q. 112. 5. c. et 2-2. q. 173. 3 o.

10. Judicium certum de re maxime datur ex sua causa, secundum ordinem causarum, quia per primam judicatur de secunda, non autem e converso. 2-2. q. 9 2 c.

11 Rectitudo judicii contingit dupliciter, scilicet per usum rationis; et per connaturalitatem, tam in moralibus per scientiam moralem, et per habitus morales, quam in divinis per donum sapientiæ, et per charitatem. 2-2. q. 45 2 c et q 51. 3 ad 1.

12. Rectum judicium consistit in apprehensione rei, ut in se est, ex recta dispositione potentiæ cognitivæ, et appetitivæ. 2 2. q. 51. 3 ad 1

13. Charitas inclinat ad rectum judicium de omni re, per regulas divinas, ex quibus profertur per donum sapientiæ; sed justitia inclinat per prudentiam, secundum regulas juris. 2-2 q. 60. 1 ad 2

14. Ad justum judicium requiruntur tria, scilicet justitia, auctoritas, et prudentia; si primum desit, est judicium perversum; si secundum, est judicium usurpatum; si tertium, est judicium suspiciosum vel temerarium 2-2. q. 60 2 3 6. o. et q. 67. 1. o. et 3 ª q. 59 1. c.

15. Judex debet semper judicare, secundum leges scriptas. 2-2. q. 60. 5 o. et 6. c.

16. Judex debet judicare secundum allegata et probata, etiam contra veritatem quam novit, ut persona privata. 2-2. q 64. 6 ad 3. et q. 67. 2. o.

17 Judicium humanum debet imitari judicium divinum, in judiciis Dei manifestis, non autem in occultis, quia eorum rationes non potest homo comprehendere 2 2 q. 10 11. c et q. 108 4 ad 2.

18. Existens in peccato mortali etiam occulto, ex officio corrigens, vel judicans alios, peccat, non autem hoc agens ut frater, nisi propter scandalum. 2-2. q. 33. 5. o.

19. Judicat legem, dicens eam non esse bene positam, non autem dicens eam in aliquo casu non esse servandam; sed de illo casu particulari. 2-2. q 120. 4 ad 2.

20 Homo in judicio debet pauperi subvenire, quantum potest, sine læsione justitiæ. 2-2 q. 63. 4 ad 2.

21. Nullus potest judicare, nisi subditum, ordinarie, vel ex commissione superioris, vel propria sponte, vel deliquentem in re non exempta. 2-2. q. 60. 2 c. et q. 67. 1. o.

22. Judicium per compromissum in arbitros, necesse est aliqua pœna vallari. 2-2. q 67. 1 ad 2.

23. Judicium Ecclesiæ debet esse conforme judicio Dei, et non astringi legibus humanis. 2-2 q. 10. 11. c. et q. 108 4 ad 2.

24. Potestas sæcularis subditur potestati spirituali; ideo judicium non est usurpatum, si prælatus spiritualis judicat de temporalibus, quantum ad permissa, vel inquantum ei subduntur 2-2. q. 60. 6 ad 3.

25. Judiciaria potestas convenit toti Trinitati, sed appropriatur Patri ratione auctoritatis, Filio quoad rationem judicii, et Spiritui sancto, quoad affectum judicandi, quem homines habent. 3. ª q. 59. 1. o.

26. Auctoritas principalis judicandi convenit soli Deo; sed committitur hominibus, et maxime Christo secundum naturam humanam. 3. ª q 58. o. et q. 59. 2 o.

27. In judicio Dei idem potest esse accusator simul et testis, non autem in judicio humano. 2-2. q. 67. 1 ad 1. et 3 ad 3. et q. 89 1 ad 3.

28. Deus in judicio suo utitur conscientia peccantis, et evidentia facti quoad ipsum, pro accusatore. 2-2. q 67. 3 ad 1.

29. Christus hic vivens noluit administrare temporaliter regnum terrenum, nec judiciariam exercere potestatem super res temporales. 3. ª q. 59. 4 ad 1.

30. Christus propria voluntate

subdidit se Pilati judicio, sicut etiam alii possunt se subjicere, etiam non superioribus 2-2. q. 67. 1 ad 2.

31. Judiciaria potestas convenit Christo, propter divinam personam, dignitatem capitis, gratiæ habitualis plenitudinem, et propter meritum ejus. 3 ᵖ q. 59. 3. o.

32. Christus habet potestatem judiciariam super omnes creaturas; quia anima ejus est super omnes creaturas. 3 ᵖ q. 59. 1 ad 3

33. Christus secundum naturam humanam habet potestatem judiciariam super omnes angelos, quoad dispensationes et præmium accidentale; sed quoad præmium essentiale, secundum naturam divinam tantum. 3 ᵖ q. 59. 6. o.

34. Judiciaria potestas quoad omnes res humanas convenit Christo secundum utramque naturam. 3 ᵖ q. 59. 4 o

35. Angeli trahuntur ad judicium pro custoditis qui damnantur, non quidem ut rei, sed ut testes. 1 ᵖ q. 113. 7 ad 4.

36 Omnes homines judicabuntur quoad receptionem præmii, vel punitionis; sed perfecti, et infideles non judicabuntur judicio discussionis. 3. ᵖ q 56. 2 ad 3.

37. Necesse est esse generale judicium in fine mundi, præter judicium particulare quod fit in morte. 3. ᵖ q. 59. 5. o.

38. Dies judicii quæ erit tempore secundi adventus Christi, quod æstati comparatur, quando sol maxime exaltatur, est nota soli Deo. 3. ᵖ q. 46. 9 a. 3 ad 3

39. Universale judicium futurum est. Suppl. q 88 1. c.

40. Ultimum judicium futurum est mentaliter. Suppl. q. 88. 2 c.

41. Conveniens est ut cognitio finis mundi soli Deo reservetur. Suppl. q. 88. 3. o

42. Probabile est Christum descensurum ad judicandum circa montem Oliveti. Suppl q 88. 4. o.

43. Judicabuntur perfecti viri cum Christo. Suppl. q. 89. 1. c.

44 Non cuilibet pauperi datur judiciaria potestas, sed ei qui, omnibus relictis, Christum secutus fuerit, juxta perfectionem vitæ. Suppl. q. 89. 1. c.

45. Non competit angelis judicare. Suppl. q. 89. 3. o.

46. Probabile est quod dæmones damnatos torquebunt. Suppl. q. 89. 4. c.

47. Omnes in judicio comparebunt Suppl. q. 89. 5. o.

48. Beati omnes quantum ad præmiorum retributionem judicabuntur; quantum vero ad meritorum discussionem, qui notabilem alicujus mali meriti admixtionem habent, non judicabuntur; at illi qui negotiis terrenis sunt impliciti, ita tamen ut sua peccata per eleemosynas expiarint, judicabuntur. Suppl. q. 89. 6. c.

49. Infideles condemnabuntur, cum in eis nullum sit fidei fundamentum. Suppl. q. 89 7. c.

50. Angeli non judicabuntur judicio discussionis, sed bene retributionis Suppl. q 89 8 o.

51. Congruum est ut Christus secundum humanam naturam sit mundum judicaturus Suppl. q. 90. 1. c

52 Conveniens est ut Christus in ultimo judicio in gloria sua appareat. Suppl q 90. 2. o.

53. Cum Deus sit essentialiter ipsa bonitas, non potest sine gaudio videri Suppl. q. 9. 3. c.

54. Conveniens est ut sicut homo glorificatus erit, sic et mundum ipsum post judicium innovari. Suppl. q. 91 1.

55. Homine glorificato motus cœli cessabit, divina voluntate id faciente. Suppl. q. 91. 2. c

56. Corpora cœlestia majorem claritatem accipient in illa innovatione, ut quasi sensibiliter Deus ab homine videatur. Suppl. q. 91 3. o.

57. Cum oporteat corpora inferiora maxime perfici secundum claritatem

in qua communicabunt cum cœlestibus corporibus, elementa induentur claritate quadam, non tamen æqualiter. Suppl. q. 91. 4. o.

58. Cum plantæ et animalia non possint ordinari ad incorruptionem, non remanebunt in illa mundi innovatione. Suppl. q 91 5. c.

JUDITH laudatur, non quia mentita est Holopherni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi, pro qua periculis se exposuit; quamvis dici possit, quod verba ejus veritatem habent secundum aliquem mysticum intellectum. 2-2. q. 110. 3 ad 3.

JUGE sacrificium fiebat mane et vespere quotidie figurans perpetuitatem divinæ beatitudinis, et perpetuitatem Christi, qui est agnus Dei. 1-2. q. 102. 4 ad 10. et 3.ª q. 22 3 ad 3.

JUMENTUM seu pecus dicitur omne animal serviens homini. 1.ª q. 72 ad 2.

1. JURAMENTUM est actus religionis, seu latria, quia honorabilissimum est. 2-2. q 89. 4 o.

2 Juramentum seu jurare, est Deum in testem vocare, propter defectum locutionis et cognitionis humanæ; ideo non fit in necessariis. 2-2. q. 89. 1. o et 4. c. et q. 98. 2 c.

3. Jurare est implorare testimonium Dei, ut exhibendum; sed allegare sacram Scripturam, est uti testimonio Dei jam dato 2 2 q. 89. 1 ad 1.

4. Juramentum Dei, et juramentum angeli, in sacra Scriptura, inducitur ad ostendendum infallibilitatem dispositionis divinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti sui. 2-2. q 89 10 ad 4.

5. Juramentum secundum se licitum est, et honestum, scilicet ratione originis et finis: sed cedit in malum alicui, ex eo quod male utitur eo, id est, sine necessitate et cautela debita, vel quia imminet periculum perjurii, quia de facili homo in verbo delinquit. 2-2. q 89. 2. o et 3. c.

6. Juramentum quæritur ad subveniendum alicui defectui, quo scilicet, unus homo alteri discredit; ideo juramentum non est per se appetendum, sed tantum in necessitate, ut medicina, utendum est eo 1-2 q. 107. 2. c. ad 3. et q. 108 3 ad 1. et 2-2 q. 5 3. ar. 1 et q. 89 et 3. c et 5. o.

7. Juramentum debet habere tres comites scilicet veritatem, judicium, et justitiam. 2-2 q. 89. 3. o et 7. c. et 98. 1 ad 1

8. Jurare per creaturas non licet, nisi secundum quod in eis, veritas divina, vel effectus testificationis ejus ostenditur; sicut juravit Joseph per salutem Pharaonis, scilicet, vel per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligaverit Deo, vel per modum contestationis, quasi contestando veritatem divinæ justitiæ, ad cujus executionem principes terræ constituuntur 2-2. q 89 6. o.

9. Assumuntur ad juramentum aliquæ creaturæ, non quidem secundum se, sed inquantum in eis divina veritas manifestatur; sicut juramus per Evangelium, id est, per Deum, cujus veritas in Evangelio manifestatur; et per sanctos qui hanc veritatem crediderunt et observaverunt 2-2. q. 89. 6 c.

10. Solet homo jurare per caput suum, aut per filium suum, aut per aliquam aliam rem quam diligit, sicut et Apostolus juravit in animam suam. 2-2. q 89 6. c

11. Punitur per canones clericus, per creaturam jurans, quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet; eo quod Dominus prohibuit jurare per creaturas, ita, scilicet, quod eis adhibeatur reverentia divina 2-2. q. 89. 6 ad 1.

12. Juramentum duplex, scilicet, assertorium, id est, de præsenti vel præterito; et promissorium, id est, de futuro. 2-2. q. 89 1 c. et 7. o.

13 Juramentum duplex, scilicet per simplicem contestationem Dei, et per execrationem, scilicet obligando

se, vel aliquid sui ad pœnam. 2-2. q. 89. 1 ad 3 et 6. c

14 Deus dupliciter est testis in juramento, scilicet, manifestando veritatem in mente, vel in publico, et puniendo mendacem 2-2. q. 89. 1 ad 3 et 2 ad 3.

15. Jurare per Deum, secundum se est majus quam jurare per Evangelia; sed ratione majoris solemnitatis et majoris deliberationis, est e converso. 2-2 q 89. 10 ad 2. et q 98. 3 ad 3.

16. Obligatio voti causatur ex fidelitate ad Deum; ideo est major quam obligatio juramenti, quæ est ex reverentia Dei. 2-2 q. 89 8 o.

17. Juramentum obligat, secundum intensionem jurantis sine dolo, alias obligat, secundum secundarium intellectum ejus cui juratur. 2-2. q. 89. 7 ad 4.

18. In juramento promissorio est duplex obligatio, scilicet, ad peccatum, si desit veritas, et obligatio ad faciendum illud quod promisit; sed in juramento assertorio est tantum prima obligatio 2-2. q 89. 7 c. ad 3

19 Juramentum coactum obligat in conscientia, non autem in foro contentioso; tamen potest repetere, vel denunciare superiori, etiamsi oppositum jurasset. 2-2. q 89. 7 ad 3. et q. 98. 3 ad 1

20 Cum quis jurat facere voluntatem alterius, vel promittit, intelligenda est debita conditio, si scilicet id quod ei mandatur licitum sit, et honestum et portabile, sive moderatum. 2-2. q. 98 1 ad 3

21. Juramentum et votum, cum vergunt in deteriorem exitum, vel cum fit illicitum, non debet servari. 2-2. q 88 2 ad 2. et 10 c. et 12 ad 2. et q. 89. 7. o

22. Jurans aliquid illicitum facere, vel jurans abstinere a bono, ut a religione, non obligatur servare illud; sed est perjurus ipso facto. 2-2. q. 89. 7 c. ad 2 et 9 ad 3. et q 98. 1 ad 1. 2 ad 1 et ad 2.

23. Novus civis obligatur servare juramenta civitatis, ex fidelitate, non autem ex juramento, quia est actio personalis. 2-2 q 98. 2 ad 4.

24 Canonicus jurans servare statuta collegii tenetur ad statuta futura, ex vi eorum, non autem ex juramento, nisi hoc intenderit. 2-2. q. 98. 2 ad 4.

25. Ille cui juratur, potest liberare a juramento promissorio, quoad utilitatem ejus, non autem quoad utilitatem aliorum, nec quoad honorem Dei. 2-2. q 80. 6 ad 2.

26. Quilibet potest irritare juramentum sui subditi, circa ea quæ subduntur ejus potestati, ut pater vel maritus. 2 2 q. 89 9 ad 3.

27. In juramento assertorio non potest dispensari, nec in promissorio secundum se, sed tantum ratione materiæ indebitæ 2-2 q 89. 9 o.

28. Si dubium est, an sit licitum, vel proficuum, quod juratum est, potest a quolibet episcopo dispensari, si autem sit licitum manifeste, non videtur dispensabile, nec commutabile, nisi occurrat aliquid melius, ad communem utilitatem, quod ad Papam maxime pertinet. 2-2 q 89. 9 ad 3. et q. 98 3 ad 1.

29 Jurans debet esse jejunus, nisi in necessitate. 2-2. q 89. 10 o.

30. In festo non licet jurare pro re temporali, nisi forte ex magna necessitate, sed jurare pro re spirituali licet 2-2 q. 89 10. c. fin

31. Pueri et perjuri non coguntur jurare, quia jurarent sine reverentia, nec sacerdotes, nisi in necessitate, et pro re spirituali. 2-2. q. 89. 10. o.

32. Recipere juramentum per falsos deos, a disposito sic jurare, licet secundum Augustinum, non autem licet inducere. 2-2. q. 78. 4. c. et q. 98. 4 ad 4

33 Cogens jurare, quem scit pejerare, peccat mortaliter, nisi sit persona publica, ut judex, qui requisitus tenetur ad hoc. 2-2. q. 98. 4. o.

JURGIUM videtur idem esse quod rixa. 2-2 q. 41 2. ar. 2. et ad 2.

Quilibet habens jurisdictionem potest ea quæ sunt jurisdictionis committere 2-2 q. 187. 1. c.

1. JUS primo impositum est ad significandum rem justam; secundo, autem qua cognoscitur; tertio locum; quarto id quod redditur a judice. 2-2. q. 57. 1 ad 1.

2. Jus proprie est objectum justitiæ; lex autem ratio ejus scripta. 2-2. q. 57 1 o. et q. 60. 1. c

3. Jus vel justum est opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum 2-2. q. 57. 1. 2. c. et q. 59 2. c.

4. Jus divinum est quod divinitus promulgatur; et est duplex, scilicet, naturale, et positivum. 2-2 q. 57. 2 ad 3.

5 Jus naturale est conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur homo ad convenientur agendum in propriis actionibus. 1-2. q. 91. 2. o. et q. 96 2 ad 3.

6. Jus naturale primo continetur in lege æterna; secundario vero, in naturali judicatorio rationis humanæ. 1-2. q 71. 6 ad 4.

7. Jus naturale semper et ubique habet eamdem potentiam, sed per accidens propter aliquod impedimentum potest variari. 1-2 q. 94 5. 6. o.

8. De jure naturali est quod maleficia puniantur, sed determinatio ejus est de jure positivo. 2-2 q. 85. 1 ad 1.

9. Jus positivum derivatur a jure naturali 1-2. q 95 2. o. et 3. 4. c.

10. Voluntas bona potest facere jus et justum, de aliquo indifferenti, non autem contra jus naturale 2-2 q. 57. 2 ad 2 et q. 60 5 ad 1. et ad 2. et q 66. 7. c.

11. Jus divinum non tollit jus humanum, quod est ex naturali ratione. 2-2. q 10. 10. c. et q. 12. 2 c

12 Jus positivum variatur secundum diversas hominum conditiones, in diversis temporibus. 1-2 q. 91. 5 ad 1. et 6. c et q. 96. 2. c. et q. 104. 3 ad 2.

13. Jus duplex, scilicet naturale, et positivum. 1-2. q 95. 4. c. et 2-2. q 57. 2. o. et q 60. 5. c.

14. Jus naturale dupliciter, scilicet a natura immediate, ut principia, et mediate, ut conclusio. Primum est idem apud omnes, nec unquam deficit, non autem secundum. 1-2. q. 94 4. 5. 6. o.

15. Jus naturale dicitur dupliciter, scilicet quod ex natura sua absolute est alteri adæquatum, et ut eo aliquid consequitur Primum convenit omni animali, secundum autem soli homini, et est jus gentium. 1-2. q. 95. 4 ad 1. et 2-2. q. 57 3 o.

16. Aliquid dicitur de jure naturali dupliciter, scilicet ad quod natura inclinat, et cujus contrarium natura non induxit 1-2 q. 94. 5 ad 3.

17. Jus positivum duplex, scilicet, jus gentium, et jus civile; primum derivatur a lege naturali, ut conclusio; secundum vero, per modum determinationis. 1-2. q. 95. 4 c. ad 1.

18. Jus dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, id est, æqualium, et secundum quid, id est, inæqualium, et hoc est triplex, scilicet, dominativum, paternum, et œconomicum. 2-2 q. 57. 4. o. et q. 58. 7 ad 3.

1. JUSTITIA dicitur dupliciter, scilicet, proprie, id est, virtus, quæ est rectitudo actus, et metaphorice, id est rectitudo ordinis in partibus hominis. 1-2. q. 21. 3. c. fin et q. 46. 7 ad 2 et q. 55. 4 ad 4. et q. 100. 2 ad 2. et q. 113. 1. c. et 2-2. q. 30. 1 ad 2 et q 58 2. o. et q 106. 3. c.

2. Justitia duplex, scilicet generalis, ordinans ad bonum commune, et justitia particularis, ad personas singulares. 1-2. q. 60. 3. o. et q 113. 1. c. et 2-2 q. 33 1 ad 1. et q. 58. 5. 6. 7. o et 1-2 c. et q. 59. 1. o. et q. 61. 1 c. et q 79 1 c et 81. 8 ad 1. et q. 102. 1 ad 3.

3. Justitia dicitur generalis dupliciter, scilicet, causaliter, et per prædicationem; prima est justitia legalis. differens realiter a qualibet alia virtute; secunda est virtus in communi, sicut imperata a justitia legali, differens ab aliis virtutibus, secundum rationem tantum. 1-2. q 60. 3 ad 2. et 7. c. et 2-2. q. 58 6. o et 7. c. et q. 79. 2 ad 1.

4. Justitia duplex, scilicet, civilis, id est, acquisita et justitia infusa: prima potest esse sine gratia, non autem secunda. 1-2. q. 10. 12 c.

5. Justitia est habitus, secundum quem aliquis constanti, et perpetua voluntate jus suum unicuique tribuit. 2-2. q. 58. 1. o.

6. Justitia est virtus. 2-2. q. 58. 3. o.

7. Justitia quandoque vocatur veritas, quia est rectitudo impressa voluntati, a rectitudine rationis, quæ dicitur veritas. 2-2. q 58. 4 ad 1.

8. Justitia non est rectitudo essentialiter, sed causaliter tantum. 2-2. q. 58. 1 ad 2.

9. Justitia in quadam æqualitate consistit. 1-2. q. 114. 1. c et 2-2 q. 57. 1. c. ad 3. et q. 62. 2. c. et q. 122 1. c. et 3.ª q. 85. 3. c.

10. Justitia est perpetua ex parte objecti, non autem ex parte actus. 2-2. q. 58. 1 ad 3 et ad 4.

11. Justitia proprie est semper ad alterum suppositum, sed metaphorice est ad se, secundum diversas partes. 2-2 q. 57. 2. c et 4. o et q. 58. 1. 2. 8. c. ad 3. et 9. c. et q. 59. 1. c. et 3 ad 2 et q. 67. 3. c. et q. 106. 3 ad 1 et q. 122. 1. c.

12. Justitia legis, inquantum respicit bonum commune ut proprium objectum, est virtus specialis secundum suam essentiam, et sic est in principe principaliter, et quasi architectonice, sed in subditis est secundario, et quasi ministrative; sed est generalis causaliter, et secundum virtutem suam, inquantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune. 2-2. q. 58. 6 c. et q. 60 1 ad 4.

13. Vindicta quæ fit auctoritate publicæ potestatis, secundum sententiam judicii, pertinet ad justitiam commutativam; sed quam quis facit proprio motu, non tamen contra legem, vel quam requirit a judice, pertinet ad vindicativam virtutem justitiæ adjunctam. 2-2 q 80. ad 1.

14. Virtutes autem adjunctæ seu annexæ justitiæ, secundum Tullium sunt sex, scilicet, religio, pietas, gratia, vindicatio, observantia, et veritas, sed secundum Macrobium, sunt septem, scilicet duæ primæ prædictæ, innocentia, amicitia, concordia affectus, et humanitas et secundum alios sunt quinque, scilicet, obedientia, disciplina, æquitas, fides, et veritas; et secundum Andronicum, sunt novem, scilicet bona commutatio, legis positiva, eugnomosyna, eusebia, eucharistia, sanctitas, liberalitas, benignitas, et vindicativa. 1-2. q. 60. 3. o. et 2-2. q. 80. o et q. 122. 1. c.

15 Religio est potissima pars justitiæ, secunda vero est pietas. 2-2. q. 122 1. c.

16. Justitiæ correspondet donum pietatis. 2-2. q. 121. principio.

17. Species justitiæ particularis duplex, scilicet, justitia commutativa, et justitia distributiva. 1.ª q 21. 1. c. et 1-2. q 60. 3 ad 3. et 2-2. q. 61. 1 o.

18. In pertinentibus ad justitiam, omne superfluum dicitur lucrum, et omne minus dicitur damnum, quia justitia prius fuit exercita, et communius exercetur in voluntariis commutationibus, in quibus hæc proprie dicuntur. 2-2 q. 58. 11 ad 3.

19. Materia justitiæ particularis duplex, scilicet, materia proxima, ut passiones, et operationes, et materia remota, scilicet, res exteriores. 2-2. q. 58. 8. c et 9 ad 2.

20. Justitia particularis habet materiam specialem, scilicet, operationes exteriores, quæ sunt ad alterum 1-2. q. 60. 2. c. et q. 61. 3. c. et q. 100.

2. c. et 2-2. q. 58. 8. c. et 10. 11. c. et q 59. 1 ad 3 et 3. c. q 60. 3 ad 3. et q. 61. 3. c. et q. 79. 1. 3. c et 3.ᵖ q 85. 3 ad 1.

21. Justitia particularis non est circa passiones animæ; sed justitia legalis est circa eas, licet principalius sit circa operationes exteriores. 2-2. q. 58. 9. o.

22 Materia justitiæ non est ille ad quem est justitia; sed res quæ distribuuntur vel commutantur. 3.ᵖ q. 85. 3 ad 1.

23. Eadem est materia remota justitiæ commutativæ, et justitiæ distributivæ, non autem materia propria 2-2 q. 61. 3. o.

24. Justitia, quoad legem regulantem, est in ratione, vel in intellectu; sed quoad imperium quo opera regulantur secundum legem, est in voluntate. 1.ᵖ q. 21. 2 ad 1.

25. Justitia est in voluntate subjective. 1.ᵖ q. 21. 1 ad 1 et 2 ad 1. et 1-2. q. 56. 6 c. et q. 57. 1. c. et q 61. 2. c. et q. 66. 1. 4. c. et q. 85. 3. c. et 2-2 q. 55. 8 c. et q. 58. 4. o. et 5 ad 2 et 8 ad 1. et 9. 12. c. et q. 100. 1 ad 2 et 3.ᵖ q. 85. 4. c.

26 Omnes partes justitiæ, et omnia opposita earum, sunt subjective in voluntate. 2-2. q 100. 1 ad 2.

27. Justitia, per redundantiam, est in qualibet potentia animæ imperando, non autem essentialiter. 2 2. q. 58 8 ad 1.

28. Justitia et charitas sunt essentialiter in beatis, non autem patientia; sed tantum secundum fructum. 2-2. q 136. 1 ad 1.

29. Reddere unicuique quod suum est, est proprius actus justitiæ, nec convenit alii virtuti, nisi inquantum conjungitur justitiæ. 1.ᵖ q. 21. 1. c. et 2-2. q. 58. 11. o. et q. 66. 3. 5. c. et q 101. 3. c

30. Facere bonum et declinare a malo, sunt quasi partes integrales justitiæ particularis, generalis, et legalis, sed diversimode. 2-2. q. 79. 1. o.

31. Actus omnium virtutum pertinent ad justitiam legalem, inquantum ordinat eos ad bonum commune 1-2. q. 61. 5 ad 4 et 2-2. q. 58. 5. c et q 102 1 ad 3.

32. Usus rectæ rationis maxime apparet in justitia; et usus indebitus, in vitiis oppositis justitiæ. 2-2. q. 55. 8 c.

33. Dare inæqualia æqualibus ex debito, est contra justitiam, non autem dare sine debito ex liberalitate. 1.ᵖ q. 65. 2 ad 3.

34. Sola justitia inter alias virtutes importat rationem debiti. 1-2. q. 99. 5 ad 1.

35 Virtus existens ad alterum dupliciter deficit a ratione justitiæ, scilicet, deficiendo a ratione debiti, vel a ratione æqualis. 2-2. q. 80. c.

36. Modestia circa res exteriores attendit solam moderationem; justitia vero attendit debitum. 2-2. q. 143. ad 3.

37. Pietas est ad patriam, ut ad principium nostri: justitia vero legalis respicit bonum patriæ, secundum quod est bonum commune, ideo justitia legalis magis habet quod sit virtus generalis, quam pietas. 2-2 q. 101. 3 ad 3

38 Justitia legalis movet per imperium ad suum finem omnes alias virtutes morales 2-2 q. 58. 6. c.

39. Justitia attendit debitum unius hominis ad alium, cæteræ vero virtutes attendunt debitum inferiorum virium ad rationem. 1-2. q. 100 2 ad 2 et 2-2. q. 67. 1. c

40. Justitia est circa operationes ad alterum, sub ratione debiti legalis; amicitia vero, sub ratione debiti moralis, vel beneficii gratuiti. 2-2. q. 23. 3 ad 2.

41. Justitia post prudentiam nobilior est omni alia virtute morali: deinde fortitudo, et post has temperantia. 1-2. q 66. 1. c et 4. o et q. 68. 7. c. et 2-2. q. 58 12. o. et 123. 12. o. et q. 141. 8. o. et q. 181 1 ad 1.

42. Justitia et fortitudo sunt simpliciter digniores temperantia, quia

de meliori bono sunt, scilicet, communiori, sed est e converso secundum quid, quia temperantia est circa difficilius, et frequentius. 2-2. q 141 8. o. et q. 142. 3 ad 1.

43. Justitia et temperantia nunquam sumuntur in malo ut prudentia, quia important æqualitatem, et concupiscentiarum refrenationem, ex quibus laus est virtutis. 2-2. q 55. 1 ad 1.

44 Originalis justitia erat ex hoc, quod corpus subjiciebatur animæ; et potentiæ inferiores subjiciebantur rationi, et ratio subjiciebatur Deo. 1.ª q 94. 1. c. et 2 4 c. et q 95 1. 3. c et q. 96 1. c. et 1-2. q. 81. 5 ad 2. et q 82. 3. c et q. 85. 3 5. c et q. 89. 3. c. et 2-2. q. 61. 2. c. et q. 163. c et q. 164. 1. c. et 3.ª q. 27. 3 c.

45 Originalis justitia erat justitia naturalis, non quasi causata ex principiis naturæ, sed quasi propaganda cum natura 1.ª q. 100. 1. c. ad 3. et 1-2 q. 81. 2 c

46. Rectitudo voluntatis est quasi formale, in originali justitia; rectitudo autem aliarum potentiarum, est quasi materiale ejus. 1.ª q. 95. 1 ad 5.

47. Originalis justitia non poterat esse sine gratia gratum faciente. 1.ª q 95. 1. o. et q. 100. 1 ad 2

48. Originalis justitia prius erat in essentia animæ quam in potentiis ejus 1-2. q. 83. 2 ad 2.

49. Et prius erat in voluntate quam in aliqua alia potentia. 1-2. q 82 3. c.

50 Justitia distributiva est in Deo, non autem justitia commutativa. 1.ª q. 21. 1. o.

51. Justitia Dei est veritas. 1.ª q 22. 2. o.

52 Justitia Dei duplex, scilicet condecentia bonitatis ejus, et retributio pro meritis. 1 ª q. 21. 1 ad 3.

53. Justitia Dei præsupponit rationem bonitatis ejus, et dicit specialem actum communicationis, non autem bonitas ejus, nisi in generali, sed dicit perfectionem naturæ ejus. 1.ª q. 21. 1 ad 4.

54. Totus ordo justitiæ Dei reducitur generaliter ad voluntatem Dei. 3.ª q. 46. 2 ad 3

55. Ordo universi demonstrat justitiam Dei, sicut ordo cujuslibet multitudinis demonstrat justitiam sui gubernantis. 1.ª q. 21 1. c.

56. Deus potest agere præter justitiam, scilicet præmiando ultra meritum, et puniendo circa condignun, sed non potest agere contra justitiam, de potentia ordinaria. 1-2. q 112. 1 ad 3.

57. Hominis ad Deum, servi ad dominum, patris ad filium, non est justitia, nisi secundum similitudinem. 1-2. q. 114. 1. c et 2-2. q. 57. 4 c. et q. 58. 7 ad 3 et 3 ª q. 85. 3. c. ad 2.

1. JUSTIFICATIO nominatur a justitia, ut dicit rectitudinem ordinis hominis ad Deum, et partium hominis inter se, non autem a justitia particulari, vel legali. 1-2. q. 100 2 ad 1. et q. 113. 1 o.

2. Justificatio potius nominatur a justitia quam a charitate vel fide; quia fides et charitas dicunt ordinem specialem mentis humanæ ad Deum secundum intellectum vel affectum; sed justitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis 1-2. q. 113. 1 ad 2.

3. Justificatio proprie est factio justitiæ, quoad habitum, vel est executio actus ejus; sed improprie est significatio, vel dispositio ejus 1-2 q. 100. 12 o.

4. Justificatio impii est motus mentis, quo anima a Deo movetur de statu peccati, ad statum justitiæ. 1-2. q. 113. 1. 5 6 c.

5. Justificatio in fieri dicit motum ad justitiam, sed in facto esse, est effectus ejus formalis. 1-2. q. 113. 5 c.

6. Justificatio fit in instanti. 1-2. q. 113. 7. o et 8 c.

7 Tota justificatio impii originaliter consistit in infusione gratiæ; quia

per eam, et per liberum arbitrium movetur, et culpa remittitur. 1-2. q. 113. 7. c et 8. c. ad 1

8. Justificatio non quidem simpliciter, sed justificatio impii, est idem quod remissio peccatorum. 1-2. q. 113. 1. o. et 6 ad 1.

9. In justificatione impii, infussio gratiæ et remissio culpæ sunt unus actus numero secundum substantiam, sed differunt secundum terminos. 1-2 q. 113. 6 ad 2.

10. Vocatio dicit auxilium Dei moventis interius, et excitantis mentem ad deserendum peccatum; ideo non est remissio peccatorum, nec est justificatio, sed est causa ejus 1-2 q. 113 1 ad 3

11. Justificare impium est majus quam creare cœlum, vel terram, ratione termini, et repugnantiæ, sed est e converso, ratione modi 1-2. q 113. 9 o. et 3 ᵖ q. 43 4 ad 2.

12 Justificare est majus secundum quantitatem proportionis quam glorificare, sed absolute est e converso, sicut gloria major est quam gratia. 1-2. q. 113 9. o.

13 In justificatione impii remissio peccatorum prior est naturaliter infusione gratiæ secundum ordinem causæ materialis, sed e converso secundum alias tres causas. 1-2. q. 113. 8. o. 4 d. 17. q 1 art. 4. q 1. o. et q. 2 art. 5. q. 1 ad 2. et Veri. q 28 7. o.

14. In justificatione impii, motus fidei est primus 1-2 q 13. 4 c. et 2. d. 26 4 ad 4. et d. 27 4 ad 1. et 3. d 30. 5 ad 3. et 4. d. 14. q. 2. 4 ad 3. et d 17. q. 1. art. 3. q. 3. c. et Ro 3. lect 3. co 2. principio et co. 4. co. 3. fin. et Sanitas 7

15. In justificatione prior est ordine naturæ infusio gratiæ, secundo motus fidei in Deum, tertio motus contra peccatum, quarto remissio culpæ, licet omnia sint in eodem instanti 1-2 q 113 8. o et 3. ᵖ q 85 6. c ad 3. et 1 d 2. L ad 4. et 4. d. 14. q 1. ar. 2. q. 2. o. et d. 17. q 1. ar. 5. q. 2. o. et q. 3. c. et Veri. q. 28. 2 ad 10. et ad 11. 6 o.

16. In justificatione, motus liberi arbitrii in peccatum est prior motu ejus in Deum, ordine materiæ; secundum alias autem tres causas, est e converso 1-2. q. 113 8. c. et 3. ᵖ q. 85. 6 c ad 2. et 4 d. 17. q. 1. ar. 4. q 3. o. et Verit. q. 18. 8. c.

17. Motus liberi arbitrii contra peccatum in justificatione prior est infusione gratiæ, ordine materiæ; sed est e converso, ordine formæ. 1-2. q. 113. 8. o. et 4 d 17. q. 1. ar. 4. q. 2. o. et Veri. q. 28 8 o.

18 Unus et idem motus est, in quo gratia infunditur, qui est dispositio ad gratiam, secundum quod exit a libero arbitrio; et meritorius secundum quod informatur gratia; et simile est in motu contritionis, in quo primo justificatur impius. 2. d. 5. q. 2. 1. c.

19. In justificatione impii sunt duo termini motus, scilicet terminus a quo, id est, remissio culpæ, scilicet renovatio, et terminus ad quem, id est, infusio gratiæ. Ibidem. 3. c 5.

1. Requisita. Infusio gratiæ requiritur ad justificationem. 1-2. q. 113. 2. o. et 4. d. 17 q. 1. ar 3 q. 1. o. et Veri. q. 28 2. o et 4 ad 1. et Ephe. 5 lec. 5. fin.

2. Requiritur etiam remissio culpæ, et novitas vitæ per gratias. 1-2. q. 113. 1. 6 o 4 d. 17 q. 1. ar. 3. q. 5. o. et Opus. 60. co. 22 co 10. Gratia. 55 etc. 121. 174. etc. Prophetia. 41 Virtus. 23.

3. In habentibus usuum rationis, præparatio qua homo facit quod in se est, requiritur ad justificationem, non autem in carentibus usu rationis. 4. d. 17. q 1. ar. 2. q. 1. o et d 20. ar. 1. q. 1. c. et quol. 5. 2. fin. et quol. 66 ad 1.

4. Hæc præparatio est per efficacem displicentiam peccati; et per effectum fervens desiderium ad Deum: ideo sequitur infusio gratiæ et justificatio.

4 d. 17. q. 1. ar. 2. q. 2. o. et q. 2. ar. 5. q. 1. c.

5. Non oportet semper quod hæc præparatio, tempore justificationem præcedat; quia unus actus humanus a principio potest esse sufficienter intensus. 4 d. 17. q. 1. art. 2. 5. q. 1. c. ad 1

6. In habentibus usum rationis, requiritur ad justificationem, motus liberi arbitrii consentientis, non autem causantis. 1-2 q 113. 3. o et 4. 5. 6. c. et 3. p q. 86. 6 ad 1. et 2 d 27. 2 ad 7 et 4. d 17. q 1. art. 3. q 2. o. et Veri. q. 28. 3. o et 4. c. Io. 4. lec. 2. co. 2 Ephe. 3. lec. 5. fin.

7. Ad justificationem impii requiritur duplex motus liberi arbitrii, scilicet detestatio peccati, et desiderium justitiæ Dei. 1-2. q 113. 5. o. et 7 ad 1 et ad 2. et 3. p q. 86 2. c. et 4. d. 17 q. 1 ar. 3. q. 4. o. et contra 3. co. 158. et Veri. q. 28 5. o

8. Ad eam requiruntur quatuor, scilicet infusio gratiæ, motus liberi arbitrii per fidem in Deum, detestatio peccati, remissio culpæ. 1-2 q. 13. 6. o et 3. p q 86. 6 ad 1. et ad 2. et q 88 2. c. et 4. d. 17. q. 1. ar. 3. q. 5. c. et contra 4. co. 72 et Io. fin. et Ephe. 5. lect. 5 fin.

9. Requiritur etiam motus fidei, et concurrit charitas, timor et humilitas. 1-2. q 113 4. o et 3 p q 86 6 ad 1 et ad 3. 2. d 26. 4 ad 4 3. d. 30 5 ad 3. et 4. d 17. q 1. ar. 3 q. 3. o. et Veri q 28 4 o.

10 Timor filialis requiritur ad eam substantialiter; timor vero servilis requiritur ad eam, ut dispositio prævia. Veri. q 28. 4 ad 3

11. Actus misericordiæ operatur contra peccatum dupliciter, scilicet vel per modum satisfactionis, vel per modum præparationis: primo modo actus misericordiæ sequitur justificationem; secundo vero modo præcedit eam, vel concurrit cum aliis virtutibus requisitis. 1-2 q 113 4 ad 1.

12 Deus est principalis causa justificationis. Passio Christi est causa meritoria; sacramenta Ecclesiæ sunt causa instrumentalis; fides vero est conjungens instrumentum causæ principali. 3. p q. 64 3. c. et 4. d 1. q. 1 ar. 4. q. 1. c. fin. et q 3. o et Veri. q. 28. 4. c. et q. 29 4 ad 1 et ad 2.

13. In justificando Deus non indiget instrumentis, ex parte sua, sed propter congruitatem ex parte hominis justificandi utitur sacramentis, ut instrumentis. 4 d. 1. q 1. ar. 4. q. 1. c. fin. et Veri. q. 27 4 ad 6.

14. Non est inquirenda ratio, quare Deus aliquos justificet, et liberet a peccato, et alios relinquat in peccatis. 1. p q. 23. 7. c. ad 2 et 1-2. q. 98. 4 ad 2. et q 106 2 ad 3 et contra 3. co. 161. et Ro. 9. lec. 3. co. 8. 9.

15. Deus et Christus secundum quod homo justificant nos dupliciter, scilicet per operationem eorum in nos, et e converso. Veri. q 29. 4 ad 9.

16. Christus, ut homo, est causa meritoria, sed, ut Deus, est causa principalis nostræ justificationis. 4. d. 1 q. 1. ar. 4. q. 3 ad 1. et Veri. q. 29. 4 ad 1 et ad 2

17. Resurrectio Christi est causa instrumentalis, et exemplaris resurrectionis animarum, scilicet, justificando eas 3 p q. 56 2. o. et q 62. 5 ad 1. et 4 d. 43. ar. 2 q. 1. q. 2. et Opus. 3 co 247.

18 Resurrectio Christi est causa justificationis, quantum ad terminum ad quem; sacramenta vero et passio Christi, quantum ad terminum a quo. 3. p q 56. 2 ad 4 et q. 59 2 ad 3. et q 62. 5 ad 3. et 3. d. 19. ar. 1 q. 1 ad 3. et ar. 3. q. 2 ad 3. et 4. d. 1. q 1. ar. 4. q 3 ad 2. et d 19. q 1. ar. 1. q 1 ad 3. et ar 3. q. 2 ad 3. et Veri. q. 29. 4 ad 1. et Opus. 3. co. 247. et Ro. 4. fin.

19 Justificatio appropriatur attributo misericordiæ Dei, sicut revelatio futurorum, sapientiæ ejus. 1 p q. 45. 6 ad 3. et 4. d. 17. q. 1. ar 1. q. 4. o.

20. Justificatio manifestat justi-

tiam Dei, sicut causam exemplarem, misericordiam vero, ut causam efficientem; sed bonitas creaturæ manifestat bonitatem Dei utroque modo 1. ᵖ q. 45 6 ad 3. et 4 d. 17. q. 1. ar 1 q 4 ad 2.

21. Justificari dicitur tripliciter, scilicet, quoad reputationem, executionem et causam; sed opera legis justificabant primo modo et secundo; non autem tertio modo. 1-2. q. 100. 12. c 3. d. 40. 3. o. et Ro. 2. lec 3. co. 1. et c. 3. lec 2. fin. et Gal. 2. lec. 4. co. 1. fin. c et 3. lec 4. o.

22. Oppositum videtur dici quoad opera legis. 3. ᵖ q. 62. 6 ad 3 et q. 70 4. o.

23. Omnia præcepta veteris legis justificabant disponendo, et figurando, non autem causando habitum, sed actum justitiæ 1-2. q 98. 4 c fin. et ad 2. et q. 100. 12 o et 3. d 40. 3. o.

24. Præcepta ceremonialia non justificabant, nisi ex obedientia et devotione, id est, non continebant justitiam, nisi in generali. Moralia vero justificabant in speciali, secundum generalem justitiam. Judicialia autem in speciali, secundum specialem justitiam. Sed præcepta legis humanæ, secundum justitiam acquisitam justificant. 1-2. q 98. 1. o. et q 112. o. fit q. 103. 2. o. et 3 d. 40. 3. o.

25. Lex nova continet duo, scilicet, gratiam principaliter et documenta et præcepta secundario. Ratione primi justificat, non autem ratione secundi. 1-2. q. 106. 2. o.

1. Justi sunt nobilissimæ partes universi: ideo omnia bona, et peccata sua et aliorum prosunt eis. q. 23. 7. c. fin.

2. Deus specialiter dicitur Deus justorum tripliciter, scilicet, ex speciali cura, cultu, et præmio. 1. ᵖ q. 23 7 c

3 Deus nihil permittit evenire, quod finaliter impediat salutem justorum. 1. ᵖ q. 22. 2 ad 4.

L.

1. LABOR manualis, sive corporalis, vel mœchanicus, prohibetur ad litteram, tertio præcepto Decalogi, ut præcepto speciali; sed mystice quaod cessationem a peccatis, ut præcepto generali. 2-2. q. 122. 4 ad 1 et ad 3. et q 187. 3 c.

2. Labor manualis ordinatur ad quatuor, scilicet, ad victum, ad otium vitandum, contra concupiscentias, et ad eleemosynas. 2-2. q. 187. 3. c.

3 Labor manualis est utilis ad tria, scilicet contra furtum, contra cupiditatem boni alieni, et contra turpia negotia pro victu. 2-2. q 187 3. c.

Lacrymæ causantur ex tristitia, et aliquando ex affectus teneritate, præcipue cum consideratur delectabile cum tristabili, ut ex devotione. 2-2. q. 82. 4 ad 3.

Lamech non evasit reatum homicidii, occidens hominem quem credidit bestiam; quia non adhibuit diligentiam. 2-2. q. 64. 8 ad 1.

Lamina aurea inventa est super peotus gentilis mortui de fide ejus, et dicentis, *Christus nascetur ex virgine, et ego credo in eum O sol, sub Helenæ, et Constantini temporibus, iterum me videbis.* 2-2. q. 2. 7 ad 3.

Latere quærit concupiscentia, propter turpitudinem, ira vero manifestatius operatur, propter impedimentum rationis, et amplificationem cordis. 1-2. q. 48. 3 ad 2 et 2-2. q. 156 4. c.

Latitudo est dimensio magnitudinis corporalis 1-2. q 33. 1. c.

1 LATRIA exhibita vero Deo, et exhibita idolo, non dicitur univoce. 2-2 q. 94. 1 ad 2.

2. Latria dicitur tripliciter, scili-

cet res exhibita ad cultum Dei, actus, et habitus, et sic tertio modo, est virtus. Cujus nomina sunt quatuor, scilicet theosebia vel eusebia, pietas, religio, et latria. 2-2. q 81. 1 ad 3 et ad 4 et q. 94 1 ad 2.

3. Latria est specialis virtus, inquantum habet specialem rationem objecti et actus, sed est virtus generalis inquantum actibus aliarum virtutum materialiter utitur ad suum actum, ad quem multæ virtutes, scilicet fides charitas, et aliæ præexiguntur 2-2. q. 81. 3 4. o. et 8 ad 1. et q. 83. 15 c. et q. 186. 1 ad 2

4. Latria non est virtus theologica, quia non habet Deum pro objecto, sed habet eum tantum pro fine, ideo est virtus moralis, et reducitur ad virtutes cardinales. 2-2. q. 81. 5 o. et q. 92. 1. c.

5. Latria reducitur ad justitiam, non quidem sicut species ad genus, sed sicut virtus annexa virtuti principali. 2-2. q. 80. o.

6. Actus latriæ præcipitur primo præcepto Decalogi. 1-2 q. 100. 4 ad 1.

7. Latria est quædam protestatio fidei. 1-2 q 100. 4 ad 1. et 2-2. q. 81. 3. b. et ad 2 et q. 94. 1 ad 1 et q. 97. 3 ad 1. et q. 100 1 ad 1. et q. 101. 3 ad 1.

8. Offerre sacrificia, vel orare, vel prostratio, et hujusmodi, eliciuntur a sola latria, cujus proprie sunt actus, licet imperentur a fide et charitate. 2-2. q. 81. 5 ad 1. et q. 82. 3. o. et q. 88. 5 ad 1.

1. LATRO dicitur quandoque bonus latro, non quidem proprie et simpliciter, sed metaphorice vel quasi transumptive. 1-2. q. 55. 3 ad 1. et q. 92. 1. c. fin et 2-2. q. 45. 1 ad 1. et q. 47. 13. c. et q 92. 1 ad 1.

2. Christus voluit crucifigi inter duos latrones, quadruplici ratione, scilicet primo quia sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios, quasi noxius crucifigitur, secundum Hieronymum. Secundo ut in ipsa patibuli specie, devitaretur in illa quæ in judicio ipsius, omnium hominum facienda est discretio, secundum Leonem Papam; tertio, duo latrones levæ ac dextræ affiguntur, omnem humani generis diversitatem vocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes, secundum Hilarium; quarto, quia latrones qui cum Domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide et confessione Christi, vel agone martyrii, vel quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt, secundum Bedam. 3.ª q. 46. 11. o.

1. LAURENTIUS diaconus existens baptizabat in necessitate tantum. 1.ª q 67. 1 1d 3.

2. Laurentius et Vincentius, et aliqui alii sancti habuerunt passionem magis dolorosam, quam Christus quoad diuturnitatem vel acerbitatem, vel aliquid hujusmodi, non autem simpliciter. 3.ª q 46. 6 ad 1.

1. LAUS dependet essentialiter a voluntate adhærente bono, non autem a potentialitate peccandi, sed est signum ejus 2-2. q. 81. 61. ad 1.

2. Aliquid est laudabile inferiori quod est vituperabile superiori, et e converso. 1-2. q 91 3 ad 3

3. Laudare hominem ad consolationem, vel ad profectum ejus, cum cæteris circumstantiis debitis, est actus virtutis amicitiæ, aliter autem est peccatum adulationis. 2-2. q. 115. 1 ad 1. et 2 o.

4 Deus secundum essentiam major est omni laude; ideo debetur ei reverentia, et honor latriæ, laus autem, effectibus ejus. 2-2 q 91. 1 ad 1.

5. Deus est ore laudandus, non ut ei aliquid manifestetur sicut aliis, sed ut nos et alios excitemus in Deum, et ut retrahantur ab ejus offensis. 2-2. q. 91 1. o. et 2. o.

6. Otium tollitur per meditationes divinorum eloquiorum, scilicet sacrarum Scripturarum, et per laudes divi-

nas, quia secundum glossam non est otiosus, qui verbo Dei tantum studet, nec pluris est qui extra operatur; quam qui studium cognoscendæ veritatis exercet. 2-2. q. 87. 3. c. fin.

LAZARUS resuscitatus iterum mortuus est. 3 ᵖ q. 53 3. c. ad 1. et q. 55. 2 ad 3 et q. 56 1. c

1. LEGISLATOR magis considerat actus exteriores quam interiores. 1-2. q 100. 9. c.

2 Voluntas principis, vel legislatoris, ut regulata ratione, habet vigorem legis. Alioquin esset magis iniquitas quam lex 1-2. q 90. 1 ad 3. et q. 92 1 ad 4. et q. 93. 3 ad 2 et 2-2 q 60 5 ad 1.

3. Intentio legislatoris est facere cives bonos, inducendo eos ad virtutes, per assuefactionem bonorum operum. 1-2 q. 92. 1. o. et q. 96. 2 ad 2 et q. 107. 2. c et 2-2. q. 122. 1 ad 1

4. Intentio cujuslibet legislatoris ordinatur primo et principaliter ad bonum commune; secundo autem ad ordinem justitiæ et virtutis, quo conservatur, et pervenitur ad primum. 1-2 q 100. 8. c.

5 Legislator intendit bonum commune, ideo non præcipit actus particulares unius, nisi ut ordinantur ad alterum. 1-2 q. 90 2 4 c. et q 98. 6 ad 2 et ad 3. et q. 100. 2. 8. c.

1. LEGISPOSITIVA est idem quod virtus regnativa, id est, principalis species prudentiæ, quæ convenit regi. 2-2. q 50. 1 ad 3. et 2 c. et ad 1. et 3. c.

2. Legispositiva et eugnomosyna, id est, bona sententia sive consilium, tribuuntur prudentiæ, secundum directionem, et attribuuntur justitiæ, secundum executionem. 2-2 q. 80 ad 4.

3. Lex non potest dari, nisi populo, ideo legispositiva est pars politicæ, et non economicæ, nec monasticæ. 1-2 q. 98 6 ad 2. et ad 3. et q. 101. 3. c. et 3. ᵖ q. 70. 2 ad 2.

LENIA est idem quod patientia, et est pars annexa fortitudini. 2 2. q. 128 ad 6.

1. LEPRA non mundabatur, per ritum et ceremonias legis, nisi quandoque miraculose, scilicet quando sacerdos decipiebatur in judicando. 1 2. q. 102. 5 ad 7 et q 103 2 ad 5.

2. Expositio litteralis et figuralis lepræ, in hominibus, domibus, et vestibus. 1-2. q. 102. 5 ad 4. et q. 107. 2 ad 4.

3. Leprosus non debet promoveri ad sacerdotium, nec celebrare missam in publico propter horrorem; sed celebrare potest secreto, nisi sit periculum. 3. ᵖ q. 82. 10 ad 5.

4. Aliquis removetur ab administratione ecclesiæ, propter vitium lepræ, quia ineptus est. 2-2. q 108. 4 ad 3.

1. LEX dicitur a ligando, quia obligat, vel dicitur a legendo secundum Isidorum, quia scripta est. 1-2. q 90. 1. c. et 4 ad 2 et ad 3.

2. Quælibet inclinatio ex aliqua lege potest dici lex participative, non autem essentialiter. 1-2 q. 90. 1 ad 1. et q. 91. 6. c.

3. Lex est regula et mensura actuum agendorum, vel omittendorum. 1-2. q. 90 1. o. et 2. 4 c. et q. 91. 2. c. et q. 93. 3 c. et q. 95. 4. c. fin et q. 96. 5. c. et q. 97. 1. c.

4. Lex de sui ratione habet quod sit regula actuum agendorum, et quod habeat vim coactivam. 1-2. q. 90. 3. c. et q. 96. 5 c. et 2-2. q. 67. 1. c.

5. Lex est aliquid rationis, scilicet, propositiones universales rationis practicæ, consideratæ actu vel habitu. 1-2. q. 90. 1. o et q. 91. 1 c. et q. 92. 1. c. et q. 94. 1. c.

6. Lex non est aliud nisi dictamen rationis practicæ. 1-2. q. 91. 1. 3. c. et q. 92 c ad 4. et 2. c. et q. 97. 1. c.

7. Lex est quædam rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet promulgata. 1-2. q. 90. 4. c.

8. Lex maxime respicit ordinem ad beatitudinem, et proprie ad felicitatem communem. 1-2. q. 90. 2. c

9. Nullum præceptum habet vim legis, nisi secundum ordinem ad bonum commune, ad quod omnis lex ordinatur, ut ad finem. 1 2. q. 90. 2. o. et 3 c. et q. 91. 5 c. et 6 ad 3. et q. 92. 1. c. et q. 93. 1 ad 1. et q. 95 3. 4. c. et q. 96. 1. 3. 4. 6 c. et q. 97. 1. c. et q. 100 2. c. et 1 ad 3. et 2-2. q 58. 5. c. et 3. p q. 70. 2 ad 2.

10. Lex importat ordinem ad finem active, non autem passive, nisi per accidens, scilicet quando legislator habet finem extra se. 1-2. q. 91. 1 ad 3.

11. Lex non imponitur ab aliquo domino, nisi subditis ejus: ideo præcepta cujuslibet legis præsupponut subjectionem recipientis legem ad dantem legem. 2-2. q. 16 1. c. et q 22 1. c

12. Non omnia contenta sub lege obligant ad mortale, quia non omnia traduntur per modum præcepti, sed aliqua per modum ordinationis et statuti, et obligant ad certam pœnam. 2-2 q. 186. 9 ad 2.

13. Usus venereorum ordinatur ad bonum commune, ideo subjacet legi, quia bona communia cadunt sub lege. 2-2. q. 154. 2. c fin et 9 ad 3.

14 Lex quintuplex, scilicet lex æterna, naturalis, divina, humana, et fomes peccati. 1-2. q. 91. o

15. Lex est in aliquo dupliciter, scilicet essentialiter et ut in regulante; et participative, ut in regulato; primo modo est in ratione, secundo modo est in omne quod ex aliqua lege in aliquid inclinatur. 1-2. q. 90. 1 ad 1. et 3 ad 1 et q. 21. 2. 6. c.

16. Homo dupliciter inclinatur ad observantiam legis, scilicet interius per amorem, ut boni; et exterius per pœnas, ut mali. 1-2. q. 92. 1 ad 2. et q. 95. 1. c. et q. 98. 6. c. et q. 107. 1 ad 2. et 2-2. q. 108. 1 ad 3. et 3 c.

17. Diversæ leges diversis imponuntur. 1-2 q. 91. 5 ad 1. et 6 c et q. 96 2. c. et q. 100. 2 c. et q. 104. 3 ad 2. et q. 107 1. c.

18. Justus dupliciter non est sub lege, scilicet coactive, et quantum ad opera Spiritus sancti 1-2. q. 93 6 ad 1. et q. 96. 5. o.

19. Actus legis quadruplex, scilicet imperare seu præcipere, vetare seu prohibere, permittere, et punire; non autem consulere, nec præmiare; quia conveniunt etiam personis privatis 1-2. q. 92. 2. o.

20. Proprius effectus legis est inducere subditos ad propriam eorum virtutem; ideo lex facit bonos, vel simpliciter, vel bonos secundum quid. 1-2 q. 92 1. o. et 2 ad 4

21. Quælibet lex inducit ad observantiam præceptorum, per pœnas, et per præmia danda; vel per Deum, ut lex divina, vel per homines, ut lex humana 1-2. q. 99 6. o.

22. Omnis lex tendit ad amicitiam, vel hominum adinvicem, vel hominum ad Deum. 1-2. q. 99. 1 ad 2. et 2. c.

23. Lex naturalis est participatio legis æternæ, et impressio divini luminis in creatura rationali, qua inclinatur ad debitum actum et finem. 1-2. q. 91. 2. o. et q. 96. 2 ad 1. et q. 97. 1 ad 1.

24. Lex naturalis non est habitus proprie et essentialiter, scilicet, quo quis operatur, sed improprie, id est, quod habitu tenetur 1-2 q. 94 1 o.

25. Omnes inclinationes partium humanæ naturæ, ut concupiscibilis et irascibilis, secundum quod regulantur ratione, pertinent ad legem naturalem. 1-2. q. 94. 2 ad 2. et 4 ad 3. et 2-2. q. 108. 2 c.

26. Ordo præceptorum legis naturæ est secundum ordinem inclinationum naturalium, scilicet primo secundum naturam substantiæ; secundo secundum naturam animalis; tertio se-

cundum naturam hominis. 1-2. q. 49. 2 c

27. Ad præcepta legis naturæ pertinent omnia quæ ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana, scilicet omnia ad quæ homo habet naturalem inclinationem. 1-2. q. 94. 2 3. c et 4. c. ad 3.

28 Lex naturalis est eadem apud omnes, quoad prima principia communia, secundum rectitudinem et notitiam, non autem quoad alia. 1-2 q. 94 4 o.

29. Lex naturæ est una omnium, quia præcepta ejus sunt communia, ideo conveniunt tam imperfectis quam perfectis; sed lex divina non est una, quia præcepta ejus sunt res particulares. 1-2. q. 91. 5 ad 3.

30. Omnes actus virtutum, inquantum sunt virtuosi, sunt de lege naturæ; non autem omnes secundum species suas. 1-2. q. 94. 3 o.

31 Lex naturalis non potest dici in irrationabilibus, nisi secundum similitudinem 1-2. q. 91. 2 ad 3.

32. Aliquid derivatur a lege naturæ dupliciter scilicet ut conclusio, et ut determinatio legis, ut lex humana. 1-2 q 95 2 o. et q 99. 3 ad 2.

33 Lex naturalis potest mutari per legem divinam et humanam, addendo, et subtrahendo conclusiones; sed raro, et in aliquo particulari; non autem prima principia ejus. 1-2. q 94. 4. c ad 2 et 5. o. et q. 97 1 ad 1.

34. Lex Dei scripta corrigit legem naturæ, supplendo; vel ut corrupta erat in cordibus aliquorum. 1-2. q. 94. 5 ad 1. et 3. ꝑ q. 61. 3 ad 2.

35. Lex naturalis non potest deleri de corde alicujus quoad prima principia, et in universali; sed tantum in particulari, vel quoad conclusiones. 1-2 q. 94. 6. o. et q. 99 2 ad 2.

36 Lex naturæ fuit offuscata in gentilibus, quoad multa. 1-2. q. 94 4. 5 6 o. et q. 98. 6. c. ad 1. et q. 99 2 ad 2 et q 100 5 ad 1. et 2-2 q. 22. 1 ad 1. et q. 154. 1 ad 1. et 3. ꝑ q. 60. 3 ad 3. et q. 61. 3 ad 2. et q. 70 2 ad 1.

37. Lex naturæ sic corrupta fuit apud Germanos, quod latrocinium non reputarent peccatum. 1-2. q. 94. 4. 6. c.

38. Lex æterna et ratio seu conceptus gubernationis rerum in Deo. 1-2. q 91. 1. o. et q. 93. 1. o. et 3. 4. c et 5 ad 3.

39. Lex æterna secundum essentiam est nota beatis tantum; sed in suis effectibus nota est omni creaturæ rationali 1-2. q. 19. 4 ad 3 et 5. 6 o. et q. 93 2 o.

40. Lex æterna comparatur ad ordinem rationis, sicut ars ad artificiatum; ideo ejusdem rationis est aliquid esse contra utrumque. 1-2 q. 71 2 ad 4

41. Omnis lex, inquantum justa est, derivatur a lege æterna. 1-2. q. 93. 3. o.

42 Omnia regulantur lege æterna, et participant eam, inquantum ex ea inclinantur in proprios actus et fines. 1-2 q. 91. 2 o

43. Aliquid subditur legi æternæ dupliciter, scilicet, secundum cognitionem, ut creaturæ rationalis tantum; vel per aliquod principium interius, ut omnis creatura. 1-2. q 91. 2. c. ad 3. et q. 93. 5. 6. c.

44. Omnia creata subduntur legi æternæ, non autem ea quæ pertinet ad essentiam Dei. 1-2 q. 91. 2 c. et q. 93. 4. 5. 6 o

45. Voluntas Dei secundum se non subditur legi æternæ, nec gubernationi Dei, sed tantum secundum volita creata. 1-2. q 93 4 ad 1.

46. Filius Dei, secundum humanitatem, legi æternæ subditur, sed secundum deitatem, est ipsa lex æterna, per appropriationem 1-2. q. 93. 1 ad 2. et 4 ad 2. et 6 ad 1

47. Beati et damnati subduntur legi æternæ, per quam meruerunt, et conservantur in beatitudine, vel miseria 1-2 q. 93 6 ad 3.

48. Boni perfectius subduntur

legi æternæ quam mali, quantum ad cognitionem, et inclinationem ad bonum, sed secundum passionem est e converso. 1-2 q. 93. 6. c

49 Prudentia carnis subditur legi æternæ, secundum passionem, non autem secundum actionem. 1-2. q 93. 6 ad 2.

50. Irrationalia, defectus, et omnia contingentia omnium naturalium subduntur legi æternæ, non autem legi humanæ 1-2. q. 93. 5. o et 1-2. q 93. 6 c.

51. Lex divina est necessaria, præter legem naturalem et humanam. 1 ª q. 1. 1. o et 1-2 q. 91. 4. o. et 3. ª q. 60. 5 ad 3.

52. Lex divina est participatio legis æternæ, in ordine ad finem supernaturalem, sicut lex naturalis, ad finem naturalem 1-2 q. 91. 4. c ad 1.

53. Sicut gratia præsupponit naturam, sic lex divina præsupponit legem naturalem 1 2 q. 99. 2 ad 1

54. Ea quæ sunt necessaria ad salutem, cadunt sub præceptis divinæ legis 1-2. q. 3. 2. c. et q. 140. 2. c

55. In lege De aliqua præcipiuntur, quia bona sunt, et aliqua e converso; et aliqua prohibentur, quia mala sunt, et aliqua e converso. 2-2. q. 57. 2 ad 3.

56. Finis legis divinæ est beatitudo æterna, humanæ vero est temporalis tranquillitas civitatis. 1-2. q. 98. 1. c et q. 100. 2. 5. c.

57. Lex divina principaliter intendit amicitiam hominum ad Deum, sed lex humana, hominum ad invicem. 1-2. q 99. 2. 3. c. et q. 100. 2 5 c.

58. Lex divina principaliter ordinat homines ad Deum; sed ordinat homines ad invicem, secundum quod convenit ordine ad Deum, humana vero e converso. 1-2. q. 99. 3. 4. c. et q. 110. 2. 5 c.

59. Lex divina sufficienter ordinat ad omnem actum virtutis, non autem lex humana. 1-2 q. 100. 2. o. et 2-2. q 140. 2. c.

60. Lex humana proponit præcepta tantum de actibus justitiæ, vel aliarum virtutum, sub ratione justitiæ; divina vero, de actibus omnium virtutum, vel obligando, vel consulendo. 1-2. q. 100. 2. o.

61. Lex divina se extendit ad actus interiores, et exteriores, sed lex humana, tantum ad actus exteriores. 1-2. q. 91. 4. c. et q. 8. 1. c. et q. 100. 2. 9. c.

62. Lex divina prohibet et punit omnia peccata, non autem lex humana. 1-2 q. 91. 4 c. fin. et q. 93. 3 ad 3. et q 96. 2. o. et 3. ad 1. et q. 98. 1. c. et 2-2. q 69. 2 ad 1. et q. 77. 1. ad 1. et q. 78. 1 ad 4.

63. Leges humanæ antiquæ continent quædam fabulosa et falsa, non autem lex divina 1-2. q. 99. 3. c

64. Lex divina distinguitur in legem veterem, et legem novam, non sicut in species omnino diversas, sed sicut in imperfectum et perfectum in eadem specie. 1-2. q. 51. 5. o. et q. 107 1 o.

65. Lex vetus est æterna quoad moralia, et quoad veritatem quam figurabant ceremonalia, non autem aliter. 1-2. q. 103. 3 ad 1.

66. Lex vetus convenienter data est tempore Moysis: primo quidem contra malos, ad comprimendam eorum duritiam, et superbiam, et in eo quod scire se, et posse putabant quod non valebant; secundo vero ad bonorum auxilium, quo facilius et securius ad spiritualia nutrirentur. 1-2 q. 98 6. o. et 3 ª q. 70. 2 ad 2.

67. Lex vetus differt a lege naturali, non ut ab ea pœnitus aliena, sed ut aliquid ei supperaddens. 1-2. q. 89 2 ad 1.

68. Lex vetus erat bona, quia consonabat rationi, reprimendo concupiscentias, sed erat imperfecta, quia non poterat sufficienter ad finem inducere. 1-2 q 98. 1. c. 2 ad 1.

69. Lex vetus prohibebat omnia poccata. 1-2. q. 98. 1. c.

70. Lex vetus non conferebat gratiam, quia hoc Christo reservaba-

tur. 2-2 q. 98. 1. o. et q 99. 2 ad 3. et q. 100. 12. o.

71. Finis veteris legis erat justificatio hominum, quam tamen efficere non poterat, sed eam figurabat factis ceremonialibus, et promittebat verbis. 1-2. q. 107. 2. c.

72. Lex vetus secundum sensum exteriorem promittebat tantum temporalia; sed secundum sensum spiritualem promittebat spiritualia et vitam æternam. 1-2. q. 114. 10.ad 1.

73. Lex vetus occidebat, non quidem effective, sed occasione accepta, non autem data. 1-2. q. 98. 1 ad 2. 2 ad 3.

74. Lex vetus induxit pœnam servitutis, in casu duplici tantum, scilicet servitutem perpetuam in servo nolente ingredi, et temporalem, in fure non valente solvere. 1-2. q. 105. 2 ad 10.

75. Lex vetus bene statuit de loco judicii, de judicibus et testibus. 1-2. q. 105. 2. c. ad 7 et ad 8.

76. Lex vetus data fuit solis Judæis, non quidem propter merita eorum, sed propter promissiones Dei de Christo. 1-2. q. 98. 4. o. et 5. c.

77. Lex vetus data fuit duris in flagellum, proficientibus in pædagogum, perfectis autem in signum et solatium. 1-2. q. 101. 1. 3. c.

78. Gentiles non obligabantur ad legem veterem, quoad ceremonialia, vel judicialia; sed ad præcepta naturæ secundum se non autem ex lege veteri. 1-2. q. 98. 5. q. et 2-2. q. 85. 4 ad 1.

79. Lex vetus neminem excludit a cultu Dei, sed tantum a civilitate. 1-2. q. 105. 3 ad 1 et ad 2.

80. Lex vetus ordinabat ad Christum, perhibendo testimonium, et disponendo ad eum. 1-2. q. 98. 2. c. et q. 99. 6. c.

81. Status veteris legis institutus fuit ad figurandum mysterium Christi. 1-2. q. 102. 4. c.

82. Status veteris legis non fuit immutatus ante Christum, quoad impletionem, sed quoad conditionem populi. 1-2. q. 102. 4 ad 2.

83. Christus implevit legem veterem opere et doctrina tripliciter, scilicet, exponendo, dando modum melius observandi, et superaddendo. 1-2. q. 107. 2. o. et 4 ad 3.

84. Christus in omnibus conversatus est secundum præcepta veteris legis. 3.ª q. 37. o. et q. 40. 4. o. et q. 47. 2 ad 1.

85. Lex vetus dabatur populo adhuc imperfecto, in comparatione ad perfectionem quæ erat futura per Christum. 1-2. q. 99. 6 c.

86. Lex nova continetur in lege veteri virtualiter, ut perfectum in imperfecto, et implicite; non autem explicite et in actu. 1-2. q. 107. 3. o.

87. Lex vetus assimilatur puero, ut imperfecta; nova autem assimilatur viro, ut perfecta. 1-2. q. 91. 5. c. ad 1. et q. 98. o. et 2 ad 1 et ad 2. et q. 99. 6. c. et q 106. 3. c. et q. 107. 1. c. ad 2. et 2. 3. 4. c. et 2-2. q. 1. 7 ad 2

88. Lex nova implet legem veterem, exhibendo quod lex vetus promittebat et figurabat, sed evacuat eam quoad ceremonialia. 1-2. q. 107. 2. o. et 2-2 q. 104. 6 ad 2.

89. Lex nova dicitur gratia fidei, quia principaliter est ad gratiam, secundario autem est ad ceremonialia et sacramentalia. Lex vetus autem e converso. 1-2. q. 107. 1 ad 3. et q. 108. 1. o.

90. Lex vetus est via ad legem novam, sicut lex nova ad cœlestem Ecclesiam, seu ad cœlestem hierarchiam. 1-2. q. 101. 2. c. et q. 106. 4 ad 1. et 3.ª q. 61. 4 ad 1.

91. Utraque lex fuit ab uno Deo, sed lex vetus in lapidibus, nova vero in corde. 1-2 q. 98. 2. 3. o. et q. 106. 2 ad 3. et 4. ad 3. et q. 107. 1. c. fin.

92. Lex vetus cohibebat manum, id est, actus exteriores, per pœnas temporales, non autem animum, id est actus interiores; nova autem cohi-

bet utrumque, per æterna. 1-2. q. 107. 1 ad 2.

93. Lex nova principaliter promittit spiritualia, et ordinat actus etiam interiores, et ex amore; ideo perfectior est lege veteri quæ habet opposita. 1-2. q. 91 5. o. et q. 99. 6. o et q. 107. 1 ad 2. et q. 108. 1. o. et 2-2. q. 95. 2 ad 3. et q. 144. 1 ad 1.

94. Lex vetus est gravior lege nova quoad ceremonialia, et quoad dispositionem subditorum, sed quoad actus virtutum, est e converso. 1-2. q. 107. 4. o.

95. Lex nova addit consilia super præcepta, non autem lex vetus. 1-2. q. 108. 4. o.

96. Lex nova dicitur lex veritatis, lex vetus autem dicitur lex umbræ, vel lex figuræ. 1-2. q. 107. 2. c.

97. In lege nova dantur præcepta fortitudinis, ad pugnandum spiritualiter, et ad patientiam temporalium malorum; non autem ad pugnam corporalem sicut in lege veteri. 2-2. q. 140. 1 ad 1.

98. Lex nova nihil instituit ad cognoscendum futura, sicut lex vetus, quia terrena sunt; fuerunt tamen in Novo Testamento etiam aliqui, prophetiæ spiritum habentes, qui multa de futuris eventibus prædixerunt. 2-2 q. 95. 2 ad 3.

99. Lex nova nihil determinat circa ceremonialia vel judicialia, nec præcipit alia moralia quam lex vetus. 1-2. q. 108. 2. o. et 3 ad 2 et ad 3.

100. Lex nova principaliter est gratia Spiritus sancti, secundario autem est circa quædam disponentia ad gratiam, et ad usum ejus: ideo principaliter est indita, et secundario scripta. 1-2. q. 106. 1. o. et 2. 3. c. et q. 107. 1 ad 2 et ad 3 et q. 108. 1. c. ad 1.

101. In lege nova nihil continetur, nisi pertinens ad gratiam Spiritus sancti, vel disponens intellectum per fidem et affectum, vel ad usum gratiæ. 1-2 q. 106. 1 ad 1.

102. Lex nova est lex gratiæ, et pietatis. 1-2. q. 106. 3. c. fin.

103. Lex nova dicitur lex libertatis, quia non præcipit actus exteriores nisi sacramentorum, vel habentes necessitatem ad gratiam, nec prohibet, nisi contraria gratiæ. 1-2. q. 108. 1. 2. o. et 4. c.

104 Lex nova bene ordinat omnes actus interiores hominis ad se, ad proximum, et ad Deum, 1-2. q. 108. 3. o.

105. Nullus status potest esse perfectior statu novæ legis, quia lex nova immediate introducit ad ultimum finem. 1-2. q. 106. 4 c. et q. 108. 4. o.

106. Lex nova non debuit dari a principio mundi, triplici ratione: prima, scilicet quia lex nova principaliter est gratia Spiritus sancti, quæ abundanter dari non debuit, antequam impedimentum peccati ab humano genere tolleretur consummata redemptione per Christum; secunda potest assignari ex perfectione legis novæ: non enim aliquid ad perfectum adducitur statim a principio, sed quodam temporali successionis ordine, si cut aliquis prius fit puer, et postmodum vir; tertia sumitur ex hoc quod lex nova est lex gratiæ: et ideo primo oportuit, quod homo relinqueretur sibi in statu veteris legis, ut in peccatum cadendo suam infirmitatem cognoscens, recognosceret se gratia indigere. 1-2. q. 91. 5 ad 2. et q. 106. 3. o.

107. Lex nova proponitur in omni loco, non autem in omni tempore, quia tempus variat statum, non autem locus. 1-2. q. 106. 3 ad 2.

108. Lex nova durabit usque ad finem mundi. 1-2. q. 106. 4. o.

109. Leges humanæ sunt necessariæ ad pacem hominum, et ad virtutes, propter malos, quia non sufficit eis paterna monitio. 1-2. q. 91. 3. o. et q. 95. 1. o.

110. Melius est, secundum Philosophum, omnia determinari per leges, quantum possibile est, quam relinquere arbitrio judicum, triplici ratio-

ne. Primo, scilicet quia facilius est invenire paucos sapientes, qui sufficiant ad rectas leges ponendas, quam multos qui requirerentur ad recte judicandum de singulis; secundo quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant quid lege ferendum sit; sed judicia de singularibus factis fiunt ex casibus subito exortis: facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectum sit, quam solum ex aliquo uno facto; tertio quia legislatores judicant in universali et de futuris; sed homines judiciis præsidentes, judicant de præsentibus, ad quæ afficiuntur amore vel odio, aut aliqua cupiditate; et sic eorum depravatur judicium. 1-2. q. 95. 1 ad 2.

111. Quia ergo justitia animata judicis non invenitur in multis, et quia flexibilis est, ideo necessarium fuit in quibuscumque est possibile legem determinare quid judicandum sit, ut paucissima arbitrio hominum committerentur. 1-2. q. 95. 1 ad 2. fin.

112. Quædam singularia quæ non possunt lege comprehendi, necesse est committere judicibus, puta de eo quod est factum esse, vel non esse, et de aliis hujusmodi 1-2. q. 95. 1 ad 3.

113. Lex humana est dispositio particularis, inventa per rationem humanam, ex principiis communibus legis naturalis 1-2. q. 91. 3. o. et 4. c. et q. 95. 2 o. et 3. 4. c.

114. Lex humana est mensura mensurata a lege divina, et a lege naturali cujus finis est utilitas hominum. 1-2. q. 19. 4. c. et q 95 3. o.

115 Leges humanæ in communi habent rationem, non autem quoad aliquas particulares conditiones, sed ex arbitrio instituentium. 1-2. q. 95. 2 ad 4. et q. 102. 2 ad 3.

116. Leges humanæ non possunt habere illam infallibilitatem, quam habent conclusiones demonstrativæ scientiarum. 1-2 q. 91. 3 ad 3. et 4. c. et q. 96. 1 ad 3. et q. 105. 2 ad 8. et 2-2. q. 120. 1. c.

117. Nulla lex humana habet vim legis, nisi inquantum a lege naturæ derivatur. 1-2 q 95. 2. o.

118. Leges scribuntur ad declarationem juris naturalis et juris positivi, ideo continent utrumque, et instituunt jus positivum, dantes ei robur auctoritatis, non autem juri naturali, sed hoc habet ex natura. 2-2. q. 60. 5. c. ad 1.

119. Lex humana quadrupliciter dividitur, secundum quatuor quæ sunt de ratione ejus, scilicet quod sit a lege naturæ ad bonum commune, a persona publica, et sit regula actuum humanorum. 1-2. q. 95 4. o.

120. Nullus potest condere legem nisi communitas vel persona publica, id est gerens vices ejus. 1-2. q. 90. 3. o. et q. 92 2 ad 2. et q. 95. 4. c. et q. 96. 1. 4. c. et q. 97. 3 ad 3. et q. 98. 3 ad 3. et 2-2. q. 50. 1 ad 3. et q. 57 2 c. et q. 60. 6. c. et q. 67. 1. c.

121. Lex humana debet dari in communi. 1-2. q. 96. 1. o. et q. 98 6 ad 2. et 2-2. q. 147. 3. 4. c.

122. Lex humana datur de aliquo, secundum illud quod frequentius accidit. 1-2. q 84. 1 ad 3. et q. 96. 1 ad 3 et 6. c. ad 3. et q. 102. 6 ad 5. et 2-2. q. 88. 9. 10. c. et q. 120. 1. c. et q. 147. 4. c. et q. 152 2 ad 3. et q. 154. 2. c. fin. et q. 160. 5. c.

123. Lex humana non attendit intensionem observantis, sed actum ejus. 1-2 q 100. 9. c.

124. Lex humana debet esse honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loci, et temporis, necessaria, pro communi utilitate, et clara. 1-2. q. 95. 3. o.

125. Lex est justa, vel injusta tripliciter, scilicet ex fine, ex agente per auctoritatem, et ex forma, id est, secundum æqualitatem proportionis. 1-2. q. 96. 4. c.

126. Lex humana præcipit aliquos actus cujuscumque virtutis, ut ordinabiles ad bonum commune, non

autem omnes; similiter aliquos actus cujuscumque vitii prohibet, non autem omnes. 1-2. q. 93. 3 ad 3. et q. 96. 2. 3. o. et q 100. 2. c.

127. Leges humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, secundum quorum conditionem dantur præcepta fortitudinis. 2-2. q. 140. 1. c.

128. Lex humana non debet servari quando est in damnum, sed recurrendum est ad principem, si periculum non sit in mora. 1-2. q. 96. 6. o. et q. 97. 3 ad 1. et 2-2. q. 60. 5 ad 2 et ad 3. et q. 147. 4. c.

129. Lex humana justa obligat in foro conscientiæ, non autem lex injusta, nisi propter scandalum vitandum in iis quæ non sunt contra Deum. 1-2. q. 96. 4. o. et 2-2. q. 12. 2 ad 1. et q. 60. 3 ad 1.

130. Omnes subditi alicujus potestatis subduntur legibus ejus, vel coacte, ut mali, vel sponte ut boni. 1-2. q. 96. 5. o.

131. Princeps subditur legi suæ, quoad judicium Dei, et sponte, quoad vim directivam, non autem coacte. 1-2. q. 96. 5 ad 3.

132 Nullus subditur legi inferioris, contra superiorem. 1-2. q. 96. 5. c. ad 2.

133. Lex humana potest juste mutari dupliciter, scilicet ex defuctu legislatoris, vel ex mutatione rerum, vel hominum. 1-2. q. 96. 5 ad 3. et 6. o. et q 97. 1 o. et q. 104. 3 ad 2.

134. Lex humana non debet faciliter mutari, nisi propter magnam necessitatem vel utilitatem, quia consuetudo juvat. 1-2. q. 97. 2. o.

Li per quem non est appropriatum, sed proprium filii. 1. ᵖ q. 39. 8. c.

Lia fœcunda, et lippis oculis, significat vitam activam, quæ plus parit, et minus videt. 2-2. q. 179. 2. c.

1. LIBER de infantia Salvatoris est apocryphus. 3. ᵖ q. 35. 6 ad 3. et q. 36. 4. ad 3. et q. 43. 3 ad 1.

2. Liber de mirabilibus sacræ Scripturæ non est Augustini, nec est authenticus. 3 ᵖ q. 45. 3 ad 2

3. Liber de spiritu et anima non est Augustini, nec authenticus. 1. ᵖ q. 77. 8 ad 1. et q. 79. 8 ad 1. et 10 ad 1. et q. 82. 5 ad 2.

4. Liber vitæ dicitur, tripliciter, scilicet conscriptio salvandorum, scriptura eorum per quæ salvantur, id est, utrumque testamentum, et scriptura agendorum, seu jam factorum, scilicet libri aperiendi in die judicii, id est, vis divina, qua cuilibet nota fient facta sua. 1. ᵖ q. 24. 1 ad 1.

5. Liber vitæ est notitia Dei de vita beata cujuslibet in particulari. 1. ᵖ q. 24. o. et q. 39. 8. fin.

6. Liber vitæ in divinis dicitur essentialiter, non autem personaliter, et appropriatur Filio, ratione notitiæ; sed Spiritui sancto, ratione vitæ. 1. ᵖ q. 39. 8. fin.

7. Liber vitæ non est prædestinatio, sed est notitia ejus. 1. ᵖ q. 24.1 ad 4.

8. Liber vitæ et electio sunt tantum de vita gloriæ creaturarum, non autem proprie de vita naturæ, nec de vita gratiæ, nec de vita Dei. 1. ᵖ q. 24. 2. o.

9. Scripti simpliciter in libro vitæ, scilicet prædestinati, nunquam delentur de libro vitæ, sed scripti secundum gratiam delentur de libro vitæ. 1. ᵖ q. 24. 3. o.

10. Sicut potest aliquis deleri de libro vitæ, sic potest in eo scribi de novo, scilicet vel secundum opinionem, vel secundum gratiam, non autem simpliciter. 1. ᵖ q. 24. 3 ad 3.

11. Nullus liber dicitur liber mortis, sicut dicitur liber vitæ, quia electi solent scribi, non autem repudiati. 1. ᵖ q. 24. 1 ad 3.

12 Libri aperiendi in die judicii sunt conscientiæ singulorum, vel sancti utriusque testamenti, vel sententia judicis, vel vis divina ostendens omnia, qua cuilibet nota fient facta sua. 1. ᵖ q. 24. 1 ad 1.

1. LIBERALITAS est virtus dispensandi bene divitias, in usus bonos, sibi, suisque, et aliis. 2-2. q. 117. 1. o.

2. Ad liberalem non pertinet esse promptum ad recipiendum, et minus ad petendum, sed sollicite procurat fructus suarum possessionum, ad liberaliter dandum 2-2. q. 117. 4 ad 3.

3. Propria materia mediata liberalitatis est pecunia, id est, res possessa, sed materia immediata est passio circa pecuniam. 1-2. q. 60. 5. c. et 2-2 q. 31. 1 ad 2. et q. 32. 1 ad 4. et q. 58. 9 ad 2. et q. 117. 2. 3. o. et 6. c. et q. 118. 3. c. ad 2 et q. 157. 1. c.

4. Liberalitas moderatur amo rem pecuniarum, et timorem de amissione earum. 2-2. q. 123. 4 ad 2.

5. Proprius actus liberalitatis duplex, scilicet bene uti pecunia in se et in alio; secundarius autem est, præparare et conservare eas ad bonum usum. 2-2. q. 117. 3. 4. o.

6. Proprius et principalior actus liberalitatis est dare quam accipere, vel acquirere, vel conservare, vel uti pro se. 2-2. q. 117. 4. o. et q. 119. 1 ad 2 et ad 3.

7. Liberalis tristatur quod aliquid detur non convenienter, sed magis quando ipse dat non convenienter, quia plus opponitur actui ejus proprio. 2-2. q. 117. 4 ad 2.

8. Dare aliquid cum concupiscentia retinendi, derogat liberalitati; non autem amicitiæ vel charitati, sed magis ostenditur perfectio ejus. 2-2 q. 31. 1 ad 2.

9. Liberalitas est subjective in voluntate. 1. ᵖ q. 21. 1 ad 1.

10. Dantes omnia pro Christo, non sunt prodigi, sed liberales. 2-2. q. 119. 2 ad 3.

11. Solus Deus est maxime liberalis. 1. ᵖ q. 44. 4 ad 1.

12. Christus omnes divitias contemnendo, ostendit in se summum gradum liberalitatis et magnificentiæ. 3. ᵖ q. 7. 2 ad 3.

13. Omnis virtus theologica et cardinalis est simpliciter, id est, secundum propriam materiam nobilior liberalitate, quæ tamen habet quamdam excellentiam, inquantum est utilis ad multa. 2-2. q. 117. 6. o.

14 Justitia se extendit ad omnes, non autem liberalitas. 2-2. q. 58. 12 ad 1. et q. 123. 12 ad 5.

15. Justitia est simpliciter major liberalitate, quia est communior et fundamentum ejus, et potest esse sine ea, non autem e converso, sed secundum quid est e converso, scilicet ut est ornamentum justitiæ. 2-2. q. 66. 4 ad 1. et q. 123. 12 ad 5.

16. Liberalitas convenit cum justitia, quia utraque est principaliter ad alterum, et circa exteriora, sed prima attendit exteriora ut propria; secunda vero ut sunt alterius, et ratione debiti; ideo liberalitas non est species justitiæ, sed est pars sibi annexa. 2-2. q. 58. 12 ad 1. et q. 117. 2 ad 3. et 3 ad 2. 5. o. et q. 118. 3 ad 2. et q. 134. 4 ad 1. et q. 157. 1. c.

17. Liberalitas est ad se in sumptibus, non autem in dationibus, sed justitia nullo modo est ad se. 2-2. q. 106. 3 ad 1. et q. 117. 3 ad 3.

1. LIBERTAS cujuslibet rei est dominium et potestas sui actus ad opposita. 1. ᵖ q. 83. 3. 4. o.

2. De ratione vel necessitate libertatis non est esse primam causam sui, id quod liberum est. 1. ᵖ q. 83. 1 1 ad 3.

3. Posse velle malum, non est libertas, nec est pars libertatis. 1. ᵖ q. 62. 8 ad 3. et 2-2. q. 88. 4 ad 1.

4. Tota radix libertatis, ut subjectum, est voluntas; ratio autem, ut causa. 1-2. q. 6. 2 ad 2. et q. 17. 1 ad 2.

5. Libertas opponitur necessitati coactionis, non autem necessitati finis. 1. ᵖ q. 82. 1. c ad 1. et 2-2. q. 44. 1 ad 2. et 3. q. 14. 2. c.

6. Libertas prima est debilitata per peccatum, non autem omnino amissa. 1. ᵖ q. 83. 2 ad 3.

1. LIBERUM arbitrium non est habitus proprie, sed est potentia. 1.ᵖ q. 83. 2. o.

2. Liberum arbitrium est idem realiter quod voluntas, secundum quod in ea est virtus intellectus; unde liberum arbitrium esse dicitur facultas voluntatis et rationis. 1.ᵖ q. 83. 3. 4. o. et 1-2. q. 1. 1. c. et 2-2. q. 24. 1 ad 3. et q. 95. 5 c

3. Liberum arbitrium est tantum eorum quæ sunt ad finem. 1.ᵖ q. 19. 1. c. et q. 82. 1. 2. c. et q. 83. 1 ad 5.

4. Liberum arbitrium ut de actibus, est tantum de contingentibus; sed ut de objectis, est etiam de præteritis et necessariis. 2-2. q. 24. 1 ad 3.

5. Liberum arbitrium est per se ordinatum in bonum, nec tendit in malum; nisi sub ratione boni. 1.ᵖ q. 63. 1 ad 4. et 3.ᵖ q. 34. 3. ad 1.

6. Nullius creaturæ liberum arbitrium potest naturaliter esse confirmatum in bono, sed tantum ex gratia. 1.ᵖ q. 63. 1. c.

7. Liberum arbitrium viatoris potest per gratiam confirmari in bono, aliquo modo, non autem simpliciter. 3.ᵖ q. 52. 7 ad 3. et q. 79. 6 ad 1 et ad 2.

8. Liberum arbitrium in damnatis est obstinatum in malo, quod non potest esse in via perfecte. 2-2. q. 14. 3 ad 3. et 3.ᵖ q 52. 6 ad 3. et q. 86. 1. c.

9. Liberum arbitrium est in omni, et solo habente intellectum. 1.ᵖ q. 59. 3. c.

10. Liberum arbitrium est in Deo. 1.ᵖ q. 19. 10. o.

11. Liberum arbitrium est in beatis, et est in damnatis. 3.ᵖ q. 18. 4 ad 3.

12. Homo habet liberum arbitrium. 1.ᵖ q. 83. 1. o. et 1-2. q. 13. 6. o.

13. Homo per peccatum amissit liberum arbitrium, quoad libertatem a culpa et miseria, non autem quoad naturam. 1.ᵖ q. 83. 2 ad 3.

14 Liberum arbitrium non est in brutis. 1.ᵖ q. 59. 3. c.

15. Liberum arbitrium non suscipit magis et minus secundum essentiam, sed secundum dispositionem subjecti; tamen est majus secundum nobilitatem rei, cujus est. 1.ᵖ q. 59. 3 ad 3.

16. Omnis actus humanus est a libero arbitrio vel elicitive, vel imperative. 1-2. q. 1. 1. c.

17. Eligere est proprius actus elicitus libere arbitrii. 1.ᵖ q. 83. 3. 4. o. et 3.ᵖ q. 18. 4. b. et c.

LIBIDO voluntatis gravat peccatum; sensibilis autem leviat. 2-2. q. 154. 3 ad 1. et q. 156. 3. c. ad 3.

Non licere aliquid alicui, contingit dupliciter, scilicet ratione prohibitionis, et ratione defectus. 2-2. q. 187. 1. c.

1. LIGNUM vitæ, et arbor scientiæ boni et mali, sunt materialia, sed significant res spirituales. 1.ᵖ q. 102. 1 ad 4.

2 Lignum vitæ causabat immortalitatem in Adam, per solam fortificationem virtutis; alii vero cibi, restaurando deperditum. 1.ᵖ q. 97. 4. o.

3. Causa principalis immortalitatis Adæ erat virtus supernaturalis ei data; non autem lignum vitæ; sed tamen erat coadjuvans ad continuationem vitæ. 1.ᵖ q. 97. 4. c. fin.

4. Si post peccatum, homo comedisset de ligno vitæ, non potuisset evadere mortem, sed potuisset eam deferre. 2-2. q. 164. 2 ad 6.

1. LIMBUS idem locus et status sanctorum ante adventum Christi dicebatur sinus Abrahæ, ratione requiei; et limbus inferni, ratione defectus gloriæ, non autem sunt omnino diversi. 3.ᵖ q. 52. 2 ad 4.

2. Gaudium magnum erat in eo, de gloria sperata. 3.ᵖ q. 52. 5 ad 1.

3 In limbo patrum erat dolor de dilatione gloriæ, non autem pœna sensibilis pro peccato, sed Christus solvit utrumque, scilicet præservando

a secundo, et dando gloriam. 3.ᵖ q. 52. 2 ad 2. et 5 ad 1.

4. Quia sanctorum animæ ante Christi adventum habebant quietem per immunitatem pœnæ, limbus, sinus Abrahæ dicitur, qui fuit primum exemplum credentium, sed quantum ad id quod sanctis deerat requies desiderii, dicitur infernus. Supp. q. 69. 4. o.

5. Limbus quantum ad qualitatem loci diversus est ab inferno damnatorum, sed quantum ad situm loci, sunt loca continua, nisi quod limbus patrum pars superior inferni esse videtur. Supp q. 69. 5. c.

6. Cum pueris in limbo nulla adsit spes beatæ vitæ, quæ patribus aderat, qualitate præmii et pœnæ limbus puerorum differt a limbo patrum, non autem situ, etsi requies patrum in superiori loco esse credatur. Supp. q. 69. 6. o.

7. Sive in statu consequendi pro meritis bonum sive malum, constitutæ sint animæ corporibus exutæ, convenienter quinque loca distincta sunt, scilicet paradisus, limbus patrum, purgatorium, infernus, et limbus puerorem. Supp q. 69. 7. c.

LIMUS est terra permista aquæ, ideo corpus hominis dicitur componi ex eo, id est, ex quatuor elementis. 1.ᵖ q. 91. 1. o.

1. LINGUA infirmi, quæ infecta est cholerico, et amaro humore, non potest percipere aliquid dulce, sed omnia videntur ei amara. 1.ᵖ q. 75. 2 c. et q. 111. 4. c.

Linguarum donum est gratia gratis data, et necessaria fuit duplici ratione, scilicet ut primo discipuli Christi per universum orbem discurrentes fidem ejus ubique prædicarent; et ut sicut gentibus ad idolatriam declinantibus, introducta est diversitas linguarum, ita etiam quando erant gentes ad cultum unius Dei revocandæ, contra hujusmodi diversitatem, remedium adhiberetur, per donum linguarum. 2-2. q. 176. 1. o.

Christus habuit donum linguarum, quo tamen non est usus; quia tantum in una gente prædicavit. 2-2. q. 176. 1 ad 3. et 3.ᵖ q. 7. 7 ad 3.

LITIGIUM proprie est contradictio in verbis, non ex defectu amoris animos unientis, sed ex hoc quod quis non veretur contristare personam: primum est contentio, et pertinet ad discordiam contrariam charitati; secundum contrariatur amicitiæ vel affabilitati, non autem mansuetudini vel temperantiæ, licet oriatur aliquando ex ira, vel concupiscentia generali, et ex multis aliis. 2-2 q. 116. 1. o.

LITTERA. Litterarum figuræ quibus tria et sex repræsentant Græci, satis sunt propinquæ apud eos. 3.ᵖ q. 46. 9 ad 2. fin.

1. LOCA. Inter quælibet duo loca, sunt infinita loca, tam divisibilia, quam indivisibilia. 1.ᵖ q. 53. 2. c.

2. Respectus et inclinatio, et ordo corporis gravis ad locum medium, est relatio realis. 1.ᵖ q. 28. 1. c.

3. Esse in loco dicitur dupliciter, scilicet sicut esse in aliqua re. vel esse sicut locatum in loco. 1.ᵖ q. 8. 2. c.

4. Esse in loco contingit dupliciter, scilicet circumscriptive et diffinitive. 1.ᵖ q. 52. 1. o.

5. Quod est in aliquo loco totum, totalitate essentiæ, potest simul esse extra; non autem totalitate quantitatis. 1.ᵖ q 8. 2 ad 3.

6. Incorporalia sunt in loco. 1.ᵖ q. 8. 2 ad 1 et ad 2.

7. Deus non est in loco circumscriptive neque deffinitive, quia est ubique 1ᵖ q 52. 2. c. fin. et 3.ᵖ q. 52 3 ad 3.

8. Deus dicitur esse in loco metaphorice, quia implet locum causalitate effectuum, non autem distantia dimensionum. 1.ᵖ q. 8. 2. c.

9. Deus est in loco, non quidem ut quid mensuratum loco, sed ut dans virtutem loco, locandi et continendi. 1.ª q. 8. 2. c.

1. LONGANIMITAS est virtus, qua habetur animus tendendi in aliquid distans in longinquum, et convenit dupliciter cum patientia, sed magis cum magnanimitate, scilicet primo quidem, quia, patientia sicut et fortitudo, sustinet aliqua mala, propter aliquod bonum; quod si ex propinquo expectetur, facilius est sustinere; si autem in loginquum differatur, difficilis est expectatio; secundo quia hoc ipsum quod est differri bonum speratum natum est causare tristitiam; et sic secundum quod sub eadem ratione mali contristantis, potest comprehendi et dilatio boni sperati, quæ pertinent ad longanimitatem, et labor quem homo sustinet in continuata executione boni operis, quod pertinet ad constantiam, tam longanimitas quam etiam constantia sub patientia comprehenduntur. 1-2. q. 70. 3. c. et 2-2. q. 17. 5 ad 3. et q. 136. 5. o.

2. Longanimitas magis respicet spem quam timorem, vel audaciam, vel tristitiam, sicut etiam magnimitas. 2-2. q. 136. 5. o.

1. IN diversis linguis, sunt diversi modi loquendi. 1.ª q. 39. 3 ad 2.

2. Deus loquitur angelis vel hominibus, ostendendo aliquid; et fortassis Deus primis hominibus antea loquebatur, sicut cum angelis loquitur, ipsa incommutabili veritate illustrans mentes eorum, etsi non tanta participatione divinæ essentiæ, quanta capiunt angeli, secundum Augustinum. 1.ª q. 94. 1. c. fin.

3. Loqui videntur bruta, per illusionem Simonis Magi, vel operante dæmone, sicut et asina Balaam, per angelum. 2-2. q. 165. 2 ad 4.

LOTH culpandus est secundum Augustinum, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit. 2-2. q. 165. 4. c. fin.

LOTIO pedum veteris Testamenti prætermittitur in novo Testamento. et retinetur lotio manuum, quia est in promptu, et idem significat, scilicet perfectam munditiam. 3.ª q. 83. 5 ad 1.

LUCIA verum dixit quod corpus non coinquinatur nisi de consensu mentis. 2-2. q. 64. 5 ad 1.

LUCIFER peccavit gravius cæteris angelis, inquantum in eo minor flexibilitas fuit ad peccatum. 1.ª q. 63. 8 ad 3.

LUDICRA seu jocosa sunt dicta vel facta, in quibus non quæritur, nisi delectatio animalis. 2-2. q. 168. 2. c.

LUDIFICATIO dæmonum mutat homines in bestias, secundum apparentiam tantum, non autem secundum rei veritatem. 1.ª q. 114. 4 ad 2. et 2-2. q. 165. 2 ad 4.

1. LUDUS est in remedium contra fatigationem animalem, dans animæ quietem, id est, delectationem. 1-2. q. 1. 6 ad 1. et 2-2. q. 167. 2 o.

2. Ambrosius reprobat omnes ludus in sacra Scriptura, non autem in aliis. 2-2. q. 168. 2 ad 1.

3. Ludus triplex, scilicet turpis, devotus, et recreativus. Primus debet vitari a quolibet; secundus est laudabilis; tertius debet sumi, sed temperatius a pœnitente. 2-2 q. 168. 4 ad 1.

4. In ludis cavenda sunt, scilicet dicta et facta turpia et nociva, resolutio gravitatis, et indebitæ circumstantiæ. 2-2. q. 168. 2. o.

5. Ludere inordinate ratione recreationis opponitur eutrapeliæ, sed pertinet ad mollitiem, ratione quietis. 2-2. q. 138. 1 ad 3.

6. Defectus ludi est peccatum, sed

minus quam excessus ejus. 2-2. q. 168. 4. o.

7. Excessus ludi duplex, scilicet ratione turpitudinis vel nocumenti, et ratione indebitæ circumstantiæ; primus est peccatum mortale; secundus autem est peccatum veniale, nisi ponatur finis in hoc. 2-2. q. 168. 3. o.

8. Superfluitas ludi pertinet ad ineptam lætitiam filiam gulæ. 2-2. q. 168. 3 ad 3.

9. Peccata ratione solius intentionis excusantur per ludum, nom autem peccata ex sua specie; sed reddunt ludum obscœnum et flagitiosum. 2-2. q. 168. 3 ad 1.

1. LUMEN dupliciter potest inesse alicui, scilicet vel per modum formæ permanentis, vel per modum passionis transeuntis. 2-2. q. 171. 2. c. et q. 175. 3 ad 2.

2. Majus lumen offuscat minus lumen, scilicet alterius illuminantis; non autem minus lumen illuminati; sed perficit ipsum. 3.ª q. 5. 4 ad 2. et q. 9. 1 ad 2.

3. Lumen naturale intellectus nihil aliud est quam manifestatio veritatis. 1.ª q. 67. 1. c. et q. 106. 1. c.

4. In homine est triplex lumen quo non participant bruta, scilicet lumen naturæ, gratiæ et gloriæ. 1.ª q. 106. 1 ad 2.

5. Lumen naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti. 1.ª q. 12. 13. c.

6. Lumen supernaturale intellectus, id est, intellectus qui ponitur donum Spiritus sancti, est quædam acuta perspectio divinorum. 1.ª q. 106. 1 ad 2. et 2-2 q. 49. 2 ad 2.

7. Lumen intelligibile imprimitur divinitus, ad judicandum visa ab aliis, ad intelligendum Scripturas, et ad interpretandum, sicut apostolis ad cognita naturaliter, et ad agenda. 2-2. q. 173. 2. c. fin.

8. Lumen gloriæ non potest esse connaturale alicui creaturæ. 1.ª q. 12. 5 ad 3.

1. Productio plantarum præmittitur productioni luminarium, ad excludendum idololatriam. 1.ª q. 70. 1 ad 1 et ad 4.

2. Luminaria producta sunt primo die, quoad substantiam, sed quoad collationem determinatæ virtutis, producta sunt quarta die 1.ª q. 70. 1 ad 1. et q. 74. 1 ad 4.

3. Luminaria sunt fixa in sphæris, secundum Aristotelem, nec moventur sine suis sphæris, sed oppositum tenet Ptolomæus. 1.ª q. 70. 1 ad 3.

4. Sol dicitur luminare magnum, et luna luminare minus; sed sol propter quantitatem et propter virtutem; luna vero dicitur magna, propter quantitatem apparentem et claritatem, et propter propinquitatem ad nos, et propter manifestos ejus effectus. 1.ª q. 68. 1. c. fin et q 70. 1 ad 5.

1. LUNA plena oritur vespere, et occidit mane: ideo dicitur præesse nocti, quia probabile est quod producta sit perfecta, sicut et plantæ et animalia. 1.ª q. 70. 2 ad 5.

2. Luna non dicitur præesse diei, sicut nocti, licet appareat in die, quia non dominatur diei, propter præsentiam majoris luminaris, scilicet solis. 1.ª q. 68. 1. c. fin. et q. 70. 1 ad 5.

3. Luna secundum proprium motum est velocior sole; sed secundum motum divinum, est e converso. 3.ª q 44. 2 ad 2.

1. LUX seu lumen non est corpus, nec est evidentia coloris. 1.ª q. 67. 2. o. et q. 76. 7. c. et q. 91. 1 ad 2.

2. Lux non est forma substantialis solis, sed est qualitas activa cujuslibet lucentis a se. 1.ª q. 67. 3. o.

3. Lux proprie est tantum in corporibus quantum ad illud a quo sumitur nomen, sed quantum ad illud cui imponitur, magis convenit spiritualibus quam corporalibus. 1.ª q. 67. 1. o. et q. 74. 2. o.

4. Lux non habet contrarium, quia

est qualitas primi alterantis. 1.ᵖ q. 67. 3 ad 2.

5. Lux dicitur esse sine numero, pondere, et mensura, quia virtus ejus se extendit ad omnia corporalia, non autem simpliciter. 1.ᵖ q. 5. 5 ad 5

6 Lux primo creata fuit sol; sed adhuc informis, quoad determinationem virtutis factum quarta die; nec lux erat nubes, nisi secundum similitudinem. 1.ᵖ q. 67. 4. c. et q. 68. 1. c. fin. et q. 70. 1 ad 2. et q. 74. 1. c. ad 4. et 3 ad 5.

7. Lux non videtur per aliquam similitudinem, sed per essentiam suam informat oculum. 1.ᵖ q. 56. 3. c.

8 Lux facit quod color qui est visibilis in potentia, fiat visibilis in actu. 1.ᵖ q. 67. 3 ad 3. et q. 79. 3 ad 2.

9. Eodem actu videtur color et lux, ut ratio videndi, non autem ut objectum. 1-2. q. 8. 3 ad 2 et q. 12. 4. c.

10. Alium effectum facit lux solis, alium lux Jovis; et sic de aliis planetis. 1.ᵖ q. 67. 3. c. q. 70. 1 ad 2.

11. Lux agit ad productionem formæ substantialis, ut instrumentum cœli 1.ᵖ q. 67. 3 ad 3.

1. LUXURIA principaliter est circa voluptates venereas: secundario autem dicit excessum in aliis. 2-2. q. 153. 1. o.

2. Omnis actus luxuriæ est peccatum. 2-2. q. 153. 3. o

3. Omnis actus luxuriæ deliberatus extra limites matrimonii est peccatum mortale; aliter vero est veniale. 2-2. q 35. 3. c. et q. 36. 3. c. et q. 153 3. o.

4. Luxuria est vitium capitale. 2-2. q. 153. 4. o.

5. Peccata luxuriæ inter vitia intemperantiæ sunt maxime exprobrabilia. 2-2. q. 151. 4 ad 3.

6 Species luxuriæ sunt sex, scilicet fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, et luxuria contra naturam. 2-2 q. 154. o.

7. Stuprum aliquando sumitur communiter pro omni peccato luxuriæ. 2-2. q. 154 6 ad 2.

8. Sacrilegium reducitur ad species tres luxuriæ, scilicet vel ad stuprum, vel ad adulterium, inquantum violatur virgo Deo desponsata; vel ad incestum, inquantum est cum cognata spirituali. 2-2. q. 154. 1 ad 3. et 10 ad 2.

9. Peccatum luxuriæ contra naturam non est humanum, sed bestiale. 2-2. q. 142. 4 ad 3. et q 154. 11. o.

10. Vitium contra naturam est gravissimum inter species luxuriæ; secundo raptus; tertio incestus; quarto adulterium; quinto stuprum, et minima fornicatio. 1-2. q. 73. 7. c et 2-2. q. 154. 12. o et q. 170. 1 ad 2.

11. Species luxuriæ contra naturam sunt quatuor, quarum gravissima est bestialitas; secundo sodomia; tertio cum muliere extra naturam; quarto mollities. 2-2. q. 154. 11. o. et 12 ad 4.

12. Circa tempora Abrahæ, humanum genus venerat ad profundissimum peccatorum, scilicet ad infidelitatem, et ad turpissimum vitium contra naturam. 3.ᵖ q 70. 2 ad 1.

13. Filiæ luxuriæ sunt octo, scilicet cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, et desperatio futuri sæculi. 2-2. q. 53. 6. o. et q. 153. 4. 5. o.

14 Gradus luxuriæ quintuplex, scilicet aspectus, cogitatio, delectatio, consensus, et opus 1-2. q 72. 7. c. fin. et ad 3.

15. Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus locutionis, scilicet turpiloquia, stultiloquia, scurrilia, et ludicra. 2-2. q. 153. 5 ad 4.

16. Nulla passio ita deprimit rationem, sicut gula et luxuria. 2-2. q. 53. 6. o. et q. 55. 8 ad 1. et q. 180. 2 ad 3 fin.

17. Homo incurrit quintuplex damnum ex luxuria, scilicet depressionem mentis, exhæredationem, periculum personæ, et periculum rerum,

et impedimentum bonorum operum. 2-2. q. 46. 3. c.

18. Luxuria vix vitari potest, nisi vitetur principium ejus, scilicet aspectus mulieris pulchræ, et præcipue aspectus virginis. 2-2. q. 167. 2. c.

19. Luxuria vincitur fugiendo, sed accidia et cætera vitia resistendo. 1-2. q 35. 6 ad 3. et q. 74. 3 ad 2.

M.

MACERATIO proprie corporis non est accepta Deo, nisi discreta, ut concupiscentia refrenetur, et natura non nimis gravetur. 2-2. q. 88. 2 ad 3. et q. 147. 1 ad 2. et q. 188. 6 ad 3.

1. MACULA in corpore, et macula in anima, contingit dupliciter, scilicet privatione decoris per peccatum mortale, et ex superinductione, per peccatum veniale. 3. ᵖ q. 87. 2 ad 3.

2. Macula peccati est defectus nitoris animæ, scilicet luminis divini, et rationis, et gratiæ, ex inordinato amore temporalium. 1-2. q. 86. o. et q. 89. 1. o et 2-2. q. 87. 6. c.

3. Macula non dicit aliquid positivum in anima, nec privationem tantum, sed in respectu ad suam causam, scilicet ad peccatum: ideo diversorum peccatorum sunt diversæ maculæ. 1-2 q. 86. 1 ad 3. et 3. ᵖ q. 88. 1. c.

4. Macula peccati nihil aliud est quam privatio gratiæ. 1-2. q. 109. 7. c.

5. Actus peccati facit distantiam a Deo quam sequitur macula. 1-2. q. 86. 2 ad 3 et 6. c.

6. Cessante macula peccati, remanet reatus. 1-2. q. 87. 6. o.

7. Remisso peccato quantum ad maculam, semper remittitur pœna æterna, non autem pœna temporalis 1-2. q. 87. 6. c.

8. Macula peccati manet transeunte actu peccati. 1-2. q. 86. 2. o. et q. 87. 6. c. ad 1.

1. MAGI adorantes Christum, secundum Augustinum, fuerunt malefici; sed secundum alios fuerunt sapientes, astrologi, et potentes. 3. ᵖ q. 36. 3. c. ad 2. et 5 c.

2. Magi moti sunt ex Scriptura Seth, ad sequendum stellam, vel ex prophetia Balaam, vel ducti ab angelis, vel inspirati a Deo. 3. ᵖ q. 36. 5 ad 4.

3. Magi, secundum Augustinum, venerunt de remotissimis partibus orientis, per biennium; secundum vero alios, venerunt in diebus tredecim; secundum alios autem, venerunt de prope. 3. ᵖ q. 36. 3 ad 3. et 5 ad 4. et 6. c. ad 3.

4. Magi venerunt ad Christum, tanquam primitiæ gentium, docti a Spiritu sancto, offerentes munera congrua dignitati Christi. 3. ᵖ q. 36. 3 ad 1. et 8 o.

5. Magi amisserunt stellam quadruplici ratione, scilicet propter Judæorum confusionem, propter magorum instructionem, propter instructionem nostram dupliciter: primo quia qui humanum auxilium quærunt, deseruntur ad auxilio divino; secundo instruimur quantum ad hoc, quia qui fideles sumus non debemus quærere signa, sed debemus esse contenti doctrinis prophetarum, quia signa data sunt infidelibus. 3 ᵖ q. 36. 8 ad 3.

6. Herodes post duos annos, a recessu magorum, occidit pueros, quia accusatus ivit Romam; vel territus aliquo periculo, vel credens magos confusos. 3. ᵖ q. 36. 6 ad 3.

MAGIS ET MINUS. Substantia non dicitur magis et minus, sic quod participetur quandoque cum magis et minus in eadem specie; licet una substantia sit perfectior alia. 1. ᵖ q. 93. 3 ad 3. et 1-2. q. 52. 1. c. co. 2.

MAGISTER sententiarum non est authenticus; ideo in multis non tenetur. 1. ᵖ q. 94 4 ad 2. et 2-2. q. 23. 2. o.

1. MAGNANIMITAS importat exten-

sionem animi, vel ad magna absolute vel secundum proportionem. 2-2. q. 129. 1 c et q. 136. 5. c.

2. Magnanimitas est virtus, quia tendit ad maxima, secundum rectam rationem. 2-2. q. 129. 3. o. et q. 130. 2. c.

3. Magnanimitas est circa spem et desperationem. 1-2. q. 60 4. c. fin.

4. Magnanimitas principaliter est circa honores, sed mediate; immediate vero, est circa spem. 2-2. q. 129. 1. o. et 4. 8. c. et q. 128. c. et q. 131. 2. c. et q. 132 2. c.

5. Propria materia ejus est honor magnus, mediocris autem est materia cujusdam virtutis innominatæ. 1-2. q. 60. 5. c. et 2-2. q. 129. 2. o. et 4 ad 1. et q. 130. 2 ad 2.

6. Magnanimitas est circa gloriam quia moderate utitur gloria, sicut et honore 2-2. q. 132. 2. c.

7. Magnanimitas ad duo respicit, scilicet ad honorem, sicut ad materiam, et ad opus magnum, sicut ad finem. 2-2. q. 129. 8. c. et q. 131. 2 ad 1.

8. Ratione primi opponitur ei secundum excessum ambitio, et ratione secundi præsumptio. 2-2. q. 131. 2 ad 1 et ad 2.

9. Ea quæ opponuntur aliis virtutibus opponuntur etiam magnanimitati, secundum quod parva pro magis habentur. 2-2. q. 132. 2 ad 1.

10. Magnanimitas est in irascibili subjective. 1-2. q. 60. 5. c. et 2-2. q. 129. 1 ad 1. et q. 134. 4 ad 1.

11. Magnanimus non quærit honorem tanquam finem, quia hoc reputat parum, sed quærit fieri dignus honore. 2-2. q. 129. 1 ad 3. et 2 ad 3. et q. 131. 1 ad 2.

12 Magnanimus bene utitur magnis et parvis honoribus, quia non extollitur nec frangitur oppositis, sed contemnit. 2-2. q. 129. 2 ad 3.

13. Magnanimus contemnit bona exteriora, ideo non gaudet si acquirat ea, nec tristatur, si perdat ea. 2-2. q. 129. 8. ad 2. et ad 3 et q. 132. 2 ad 1. et ad 2. et ad 3.

14. Magnanimus non est contentiosus quia nihil extrinsecum æstimat magnum. 2-2. q. 129. 1. 3 ad 3. et q. 132. 2 ad 3.

15. Magnanimus non amat pericula, nec timet ea; sed promptissime se exponit periculis magnis. 2-2 q. 129. 5 ad 2.

16. Magnanimus nullo indiget, scilicet modo humano, non autem simpliciter. 2-2. q. 129. 6 ad 1.

17. Magnanimus habet vocem gravem, locutionem stabilem: quia non de omnibus facile contendit aut loquitur, sed de magnis. Non est menor beneficiorum, quia non delectatur in hoc, nisi ut majora compenset. Est tardus et otiosus; quia non vilibus, sed magnis intendit. Utitur ironia, non quæ oponitur veritati, sed quia non omnibus animi magnitudinem ostendit. Cum aliis non potest convivere, sed cum amicis tantum, et magnis. Habet infructuosa, quia magis honesta quærit quam utilia. 2-2. q. 47. 9 ad 3. et q. 129. 3 ad 3 et ad 5.

18. Nullus potest esse magnanimus, nisi virtuosus, qui est habilis ad magna. 1-2. q. 66. 4 ad 3.

19. Magnanimo attribuuntur actus aliarum virtutum, sub ratione excellentiæ, scilicet quod est communicativus, benefactivus, retributivus plurium, veridicus, non planctivus, non incertus, nec fugiens commonentem. 2-2. q. 129. 4 ad 1 et ad 2.

20. Magnanimus magis curat de veritate quam de opinione; nec quærit laudem humanam. 2-2. q. 132 2 ad 1.

21. Magnanimitas est generalis virtus, inquantum operatur magna in qualibet virtute, faciens eam majorem sed est virtus specialis, inquantum ponit specialem modum, circa specialem materiam. 2-2. q. 129. 4. o. et 5 ad 2. et q 134. 2 ad 2.

22. Magnanimitas est ornamentum omnium virtutum. 1-2.q. 66. 4 ad 3. et 2-2. q. 129. 4 ad 3.

23. Magnanimitas superveniens justitiæ auget bonitatem ejus, sed sine justitia, non habet rationem virtutis. 2-2. q. 58. 12. ad 2.

24. Magnanimitas et magnificentia habent connexionem cum omni virtute, secundum principia virtutum, scilicet secundum prudentiam et gratiam, non autem secundum actum. 1-2. q. 65. 1 ad 1. et 2-2. q. 129. 3. ad 2 et q. 134. 1 ad 1.

25. Magnanimitas et magnificentia tenent extremum secundum quantitatem rei; medium autem, secundum regulam rationis. 1-2. q. 64. 1 ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 92. 1. c et q. 129. 3 ad 1. et q. 130. 2. c. q. 134. 1 ad 2 et q. 152. 2 ad 2.

26. Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem, quoad materiam ejus, scilicet quoad honores, et etiam quoad finem ejus, scilicet operari magna. 2 2. q. 129. 8. o.

1. MAGNIFICENTIA est virtus factiva magnorum, et est virtus generalis, si sumatur facere communiter, scilicet pro omni opere; si vero proprie, scilicet pro operatione exteriori, est virtus specialis. 2-2. q. 134. 1 2. o.

2. Materia ejus sunt sumptus magni, præcipue ad cultum Dei; secundo pecunia pro eis; tertio amor pecuniæ 2-2. q 134 1 ad 3. et 2 ad 3. et 3. o

3. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum, cum animi quadam ampla et splendida proportione cogitatio et administratio. 2-2. q. 128. c.

4. Magnificentia est in voluntate subjective 1.ª q. 21. ad 1.

5. Nova oportet ad magnificentiam habere multas divitias, sed oportet sic disponit, quod quando oportet et decet, velit eas optime dispensare; et sic fuit in Christo. 2-2. q. 134. 1 ad 1. et 3 ad 4. et q. 152. 3 ad 3.

6. Magnificus non principaliter facit magnos sumptus pro persona sua, quia non est quid magnum, nisi quæ tantum semel fiunt, ut nuptiæ; vel permanentia, ut donus. 2-2. q. 134. 1 ad 3

7. Magnificentia facit et intendit aliquod magnum, in factibili tantum; sed magnanimitas in omni materia. 2-2. q. 134. 2 ad 2. fin.

8. Magnificentia est in maximis donis et sumptibus, sed liberalitas in mediocribus. 1-2. q. 60. 5. c. co. 2. et 2-2. q. 117. 3 ad 1. et q. 118. 8 ad 4. et q. 128 ad 1. et q. 129. 2. c. fin. et q. 134. 2 3. o. et 4 ad 1. et q. 152. 3. c. et q. 160. 1. c

Crimen læsæ majestatis maxime punitur. 2-2. q. 10. 8. o. et q 11. 3. c. et q. 108. 4 ad 2.

MAJUS dicitur dupliciter, scilicet intensive et extensive. 3.ª q. 1. 4. c.

1. MALEDICERE contingit tripliciter, scilicet enuntiative, id est, detrahendo, causaliter vel imperative et operative, et hoc dupliciter, scilicet per se, id est, sub ratione mali; et sic est peccatum, non autem si per accidens, id est, sub ratione boni duplicis, scilicet justi, sicut judex per sententiam, Ecclesia per excommunicationem, prophetæ conformando se Deo, vel sub ratione boni utilis, scilicet ut aliquis melior fiat, vel ne noceat aliis. 22. q. 76. 1. o. et q. 83. 8 ad 1 et ad 2.

2. Maledicere sub ratione mali est peccatum mortale; et est tanto gravius, quanto plus persona debet amari et revereri, tamen tripliciter est veniale, scilicet ratione parvi mali, vel ratione affectus, scilicet ex joco vel levi motu, vel ratione surreptionis. 2-2. q. 76. 3. o.

3. MALEDICTIO detractio, contumelia, susurratio, et derisio, sunt de male culpæ, et nocent enunciando; ideo sunt secundum se graviora maledictione, quæ est de malo pœnæ optando. 2-2. q. 76. 4. o.

4. Benedictio vel maledictio proprie convenit tantum ei cui potest bene

vel male contingere, scilicet naturæ rationali, vel aliis in ordine ad naturam rationalem auxiliando, sicut Deus maledixit terram, et David montes; vel significando, sicut Christus maledixit ficum; vel continendo, sicut Job maledixit diem, et David montes; vel in ordine ad Deum, et sic est blasphemia; vel secundum se, et sic est quid vanum. 2-2. q. 76. 2. o. et 4 ad 1.

5. Diabolus quoad culpam debet maledici, non autem quoad naturam ejus. 2-2. q. 76. 1 ad 4.

Impotentes ex maleficio perpetuo, et post triennium, alteram quærere copulam possunt, alias minime. Suppl. q. 58. 2. c.

1. MALITIA ex qua dicitur aliquis peccare, est triplex, scilicet habitus cujuscumque vitii, electio mali, et peccatum præcedens. 1-2. q. 78. 1 ad 3.

2. Omnis peccans ex habitu peccat ex certa malitia, et non e converso. 1-2. q. 78. 2. 3. o.

3. Peccatum ex certa malitia, vel ex industria, contingit ex inordinatione voluntatis præponentis minus bonum meliori bono. 1-2. q. 78. 1. o.

4. Peccatum ex certa malitia est gravius peccato ex passione, quia est magis voluntarium, magis durat, et est circa finem; peccatum autem ex passione est circa ea quæ sunt ad finem. 1-2. q. 47. 2. c. et q. 78. 4. o. et 2-2. q. 75. 3. c.

1. MALUM est aliquid, et est ens rationis, non autem ens reale. 1.ª q. 48. 2 ad 2.

2. Malum non est negatio pura, sed privatio boni. 1.ª q. 14. 10. o. et q. 48. 2 ad 1. et 3. c. ad 2. et 5. c. ad 1 et 1-2. q. 25. 2. c. et q. 36. 1. c. et q. 75. 1. c.

3. Nullum ens est malum per essentiam, nec per participationem, sed per privationem participationis 1.ª q. 49. 3. c. ad 4. et q. 65. 1 ad 2 et ad 3.

4. Malum non est cognoscibile, nisi per bonum 1.ª q. 14. 10 ad 4. et q. 48. 1 c.

5. Omnis privatio, inquantum hujusmodi, habet rationem mali; sicut omnis forma habet rationem boni. 1.ª q. 48. 1 ad 1.

6. Mala esse ratio et experientia docent. 1.ª q. 48. 1. ad 5. et 2. c. ad 1.

7. Malum non est existens, id est, aliqua natura, neque est in existentibus, ut pars perfectionis, sed ut privatio in subjecto. 1.ª q. 48. 1. o. et 2 ad 1 et ad 2. et 3 ad 1.

8. Si universaliter malum non esset, universum esset imperfectius. 1.ª q. 22. 2 ad 2. et q. 48. 2. c. ad 3. et q. 49. 2. c.

9. Impossibile est esse summum malum. 1.ª q. 49. 3. o. et q. 103. 7 ad 1. et 2-2. q. 172. 6. c.

10. Malum non habet causam, nisi per accidens. 1.ª q. 49. 1 o. et 3 ad 5. et 1-2. q. 75. 1. c.

11. Omne malum habet causam efficientem et materialem, non autem formalem nec finalem. 1. q. 49. 1. c.

12. Malum est causa per accidens, non autem causa per se. 1.ª q. 48. 1 ad 4. et q. 49. 3. c.

13. Malum duplex, scilicet malum naturæ; et malum culpæ, et utrumque est ut in paucioribus. 1.ª q. 63. 9. o.

14. Malum culpæ secundum totam speciem humanam est ut in pluribus; in aliis autem est ut in paucioribus; sicut etiam malum naturæ. 1.ª q. 49. 3 ad 5. et q. 63. 9 ad 1. et 1-2. q. 71. 2 ad 3.

15. Malum non simpliciter, sed in solis voluntariis duplex, scilicet malum pœnæ, et malum culpæ. 1.ª q. 48. 5. o.

16. Malum pœnæ opponitur bono creaturæ; malum vero culpæ, bono increato. 1.ª q. 48. 6. c et 1-2. q. 79. 1 ad 4.

17. Defectus, malum, peccatum, et culpa, differunt, quia primum dicit negationem, secundum privationem in omnibus, tertium in actione tantum,

quartum in voluntariis tantum. 1.ᵖ q. 48. 5. c. ad 1. et 1-2. q. 21. 1. c. et 2. o.

18. Malum in naturalibus nunquam est in effectu, nisi præexistat aliud malum in agente vel in materia, sed bene in voluntariis. 1.ᵖ q. 49. 1 ad 3.

19. Malum naturæ duplex, scilicet malum naturæ a causa naturali, ut mors naturalis, et privatio boni naturæ a causa non naturali, ut mors violenta. 1-2. q. 42. 2. o.

20. Malum est differentia actus moralis, ratione finis, cui accidit aliqua privatio. 1.ᵖ q. 48. 1 ad 2 et 1-2. q. 18. 5 ad 2. et q. 54. 3 ad 2. et q. 79. 2 ad 3

21. Malum moris ex voluntate contingit per hoc, quod deficit ab ordine rationis et proprii finis. 1-2. q. 71. 2. c. ad 3. et 6. c.

22. Malum per prius dicitur de culpa quam de pœna. 2-2. q. 19. 1. c.

23. Culpa magis habet rationem mali quam pœna. 1.ᵖ q. 48. 6. o. et 2-2. q. 19 1. c. et q. 76. 4. c.

24. Mali semper hic puniuntur spiritualiter, et boni præmiantur, non autem corporaliter. 1-2. q. 69. 2 ad 2.

MAMMONA iniquitatis dicuntur divitiæ, vel quia solas eas esse reputant iniqui, vel quia sunt occasio iniquitatis, vel quia inæqualiter sunt divisæ, vel quia injuste a primo sunt acquisitæ. 2-2. q. 32. 7. 2. c. ad 1.

1. MANDATUM est de meliori, et quod per alios mandatur; sed præceptum est de necessario, et quod quis per se jussit. 1-2. q. 99. 5. c.

2. Differentia inter præcepta, mandata, testimonia, et justificationes. 1-2. q. 99. 5. c.

MANSIONES in cœlis sunt diversi gradus beatitudinis; ideo non sunt in limbo nec in purgatorio. 1-2. q. 5. 2. c. ad 1.

1. MANSUETUDO diversimode numeratur inter beatitudines, fructus, et virtutes 2-2. q. 157. 2 ad 3.

2. Mansuetudo est circa iram. 1.ᵖ q. 21. 1 ad 1. et 1-2. q. 60. 4. b. et c fin. et ad 4. et 2-2. q. 143. c. et q. 157. 1. 2. o. et 3. 4. c. et q. 161 c. ad 4.

3. Mansuetudo præparat hominem ad cognitionem Dei, removendo duplex impedimentum, scilicet iram et contradictionem veritatis. 2-2. q. 157. 4 ad 1.

4. Mansuetudo maxime facit hominem compotem sui. 2-2. q. 157. 4. c. ad 1.

5. Mansuetudo est in irascibili subjective. 3.ᵖ q. 15. 2. c.

6. Homo est naturaliter mansuetus, quia est complexionis temperatissimæ, ideo mitigat iram; sed irasci convenit ei naturaliter, inquantum ratio nunciat causam iræ. 1-2. q. 46. 5 ad 1.

MANUMISSUS reducitur in pristinam servitutem, propter aliquam offensam in dominum ejus 3.ᵖ q. 88. 3 ad 2.

MANUS est organum organorum, quia facit omnia instrumenta; et est loco omnium instrumentorum. 3.ᵖ q. 83. 5 ad 1.

MARCUS amputando sibi pollicem ne fieret sacerdos, non peccavit, quia creditur fecisse hoc ex instinctu Dei. 2-2. q. 185. 2 ad 3.

1. MARE: fluxus et refluxus maris est ei naturalis, quia est ex motu lunæ, cui aqua naturaliter subditur. 1.ᵖ q. 105. 6 ad 1.

2. In aquis maris sunt duo mira, scilicet primum quod non cooperiant totam terram contra naturam, cum sint etiam altiores ea; secundum vero, quod semper mare est ejusdem quantitatis. 1ᵖ q. 69. 1 ad 2.

3. Divisio maris Rubri fuit mira tripliciter, scilicet ratione soni vento-

rum, tantæ aquæ, et tantorum effectuum. Ibidem.

1. MARIA et Joseph erant de eadem tribu, et de semine David. 3. ᵖ q. 28 1 ad 2. et q. 31. 2 ad 1.

2. Maria fuit de stirpe Aaron, non quidem secundum successionem generis masculini, sed propter affinitatem contractam ex matrimonio, sibi enim duæ tribus in matrimonio jungebantur, scilicet sacerdotalis, cujus erat Aaron, et regia, cujus erat Maria. 3. ᵖ q. 29. 1 ad 4. et q. 31. 2 ad 2.

3. Maria nata est ex Melchi, Salomone, Jeconia, et Heli 3. ᵖ q. 31. 2 ad 3. et 3 ad 2.

4. Quicquid acceptum a parentibus fuit in Maria, fuit pars ejus actu; ideo non fuit in Christo. 3. ᵖ q. 31. 6. c.

5. Maria in ventre matris suæ non habuit usum liberi arbitrii, quia hoc est privilegium Christi. 3. ᵖ q. 27. 3. c.

6. Maria habuit tantam claritatem in facie, quod Joseph non cognoscebat eam sensibiliter. 3. ᵖ q. 28. 3 ad 3.

7. Maria fuit sanctificata, priusquam nata ex utero. 3. ᵖ q. 27. 1. o. et 2 ad 2.

8. Maria non potuit sanctificari in parentibus, nec in conceptione ejus, nec ante infusionem animæ rationalis 3. ᵖ q. 27. 1 ad 1. et 2. o.

9. Maria fuit bis sanctificata, scilicet in utero matris, et quando concepit Christum; in prima fomes fuit ligatus, in secunda vero totaliter ablatus. 3. ᵖ q. 27. 3. o. et 4 ad 1. et 5 ad 2.

10. Major sanctificatio fuit in Maria quam in Joanne Baptista, et major in eo quam in Jeremia. 3. ᵖ q. 27. 6 ad 1.

11. Maria super omnes post Christum habuit plenitudinem gratiæ. 3. ᵖ q. 7. 20 ad 1. et q. 27. 1. c. et 5. o.

12 Maria habuit triplicem perfectionem gratiæ, scilicet in ejus sanctificatione, in conceptione Christi, et in ejus glorificatione; tertia est potior secunda, et secunda quam prima. 3. ᵖ q. 27. 5 ad 2.

13. In prima perfectione gratiæ, Maria mundata fuit a culpa originali, in secunda a fomite, et in tertia ab omni miseria 3. ᵖ q. 27. 5 ad 2.

14. In prima adepta est gratiam inclinantem ad bonum; in secunda fuit confirmata in gratia, et adepta est gratiam consummatam et confirmantem eam in bono; et in tertia adepta est gratiam consummatam et perficientem eam in fruitione omnis boni. 3. ᵖ q. 27. 5 ad 2

15. Plenitudo gratiæ, et observatio consiliorum, inchoavit in beata Maria, sed primum fuit in ea perfecte, et secundum perfecte cœpit in Christo. 3. ᵖ q. 28. 4 ad 2.

16. Maria est perfecte beata secundum corpus, quia cum corpore assumpta est in cœlum. Credimus enim quod post mortem resuscitata fuerit, et portata in cœlum. 3. ᵖ q. 27. 1. c. et q. 83. 5 ad 8.

17. Maria habuit donum prophetiæ, sapientiæ, et miraculorum, sed non secundum omnem usum. 3. ᵖ q. 27. 5 ad 3.

18. Puritas Mariæ fuit maxima sub Deo. 1-2. q. 81. 5 ad 3. et 3. ᵖ q. 27. 2 ad 2.

19. Maria meruit Christum portare, id est, meruit gradum puritatis et sanctitatis, quo congrue esset mater Dei, non autem incarnationem Dei. 3. ᵖ q. 2. 11 ad 3

20. Quamvis beata virgo Maria sit super omnes angelos exaltata, non tamen est exaltata usque ad æqualitatem Dei, vel ad unionem in persona; et ideo non dicitur sedere ad dexteram, sed astare a dextris, inquantum honor filii aliquo modo participative, non plenarie redundat in ipsam inquantum mater Dei dicitur, sed non Deus. 1. ᵖ q. 25. 6 ad 4. et 3. ᵖ q. 25. 5. o.

21. Maria fuit vere mater Christi. 3.ª q. 35. 3. o.

22. Matrimonium verum fuit inter Mariam et Joseph, habuitque triplex bonum, et utramque perfectionem requisitam, præter coitum, et nuptiæ factæ sunt. 3.ª q. 20. 2. o. et 4. d. 30. q. 2. 2. o. et Opus. 60. co. 2. co. 3 et Matth. co. 20. fin.

23. Maria fuit expers maledictionis Evæ, quia peperit sine dolore, et non multiplicavit conceptus, nec fuit subjecta viro. 3.ª q. 30. 2 ad 2. et q. 35. 6 ad 1.

24. Angelus prius apparuit Mariæ quam Joseph. 3.ª q. 30. 2 ad 2.

25. Angelus excellentius apparuit Mariæ quam Joseph. 3 ª q. 30. 3 ad 2.

26. Maria secundum aliquos non fuit turbata in visione angeli, quia assueta erat visionibus angelorum; sed in sermone ejus, ex admiratione dictorum. 3.ª q. 13. 3 ad 3.

27. Non inconveniens est quod angelus instrueret Mariam, quia Maria erat inferior eo secundum statum, licet esset e converso secundum prædestinationem. 3.ª q. 30. 2 ad 1.

28 Maria est super omnes ordines angelorum. 3.ª q. 30. 2 ad 1.

29. Spiritus sanctus fecit duplicem purgationem in Maria, scilicet præparatoriam ad conceptionem Christi, colligens mentem ejus in unum; secundam vero a fomite, mediante conceptione Christi. 3.ª q. 27. 3 ad 3.

30. Purgatio prima fuit ad removendum transfusionem peccati originalis, ut digna esset Christo. 1-2. q. 81. 5 ad 3.

31. Immunitas a peccato in Maria causabatur ex tribus, scilicet ex ligatione fomitis, gratia inclinante ad bonum, et providentia Dei. 3.ª q. 27 3. c. fin. et 4 ad 1.

32. Maria voluit purgari post partum, non quidem propter aliquam immunditiam, sed propter humilitatem et obedientiam, et ut approbaret legem, et vitaret calumniam 3.ª q. 37. 4. o.

33. Emundatio et confirmatio Mariæ inchoata fuit in prima sanctificatione, sed in secunda consummata est in perfectionem viæ In assumptione vero ejus, in perfectionem gloriæ. 1.ª q. 100. 2 c. et 3.ª q. 27. 5 ad 2.

34. Maria sanctificata fuit in utero a peccato originali, quoad maculam et reatum personalem, non autem a reatu totius naturæ; ideo si ante passionem Christi fuisset defuncta, non intrasset paradisum, nec vidisset Deum per essentiam, sicut nec alii sancti. 3.ª q. 27 1 ad 3.

35. Cum beata virgo Maria credatur omnino fuisse immunis a fomitis inclinatione, propter ejus sanctificationem perfectam, non est pium ponere aliquam pugnam a carne fuisse in ea, cum talis pugna non sit nisi ex fomitis inclinatione, nec tentatio quæ est a carne, sine peccato esse possit, ut patet per glosam; et quamvis non habuerit pugnam per tentationem quæ est a carne, habuit tamen pugnam per tentationem ab hoste, qui nec ipsum Christum reveritus est. 3.ª q 15. 2 ad 3.

36. Fomes in Maria adeo debilitatus est, et extinctus, ut ad peccatum actuale nunquam inclinaretur. 3. q. 27. 3. c. et 4 ad 1. et 5 ad 2.

37. Maria per primam sanctificationem fuit semper immunis ab omni peccato actuali. 3.ª q. 27. 4. o. et 6 ad 1.

38. Tabernaculum veteris legis figurabat Mariam. 3.ª q. 27. 2. c.

39. Festo Neomeniæ succedit festum Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio solis, id est Christi, per copiam gratiæ. 1-2. q 103. 3 ad 4.

1. MARTYRIUM est actus virtutis quadruplicis, scilicet fortitudinis ut elicientis principaliter, patientiæ vero ut elicientis consequenter, sed charitatis ut imperantis, et fidei ut finis. 2-2. q. 124. 1. 2. o.

2. Martyrium est actus maximæ perfectionis, non quidem secundum se, sed ut imperatur a charitate, et ut eam ostendit. 2-2. q. 124. 3. o. et q. 184. 5 ad 3.

3. Martyrium habet quod sit meritorium ex charitate, sine qua nihil valet. 2-2 q 124 2 ad 2.

4. Mors est de ratione martyrii. 2-2. q. 124. 4. o.

5. Confessio cujuscumque alterius veritatis quam fidei non est causa sufficiens ad martyrium ratione materiæ, sed tantum ratione finis, referendo ad Christum. 2-2. q. 124. 5. c. ad 2.

6. Martyrium Joannis Baptistæ celebratur, licet mortuus sit, non quidem pro fide, sed pro reprehensione adulterii. 2-2. q. 124. 5. c.

7. Moriens pro quocumque opere bono propter Deum est martyr Dei, quia causa cujuscumque martyrii est veritas fidei, ut est operans. 2-2. q. 124. 5. c.

8. Vulneratus lethaliter, licet supervivat, habebit aureolam martyrii, sicut sancta Lucia: similiter vulneratus non lethaliter, tamen moriens ex incuria non mortali, ut Marcellus Papa, habebit aureolam martyrii; non autem si afflictio non continentur usque ad mortem, sicut de Sylvestro Papa. 2-2. q. 124. 4 ad 4.

9. Martyrium est de præcepto, secundum præparationem animi tantum. 2-2. q 124. 1 ad 3. et 3 ad 1.

10. Martyrium oblatum debet tolerari patienter, sed non debet quæri; quia non debet dari occasio agendi injuste. 1-2. q. 124. 1 ad 3.

11. Universalis absolutio fit in perceptione baptismi et in martyrio, propter quod dicitur quod in martyrio omnia sacramenta baptismi complentur in virtute passionis Christi, scilicet quantum ad plenam liberationem a culpa et a pœna. 3. ᵖ q. 68. 2 ad 2. et q. 87. 1 ad 2.

Mas et fœmina in hominibus conjunguntur, non tantum propter generationem, ut in brutis, sed etiam propter communicationem operum; ideo in solis hominibus, mas est principium fœminæ, et fœmina facta est ex masculo. 1. ᵖ q. 92. 1. o.

Masculinum genus et fœminium absolute prædicantur tantum de supposito. 1. ᵖ q. 31. 2 ad 4.

Mater dicitur aliqua ex hoc quod concepit et genuit. 3. ᵖ q. 35. 3. 4. c.

1. MATERIA non semper fuit, licet sit ingenerabilis et incorruptibilis. 1. ᵖ q. 46. 1 ad 3.

2 Materia prima est maxime in potentia, et principium imperfectissimum, nec talis potentia materiæ, etiam dato quod sit sua essentia, est potentia ad operationem, sed ad esse. 1. ᵖ q. 4. 1. c.

3. Materia inquantum habet esse saltem in potentia, est similis Deo. 1. ᵖ q. 14. 11 ad 3. et 12. c. fin.

4 Materia non potest esse in alio, cum sit primum subjectum. 1. ᵖ q. 3. 2 ad 3. et 3 ᵖ q. 77. 2. c.

5. Materia prima est sua potentia passiva, sicut Deus est sua potentia activa. 1. ᵖ q. 54. 3 ad 3. et o. 77. 1 ad 2. et q. 115. 1 ad 2.

6. In materia nulla est potentia activa. 3. ᵖ q. 32. 4. c. ad 3.

7. Materia prima dicitur terra, quia est informis; dicitur aqua, quia est receptiva; dicitur abyssus, quia est turpis. 1. ᵖ q. 66. 1 ad 1.

8. Partes habent rationem materiæ, totum vero rationem formæ. 1. ᵖ q. 7. 3 ad 3. et q. 65. 2. c. et 3. ᵖ q. 90. 1. c.

9. Unitas materiæ primæ est tantum in eis quæ conveniunt in generatione et corruptione. 1. ᵖ q. 65. 2. o

10. Materia prima omnium rerum est una, unitate ordinis tantum. 1. ᵖ q. 66. 2 ad 1.

11. Omnium generabilium et cor-

ruptibilium est eadem materia. 1. ᵖ q. 66. 2. c.

12. Materia duplex, scilicet naturalis et mathematica. 1. ᵖ q. 85. 1 ad 2. et 3. ᵖ q. 77. 2 ad 4.

13. Materia triplex, scilicet ex qua, in qua, et circa quam, et tantum tertio modo coincidit cum fine. 1-2. q. 55. 4. c.

14. Duplex est conditio materiæ, scilicet conditio quæ eligitur ab agente, et quæ consequitur naturam materiæ 1. ᵖ q. 76 ad 1. 5. et q. 91. 3. c et 1-2. q. 85. 6. c. et 2-2. q. 164. 1 ad 1.

15. Materia non est divisibilis nisi per quantitatem. 1. ᵖ q. 50. 2. c. et q. 75. 7. c. et q 76 4 ad 4. et 3. ᵖ q. 77. 2. c. fin.

16 Materia prima secundum potentiam non est infinita simpliciter, quia se extendit solum ad formas materiales. 1. ᵖ q. 7 2 ad 3.

17. Materia intelligibilis ponitur in deffinitione quantitatis, non autem materia sensibilis. 1. ᵖ q. 85. 1 ad 2.

18. Materia et privatio distinguuntur realiter secundum Aristotelem non autem secundum Platonem. 1. ᵖ q. 5. 2 ad 1. et 3 ad 3.

19. Quæ non habent materiam, non habent causam sui esse, scilicet quæ transmutet de potentia ad actum, nec aliquam causam formalem. 1. ᵖ q. 61. 1 ad 2. et q. 75. 5 ad 3.

MATHEMATICA scientia non demonstrat per causam efficientem nec per causam finalem, licet habeat eas, quia mathematica accipiuntur, ut abstracta secundum rationem, cum tamen non sint abstracta secundum esse. Unicuique autem competit habere causam agentem, secundum quod habet esse, licet igitur ea quæ sunt mathematica, habeant causam agentem, non tamen secundum habitudinem quam habent ad causam agentem, cadunt sub consideratione mathematica, et ideo in scientiis mathematicis non demonstratur aliquid per causam agentem vel finalem. 1. ᵖ q. 44 1 ad 3.

MATTHIAS electus est forte, id est, per divinum donum, declarans eum electum esse divinitus. 2-2 q. 95. 8. c.

1. MATRIMONIUM est formaliter conjunctio et vinculum animorum, et relatio conjugum: unde conjunctio viri et uxoris est potior quam conjunctio uxoris ad consanguineos viri; non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium, quod est unitas quædam, sicut homo est sibiipsi idem, non consanguineus 3. ᵖ q. 29. 2. c.

2. Matrimonium erat in lege veteri, ut in officium naturæ, et non ut sacramentum conjunctionis Christi et Ecclesiæ, quæ nondum fuerat facta. 1-2. q. 102. 5 ad 3.

3. Inseparabilitas convenit matrimonio, ut est sacramentum, et ut est in officium naturæ, sed primo modo est de prima intentione matrimonii; secundo autem modo, de secunda. 1-2. q. 102. 5 ad 3.

4. Commixtio carnalis est de secunda perfectione matrimonii, non autem de prima. 3. ᵖ q. 29 2. c.

5. Pater non potest cogere filium, ut consentiat ad matrimonium per præceptum, sed potest inducere causam rationabilem, et tunc filius tenetur ad præceptum, sicut ad causam. 2-2. q. 104. 5. c.

6. Quælibet persona libera potest sine consensu parentum contrahere matrimonium, et intrare religionem. 2-2. q. 22. 8 ad 2. et 9. c. et q. 104. 5. c. et 3. ᵖ q. 68. 10. c.

7. Matrimonium, secundum diversos status, institutum est a lege naturæ, Moysis, Christi, et a lege civili. 2-2 q 154. 2. c et 9 ad 3.

8. Finis matrimonii duplex, scilicet finis principalis, id est, generatio et educatio prolis, et finis secundarius, scilicet mutuum obsequium. 2-2 q. 154. 2. c. et 3. ᵖ q 29. 2. c.

9. Actus matrimonii potest esse

sine peccato, et meritorius. 1-2 q 24. 1 ad 1. et 2-2. q 153. 2. o.

10. In matrimonii sacramento confertur gratia. 2-2. q. 100 2 ad 6.

11. Matrimonium non debet esse inter propinquos. 2-2 q. 154 9. c.

12. Defectus ætatis, scilicet ante pubertatem, quæ communiter est in masculo, anno quartodecimo, in fœmina vero in anno duodecimo, impedit matrimonium et dirimit 2-2. q 189 5. c.

13. Servus potest contrahere matrimonium, et vovere continentiam, nesciente domino ejus, vel contradicente; non autem religionem ingredi, vel ordinem suscipere. 2-2. q. 88. 8 ad 2. et q 104 5. c fin.

14. Sex crimina impediunt matrimonium contrahendum solum, scilicet incestus, uxoricidium, raptus alienæ sponsæ, susceptio proprii filii de fonte per dolum, interfectio presbyteri, et pœnitentia solemnis. 2-2. q. 154. 7 ad 3

15. In lege veteri Judæi prohibebantur contrahere matrimonium cum Chananæis, quia Chananæi debebant deleri, et Judæi erant proni ad ritus et mores eorum, propter conversationem cum eis; et cum aliis infidelibus, ubi non erat periculum, permittebantur, sicut patet de Joseph, Moyse, et Esther. 1-2 q. 105. 4 ad 6.

16. Matrimonium de lege naturæ est indissolubile. 2-2. q. 154. 2. c.

17. Matrimonium de jure naturæ vel naturale est, non quia sit a natura, sed quia ad ipsum, propter bonum prolis et mutuum fidele obsequium, maxime natura impellit. Suppl. q. 41. 1. c.

18. Non tenentur homines ex præcepto ad contrahendum matrimonium. Suppl. q. 41. 2. o

19. Cum ad prolis procreationem sit ipsum matrimonium institutum, secundum se semper licitum est. Suppl. q. 41. 3. o.

20. Actus matrimonialis semper meritorius est, si ad ipsum homines religionis vel justitiæ virtute inducantur. Suppl. q. 41. 4. c.

21. Matrimonium est sacramentum. Suppl. q 42. 1. o.

22 Matrimonium quod est in officium naturæ, institutum fuit a Deo ante peccatum, ut remedium vero post peccatum fuit institutum. Suppl. q. 42. 2. c.

23 Matrimonium quod in fide Christi contrahitur, habet quod gratiam conferat ad ea operanda adjuvantem, quæ in matrimonio requiruntur Suppl q. 42. 3. c.

24. Carnalis commixtio non ad primam, sed ad secundum spectat matrimonii perfectionem. Suppl. q. 42. 4. o.

25. Matrimonium conjunctio quædam est viri et uxoris, ad unam cognationem et prolis educationem et vitam domesticam. Suppl. q. 44 1. c.

26. Matrimonium congrue appellatur matrimonium, nuptiæ ac conjugium, sed diversis rationibus. Suppl. q. 44. 2 o.

27. Matrimonium est quædam indissolubilis maritalis conjunctio inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens. Suppl. q. 44. 3. c.

28. Matrimonialem conjunctionem non nisi aliquo viri ac mulieris consensu fieri certum est. Suppl. q. 45. 1. c.

29. Expressio verborum se habet ad matrimonium, sicut ablutio exterior ad baptismum. Suppl. q. 45. 2. c.

30. Consensus per verba de futuro expressus non facit matrimonium, sed sponsalia. Suppl. q. 45. 3. o.

31. Consensus exterioribus verbis expressus, absque interiori consensu nullum matrimonium facit. Suppl. q. 45. 4. c.

32. Consensus in occulto factus quanquam malus et jure prohibitus, matrimonium tamen facit, si fiat inter legitimas personas. Suppl. q 45. 5 o.

33. Consensus per verba de futuro expressus nullum efficit matrimonium,

etsi sit aliquo juramento firmatus Suppl. q. 46 1. c.

34. Carnalis copula in foro conscientiæ, quamvis post sponsalia matrimonium non perficiat, in ecclesiæ tamen foro matrimonium efficere judicatur. Suppl. q. 46. 2 o.

35. Quamquam simpliciter consensus coactus in matrimonio esse non possit, potest tamen aliqua in eo secundum quid violentia esse Suppl q. 47. 1. c.

36. Potest aliqua coactio et metus cadere in constantem virum. Suppl. q. 47. 2. o.

37. Consensus coactus ex metu cadente in constantem virum, matrimoniam tollit Suppl. q. 47. 3. c.

38. Consensus coactus ex parte cogentis matrimonium in totum tollit. Suppl. q. 47. 4. o.

39. Consensus ex conditione de præsenti non contraria matrimonio, vel de futuro et necessaria, matrimonium non tollit Suppl. q. 47. 5 c.

40. Cum per matrimonium homo perpetuæ mancipetur servituti, non potest pater cogere ad matrimonium, quanquam illum ex aliqua rationabili causa ad ipsum possit inducere. Suppl. q. 47. 6. o.

41. Consensus matrimonium faciens non est consensus in carnalem copulam, sed in matrimonium in ordine ad carnalem copulam. Suppl. q. 48. 1. c.

42. Matrimonium ex consensu ob inhonestam causam verum matrimonium est, quanquam culpabilis sit hujusmodi consensus. Suppl. q. 48. 2. o

43 Oportuit aliqua bona esse, quibus matrimonii honesta ratio apparet. Suppl. q. 49 1 o.

44. Proles, fides ac sacramentum, prima et potiora sunt bona quibus matrimonii honesta ratio redditur. Suppl q. 49. 2 c.

45. Principalius bonum matrimonii ut dignius, ipsum sacramentum est. Proles vero, id est, prolis intentio maxime essentialis in ipso est, quam sequitur fides; id est, debitum servandæ fidei, deinde sequitur sacramentum. Suppl. q. 49. 3. o.

46. Quanquam minus honesta appareat matrimonii ratio, proles tamen ac fides et sacramentum ipsam maxime honestam reddunt. Suppl. q. 49. 4. c

47. Actus matrimonialis semper culpabilis et peccatum est, nisi prolis intentio, ac mutua inter conjuges fides adsit. Suppl. q. 49. 5. o.

48. Cognoscens uxorem sola libidinis et delectationis causa, nullum aliud bonum matrimonii habitu vel actu intendens, mortaliter peccat. Suppl. q. 49. 6. c.

49. Aliqua expediens fuit esse impedimenta contrahendum matrimonium dirimentia sed non contractum, Ecclesiæ scilicet inhibitio ac feriarum tempus; et aliqua ipsum contractum et contrahendum, scilicet error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, affinitas, impotentia coeundi. Suppl. q. 50. 1. c.

50. Potest toties contrahi matrimonium, quoties alter conjugum mortuus est; moriente enim altero conjugum vinculum matrimoniale tollitur. Suppl. q. 63 1. o

51. Secundum matrimonium est sacramentum, cum in eo reperiantur, quæ sunt de esse sacramenti, scilicet persona legitima, tanquam materia, et expressio consensus per verba de præsenti tanquam forma. Suppl. q. 63. 2. o.

MEDIATOR Dei et hominum est solus Christus principaliter; instrumentaliter autem sunt prophetæ, et sacerdotes utriusque Testamenti et angeli; non autem Spiritus sanctus, quia cum sit per omnia Deo æqualis, non potest dici mediator inter Deum et homines: Christus autem etsi sit Deus, tamen est etiam homo. Nec dæmon, quia cum sit immortalis et miser, non conjungere hominem Deo intendit, quod

mediatoris est proprium, sed separare ab illo, et ad miseriam ducere. 3.ᵖ q. 26. 1. o.

1. Medicina duplex, scilicet removens morbum, et promovens ad perfectam sanitatem; prima convenit infirmis, secunda vero sanis. 3.ᵖ q. 80. 4 ad 2.

2. Objectum artis medicinæ est sanitas, quia nihil considerat, nisi in ordine ad eam. 2-2. q. 1. 1. c.

3. Pro necessitate corporis licet uti pretiosis medicinaliter, sed in pertinentibus ad solam decentiam honestatis, debemus esse contenti simplicibus. 3.ᵖ. q. 51. 2 da 3.

4. Quandoque medicina fortis statim inducit sanitatem: sic et habitus corporales, possibile est causari ex uno actu, non autem habitus virtutum. 1-2. q. 51. 3. c. fin.

1. Medicus accipiens in curam, infirmitatem desperatam, nulli facit injuriam. 2-2. q. 71. 3 ad 1.

2. Sapiens medicus permittit minorem morbum, vel procurat, ut curet, vel vitet majorem. 1-2. q 101. 3 ad 3. et 2-2. q. 64. 2 c. et q. 162 6 ad 3.

3. Medicus tenetur gratis curare pauperes, quando nec per se, nec per alios magis conjunctos, nec per eos qui magis possent, valent curari 2-2. q. 71. 1. o.

4. Medicus quadam coactione utitur in freneticum, qui ejus curam non vult recipere; et huic similatur correctio prælatorum, quæ habet vim coactivam, non autem simpliciter correctio fraterna. 2-2. q. 33. 6 ad 1.

5. Medicus non tanto magis sanat quanto majorem dat medicinam, sed quanto medicina est magis proportionata morbo; sic non oportet quod religio tanto sit perfectior quanto majorem habet paupertatem; sed quanto ejus paupertas est magis proportionata fini communi et speciali. 2-2. q. 188. 7 ad 1.

1. Medium et actio transiens est realiter medium inter agens et passum, non autem actio immanens, nisi secundum modum significandi. 1.ᵖ q. 54. 1 ad 3

2. Inter habens et habitum, aliquando nihil est medium, aliquando tantum relatio, et aliquando aliquid per modum actionis et passionis, non autem actio vel passio; et sic est speciale prædicamentum, scilicet prædicamentum habitus. 1-2. q 49. 1 c. ad 2.

3. Inter habitum et privationem quæ est in privari, et aliquid habitus relinquens, potest esse medium, circa proprium subjectum, sicut inter bonum et malum est actus indifferens, non autem inter habitum et privationem quæ est in privato esse, nihil relinquens de habitu 1-2. q. 18 8 ad 1.

4 Inter substantiam et accidens quintum prædicabile datur medium, non autem ut accidens dividitur contra substantiam. 1.ᵖ q. 76. 4 ad 4. et q. 77 1 ad 5.

5 Virtus non est medium inter passiones secundum essentiam, sed secundum effectum, quia constituit medium inter eas. 1-2. q. 59 1 ad 1.

6. In passionibus accipitur medium, per hoc quod attingitur recta ratio, in quo consistit ratio virtutis. 1-2 q. 17 1 ad 1. et 5 ad 2

7. Virtutes theologicæ habent medium per accidens, id est, ex parte nostra, non autem per se, id est, respectu Dei. 1-2 q. 64. 4. o. et 2-2. q. 17. 5 ad 2

8. Quælibet virtus intellectualis consistit in medio, per conformitatem intellectus ad res, scilicet in vero, cujus excessus est affirmatio falsa, defectus autem est negatio falsa. 1 2. q. 64. 3 o. et 4 ad 1 et ad 2.

9. Virtus moralis, respectu materiæ est medium, sed respectu rationis, est extremum. 1-2. q 64. 1 ad 1

10. Medium virtutis moralis attenditur secundum rationem rectam in omni circumstantia, non autem se-

cundum quantitatem absolutam. 1-2. q. 64. 1 ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 92. 1. c. et q. 104. 2 ad 2. et q. 123. 4 ad 3. et q. 147. 1 ad 2.

11. Virtus moralis consistit in medio inter excessum et defectum. 1-2. q. 64. 1. o. et 4 ad 1 et ad 2. et 2-2. q. 17. 5 ad 2 et q. 92. 1. c.

12. Omne medium virtutis est medium rationis; sed solius justitiæ, medium est rei et rationis. 1-2 q. 64. 2. o. et 2-2. q. 68. 10. o. et q. 61. 2 ad 1.

13. Medium justitiæ est æqualitas quam constituit justitia inter aliquos. 3 p. q. 85. 3 ad 2.

14. Medium justitiæ distributivæ sumitur secundum proportionem geometricam; commutativæ vero medium, sumitur secundum proportionem arithmeticam. 2-2. q. 61. 2. o. et 4. c. fin.

1. Mel non offerebatur in sacrificiis Dei, quia offerebatur idolis; et ad excludendum omnem carnalem dulcedinem et voluptatem a sacrificantibus Deo. 1-2. q. 102. 3 ad 14.

Melchisedech dicitur esse sine patre, matre, genealogia, principio, et fine, quia Scriptura non ponit; licet habuerit, quia fuit Sem, primogeniti Noe, ut Hebræi dicunt. 3. p. q. 22. 6 ad 5.

Melius alio aliquid dicitur simpliciter, quod tamen minus proprie recipit alicujus prædicationem; sicut cognitio patriæ, est nobilior cognitione viæ, quæ magis proprie dicitur fides. 2-2. q. 174. 2 ad 3.

1. Membrum omne, et quælibet potentia animæ, operantur toti, et non sibi soli. 1-2. q. 17. 5 ad 2.

2. Caput est membrum, habens virtutem influendi in alia membra, et recipit ab aliis membris nutrimentum et alia obsequia 3. p. q. 8. 1. 6. 7. 8 c.

3. Membra hominis non applicantur operi, nisi de consensu rationis. 1-2. q. 74. 7. o. et q. 77. 7. c. fin.

4. Membra naturalia et instrumenta artificialia, in Scripturis, significant operationes, quarum sunt principia 1. p. q. 3. 1 ad 3

1. Memoria duplex, scilicet conservativa specierum tantum, alia cujus objectum est præteritum ut præteritum; prima est potentia pure cognoscitiva, et est in parte intellectiva, secunda vero in parte sensitiva tantum. 1. p. q. 77. 8 ad 4. et q. 79. 6. o.

2. Memoria quæ est altera pars imaginis, non est præteritorum, quia abstrahit ab omni tempore cum sit in intellectu, et non in parte sensitiva. 1. p. q. 79. 6 ad 2.

3. Memoria intellectiva non differt realiter ab intellectu possibili, sed est habitualis retentio ejus cujus actus est intelligentia, quæ oritur ex memoria, sicut actus ex habitu. 1. p. q. 79. 7. o. et q. 93. 7 ad 3.

4. Memoria sensitiva est thesaurus specierum intentionalium, id est, intentionum sensibilium, cum sensu acceptarum; cujus organum est in extrema parte capitis. 1 p. q. 78. 4. c.

5. Ea quæ magna æstimamus, magis memoriæ infigimus. 1-2. q. 47. 2 ad 3.

6. Consuetudo multum operatur ad bene memorandum 1-2 q. 50 3 ad 3. et 2-2 q. 49. 1 ad 2.

7. Illud quod scribitur, non de facili a memoria labitur, sed succurrit memoriæ. 1. p. q. 24. 1. c.

8. Necessarium est eosdem actus pluries reiterari, ut aliquid firmiter memoriæ imprimatur, quia meditatio confirmat memoriam, secundum Philosophum. 1-2. q. 51. 3. c. et 2-2. q. 49. 1 ad 2.

9. Memoria in angelis potest poni, ut est in mente, non autem ut est in sensu. 1. p. q. 54. 5 ad 2.

10. Memoria intellectiva manet in anima separata, non autem memoria

sensitiva; sed corrumpitur. 1. ᵖ q. 77. 8 ad 4. et q. 89 6 ad 1.

11. Documenta quatuor ad bene memorandum, scilicet similitudines rerum assumere convenientes, nec tamen omnino consuetas, ordinate eas disponere, sollicitudinem circa eas apponere et effectum adhibere, et eas frequenter meditari 2-2. q. 49. 1 ad 2.

1. MENDACIUM dicitur tripliciter, scilicet materialiter, id est, dictum falsum; formaliter, id est, voluntas falsum enunciandi; et effective, id est, voluntas decipiendi. 2-2. q 98. 1 ad 3. et q. 110 1. o.

2. Cupiditas fallendi pertinet ad perfectionem mendacii, non autem ad speciem ejus 2 2. q. 110. 1. c. ad 3.

3. Omne mendacium est peccatum. 2-2. q 69. 1. 2. o. et q. 70. 4. c. et q. 110. 3 o. et 4. b. et q. 111. 1. c. et q. 124. 5 ad 2.

4. Mendacium secundum se dividitur tantum in duas species, scilicet in jactantiam, et ironiam; secundum gradum autem ejus ratione finis, dividitur in perniciosum, jocosum, et officiosum, vel in octo gradus ejus, scilicet quorum primus est in doctrina religionis; secundus quod nulli prosit, et obsit alicui; tertius quod prosit uni, et alteri obsit; quartus quod sit sola mentiendi fallendique libidine; quintus quod sit placendi cupiditate; sextus quod nulli obest, et prodest alicui ad conservandam pecuniam; septimus quod nulli obest, et prodest alicui, ad vitandum mortem; octavus quod nulli obest, et prodest alicui, ad vitandum immunditiam corporalem. 2-2. q. 110. 2. o.

5. Mendacium est peccatum mortale tantum tripliciter, scilicet secundum se, id est, quando est contra charitatem Dei vel proximi, ex intentione, et ratione scandali. 2-2. q. 69. 1. 2. o et q. 70. 4. c et q 110. 4. o

6 Mendacium per se, directe et formaliter opponitur virtuti, quæ dicitur veritas 2-2. q. 110. 1. o. et 2. c.

7. Dicens verum, credens se dicere falsum, dicit mendacium per se, et formaliter, non autem e converso, nisi per accidens et materialiter. 2-2. q. 110. 1. o.

8. Intendens significare falsum nutibus, mendacium dicit. 2-2. q. 110. 1 ad 2.

9. Mendacium verbo, vel facto vel nutibus, est æqualiter peccatum. 2-2. q. 111. 1. c ad 4.

10. Nullus debet dicere mendacium, ut ipse vel alius evadat mortem, vel immunditiam corporalem 2-2. q. 110. 3 ad 4 et q. 113. 1 ad 1.

11. Nec mendacium, nec aliquid quod ex genere suo non est peccatum mortale, est perfectis peccatum mortale, nisi sit contra eorum votum, vel ratione scandali. 2-2 q. 69. 1. 2. o. et q. 70. 4. c. et q. 110. 4 ad 5.

12. Si res visa vel audita recitetur non eodem modo, nec eisdem verbis, non est mendacium (ut patet in Evangelio et in aliis Scripturis divinis, in quibus nihil est falsum). 2-2. q. 110. 3 ad 1.

13. Non servans promissum, propter superveniens impedimentum, vel re mutata, excusatur a mendacio, ut sanctus Paulus. 2-2 q. 110. 3 ad 5.

14. In sacra Scriptura aliqui laudantur dupliciter, scilicet ut exempla perfectæ virtutis, ut Abraham et Jacob; et propter indolem virtutis, ut Judith et obstetrices; primi excusantur a mendacio, quia figuraliter et prophetice locuti sunt; non autem secundi, licet verum dixerint mystice. 2-2. q. 110. 3 ad 3. et q. 111. 1 ad 1 et ad 2.

MENDICITAS duplex, scilicet contraria voluntati, et voluntaria; prima est occasio furti et perjurii, non autem secunda; ideo Christus elegit eam. 2-2. q 187. 5 c et 3. ᵖ q. 40. 3 ad 1.

1. MENS dicitur a metiendo, vel a meminendo. 1. ᵖ q. 79. 9 ad 4.

2. Mens dicitur tripliciter, scilicet

natura intellectiva, intellectus et memoria. 1. ᵖ q. 79. 1 ad 1.

3. Aliquid inhærens menti rationali, est majus ea secundum quid, non autem simpliciter, sed nihil subsistens præter Deum, est majus ea. 1. ᵖ q. 16. 6 ad 1.

1. Menstruus sanguis est in fœminis, loco seminis, et est propria materia corporis Christi et aliorum, non autem semen fœminæ. 3. ᵖ q. 31. 5. o. et 6 ad 3. et q. 35. 3 ad 3.

2. Menstruum non est sanguis primo generatus ex cibis, sed est residuum ejus quod ab ultima digestione nutritiva ministrat generativæ. 3. ᵖ q. 31. 5. c.

3. Menstruum est potentia totum, secundum potentiam passivam; sicut semen viri est potentia totum, secundum potentiam activam. 3. ᵖ q. 31. 5 ad 1. et 6. c.

1. Mensura duplex, scilicet æquiparata mensurato per replicationem, et ratio cognoscendi ipsum. 1. ᵖ q. 3. 5 ad 2.

2. Mensura est illud, per quod cognoscitur quantitas rei, et est quid minimum, vel simpliciter, ut in numeris in quibus primo invenitur; vel quoad nos, ut continuis; de inde primum in quolibet genere. 1-2. q. 90. 1. c.

3. Non oportet quod omnis mensura sit omnino infallibilis, et certa, sed ut est possibile in genere suo 1-2. q 91. 3 ad 3. et q. 97. 4 ad 2.

4. Mensura debet esse homogenea, id est, ejusdem generis cum mensurato. 1. ᵖ q. 3. 5 ad 2 et 1-2. q. 19. 4 ad 2.

5. Ratio naturalis et principia ei naturaliter indita, sunt regulæ generales, et mensuræ omnium agendorum ab homine, non autem naturalium. 1-2. q. 91. 3 ad 2.

6. Ad hoc quod aliqua mensurentur per aliquod unum, non requiritur quod illud unum sit causa omnium eorum, sed quod sit simplicius. 1. ᵖ q. 10. 6 ad 4.

7. Intellectus Dei est mensura prima omnium rerum nen mensurata, res est mensura secunda mensurata; sed intellectus noster est mensuratus a rebus non mensuratis. 1. ᵖ q. 21. 2. c. et 1-2. q. 93 1 ad 3.

8. Cum dicitur Deus mensurari sua æternitate, accipitur ibi ratio mensuræ, secundum apprehensionem nostram tantum. 1. ᵖ q. 10. 2 ad 3.

Mercatores sperare possunt lucrum ex mercatione, quod non possunt dantes mutuo. 2-2. q. 78. 1. o.

1. Merces est terminus operis. 1-2. q. 114. 5. c.

2. Merces est id quod recompensatur pro retributione operis; ideo reddere mercedem, est actus justitiæ, sicut reddere pretium rei emptæ. 1-2. q. 114. 1. c. et 3. ᵖ q. 49. 6. c.

3. Meretrix etiam nunc debet permitti, id est, tolerari, in civitate, ut vitetur pejus malum, scilicet sodomia, adulterium et hujusmodi; quia sapientis legislatoris est minores trangressiones permittere, ut majores caveantur, et in regimine humano illi qui præsunt, recta aliqua mala tolerant, ne aliqua mala pejora incurrantur; unde dicit Augustinus in lib. de ord. *Aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libinidibus.* 1-2. q. 101. 3 ad 2. et 2 2. q. 10 11. c.

4 Meretrix potest sibi retinere quod sibi datum est propter fornicationem, sed si superflue ad fraudem vel dolum extorsisset, teneretur eidem restituere. 2-2. q. 62. 5 ad 2.

Mergulus significat gulosos, qui se deliciis immergunt. 1-2. q. 102. 6 ad 2. et co 3.

1. Meritum duplex, scilicet congrui, et condigni. 1-2. q. 114. 6. o.

2. Aliquid cadit sub merito dupli-

citer, scilicet simpliciter, ut ultimus finis, et omne quod perducit ad eum, et secundum quid, scilicet temporalia. 1-2. q 114. 10. c.

3 Efficacia meriti mensuratur ex tribus, scilicet, ex charitate vel gratia, voluntate, et objecto. 1 ᵖ q. 95. 4. c. et 1-2 q. 19. 8. o.

4. Actus humani habent rationem meriti ex duobus, scilicet principaliter ex ordinatione Dei, secundario autem ex libero arbitrio. 1-2. q. 114. 4 6. c. et 2-2. q. 2. 9. c.

5. Meritum importat æqualitatem justitiæ. 3 ᵖ q. 49. 6 c

6 Meritum non potest esse sine actu, quia requiritur quod faciat quod debet qui meretur. 1-2. q. 71. 5 ad 1. et 2-2 q. 79. 3 ad 4.

7. Meritum est actio qua justum est, ut agenti aliquid detur. 3 ᵖ q. 49 6. c.

8. Meritum consistit in hoc, quod homo contemptis creatis inhæreat Deo, sed peccatum est e converso. 2-2. q. 104 3. o.

9. Omne meritum est supra naturam, et omne demeritum est infra, et contra naturam 1-2. q. 71. 2. o.

10. Meritum non diminuitur propter obligationem obedientiæ, si prompte fiat, maxime apud Deum, qui non solum exteriora opera, verum etiam interiorem voluntatem videt 2-2. q. 104. 1 ad 3.

11. Mereri aliquo dicitur dupliciter, scilicet formaliter, id est, actibus; et ut principio, scilicet habitibus. 1-2. q. 55. 1 ad 3.

12. Quælibet opera virtutum quarumlibet, ex hoc meritoria sunt, quod fiunt ut obediatur Deo. 2-2. q. 104. 3. c.

13. Non potest idem actus numero esse meritorius beatitudinis, et actus beatitudinis qui est fruitio beata; cum unus gratiæ imperfectæ, et alius gratiæ consummatæ. 1. ᵖ q. 62. 4. c. et 5 ad 2

14. Principium merendi est ex parte animæ; sed corpus est instrumentum actus meritorii. 3. ᵖ q. 49. 6 ad 1.

15. Passionibus meremur ut regulantur a ratione, et passionibus demeremur, inquantum sunt contra rationem; non autem secundum se. 1-2. q. 24. 1 ad 3. et 2-2. q. 158. 2 ad 1.

16. Passio corporalis martyrum facit ad meritum præmii accidentalis, non autem ad meritum præmii essentialis, nisi inquantum est volita. 3 ᵖ q. 48. 1 ad 1.

17. Gratia est principium meritorii operis, mediantibus virtutibus; sicut essentia animæ est principium operum vitæ, mediantibus potentiis ejus. 1-2. q. 114. 4 ad 2. et 3. ᵖ q. 49. 6. c.

18 Nullus potest sibi mereri gratiam ex condigno, sed ex congruo tantum. 1-2. q. 114. 5. o. et 2-2. q. 177. 1 ad 3. et 3. ᵖ q. 2. 11. c.

19. Nullus purus homo potest alteri primam gratiam mereri ex condigno, sed tantum ex congruo. 1-2. q. 114 6. o. et 7 ad 2.

20. Existens in gratia, meretur ex condigno vitam æternam ratione gratiæ; sed tantum ex congruo ratione liberi arbitrii. 1. ᵖ q. 95 1 ad 4 et ad 6. et 1-2. q. 114. 5. o et 3. ᵖ q. 48. 1 c.

21. Homo quolibet actu meritorio meretur augmentum gratiæ, sed non statim augetur. 1-2. q. 114. 8. o.

22. Omnis actus informatus gratia est meritorius 2-2. q. 2. 9. c.

23. Gratia non potest cadere sub merito, quia est merendi principium. 3. ᵖ q 2. 11. c.

24. Efficacia et radix merendi est ex charitate: sed singulæ virtutes merentur præmia singula. 1-2. q. 114. 4. o. et 2-2. q. 182. 2. c

25. Radix merendi præmium essentiale est charitas; difficultas autem est radix, respectu præmii accidentalis. 1. ᵖ q 95. 4. c. et 2-2. q. 182. 2 ad 1.

26. Nullius virtutis actus est meritorius, nisi sit informatus charitate.

1-2. q. 114. 4 ad 3. et 2-2 q. 2. 9 ad 1. et q. 83. 13. 15. c et q. 124. 2 ad 2.

27. Meritum vitæ æternæ; primo pertinet ad charitatem; secundo ad alias virtutes, secundum quod actus earum imperantur a charitate. 1-2. q. 57. 1. c. ad 2. et q. 114. 4. o.

28. Quilibet actus charitatis meretur vitam æternam, et augmentum charitatis. 1. ᵖ q. 62. 5. c. et 1-2 q. 114. 7 ad 3. et 8 ad 3. et 2-2. q. 24. 6. c. ad 1

29. Nobilius est habere aliquid ex merito quam sine merito; et dignitas merendi major est quam gloria corporis. 3. ᵖ q 19. 3. c.

30. Quanto magis est arduum opus, tanto est magis meritorium ratione bonitatis, non autem ratione difficultatis, nisi per accidens ratione majoris conatus vel attentionis. 2-2. q. 27. 8 ad 3.

31. Meritum est æquale præmio vitæ æternæ, æqualitate quantitatis. 1-2. q. 114. 3. o.

32. Quantitas meriti potest attendi ex duobus, scilicet ex difficultate et bonitate operis, et ex voluntate et charitate operantis. 1. ᵖ q. 95. 4. c.

33. Voluntas cum opere magis meretur vel demeretur accidentaliter quam voluntas sola; non autem essentialiter, nisi ratione triplicis inæqualitatis, scilicet numeri, continuati motus, et intensionis. 1-2. q. 20. 4. o.

34. Natura comparatur ad principium merendi, scilicet ad charitatem, sicut materia ad formam; fides autem, ut dispositio ejus; ideo actus utriusque non est meritorius, nisi cum charitate. 2-2. q. 2. 9 ad 1.

35. Aliquis potest sibi mereri perseverantiam gloriæ, non autem viæ, sed utramque potest et aliis impetrare per orationes. 1-2. q. 114. 9. o.

36. Bona temporalia, ut utilia ad opera virtutum, per quæ pervenitur ad gloriam, cadunt sub merito simpliciter; in se autem, secundum quid. 1-2. q. 114. 10. o. et 2-2. q. 122. 5 ad 4.

37. Quilibet agens in bonum vel malum personæ vel communitatis vel sui, meretur vel demeretur retributionem ab utroque. 1-2. q. 21. 3. 4. o. et 2-2. q 59. 3 ad 2. et q. 64. 5. c et q. 65. 1. c.

38. Nullus meretur id quod jam habet 1. ᵖ q. 62. 4. c. et 1-2. q. 114. 5. c. et 3. ᵖ q. 19. 3. c.

39. Nullus potest sibi mereri ex condigno, nec ex congruo reparationem post lapsum. 1-2. q. 114. 7. o.

40. Homo potest aliquid mereri a Deo, secundum quid, præsupposita Dei ordinatione, non autem simpliciter. 1-2. q. 21. 4. o. et q. 114. 1. o.

41. Nullus meretur nisi viator, et pro viatore tantum. 1. ᵖ q. 62. 9. o. et 2-2. q. 13. 4 ad 2. et q. 182. 2 ad 2. et q. 19. 3 ad 1.

42. Meritum animæ separatæ vel demeritum non potest augeri nec minui. 1. ᵖ q. 62. 9. c

METAPHYSICA est de substantiis immaterialibus, inquantum tales substantiæ; de sensibilibus autem, ut substantiæ, vel ut entia tantum. 1-2. q. 66. 5 ad 1.

1. METAPHORA. Nomen non dicitur proprie, sed metaphorice de eo, in quo non est tota ratio nominis, sed aliquid ejus per similitudinem. 1. ᵖ q. 13. c et q. 33. 3. c.

2. Quæ dicuntur metaphorice, non oportet secundum omnia esse similia. 3. ᵖ q. 2. 6 ad 1. et q. 8. 1 ad 2. et q. 46. ad 1. et q. 48. 3 ad 1. et q 76. 6 ad 2.

3. Ex eadem re potest fieri metaphora ad contraria, propter diversas proprietates ejusdem rei. 1-2. q. 33. 1 ad 1.

4. Metaphora in divinis potius transfertur ex natura irrationali et vili quam ex natura rationali et nobili, ad vitandum errorem. 1. ᵖ q. 1. 9 ad 3.

5. Theologia utitur metaphoris. 1. ᵖ q. 1. 9. o. et q. 10. 1 ad 4. et q.

12 3 ad 3. et q. 13. 3 ad 1. et q. 14. 11. c. et q. 19. 11. c.

MICHAEL est de ordine principatuum, vel archangelorum. 1. ℘ q. 113. 3. c

1. MILES in exercitu debet primo subdi duci, secundum aliis coordinari, sed contrarium primi est gravissimum peccatum. 1-2. q. 100 6 c.
2. Milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati. 3. ℘ q. 63. 3. c.

1. MILITARIS ars, quæ est propter victoriam ad quam ordinatur omne officium bellicum, ordinat artem equestrem et navalem, et omnia hujusmodi in suum finem. 2-2. q. 23. 4 ad 2.
2. Negociatio est valde contraria militiæ; ideo secundum jura civilia negociatio interdicitur militibus. 2-2. q. 40. 2 c.

MILLIA millium ministrantium et assidentium Deo. 1. ℘ q. 112. 4 ad 2.

MILVUS maxime insidians significat fraudulentos. 1-2. q. 102. 6 ad 1. et co. 2. fin.

MINERALIA non nominantur in universali productione rerum, quia sunt occulta, nec addunt aliquam dignitatem supra elementa. 1. ℘ q. 69. 2 ad 3.

1. MINISTER Ministri novi Testamenti sunt majoris dignitatis quam ministri veteris Testamenti. 2-2 q 87. 1. c. fin et q. 174. 4 ad 3.
2. Quicumque existens in aliquo peccato mortali exhibet se ministrum Ecclesiæ in aliquo spirituali, peccat mortaliter. 3 ℘ q. 64. 6 o.

1. MIRACULUM dicitur quasi admiratione plenum, id est, quod habet causam occultam simpliciter et omnibus, scilicet Deum. 1. ℘ q. 105. 7 c. et 1-2. q. 113. 10. c.
2. Miraculum non dicitur respectu potentiæ divinæ, sed respectu naturæ quam excedit. 1. ℘ q. 105. 8. o.
3. Miraculum proprie est præter ordinem totius naturæ creatæ. 1. ℘ q. 110. 4. c. ad 2 et ad 4. et q. 114. 4. c.
4. De ratione miraculi sunt tria, scilicet esse arduum, id est, supra virtutem naturæ creatæ agentis, præter spem naturæ, id est, quod non habeat ad illud naturalem ordinem, sed ordinem obedientialem, et quod sit insolitum, id est præter modum ejus oonsuetum. 1. ℘ q. 105 7 ad 2. et 1-2. q. 113. 10. c.
5. Miraculum dicuntur, quia sunt supra naturam; signa vero, quia manifestant aliquid supernaturale; prodigia autem et portenta, propter excellentiam. 2-2. q. 178. 1 ad 3.
6. Gradus miraculorum triplex, scilicet maximus, id est, quoad substantiam facti; medius, id est, quoad illud in quo fit, et minimus, id est, quoad modum. 1. ℘ q 105. 8. o. et 1-2. q. 113. 10. c.
7. Creatio animarum, vel aliorum, non est proprie miraculum. 1. ℘ q. 105. 7 ad 1. et 1-2. q. 113. 10. c.
8. Spirituales effectus Dei, ut justificatio impii, et illuminatio, non sunt miracula, sed finis miraculorum. 1. ℘ q. 105. 7 ad 1. et 1-2. q. 113. 10. o. et 3. ℘ q. 44. 3 ad 1 et ad 3.
9. Conceptio Christi ex virgine fuit miraculosa. 3. ℘ q. 33. 4. o. et q. 35 3 ad 2
10. Nativitas Christi fuit miraculosa. 3. ℘ q. 35. 3 ad 2.
11. In nativitate et passione Christi ostensa sunt maxima miracula, circa luminaria cœli, quia tunc maxime apparuit infirmitas humanitatis ejus. 3. ℘ q. 44. 2 ad 3.
12 Gratia miraculorum non est gratia habitualis, sed impressio transiens. 2-2. q. 178. 1 ad 1.
13. Gratia miraculorum confert

commune beneficium, scilicet notitiam Dei, sed gratia sanitatum addit aliquid speciale, scilicet beneficium sanitatis, ideo ab invicem distinguuntur. 1-2 q. 178. 1 ad 4.

14. Gratia miraculorum excellentissime data est animæ Christi, ut miracula faceret, et eam in alios transfunderet. 3.ª q. 13. 2. c. ad 3.

15. Operatio miraculorum attribuitur gratiæ gratis datæ, ut principio proximo; fidei vero, ut virtuti disponenti ad hanc gratiam consequendam 2-2. q. 178. 1. o.

16. Operatio miraculorum attribuitur principaliter fidei ut virtuti disponenti, quibus cooperantur abstinentia et continentia. 2-2. q. 178. 1 ad 5.

17. In reliquiis sanctorum, et verbis divinis, non est aliqua virtus vel forma, qua fiunt miracula. 2-2. q. 178. 1 ad 1.

18. Miracula diminuunt meritum fidei, nolentium credere, nisi per miracula. 3.ª q. 43. 3 ad 3.

19. Miracula Christi de quibus est fides, fuerunt occulta, probantia vero fidem fuerunt manifesta. 3.ª q. 29. 1 ad 2.

20. Discipuli Christi crediderunt in eum, antequam vidissent eum facere miracula. 3.ª q. 43 3 ad 3.

21. Solus Deus potest per se facere vera miracula. 1.ª q 110. 4. o. et q. 114. 4. c. et 1-2. q. 111. 4. c. et q. 113. 10. c. et 2-2. q 178. 1 ad 1 et ad 2. et 4 o. et 3.ª q. 43. 2. c. et 4. c ad 3. et q. 78. 4 ad 2.

22. Omnia miracula fiunt ministerio angelorum. 1.ª q. 110. 4 ad 1.

23. Angeli et alii sancti faciunt miracula ministrando, vel impetrando. 1.ª q. 110. 4 ad 1. et 3.ª q. 15. 2 ad 3. et q. 78. 4 ad 2.

24. Sancti faciunt miracula dupliciter, scilicet postulatione, et potestate, id est non præcedente oratione manifesta; tamen in utrisque Deus operatur principaliter, sancti autem instrumentaliter. 1.ª q 117. 3 ad 1. et 2-2. q. 178. 1 ad 1. et 3.ª q. 84. 3 ad 4.

25. Miracula Josue, Isaiæ, et Eliæ, fuerunt majora secundum substantiam quam miracula Moysis, sed secundum modum est e converso. 2-2. q. 174. 4 ad 2.

26. Miracula ad commendationem sanctitatis proprie fiunt tantum a sanctis, sed ad confirmationem doctrinæ fiunt etiam a malis per veram fidem, et per nomen Christi. 1.ª q. 110. 4 ad 2. et 2-2. q. 178. 2. o. et 3.ª q. 43. 1. 4. c.

27. Miracula bonorum differunt a signis malorum quintupliciter, scilicet in efficacia, duratione, utilitate, fine, et modo. 1.ª q. 114. 4 ad 2.

28 Magi faciunt miracula per privatos contractus, id est, per dæmones; boni vero per publicam justitiam, id est per Deum; sed mali christiani, per signa publicæ justitiæ, id est per nomen Christi, vel per aliqua ejus sacramenta 1 ª q. 110. 4 ad 2. et q. 114. 4 ad 3. et 2-2. q. 178 2 ad 3.

29. Omnia miracula dæmonum sunt falsa, ratione rei, vel miraculi. 1.ª q. 110. 4 ad 2 et ad 4. et q. 114. 4. o. et 2-2. q. 178. 2. c.

30. Antichristus faciet aliqua vera miracula, quoad naturam rei, virtute dæmonum, sed falsa quoad rationem miraculi, et ad decipiendum. 1.ª q. 114. 4 ad 1. et 2-2. q. 178. 1 ad 2.

31. Joannes Baptista nullum fecit miraculum, ut homines principaliter Christo attenderent. 3.ª q. 38. 2 ad 2. et q. 40. 2 ad 1.

3. Convenientissimum fuit, ut Christus faceret miracula, ut ostenderetur ejus gratia unionis, et ejus doctrina supernaturalis. 3.ª q. 43. 1. o. et 4. c

33. Christus faciebat miracula virtute divina. 3.ª q. 13. 2. c. ad 3. et q. 43. 2. c. et 3 ad 2. et 4 c. et q 44. 3 ad 3.

34. Christus faciebat miracula virtute propria, alii vero sancti, virtute aliena. 3.ª q 43. 4. o.

35. Anima Christi, ut instrumentum Verbi sibi uniti habuit instrumentalem virtutem, ad omnes mulationes miraculosas, ordinabiles ad instaurationem rerum, non autem ad annihilationem rerum. 3.ᵖ q. 13. 2. c. ad 3.

36. Quæ fiebant a Christo miraculose, erant perfectissima. 3.ᵖ q. 44. 3 ad 2 et ad 3. et q. 46. 6. c.

37. Miracula Christi sufficienter ostendebant eum esse Deum. 3.ᵖ q. 43. 4. o.

38. Christus cœpit facere miracula in nuptiis, non autem prius, ne humanitas ejus phantastica videretur. 3.ᵖ q. 36. 4 ad 3 et q. 43. 3. o.

39. Christus convenientissime fecit miracula circa dæmones, angelos, cœlos, homines, bruta, et elementa. 3.ᵖ q. 44. o.

MIRUM simpliciter idem est quod miraculum, non autem secundum quod est mirum alicui. 1.ᵖ q. 105. 17. c.

1. MISERIA non est quicumque defectus, sed tantum defectus naturæ rationalis, quia opponitur felicitati. 1.ᵖ q. 21. 4. c. et 2-2. q. 30. 1. c.

2. Nullus potest velle miseriam, sed quilibet naturaliter eam fugit. 1.ᵖ q. 94. 1. c.

1. MISERICORDIA est compassio alienæ miseriæ in corde, qua, si possumus, subvenire compellimur. 1.ᵖ q 21. 3. c. et 2-2. q. 30. 1. c. ad 2. et 2. 3. c.

2. Misericordia ut est motus appetitus, regulatus ratione, est actus virtutis moralis, et virtutis specialis, non autem ut passio tantum. 1-2. q. 59. 1 ad 3. et 2-2. q. 30. 3. o. et q. 36 3 ad 3.

3. Misericordia ut virtus, est virtus moralis circa passiones, et reducitur ad medietatem, quæ dicitur Nemesis, sed eas Aristoteles non ponit virtutes, quia ut passiones sunt, sunt laudabiles; tamen ut sunt ab aliquo habitu electivo, sumunt rationem virtutis. 2-2. q. 30. 3 ad 4.

4. Misericordia secundum se est maxima virtutum 2-2 q. 30. 4. o.

5. Inter omnes virtutes quæ ad proximum sunt, misericordia est potissima, sicut etiam est potioris actus. 2-2. q. 30. 4. c.

6. Liberalitas conjectat bonum, in dationibus communiter, misericordia vero secundum rationem specialem, scilicet ut est relevatio miseriæ alienæ. 2-2 q. 31. 1 ad 3 et q. 117. 5 ad 3.

7. Datio beneficii ex misericordia procedit ex affectione ad eum cui homo dat: ideo misericordia pertinet ad charitatem, liberalitas vero ad pecuniam. 2-2. q. 117. 5 ad 3.

8. Longe melius et humanius, et piorum sensibus accommodatius in Cæsaris laude locutus est Tullius, ubi ait: *nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericordia.* 2-2. q. 30 3. b.

9. Misericordia potest præcedere, et sequi justificationem, et potest secum concurrere: quia operatur contra peccatum per modum satisfactionis, et per modum præparationis. 1-2. q. 113. 4 ad 1.

10. Misericordia est effectus charitatis. 2-2. q. 28. principio. et q. 32. 1. c. et q. 36. 3 ad 3.

11. Motiva ad misericordiam sunt tria maxime, scilicet mala contra naturam, contra spem, et contra merita alicujus. 2-2. q. 30. 1. c.

12. Defectus est ratio miserendi semper, propter unionem amoris, vel propter possibilitatem patiendi similia. 2-2. q 30 2. o.

13. Culpa, inquantum hujusmodi, non est motiva ad misericordiam, quia est volita, sed est motiva ut est annexa alicui contra voluntatem. 2-2. q. 30. 1 ad 1.

14. Misericordia proprie non est ad se, nec ad personas multum conjunctas, ut ad parentes et filios; sed ad eos est dolor, et in iis durum est

expulsivum miserationis, quia in iis non miseremur proprie, sed dolemus, et durum quid patimur. 2-2. q. 30. 1 ad 2. et q. 32. 9 ad 3. et q. 106. 3 ad 1.

15. Injuriæ illatæ miserabilibus, scilicet pupillis et viduis, exaggerantur quia magis opponuntur misericordiæ, et nocumenta sunt eis graviora, quia non habent relevantem. 2-2. q. 65. 4 ad 2.

16. Amici, senes, sapientes, debiles, et timidi, maxime miserentur, non autem superbi, audaces; et contumeliæ dispositi. 2-2. q. 30. 2. o.

17. Misericordia est in Deo, secundum effectum et secundum affectum voluntatis; non autem secundum passionem 1.ª q. 21. 3. o. et 2-2. q. 30. 2 ad 1.

18. Proprium opus Dei est tantum unum, scilicet benefacere et misereri, sed punire convenit ei, propter culpam peccantis. 2-2. q. 21. 2. c.

19. Deus dicitur omnipotentiam suam parcendo maxime et miserando manifestare; non tam quoad substantiam facti, quam etiam quoad licentiam faciendi. 1.ª q. 25. 3 ad 3. et 2-2. q. 30. 4. c.

20. Deus semper miseretur, puniendo citra condignum, et præmiando ultra condignum. 1.ª q 21. 4 ad 1.

21. Misericordia Dei dicitur dupliciter, scilicet repulsio miseriæ præcedentis sine debito, et remotio cujuscumque defectus sine debito. 1.ª q. 23. 1 ad 3.

22. In omni opere Dei est misericordia et justitia. 1.ª q. 21. 4. o.

23. Deus agendo misericorditer non agit contra justitiam, nec e converso. 1.ª q. 21 3 ad 2. et 3.ª q. 46. 2 ad 3.

24. In omni opere Dei misericordia semper eminet justitiæ. 1.ª q. 21. 3 ad 2 et 4. c. fin.

25. Opus justitiæ Dei semper fundatur in opere misericordiæ, et ipsum præsupponit. 1.ª q. 21. 4. c. et q. 25. 3 ad 3.

26. Majoris misericordiæ est impios justificare quam justos creare; sed sunt æqualis potentiæ Dei. 3.ª q. 43 4 ad 2.

27. Cum peccatores peccent contra Deum, qui æternus est, conveniens est ut pœna æterna eis ex divina justitia inferatur Suppl. q. 99. 1. o.

28. Nulla pœna tam dæmonum quam hominum per divinam misericordiam terminabitur. Suppl. q. 99. 2. c.

29. Sicut dæmonibus pœna inferni erit perpetua, ita et hominibus, quia utrique in malitia sunt obstinati. Suppl. q. 99 3. o

30. Christiani soli qui in fide catholica finaliter perseverabunt et ab aliis criminibus reperientur finaliter absoluti, a pœna æterna erunt immunes. Suppl. q. 99. 4. c.

31. Nec fides nec opera misericordiæ eripient a pœna æterna eos, qui cum peccato mortali decedunt. Suppl. q. 99. 5 o.

1. Missa dicitur quasi transmissa, scilicet a populo ad Deum, et e converso: vel dicitur ab emissione catechumenorum et excommunicatorum 3.ª q 83. 4 ad 9.

2. Ratio et expositio eorum quæ dicuntur et fiunt in missa, et de singulis partibus missæ. 3.ª q. 83. 4. 5.

3. Defectibus et periculis in missa suficienter occurritur. 3.ª q. 83. 6 o

4. Debilitas vel ægritudo impedit a celebratione missæ, propter impossibilitatem, ut in privatis usu oculorum vel digitorum, vel linguæ, vel propter periculum, ut in morbo caduco, et alienatione mentis; vel propter abominationem, ut in lepra; sed lepra ordinem non tollit. 3.ª q. 82. 10 ad 3.

5. Audire missam et communionem accipere a peccatore non sententiato ab Ecclesia, licet: quia suspensus a Deo quoad se, non autem quoad alios. 3.ª q. 82. 9. c.

6. Celebrans missam in peccato mortali, vel inducens talem scienter, vel audiens missam præcisi per sententiam Ecclesiæ, vel notorii fornicarii, licet sustineatur a prælatis, peccat mortaliter. 3.ª q. 82. 9. o.

7. Accipere pro missa aliquid, quasi pretium ejus, est simonia; non autem accipere quasi stipendium laboris. 2-2. q 100 2 ad 2.

8. Missa non debet celebrari, nisi pro membris Ecclesiæ; nec in canone missæ debet orari, nisi pro membris Ecclesiæ. 3.ª q. 79 7 ad 2.

9. Missam licet dicere in loco non sacro, causa necessitatis, scilicet in itinere: vel propter destructionem ecclesiarum, sed cum altari portatili, et aliis necessariis; non autem aliter, nisi de licentia episcopi. 3.ª q 83. 3. o.

10. Plures debent interesse missæ solemni; sed in missis privatis sufficit unus, scilicet servitor. 3.ª q. 83 5 ad 12.

11. Missa quotidie celebratur in ecclesia quintuplici ratione, scilicet quia semper oportet paratam esse medicinam contra quotidiana peccata: ut lignum vitæ semper est in medio paradisi; ut nobis quotidie Christus uniatur sacramentaliter, et nos ei spiritualiter, ut sit apud nos jugis memoria passionis Christi, ut vero agno loco typici agni quotidie utamur ad vesperam quem Judæi ad vesperam convertendi esurient 3.ª q. 83. 2. c. ad 1.

12 Missa potest dici, quando incipit apparere aurora; non autem de nocte, nisi in nativitate Christi, et in vigilia paschæ, in principio noctis. 3.ª q. 83. 2 ad 1.

13. Hora missæ in festis est tertia, in pro festis diebus est sexta, in jejuniis nona; sed potest tardari, maxime tempore ordinum. 3.ª q. 83. 2 ad 3.

14. Missa regulariter celebratur solemniter hora passionis Christi, scilicet ab hora tertia usque ad nonam. 3.ª q. 83. 2. c.

15 Missæ privatæ possunt dici a mane usque ad tertiam, vel usque ad nonam, in diebus jejuniorum. 3.ª q. 83. 2 ad 3.

16 In natali Christi quilibet sacerdos potest dicere tres missas, scilicet primam in nocte, secundam in aurora, et tertiam in die, propter triplicem nativitatem Christi, scilicet quarum una est æterna, quæ quantum ad nos est occulta, licet secundum se sit in plena luce; alia est temporalis, sed spiritualis, qua scilicet Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris; tertia vero est temporalis et corporalis, secundum quam visibilis nobis processit ex utero virginali carne indutus. 3.ª q. 83. 2 ad 2 et ad 5.

17. Non licet alio die plures missas ab eodem celebrari, pro pecunia, vel adulatione secularium, sed tantum pro urgenti necessitate. 3.ª q. 83. 2 ad 5.

18 Quando in una die occurrunt diversa beneficia Dei commemoranda vel impetranda pro vivis vel mortuis, oportet missam pluries celebrari, si adsit facultas, puta unam pro festo, et aliam pro jejunio, vel pro mortuis. 3.ª q. 83 2 ad 2.

19. Multiplicatio missarum multiplicat oblationem sacrificii, et multiplicat ejus effectus, non autem multitudo hostiarum in una missa; ideo sumens multas hostias in una missa, non percipiet majorem effectum. 3.ª q. 79. 7 ad 3.

20. Missa melioris sacerdotis est melior quoad annexa: ideo melius est eam audire, licet quoad sacramentum, et effectum sacramenti, omnes missæ sint æquales. 3.ª q. 82. 6 o.

1. MISSIO de ratione sua importat respectum missi ad mittentem, et ad aliquem terminum. 1.ª q 43. 1. c. et 2 c ad 3.

2. Missio non dicit gradum dignitatis, sed auctoritatem principii in uno respectu exeuntis ab eo. 1.ª q. 43. 1 ad 1. et 3.ª q. 39. 8 ad 1.

3. Missio visibilis in divinis est signum missionis invisibilis factæ, non quidem tunc, sed prius. 1.ᵖ q 43. 7 ad 6.

4. Mittere Filium et Spiritum sanctum, convenit cuilibet personæ divinæ, et toti Trinitati 1.ᵖ q. 43. 8 o.

5. Spiritus sanctus non mittit se proprie, quia missio dicit distinctionem mittentis a misso, secundum Præpositivum et Altissiodorensem, sed mittit se improprie, id est, dat se 1.ᵖ q 43 8 o.

6. Homo nullo modo potest mittere Spiritum sanctum. 1.ᵖ q. 83 8. c. fin.

7 Mitti secundum imperium, vel secundum consilium, non convenit Deo, quia dicit minoritatem, nec ubi non fuit prius, quia dicit recessum, sed secundum originem, et secundum novum modum. 1.ᵖ q 43. 1 o. et 3. c. et 4 ad 3 et 5. c. ad 3. et 6. c. et q. 112 1. c. ad 3.

8. Mitti convenit Filio et Spiritui sancto, sed nullo modo convenit Patri, nec Trinitati. 1 ᵖ q. 43. 4 8. o. et q 112. 1 c et 3.ᵖ q. 39. 8 ad 1.

9. Mitti invisibiliter convenit Filio et Spiritui sancto, non autem. Patri. 1 ᵖ q. 43. 5 o.

10. Mitti invisibiliter ut donum, et ut sanctificationis indicium, convenit Spiritui sancto; Filio autem, ut sanctificationis auctori. 1.ᵖ q 43. 7. o

11. Missio Filii et Spiritus sancti distinguitur secundum originem, et secundum effectus illuminationis, et inflammationis; sed conveniunt in gratia, nec una potest esse sine alia. 1.ᵖ q. 43. 5 ad 3.

12. Missio Filii est prior missione Spiritus sancti, ratione donorum, et exitus, sed ratione dantis est e converso 3.ᵖ q. 7. 13. c

13. Missio Filii prior est ordine naturæ missione Spiritus sancti, sicut ordine naturæ, Spiritus sanctus procedit a Filio, et a sapientia dilectio. 3.ᵖ q. 7. 13. c

14. Missio filii Dei triplex, scilicet in mente, in carne, et ad prædicandum. 3.ᵖ q. 42. 1. o.

15 Non est missus Christus ad prædicandum, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel, quadruplici ratione, scilicet, primo ut ostenderet impleri promissiones factas Judæis, et non gentibus; secundo ut ejus adventus ostenderetur esse a Deo; tertio ut Judæis auferret calumnian dimateriam; quarto quia Christus per crucis victoriam meruit potestatem, et victoriam, et dominium super agentes. 3.ᵖ q. 42. 1. o.

16. Missio invisibilis non fit ad sacramenta, quia non fit nisi respectu termini. 1.ᵖ q 43. 6 ad 4.

17. Missio invisibilis fit ad omnes existentes in gratia. 1 ᵖ q 43. 6. o.

18. Ad Patres veteris Testamenti facta est missio invisibilis 1.ᵖ q. 43. 6 ad 1.

19. Missio invisibilis fit ad sanctos in omni augmento gratiæ, secundum extensionem ad novum effectum, non autem secundum intensionem. 1.ᵖ q. 43. 6 ad 2

20. Ad beatos facta est missio invisibilis, in principio beatitudinis, non autem postea, quoad intensionem gratiæ, sed quoad extensionem, id est, quoad aliqua mysteria, quæ eis revelantur de novo, usque ad diem judicii. 1.ᵖ q. 43. 6 ad 3.

21. Missio invisibilis facta est ad Christum in primo instanti suæ conceptionis et nulla ulterius. 1.ᵖ q 43. 6 ad 3. et 7 ad 6.

22. Missio invisibilis plenior fit post incarnationem quam prius, secundum communem statum, licet in spirituali sit e converso. 1.ᵖ q. 43. 7 ad 6

23 Ad patres veteris Testamenti non fuit facta missio visibilis, quia prius debuit perfici missio visibilis Filii quam Spiritus sanctus manifestaret eum. 1.ᵖ q. 43. 6 ad 1. et 7 ad 6

24. Missio visibilis primo facta

est Christo, et post apostolis, quia per eos gratia in alios diffusa est, secundum quod per eos Ecclesia plantata est. 1.ª q. 43. 7 ad 6.

25. Missio visibilis facta est ad Patres in primitiva Ecclesia, ut ad fundatores Ecclesiæ, non autem nunc, quia per eam firmamur. 1.ª q. 43. 7 ad 6.

26. Ad Christum facta est missio visibilis Spiritus sancti bis, scilicet in baptismo in specie columbæ, et in transfiguratione in nube lucida, sed et ad apostolos bis, primo in flatu, secundo in linguis igneis, propter multa mysteria. 1.ª q. 43. 7 ad 6. et 3.ª q. 39 6 ad 4. et q. 72. 2 ad 1.

27. Natura humana in qua, et per quam, facta est missio visibilis Filii Dei, est illa ad quam fit missio; ideo Filius Dei est in ea novo modo, non autem creatura secundum quam fit missio visibilis Spiritus sancti. 1.ª q. 43. 7 ad 1.

28. Missio visibilis non fit secundum visionem imaginariam, ut prophetia, nec secundum res præexistentes, ut sacramenta utriusque Testamenti, sed sicut in signis, sicut flamma rubi, et columna ignea. 1.ª q. 43. 7 ad 2. et 3.ª q. 39. 8 ad 2.

Modalis distinctio, per sensum compositum, et sensum divisum, non tenet in formis inseparabilibus. 1.ª q. 14. 13 ad 3.

1. MODESTIA est virtus moderativa passionum; ideo adjungitur temperantiæ, ut virtuti principali, quia est circa difficillima. 2-2. q. 143. o. et q. 160. o.

2. Modestia est circa actiones interiores, et exteriores 2-2. q. 160. 2. c. ad 1. et q. 168. 1. o.

3. Modestia moderatur exteriorem hominis vitam in incessu, habitu, et hujusmodi; sed epychia moderatur observantiam verborum legis, potest tamen esse quod nomen epychiæ apud Græcos per quamdam similitudinem transferatur ad omnes moderationes. 2-2. q. 120. 2 ad 2.

4. Partes modestiæ a diversis assignantur diversimode. 2-2. q. 106. 2 ad 3.

5. Partes modestiæ, secundum Andronicum, sunt tres, scilicet bona ordinatio, quæ discernit quæ et quo ordine sunt agenda; ornatus, qui servat decentiam in agendis; et austeritas, scilicet in verbis. 2-2. q 143. c. fin. et q. 160. 2 fin. et q 168. 1. c. fin.

6. Partes modestiæ, secundum Tullium, sunt quatuor, scilicet humilitas, studiositas, mansuetudo, et simplicitas, et secundum Aristotelem, etiam eutrapelia. 2-2. q. 160. 2. c. et q. 161. 4. o. et q. 166 2. c. fin. et q. 168. 2. c. fin.

7. Sub modestia continetur omnis moderatio motuum corporalium, et rerum exteriorum, et spei, secundum Tullium. 2-2. q. 143. ad 4. et q. 160. 2. c.

Modus. Omnis modus, inquantum modus, bonus est, sed malus ideo dicitur, quia minora sunt quædam quam esse debuerant; aut quia non iis rebus accommodantur, quibus accommodanda sunt; et ideo dicuntur mala, quia sunt aliena et incongrua, et ita dicitur malus modus, vel mala species, vel malus ordo. 1.ª q. 5. 5 ad 4.

1. Mollities proprie respicit defectum delectationum, sed deliciæ respiciunt causam impeditivam earum, scilicet laborem vel aliquid tale: ideo deliciæ sunt quædam mollities· 2-2. q. 138. 1 ad 2.

2 Mollis dicitur, qui recedit a bono, propter tristitias causatas [ex defectu delectationum, quasi cedens debili moventi; non autem si gravi moventi cedant. 2-2. q. 138 1. c.

3. Mollities est vitium oppositum perseverantiæ, et causatur dupliciter, scilicet ex consuetudine, et ex naturali dispositione. 2-2. q. 1. 38. 1.o. et 2. c.

4. Qui patiuntur muliebria, dicuntur molles, quasi mulieres effecti. 2-2. q. 138. 1 ad 3.

MONETA Cudentes falsam monetam, possunt juste occidi in judicio seculari, et rebus suis spoliari. 2-2. q. 11. 3. c.

MONSTRA dicuntur peccata, inquantum sunt ex peccato in actu naturæ a fine ultimo, non autem a fine proximo. 1-2. q. 21. 1 ad 1 et ad 2.

MORALIA specificantur ex fine. 1.ᵉ q. 48. 1 ad 2.

1. MORS et omnis defectus corporalis et rebellio carnis ad spiritum sunt pœna peccati primorum parentum, consequens pœnam principalem, scilicet subtractionem originalis justitiæ. 1-2. q. 85. 5.o. et q. 87. 7. c. ad 1. et q. 94. 5 ad 2. et q. 100. 8 ad 3. et q. 102. 5 ad 1. et 2-2. q. 153 2 ad 1 et ad 2 et ad 3. et q. 164. o et 3.ᵉ q. 1. 4 ad 2. et q. 14. 1. c. et 3. c. ad 2. et 4. c. ad 3. et q. 52. 5. c.

2. Causa mortis, et aliorum defectuum corporalium in natura humana, est duplex, scilicet remota, id est, contrarietas principiorum, et proxima, scilicet peccatum. 2-2. q. 164. 1. ad 1. et 3.ᵉ q. 14. 3 ad 2. et q. 15. 2 ad 1.

3. Mors, ut justa pœna, est a Deo, non autem ut est malum naturæ humanæ. 1-2. q. 85. 5. c. fin. et q. 94. 5 ad 2. et q. 100. 8 ad 3. et 2-2. q. 164. 1. ad 4.

4. Mors et alii defectus non sunt æqualiter in omnibus, triplici ratione, scilicet propter peccata parentum, utilitatem filiorum, et diversam complexionem. 1-2. q. 85. 5 ad 1. et q. 87. 7 ad 1. et 2-2. q. 164 1 ad 4.

5. Primi parentes senescendo inceperunt mori prima die qua peccaverunt, licet postea multum vixerint. 2-2. q. 164. 1 ad 8.

6. Ante resurrectionem omnes morientur. 1 2. q. 81. 3 ad 1. et 3.ᵉ q. 46. 11 ad 1.

7. Pœna mortis in præsenti non infligitur pro quolibet peccato mortali, sed tantum pro peccato inferente damnum irreparabile, vel pro horribili deformitate. 2-2. q. 66. 6 ad 2. et q. 108. 3 ad 3.

8. Nullus debet eripi de morte contra jura. 2-2. q. 10. 12 ad 2. et q. 59. 4 ad 3. et 3.ᵉ q. 68. 10 ad 1.

9. Mors ut privatio vitæ, vel ut terminus alterationis præcedentis, est pœna damni, non autem est pœna sensus; nec affligit, nisi ratione alterationis præcedentis. 2-2. q. 164. 1 ad 7.

10. Mors est meritoria, licet sit pœna, quia boni bene utuntur bonis et malis, sicut mali male utuntur et bonis et malis. 2-2. q 164. 1 ad 6.

11. Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnam pro criminibus debitam in alia vita, vel partem pœnæ, secundum quantitatem culpæ, patientiæ et contritionis, non autem mors naturalis. 2-2. q. 25. 6 ad 2.

12. Mors et alii defectus naturæ causant dolorem et timorem, quia sunt contra naturam particularem. 1-2. q. 42. 2 ad 3.

13. Mors secundum se est odibilis naturaliter; sed est appetibilis, propter beatitudinem. 1-2. q. 5. 3. c. et 3.ᵉ q. 46. 6. c. ad 4.

14. Quilibet tenetur mori pro salute animæ proximi certa; aliter est de consilio. 2-2. q. 26 5 ad 3

15. Exponere se, et suos, periculo mortis, pro liberatione personæ per quam sustentatur Ecclesia, vel respublica, est laudabile. 2-2. q. 32. 6 c.

16. Virtuosus maxime tristatur de morte sua, quia privatur maximo bono, quo maxime dignus est, scilicet vita et virtutibus, secundum præsentem usum: licet quidam gaudeant, propter spem beatitudinis. 2-2. q. 123. 8. c. et 3.ᵉ q. 46. 6 ad 8.

17. Decens fuit Christum mori. 3.ᵉ q. 50. 1. o. et q. 52. 1. c

18. Christus habuit simpliciter necessitatem moriendi absolutam,

etiam si non occideretur secundum aliquos, sed ratione humanitatis tantum, necessitatem vero finis habuit etiam ratione personæ. 3. ᵖ q. 14. 2. o.

19. Mors Christi fuit violenta ex parte naturæ humanæ, licet personæ ejus non potuerit inferri violentia; sed quantum in occidentibus fuit, intulerunt mortem. 3.ᵖ q 14. 2. o, et q. 46. 3 ad 2. et q. 47 1. o

20. Christus mortuus est ex obedientia et charitate triplici ratione, scilicet ratione justificationis humanæ, ratione reconciliationis divinæ, et ratione victoriæ Christi. 3 ᵖ q 47. 2. o. et q. 48. 2. 3. c. et q 49. 1. c. et 4 ad 3 et q 51 4. c. et q 53. 1. c. principio

21. In symbolo fidei dicitur, quod Filius Dei est passus, mortuus, et sepultus. 2-2. q 1. 8. c. et q. 2 7. o. et 3 ᵖ q. 50. 2. b. et c fin

22. Mors Christi in fieri causavit nostram salutem, merendo eam, non autem in facto esse, sed tantum effective, destruendo mortem animæ, id est, peccatum et mortem corporis. 3 ᵖ q. 50. 6. o. et q. 51 1 ad 2. et 2 ad 4 et 4. c. ad 2. et q 53. 2. c. ad 3. et q. 56 1 ad 4

23. Mors Christi est causa efficiens gratiæ, et causa sufficiens salutis nostræ. 3. ᵖ q. 50 6. o. et q 51. 1 ad 2 et 2 ad 4 et 4. c ad 2. et q. 53. 2. c. ad 3. et q 56 1 ad 4

24. Christus noluit mori ex morbo, nec in senectute, sed ex passione illata, et in juventute, ne invitus, vel ex infirmitate putaretur mori 3.ᵖ q 46. 3 ad 2. et 9 ad 4. et q. 51 3. c

25. Christus fuit simpliciter mortuus. 3 ᵖ q 50. 4. c. et 5. c.

26. Licet Deus sit inmortalis, tamen convenienter confitemur, unigenitum Dei verbum fuisse passum et mortuum; quia non hæc ei attribuimus, secundum naturam divinam, sed secundum humanam, quam pro nostra salute in unitatem personæ assumpsit. 2-2. q. 1 8. c.

27. In morte Christi fuit separata anima a corpore. 3.ᵖ q. 50 3. b. et c. ad 4 et 4. c. ad 1. et 6. c. et q. 52. 3. c. et q. 53 1 ad 1. et q 54. 1. c.

28 In morte Christi deitas non fuit separata ab anima ejus. 3.ᵖ q. 50. 3. o. et 4 ad 1 et q. 52. 3. c. et q. 53. 4. c.

29. Nec a carne ejus. 3.ᵖ q. 50. 2. o. et 3 ad 1. et 4 ad 1 et 6. c. et q. 52 3. c. et q. 53. 1 ad 2. et 4. c. et q 76 1 ad 1.

30. Nec a sanguine ejus 3.ᵖ q. 25. 2. c.

1. Mos primo significat consuetudinem, id est, frequentiam eorum quæ sunt in potestate nostra; secundo actum, vel inclinationem appetitus humani, a natura, vel consuetudine, vel infusione 1-2. q. 58. 1. c.

2. Mores in brutis dicuntur per similitudinem, ea quæ fiunt ab eis, ex passionibus appetitus 1-2. q. 24. 4 ad 3. et q. 58 1. c.

3. Mores divinos debemus imitari. 2-2. q. 10 11. c. principio.

1 Motus proprie significat actum imperfectum mobilis, sed, secundum similitudinem, prædicatur de omni operatione. 1.ᵖ q. 9. 1 ad 1 et q. 14. 1 ad 2. et q 18 1. c. et 3 ad 1. et q. 19. 1 ad 1 et ad 3. et q. 50 1 ad 2. et q. 53. 1 ad 2 et q 58. 1 ad 1. et q 59. 1 ad 3. et q. 73. 2. c. et 1-2. et q 31. 2 ad 1. et q. 109. 1. c. et 2-2. q. 179 1 ad 3 et q. 180. 6. c. et 3.ᵖ q 21. 1 ad 3. et q. 34. 2. c.

2 Omnis motus vel mutatio est actus existentis in potentia, inquantum hujusmodi. 1.ᵖ q. 9. 1 c.

3. Motus dicitur æquivoce, de operatione corporali, et spirituali. 1.ᵖ q. 18 3 ad 1. et q 53. 1. o. et q. 56. 1 ad 3

4. Omnis motus vel mutatio sequitur aliquam potentialitatem. 1.ᵖ q 9 1. c

5. Motus duplex, scilicet naturalis, et voluntarius, et de ratione utriusque

est, quod sit a principio intrinseco. 1-2. q. 6. 1 ad 3 et 4. 5. c.

6. Motus naturalis est tantum ad unam partem, et perficitur quiete naturali, et est corporis existentis extra ubi naturale; voluntarius autem est ad opposita 1 ª q 20 1. c

7. Motus dicitur naturalis dupliciter, scilicet a principio activo, vel a principio passivo et materiali. 1-2. q. 6 5 ad 2 et 3 ª q. 32. 4. c

8. Motus reducitur ad genus sui termini, inquantum procedit de potentia ad actum, quia terminus est in motu in potentia. 1. ª q. 62 4 ad 2. et 3 ª q. 62. 4 ad 2

9. Motus reducitur ad genus sui termini quoad substantiam suam, licet ponatur in prædicamento passionis, inquantum importat ordinationem moventis et mobilis. 3. ª q. 62. 2 ad 2.

10. Nullus motus denominatur a subjecto, sed a termino. 3. ª q. 35. 1 ad 2.

11 Terminus motus duplex, scilicet res ad quam tendit, et quies in ea; et uterque duplex, scilicet totius, et partis. 1. ª q. 5. 6. c. et 1-2. q. 11. 3 c et q. 12. 2. o.

12. Unius motus non possunt esse plures termini ex eadem parte, nisi subordinati. 1-2. q. 12 3 ad 2

13. Motus accipit speciem a termino ad quem, non autem a termino a quo 1. ª q 23. 1 ad 3.

14. Motus existentis in potentia est propter indigentiam suam, non autem motus existentis in actu, sed est propter indigentiam alterius. 1. ª q. 53. 1 ad 3.

15. Motus est actus imperfecti, sed operatio est actus perfecti. 1 ª q. 18. 1. c. et 3 ad 1. et q. 53 1 ad 2 et q. 56. 1 ad 3 et q. 58 1 ad 1. et q. 59 1 ad 3. et q 73 2. c.

16. In motu discreto potest dici aliquid moveri in termino a quo, et in termino ad quem, et in quolibet ubi in quo est mobile, quia successio diversorum ubi, dicitur motus, non autem in motu continuo. 1. ª q. 53. 1 ad 3 et 3 ad 3.

17. Quando ex una causa proveniunt multi motus, tantum primus motus respicit necessario illud principalius quod respicit causa; cæteri vero respiciunt principalius quod convenit ei secundum propriam rationem 1-2. q. 36. 1 ad 3

18. Nomen motus et distantiæ, et omnium hujusmodi, derivatum est a motu locali, ad omnes alios motus. 1-2. q. 7 1. c.

19. Motus localis est perfectior cæteris motibus. 1. ª q. 110. 3. c et 2-2. q. 180 6. c.

20 Motus localis est primus. 1. ª q. 67. 2 ad 3. et 2-2. q. 182. 6. c.

21 Per motum localem nihil acquiritur in mobili, sed tantum acquiritur aliquid extra, scilicet locus. 1. ª q 110. 3. c.

22 Necesse est esse aliquod movens omnino immobile. 1. ª q. 2. 3. c. et q. 9. 1 o. et q 75. 1 ad 1

23 Motus semper ab immobili procedit, et ad aliquid quietum terminatur. 1. ª q 79 8. c. et q 82. 1. c. fin. et q 84. 1 ad 3. et q 115. 3. c.

24 Primum movens in quolibet genere est non motum in illo genere motus 3. ª q. 12 3. c. et q. 22. 4. c.

25 Deus movet, sicut desideratum et intellectum, non quidem semper a moto, sed a seipso. 1. ª q. 105. 2 ad 2.

26. In omnibus moventibus ordinatis, virtus secundi derivatur a primo, quia secundum non movet, nisi inquantum movetur a primo. 1-2. q. 93. 3. c. et q. 109. 1. c.

27. In omnibus motoribus et mobilibus ordinatis, motor inferior habet motum proprium, et præter hoc, sequitur motum superioris motoris. 2-2. q. 2 3 c.

28. Res naturalis dupliciter non potest ab aliquo moveri, scilicet propter impedimentum fortioris motoris, vel quia non subjicitur ei quoad illud. 2-2. q. 104. 5. c.

29. Omne quod movetur, ab alio movente movetur. 1.ª q. 2. 3 c.

30. In moventibus et motis, non proceditur in infinitum. 1.ª q. 2. 3. c. et q. 51. 3 ad 3.

31 Res intantum indiget moveri ab alio, inquantum est in potentia quoad exercitium actus, vel quoad determinationem objecti. 1.ª q. 2. 3. c. et 1-2. q. 9. 1. c.

32 Omne movens trahit ad se, vel pellit a se. 1-2. q. 23. 4 c.

33. Omne movens dat moto tria, scilicet inclinationem, motum, et quietem. 1-2. q. 23. 4. c. et q. 26. 2. c.

34. Omne movens se dividitur in duas partes, scilicet in partem moventem, et partem motam, quod convenit tantum animatis. 3.ª q. 32. 4. c.

35. Idem secundum diversa potest se movere, non autem secundum idem. 1-2. q. 9. 3. o. et q. 51. 2 ad 2. et 2-2. q. 59. 3. c.

36. Eorum quæ moventur a principio intrinseco, quædam movent se, scilicet omnia quæ cognoscunt finem, non autem alia. 1-2. q. 6. 1. c.

37. Moventium se, quintuplex gradus, scilicet secundum executionem tantum, ut plantæ; secundum formam imperfecte, ut fixa; vel perfecte, ut bruta; secundum finem aliquorum, ut homo; vel universaliter, ut Deus. 1.ª q. 18. 3. c.

38. In omni natura, in qua differt operatio a substantia, oportet esse aliquem motum motus. 1.ª q. 9. 2. o.

39. Non omne quod movetur est corpus, nisi per se in motu naturali. 1.ª q. 75. 1 ad 1.

40. In omnibus rebus creatis est aliquid stabile, ad minus materia prima, et aliquid mobile sive ad motum pertinens, vel ad operationem, et quantum ad utrumque, res indigent gubernatione, alias in nihilum decideret. 1.ª q. 103. 1 ad 2.

41. Omne quod movetur, manet secundum aliquid, et secundum aliquid transit; ideo est compositum. 1.ª q. 9. 1. c.

42. Omne quod movetur, suo motu acquirit aliquid, et pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat. 1.ª q. 9. 1. c.

MOYSES, secundum Dionysium, propter multam suam mansuetudinem, fuit dignus apparitione divina, ideo mansuetudo debet maxime appeti 2-2. q. 157. 4. ar. 1.

1. MULIER facta est ex viro, quadruplici ratione, scilicet ut primus homo esset similis Deo, in ratione principii, ut eam plus diligeret, ut ei præesset, ut significaret quod Christus est principium Ecclesiæ. 1.ª q. 92. 2. o.

2. Mulier debuit produci scorsum, in prima rerum productione, ut esset major discretio sexuum in hominibus, et ut vacent magis operationi nobiliori, scilicet contemplationi. 1.ª q. 92. 1. c.

3. Mulier facta fuit in adjutorium viri. quoad generationem tantum, quia in aliis melius adjuvatur vir per virum quam per mulierem. 1.ª q. 92. 1. c. principio. et q. 98. 2. c. 2.

4. Mulier in statu innocentiæ fuit imperfectior viro, et secundum corpus, et secundum animam, non autem in statu gloriæ. 1.ª q. 92. 1 ad 2.

5. In statu innocentiæ fuissent tot mulieres, quod viri. 1.ª q. 99. 2 ad 3.

6. In actu tentationis diaboli, mulier assumebatur quasi instrumentum tentationis ad dejiciendum virum, quia mulier erat infirmior viro, unde magis seduci poterat. 2-2. q 165 2 ad 1.

7. Mulier propter elationem præcedentem seducta est, ut crederet quod serpens haberet usum loquendi, non quidem per naturam, sed supernaturaliter. 1.ª q. 94. 4 ad 1 et ad 2. et 1-2. q. 89 3 ad 2. et q. 163 1 ad 4. et 4 ad 1.

8. Inspectio mulierum ordinatur ad aliquid noxium, scilicet ad concupiscendum. 2-2. q. 167. 2. c.

9. In mulieribus non est sufficiens robur mentis ad hoc, ut concupiscentiis resistant. 2-2. q. 149. 4. c. et q. 165. 2 ad 1.

10. Non est crimen mulieris per violentiam violatæ, si consensus non adsit. 2-2. q. 64. 5 ad 3.

11. MULTILOQUIUM est filia gulæ. 2-2. q 148. 6. c.

MUNDANA quælibet reducuntur ad tria, scilicet ad honores ad divitias, et ad delicias 1-2. q 108. 3 ad 4. et 4. c.

MUNDITIA cordis duplex, scilicet ab affectionibus inordinatis per virtutes et dona appetitus, et a phantasmatibus et erroribus per donum intellectus; et hæc est completiva visionis Dei, prima autem disponit ad eam. 188. 2 2. q. 8 7. o

1. MUNDUS. Esse in sæculo et in mundo dicitur dupliciter, scilicet secundum præsentiam corporalem, et secundum affectum mentis. 2-2. q. 2 ad 3.

2. Mundus est necessario unus. 1.ᵖ q. 47. 3. o.

3. Mundus non est factus a casu, sed a solo Deo. 1.ᵖ q. 15 1. o. et q. 47. 1. o. et q. 103. 1. o.

4. Mundus habet esse post non esse, ex sola voluntate Dei. 1.ᵖ q. 46. 2. o.

5. Antequam esset, possibile erat mundum esse potentia Dei, non autem potentia materiæ. 1.ᵖ q. 9. 2. c. et q. 46. 1. ad 1.

6. Deus præcessit mundum duratione æternitatis, non autem duratione temporis. 1.ᵖ q. 46. 1 ad 8.

7. Si mundus semper fuisset, non æquaretur Deo in duratione. 1.ᵖ q. 46. 2 ad 5.

8. Mundus necessario gubernatur ab uno, scilicet a Deo. 1.ᵖ q. 103. 1. 3. o. et 1-2. q. 91. 1. c.

9. Facillima via ad ostendendum Deum esse, et omnia esse ab eo, est ex suppositione novitatis mundi. 1.ᵖ q. 46. 1 ad 6.

10. Solutiones earum rationum falsarum arguentium æternitatem mundi ponuntur. 1.ᵖ q. 46. 1. o.

11. Si mundus esset æternus, sequeretur necessario, animas esse infinitas, vel animam pluries uniri diversis corporibus, vel esse unum tantum intellectum omnium hominum. 1.ᵖ q. 46. 2 ad 8.

12. Novitas vel æternitas mundi non potest probari demonstrative. 1.ᵖ q. 46. 1. 2. o.

13. Aristoteles non intendit demonstrare æternitatem mundi, sed disputative tantum procedere. 1.ᵖ q. 46. 1. c.

14. Ante mundum fuit tempus, intelligitur secundum imaginationem tantum. 1.ᵖ q. 46. 1 ad 8

MUNUS datum vel acceptum pro re spirituali, quasi pretium ejus, est simonia, non autem quasi stipendium, et est triplex munus, scilicet munus a manu, a lingua, et ad obsequio. 2-2. q. 78. 2 ad 3. et q. 100. 2 ad 2. et 5. o.

MUSICA instrumenta, et cantus, erant in veteri Testamento, sed Ecclesia assumpsit secundum, quia morale est; non autem assumpsit primum, quia instrumenta illa figuralia sunt, et nimis occupant animum, et ipsum movent ad corporalem delectationem, ideo sunt contra sapientiam, et ideo subtrahuntur in ecclesia instrumenta musica, ut a corporalibus retrahantur divinis laudibus mancipati. 2-2. q. 91. 2 ad 1.

1. MUTABILE dicitur dupliciter, scilicet per potentiam in eo existentem vel per potentiam existentem in alio. 1.ᵖ q. 9. 2. c.

2. Mutabilitatis principium et causa est rei potentialitas. 1.ᵖ q. 9. 1. c.

3. Philosophi non consideraverunt mutabilitatem, nisi eam quæ est secundum formam a causa mutabili. 1.ª q. 44 2. c. et q. 45. 2 ad 1

4. Angeli non sunt hac mutabilitate mutab les, quantum ad id quod in eorum natura est. 1.ª q. 44. 2. c. et q. 45 2 ad 1.

1. MUTATIO triplex, scilicet naturalis, miraculosa, et annihilatio. 3.ª q. 13 2 c.

2. Nihil potest esse ubi prius non fuit, nisi vel eo mutato, vel mutato alio in ipso. 3 ª q. 75. 2 c

3. Omne quod quocumque modo mutatur, est in potentia, et manet quoad aliquid, et quoad aliquid transit, et est compositum, et acquirit aliquid prius non habitum. 1.ª q. 9. 1. c.

4. Mutatio accipit speciem et dignitatem a termino ad quem, non autem a termino a quo. 1 ª q. 45. 1 ad 2.

5. In omni mutatione oportet aliquid idem esse sub utroque termino, habens se nunc aliter quam prius. 1.ª q 45. 2 ad 1

6. Omnis mutatio possibilis fieri a quacumque creatura, potest fieri ab anima Christi, inquantum est instrumentum divinitatis, non autem secundum se. 3.ª q. 13. 2 ad 2.

MUTATUM esse est pars motus discreti, et terminus motus continui. 1.ª q. 53 2 ad 3.

MUTILATIO membrorum est illicita, nisi fiat propter salutem totius corporis, non autem animæ, vel nisi fiat per publicam potestatem, propter bonum commune. 2-2. q. 62. 2 ad 1· et q. 65. 1. o.

N.

1. NATIVITAS est exitus a generante, conjuncto, a quo habet principia sufficientia, et dicitur *oriri*, ratione primi, *nasci* ratione secundi, et *gigni* ratione tertii. 1.ª q. 27 2. c.

2. Nativitas attribuitur alicui dupliciter, scilicet ut subjecto nascenti, et ut termino; primum convenit tantum supposito, secundum autem formæ et naturæ. 3.ª q. 35. 1. c. et 2 c. ad 3. et 4 c.

3. Esse, fieri, et nasci proprie convenit tantum subsistenti, sed convenit formis consequenter, accidentibus autem per accidens 3.ª q 35. 1. o.

4. Nasci et oriri convenit omni et soli viventi generabili, sed secundum similitudinem convenit accidenti, æque, et soli. 1 ª q 27. 2. c.

5. Fructus arborum, capilli, ova, et hujusmodi, dicuntur nasci, sed non dicuntur filii. 1.ª q. 27. 2. c. et 3.ª q 32 3 c.

6. Nativitas Christi ex parte matris fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritus sancti fuit miraculosa; unde beata Virgo est vera et naturalis mater Christi 3.ª q. 35. 3 ad 2. fin.

7. Christus potest dici bis natus. 3.ª q 35. 2 ad 4.

8 Nativitas Christi duplex, scilicet nativitas æterna a Patre, et nativitas temporalis a matre. 3.ª q. 35. 2. o. et 5 c.

9. Christus non fuit subjectus tempori in nascendo, sicut cæteri homines; sed elegit tempus quo convenientissime nasceretur. 3.ª q. 35. 8. o

10. Christus natus est nocte, quia venit ad tenebras infirmitatis nostræ. 3.ª q. 83. 2 ad 2 et ad 4.

11. Christus voluit nasci in Bethleem, in diversorio, propter humilitatem; non autem in Hierusalem, nec Romæ, nec Nazareth. 3.ª q. 35. 7. o. et q. 46. 10 ad 1.

12. Christus voluit nasci de populo Judæorum, quia decebat eum nasci ex populo pollente speciali prærogativa sanctitatis. 1-2. q. 98 4. c. ad 1. et 5. c. et 3 ª q. 4. 6 ad 3.

13. Christus natus est per genitalia beatæ Virginis, dummodo per hoc perfectioni virtutis nihil subtrahatur, secundum Hieronymum contra Helvidium, et cum dicit Ambrosius, quod Christus aperuit matris suæ vulvam, hoc dicit exponens illud, quod evangelista de lege induxit; quod quidem, ut Beda dicit, consuetæ nativitatis more loquitur, non quod Dominus sacri ventris ostium, quod ingressus sanctificaverat, egressus devirginasse credendus sit; unde illa adapertio non significat reserationem communem claustri pudoris virginei, sed solum exitum prolis de utero matris. 3. ᵖ q. 28 2 ad 1.

14. Nativitas Christi non debuit omnibus manifestari, sicut adventus ejus, nec tantum parentibus, nec omnibus occultari. 3. ᵖ q. 36. 1. 2. o. et q. 39 8 ad 3.

15. Electi sunt convenienter aliqui, de qualibet conditione hominum, quibus ostenderetur primo nativitas Christi. 3. ᵖ q. 36. 3. o.

16 Christus manifestavit nativitatem suam, primo per alias creaturas, secundo autem per seipsum. 3. ᵖ q. 36. 4 o.

17. Nativitas Christi ostensa fuit per signa convenientia, scilicet per angelos, per stellam, et per inspirationem. 3. ᵖ q. 36. 5 o.

18. Nativitas Christi fuit ostensa convenienti ordine, scilicet primo pastoribus, secundo magis, tertio Simeoni et Annæ. 3. ᵖ q. 36. 3 6. o.

19 Quando Christus natus est, oleum fluxit Romæ, et in Hispania apparuerunt tres soles paulatim uniti. 3. ᵖ q 36. 3 ad 3.

20. Ostensa nativitate Christi, Herodes turbatur ad dignitatem Christi, in figuram judiciariæ potestatis ejus, et in figuram dejectionis diaboli; sed Judæi turbantur, quia iniqui erant, et adulantes. 3 ᵖ q. 36. 2 ad 3.

1. NATURA dicitur a nascendo. 1. ᵖ q. 29. 1 ad 4. et 3. ᵖ q. 2. 1. c.

2. Natura non est serva, nec est domina, sed persona est serva vel domina, ratione naturæ. 3. ᵖ q. 20. 1 ad 2 et 2. o

3 Tota natura comparatur Deo, ut instrumentum agenti principali. 1-2. q. 1. 2 c. et q. 6. 1 ad 3

4. Omne perpetuum est per se intentum a natura, et nihil aliud. 1. ᵖ q. 98. 1. c.

5 Unum respondet semper naturæ, sicut natura est una scilicet vel numero, vel specie, vel genere. 1-2. q. 10. 1 ad 3.

6. Natura sumit principium a perfectis, secundum causam agentem et formalem, non autem secundum causam materialem, sed ab imperfectis. 2-2. q. 1 7 ad 3 et 3. ᵖ q. 1 5 ad 2. et 6. c.

7. Natura dicitur dupliciter secundum aliquos, scilicet natura naturans, id est, Deus ordinans naturas omnium, sive auctor naturæ, vel qui creavit omnes naturas, et ut instrumentum ejus. 1-2. q. 1 2. c. et q. 6. 1 ad 3. et q. 26 1. c. et q 67. 1. c. principio.

8. Natura dicitur dupliciter, scilicet quælibet substantia vel accidens, et principium motus intrinsecum 1-2 q 10 1. c.

9. Natura significat quadrupliciter, primo generationem viventium, id est, nativitatem; secundo principium intrinsecum cujuscumque motus; tertio materiam et formam; et quarto essentiam cujuscumque rei. 1. ᵖ q. 29 1 ad 4 et 3. ᵖ q 2. 1. 12. c.

10 Supra facultatem naturæ est aliquid tripliciter, scilicet quantum ad substantiam facti, quantum ad id in quo fit, et quantum ad modum et ordinem faciendi 1-2. q. 113. 9. o. et 3 ᵖ q 43 4 ad 2.

11. Quæ sunt supra naturam, sola fide tenemus. 1. ᵖ q. 99. 2. c.

12. Visio Dei est supra naturam animæ rationalis, inquantum propria virtute ad eam pervenire non potest; sed est secundum naturam ejus in-

quantum est capax ejus: scientia vero increata, est ei supra naturam omnibus modis. 3.ª q. 9. 2 ad 3.

13. Nulla natura potest supra se, id est, in actum excedentem proportionem virtutis suæ, sed potest in objectum supra se. 1.ª q. 11. 1 ad 5. fin. et q. 84. 1 ad 2. fin. et 2-2 q. 109. 3 ad 2.

14. Ad perfectionem naturæ inferioris concurrunt duo, scilicet aliquid secundum motum proprium, et aliud supernaturali perfectione secundum motum naturæ superioris. 2-2. q. 2. 3. c.

15. Perfectio naturalis creaturæ non solum consistit in eo quod ei competit secundum suam naturam, sed in eo etiam quod ei attribuitur, ex quadam supernaturali perfectione divinæ bonitatis. 2-2. q 2. 3 c

16. In omnibus asserendis, sequi debemus naturam, præter tradita auctoritate divina, quæ sunt supra naturam. 1.ª q. 99. 1. c. et q. 101. 1. c.

17. Contra naturam sumitur dupliciter, scilicet ut opponitur ei, quod est secundum naturam, id est, conveniens naturæ, et ut opponitur ei, quod est esse a natura; primo modo potest assuefieri, non autem secundo modo. 1-2. q. 71. 2 ad 2.

18. Deus non facit contra naturam. 3.ª q. 44. 2 ad 1.

19. Ea quæ Deus facit præter solitum cursum naturæ, non sunt contra naturam. 2-2. q. 104. 4 ad 2. et 3.ª q. 44. 2 ad 1.

20. Si potestas major intantum invalescat, quod mutet contrariam inclinationem in inclinationem propriam, jam non erit aliqua repugnantia, vel violentia, sicut quando agens fortius, corrumpendo corpus grave aufert ei inclinationem qua tendit deorsum: et sic ferri sursum non est ei violentum, sed naturale. 1-2. q. 36. 4. c.

21. Sicut Deus non agit contra naturam, sed contra solitum cursum naturæ, sic non agit contra virtutes, nec præcipit contra eas, sed contra solitum modum earum. 2-2. q. 104. 4 ad 2. et q 154. 2 ad 2

22. Peccata contra naturam sunt contra Deum: ideo sunt graviora sacrilegio, quanto ordo naturæ prior est quolibet ordine superaddito. 2-2. q. 154. 12 ad 1 et ad 2.

23. Omne peccatum est contra naturam hominis quoad differentiam ejus, et aliqua etiam ratione generis, ut sodomia, bestialitas, et hujusmodi. 1-2. q. 6. 4 ad 3. et q. 71. 2. o. et q. 94. 3 ad 2. et 2-2. q. 34. 5. c. et q. 154. 1. c. et 11 12. o.

1. NATURALE est quod convenit rei secundum substantiam ejus, id est, quod per se inest ei. 1-2. q. 10. 1. c

2. Naturale duplex, scilicet quod est a natura ut a principio activo, vel quia in natura est inclinatio ad recipiendum illud ab extrinseco. 1-2. q. 6. 5 ad 2.

3. Naturale duplex, scilicet causatum ex principiis essentialibus rei, et quod habetur a nativitate 3.ª q. 2. 12. o. et q. 34. 3 ad 2.

4. Naturale duplex, scilicet quod convenit naturæ generis, vel naturæ speciei ratione differentiæ. 1-2. q. 94. 2. c. et 3 ad 2.

5. Naturale duplex, scilicet secundum naturam speciei, et secundum naturam individui; et utrumque est duplex, scilicet vel totum a natura, vel partim a natura et partim ab extrinseco. 1-2. q. 51. 1. c et q. 63. 1. c.

6. Naturale duplex, scilicet consequens formam, et consequens materiam: primum semper inest actu, non autem secundum, sicut quæ pertinent ad motum 1-2 q. 10. 1 ad 2.

7. Naturale duplex, scilicet vel ad quod natura inclinat mediante cognitione, vel sine ea, sed ut causatum ex necessitate naturæ 1-2. q. 41. 3. o.

8. Naturale homini duplex, scilicet secundum rationem, et condivisum rationi, scilicet secundum sensum,

vel secundum corpus. 1-2. q. 31. 7. o.

9. Naturale duplex, scilicet causatum ex principiis naturæ, et quasi propagatum cum natura; et sic originalis justitia, et peccatum originale dicuntur naturalia, non autem primo modo. 1. ᵖ q. 100. 1. c. ad 3 et 1-2. q. 81. 2. c.

10. Omne quod fit ab agente, cui naturaliter subditur patiens, est naturale, licet non sit secundum propriam naturam patientis. 1. ᵖ q. 105 6 ad 1. et 1-2. q. 94. 5 ad 2 et 2-2. q 2. 3. c. et 3. ᵖ q. 44. 2 ad 1.

11. In naturalibus et moralibus non quæritur quid semper fiat, sed quid fiat, ut in pluribus 1-2. q. 84. 1 ad 3. et q 96 1 ad 3. et 6. c. et ad 3. et q. 102. 6 ad 5. et 2-2. q. 88. 9. 10. c. et q 120. 1. c. et q. 147. 4. c. et q. 152. 2 ad 3. et q. 154. 2. c. fin. et q. 160. 5. c.

12. Naturale inest semper in solo habente naturam immutabilem. 2-2. q. 57. 2 ad 1.

Nazareth interpretatur *flos:* ideo Christus voluit ibi conversari, non autem nasci: quia voluit florere per virtuosam conversationem, non autem per originem carnis 3. ᵖ q. 35. 7 ad 2.

1. NECESSITAS duplex, scilicet absoluta, et conditionata: et hæc dupliciter, scilicet ex agente, et ex fine: et hæc dupliciter, scilicet vel simpliciter, vel quoad bene esse. 1. ᵖ q. 19. 3. o. et 8 ad 1 et q. 41. 2 ad 5. et q. 82. 1. c. et 2-2. q. 58. 3 ad 2. et q. 83. 13. c. et q 88. 2 c. et 6 ad 1. et q. 141. 6 ad 2. et q. 186. 5. ad 5. et q. 189 3 ad 2. et 3. ᵖ q. 1 2. c. et q. 14. 2. c. et q. 46. 1. c. et q. 65. 4. c. et q. 84. 5 c.

2. Necessitas ex fine duplex, scilicet necessitas absoluta, id est, sine qua non potest aliquis vivere, et necessitas conditionata, id est, quoad decentem statum 2-2 q 32. 5. 6. c.

3. Necessitas duplex, scilicet coactionis, et obedientiæ: prima tollit rationem laudis et meriti; non autem secunda. 2-2. q. 58. 3 ad 2. et 81. 6 ad 3. et q. 186. 5 ad 5.

4. Aliqua necessaria habent causam. 1. ᵖ q. 44. 1 ad 2. et q. 50. 5 ad 3. et 1-2. q. 93. 4 ad 4.

5. Necessitas quæ provenit ex principio intrinseco, (ut omne compositum ex contrariis necessario est corruptibile,) est necessitas naturalis et absoluta. 1. ᵖ q. 82. 1. c.

6. Necessarium et contingens consequuntur ens, inquantum hujusmodi. 1. ᵖ q. 22. 4. ad 3.

7. Necessitas coactionis absolutæ causat omnino involuntarium, et omnino excludit culpam; non autem necessitas conditionata vel mista, id est metus. 1-2. q. 6. 4. c. et 5. o. et 6 ad 1.

8. Quilibet in extrema necessitate vel sua vel alterius potest sine peccato auferre per vim, vel occulte, a quocumque, quia tunc omnia sunt communia. 2-2. q. 31. 3 ad 3. et q. 32. 7 ad 3. et q. 62 5 ad 4. et q 66. 6 ad 1 et 7. o. et q 110. 3 ad 4.

9. Necessitas non subditur legi. 1-2. q. 96. 6. c. et 2-2. q. 147. 3 ad 2. et 4. c. et 3. ᵖ q. 80. 8. fin.

10. In subventione necessariorum plus tenetur homo filio quam parenti; sed in honore, reverentia, obedientia, et voluntate, est e converso: quia honor filii magis dependet ex honore patris quam e converso. 2-2. q. 32 3 ad 4.

11. In extrema autem necessitate magis licet deserere filios quam parentes, quos nullo modo deserere licet, propter beneficia. 2-2. q. 31. 3 ad 4.

1. Negatio. Causa negationis duplex, scilicet negatio causæ, et positio contrarii. 1-2. q. 75 1. c.

2. Negatio non est proprie in specie, sed reducitur ad speciem suæ affirmativæ. 1. ᵖ q. 33. 4 ad 3. et 1-2. q. 71 6 ad 1 et q. 72. 6 ad 3. et 2-2 q. 79. 3 ad 1.

3. Omnis negatio de aliqua re fun-

datur super aliquid existens in ea 1-2. q. 72. 6. c.

NEGATIVE dicitur quando res non habet aliquid quod est in alio, nec debet habere; privative vero, quando caret eo quod debet habere. 1. ae q. 12 4 ad 2.

1. NEGLIGENS secundum Isidorum dicitur, quasi nec eligens. 2-2. q. 54. 2. c. 2.

2. Negligentia pertinet ad actum interiorem, ideo oritur ex accidia, sed pigritia et torpor pertinent ad executionem, scilicet prima tardando, et secunda remittendo. 2-2. q. 54. 2 ad 1.

3 Negligentia deficit ab actu præcipiendi, per defectum promptæ voluntatis; inconstantia vero quasi impedita ab alio 2-2. q. 53. 2. c. fin. et q. 54. 2 ad 3.

4. Negligentia est generale peccatum. 2-2. q. 54. 1. o.

5. Negligentia est peccatum mortale dupliciter tantum, scilicet vel quando prætermittitur actus seu circumstantia necessaria ad salutem, vel ex contemptu. 2-2. q. 54. 3. o.

6. Negligentia trahitur ad aliud genus peccati manifestius, quando prætermittitur aliquid necessarium ad salutem. 2-2. q. 54 3 ad 3.

7 Amor minor, per defectum fervoris charitatis, causat negligentiam venialem: per defectum vero essentiæ charitatis causat negligentiam mortalem. 2-2. q. 54. 3 c. ad 1.

8 Negligentia directe opponitur sollicitudini: ideo pertinet ad imprudentiam; sed opponitur timori, inquantum timor excitat rationem contra negligentiam 2-2. q 53 principio et q. 54 2. o.

9. Propter negligentiam considerandi nocumenta, quæ consequi possent, imputantur homini ad pœnam, mala, quæ eveniunt præter ejus intentionem, si dabat operam rei illicitæ. 1-2. q 83. 8 c et q. 74. 3 ad 2. et 2-2. q. 62 5 ad 2.

NEGOTIA secularia contingit dupliciter aliena tractare, scilicet secularitер, id est, vel propter favorem hominum, vel propter lucra; et pie, id est, in auxilium indigentium et miserorum; secundum est religiosum, non autem primum. 2-2. q. 18. 3 ad 2 et q. 187. 2. o et q. 188. 2 ad 2 et q. 189. 6 ad 1.

1. NEGOTIATIO de se non est vitiosa, licet habeat turpitudinem: ideo licita est, si sit ad finem honestum vel necessarium, id est, quod negotiator lucretur moderate, scilicet vel ad sustentationem suæ domus, vel pauperum, vel communitatis, non in festo, justo contractu, et non ad caristiam. 2-2. q 77. 4. o.

2. Commutatio naturalis est licita clericis, non autem negotiatio; quia fit ad lucrum terrenum, cujus debent esse contemptores, et est cum frequentia vitiorum; et nimis retrahit animum a spiritualibus, ad curas seculares. 2-2. q 40. 2. c. et q. 77. 4 ad 3. et q. 182. 2. o.

3 Non omnis vendens carius quam emit, est negotiator, sed tantum si ad hoc emat, ut carius vendat. 2-2. q. 77. 4. q. ad 3. et q. 87. 2 ad 1.

1. NEMESIS non potest esse de bonis honestis, sed de bonis temporalibus, et prohibetur a Deo, quia temporalia sunt quasi nihil respectu æternorum, licet, secundum Aristotelem, Nemesis sit laudabilis 2-2. q. 36. 2. c. fin.

2. Nemesis et misericordia contrariantur secundum æstimationem, quia secunda dolet, æstimans aliquem indigna pati, sed prima gaudet, æstimans aliquem digna pati, dolens indignis bene accidere, et utrumque est laudabile. 2-2. q. 30. 3 ad 2 et ad 4. et q. 36. 2 c.

NEOMENIA celebratur quolibet mense, in novitate lunæ, ad commemorandum opus gubernationis Dei; non au-

tem in plenilunio, propter idololatriam, et figurabat illuminationem ecclesiæ per Christum. 1-2 q. 102. 4 ad 10.

1. NESCIRE dicitur dupliciter, scilicet metaphorice, id est reprobare, et proprie, id est, carere notitia; primum convenit Deo respectu aliquorum, non autem secundum 2-2. q. 188. 5 ad 1.

2 Nescire illa quæ quis potest, et tenetur scire, vitiosum est 1 ℘ q. 12. 4 ad 2. et 1-2. q. 76. 2 ad 5. et 4 ad 3 et q. 94. 4. c. ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 16. 2 ad 3.

NEUTRUM genus est informe et indeterminatum; ideo prædicatur de re perfecta et imperfecta, de re subsistente et non subsistente. 1. ℘ q. 31. 2 ad 4.

1. NIHIL fit ex nihilo naturaliter, id est, per motum, sed a Deo fit aliquid ex nihilo per creationem. 1. ℘ q. 45. 2 ad 1.

2. Majoris virtutis est facere aliquid ex nihilo, quam facere ex contrario 1 ℘ q. 45. 5 ad 2.

3 Beatus Nicolaus aurum furtim in domo projiciens, vitare voluit humanum favorem, et verecundiam illius qui beneficium accepit, ut esset majus beneficium. 2-2. q. 107. 3 ad 4.

NYCTICORAX est acuti visus in nocte, id est, significat eos qui sunt astuti in temporalibus, et hebeti visus in die, id est, in spiritualibus 1-2. q. 102 6 ad 1.

NINIVITÆ speciali modo egerunt pœnitentiam: quibus aliquid fuit adjunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Jonæ 3. ℘ q. 84. 7 ad 1.

1. NITOR animæ duplex, scilicet ex refulgentia luminis naturalis rationis, et ex refulgentia Dei. 1-2. q. 86 1. c.

2. Nitor animæ duplex, scilicet habitualis, et atualis; sicut duplex nitor corporis, scilicet intrinsecus et extrinsecus. 1-2. q. 89. 1. c.

3. Quod acquirit æqualem perfectionem per se, vel per pauciora, nobilius est, non autem si acquirat minorem 1. ℘ q. 77. 2. c. et 1-2. q 5. 5 ad 2.

1. NOCERE: de ratione pœnæ est, quod noceat agenti in seipso, culpæ vero, in actione. 1. ℘ q. 48 5 ad 4.

2. Prius est, quod nocet meliori, quam quod nocet pejori. 1-2. q. 39. 4 ad 3.

3. Naturalis inclinatio inest homini, ad repellendum nociva dupliciter, scilicet defendendo se, ne inferantur injuriæ, et ulciscendo illatas. 2-2. q. 108 2. c.

4 Divina providentia protexit hominem in primo statu, ab omni nocivo. 1 ℘ q. 97 2 ad 4.

5. Non fuerunt aliqua nociva homini a principio, sicut sunt nunc per peccatum; quæ tamen ei prosunt ad humilitatem, et ad contemplationem. 1. ℘ q. 69. 2 ad 2. et q. 72 ad 6. et 2-2. q. 165. 1. c.

NOLO significat actum voluntatis affirmatum, seu ipsum volitum negatum; ideo non est contradictorium de volo, sed est ejus contrarium. 1-2. q. 3 ad 2.

1. NOMEN imponitur ab eo per quod res cognoscitur, scilicet a proprietate, vel ab operatione, si humanitus imponatur. 1. ℘ q. 13. 2 ad 2. et 8. c. et q. 18 2. c et q. 33. 1 ad 3. et 3 ℘ q. 37. 2 c.

2. Unumquodque nominamus, sicut et cognoscimus. 1. ℘ q. 13 principio et 1 c. et q 18. 2. c. et q 32. 2 c. et 1-2 q. 7. 1. c.

3. Qualibet a suo complemento. 3 ℘ q. 60. 2 ad 3

4. Quando in aliquo invenitur perfecta ratio alicujus nominis, nullo modo prædicatur illud nomen de eo, cum

determinatione diminuente. 3. ᵖ q. 23. 4. c. et q. 32. 3. c. ad 2.

5. In rebus per se notis nobis, idem est id a quo nomen imponitur, et id ad quod nomen imponitur. 1. ᵖ q. 13. 8. c.

6. Ratio nominis magis et principalius se tenet ex parte ejus, ad quod nomen imponitur, quam ex parte ejus, a quo nomen imponitur. 2-2. q. 92. 1 ad 2.

7. Nomen potest dupliciter considerari, scilicet secundum primam ejus impositionem, et secundum extensionem ejus ad alia ex usu ejus. 1. ᵖ q. 67. 1. c. et 2-2. q. 57. 1 ad 1.

8. Nomina singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate ipsorum. 3. ᵖ q. 37. 2. c.

9. Nomina ponebantur in circumcisione, sicut nunc imponuntur in baptismo, quasi ante non fuerint. 3. ᵖ q. 37. 2 ad 3. et q. 70 3 ad 3.

10. Omne nomen impositum divinitus alicui significat aliquod donum gratuitum collatum ei. 3. ᵖ q. 37. 2. c.

11. Nomen non sequitur modum essendi qui est in rebus, sed ut res est in cognitione nostra. 1. ᵖ q 13. 9 ad 2. et q 45. 2 ad 2.

12. Sapientia est non curare de nominibus. 1. ᵖ q. 54. 4 ad 2 fin.

13. In iis quæ apud nos sunt, nunquam nomen ab aliqua forma impositum, pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. 3. ᵖ q. 3. 7 ad 3

14. Nomen significat substantiam, id est, id cui nomen imponitur; et significat qualitatem, id est, id a quo nomen imponitur. 1. ᵖ q. 13. 1 ad 3.

15. Omne nomen significans naturam communem, potest supponere in concreto, pro quolibet ejus supposito. 3. ᵖ q. 16. 1. c. fin. et q. 35. 4. c.

16. Multiplicitas nominis non attenditur secundum prædicationem, sed secundum significationem ejus. 1. ᵖ q. 13. 10 ad 1.

17. Nomen potest dupliciter considerari, scilicet secundum primam ejus impositionem, et secundum extensionem ejus ad alia, ex usu ejus. 1. ᵖ q. 67. 1. c et 2-2. q. 57. 1 ad 1.

18. Rebus ordinatis, aliquid inest tripliciter, scilicet per proprietatem, per excessus et per participationem; et a primo tantum res nominantur proprie. 1. ᵖ q. 108. 5. c.

19 Hoc nomen Deus, dicitur ab *æthin*, id est ordere, vel a *theaste*, id est considerare, seu videre, vel a *thein*, id est currere vel fovere. 1. ᵖ q. 13. 8. a 1.

20. Hoc nomen Deus, dicitur analogice, de Deo ve·o, de Deo falso, et de Deo per participationem: non autem univoce, nec æquivoce. 1. ᵖ q. 13. 9. 10. o.

21. Hoc nomen Deus, non est nomen proprium, sed est nomen appellativum. 1. ᵖ q 13. 9 ad 2. et 3. ᵖ q. 35. 4 ad 3.

22. Hoc nomen Deus, est nomen operationis, quantum ad id a quo imponitur ad significandum; imponitur enim ab universali providentia rerum, sed tamen significat naturam Dei. 1. ᵖ q. 13. 8. o.

23. Hoc nomen Deus, significat naturam divinam, ut in habente. 1. ᵖ q. 13. 9 ad 2.

24. Et habet aliquid universalis, scilicet prædicari essentialiter de pluribus suppositis, et aliquid singularis, scilicet non multiplicari in eis. 1. ᵖ q. 13. 9. o. et q 39. 4 ad 1.

25. Hoc nomen Deus, secundum rei veritatem, est incommunicabile. 1. ᵖ q. 13 9. c ad 2.

26. Et per se supponit pro natura communi; sed ex adjuncto supponit pro persona, homo autem e converso. 1. ᵖ q. 39. 4 ad 3. et 6 ad 1.

27. Hoc nomen Deus, potest supponere pro omnibus et singulis personis divinis. 1. ᵖ q. 39. 4. o. et 3. ᵖ q. 16. 1. c. fin. et q. 35. 4. c. ad 3.

28. Nomina Dei non exprimunt essentiam Dei secundum quod est, sicut hoc nomen homo, exprimit essentiam hominis. 1. ᵖ q. 13. 1. c. et 8 ad 1.

29. Deus est nominabilis a nobis ex creaturis, et imperfecte, non autem secundum quod in se est et perfecte. 1.ª q. 13. 1 o. et q. 28. 2 ad 2 et ad 3.

30 Nomina Dei imponuntur a processibus divinis ad creaturas, non autem ad significandum eos. 1.ª q. 13. 2 ad 2.

31. Nomina dicta de Deo affirmative et absolute significant essentiam ejus, non autem negativa, vel relata ad creaturas. 1.ª q 13. 2. o. et 4. 6. c.

32. Omne nomen commune Deo et creaturis, prius dicitur de Deo quam de creaturis quoad rem, sed e converso, quoad impositionem nominis. 1.ª q. 13. 3. c. et 6. o. q. 33. 2 ad 4. et 3. o.

33. Nomina quæ significant perfectionem absolute sunt communia Deo et creaturis; quæ autem dicunt modum participandi, sunt propria creaturis, quæ vero dicunt modum supereminentiæ, sunt propria Deo. 1.ª q. 13. 3 ad 1. et 5 ad 3.

34. Nomina dicta de Deo absolute, dicuntur de eo ab æterno: quæ vero dicuntur per respectum ad creaturas, dicuntur de eo ex tempore. 1.ª q. 13. 7. o. et q. 34. 3 ad 2. et q. 43. 2. o.

35. Nomina quæ dicunt respectum ad creaturas, consequentem actiones immanentes, dicuntur de Deo ab æternmo; si autem dicunt respectum consequentem actiones transeuntes, dicuntur de eo ex tempore. 1.ª q. 13. 7 ad 3. et q 14. 15. ad 1. et q. 34 3 ad 2.

36. Omnia nomina dicta de Deo metaphorice vel causaliter tantum, prædicantur per prius de creaturis quam de Deo. 1.ª q. 13. 6. o. et q. 33. 3 c.

37. Simplex et unica scientia Dei potest nominari omnibus nominibus nostræ cognitionis. 1.ª q. 14. 1 ad 2.

38. Multa nomina dicta de Deo, non sunt synonyma, quia significant idem, secundum diversas rationes. 1.ª q. 13. 4. o.

39. Nullum nomen dicitur proprie de Deo, quoad modum significandi, sed tantum ratione significati. 1.ª q. 13. 3. o. et 12 ad 1.

40. Nomina quæ significant perfectiones absolute, dicuntur proprie de Deo; quæ autem dicunt modum participandi, dicuntur de Deo metaphorice. 1.ª q. 13. 3 ad 1 et ad 3.

41 Omnis imperfectio debet excludi a nominibus, secundum quod dicuntur de Deo. 1.ª q. 141 ad 1 et ad 2 et 1-2. q. 14. 1 ad 2.

42. Nomina passionum, quæ important imperfectionem in suo formali, ut ira, tristitia, desiderium, et hujusmodi, non dicuntur de Deo, nisi metaphorice; alia vero dicuntur proprie, tamen sine passione, ut gaudium, et amor, et hujusmodi. 1.ª q. 19 11. c. et q. 20. 1 ad 1 et ad 2.

43. Quanto aliquod nomen est communius, tanto convenientius assumitur in divinis. 1.ª q. 13. 11. c. et q. 33. 1 ad 1.

44. Nomina negativa verius dicuntur de Deo quam affirmativa. 1.ª q 13. 12 ad 1.

45. Nominibus Dei debetur reverentia, ratione rei significatæ, quæ est una, non autem ratione vocum, quæ sunt multæ; ideo Deus dicitur in singulari. 2-2. q. 122. 3 ad 5.

NOMINALES antiqui reprobantur. 1.ª q. 14. 15 ad 3.

1. NON ENS. Non ens non est cognoscibile, nisi secundum quod fit per intellectum cognoscibile, id est, ens rationis. 1.ª q. 16. 3 ad 2.

2. Ea quæ in seipsis non sunt, apud Deum existunt, inquantum sunt præcognita et præordinata ab eo. 1-2. q. 91. 1 ad 1.

3. Non ens non habet causam, nisi causam per accidens. 1.ª q. 104. 3 ad 1.

4. Non ens potest esse causa per accidens, non autem causa per se. 1-2. q. 76. 1 ad 1.

NON VELLE Non velle sumitur dupliciter, scilicet vel in vi unius dictionis, vel in vi orationis: primum est infinitivum verbi *nolo*, non autem secundum; et primum causat involuntarium, non autem secundum. 1-2 q 6. 3 ad 2.

NOTITIA. Omnis notitia est bona. 1.ᵖ q. 22 3 ad 3. et 2-2. q. 167 1. o.

1. NOTIO est propria ratio cognoscendi personam divinam. 1.ᵖ q. 32. 2 ad 2. et 3. c

2. Notiones, seu relationes, et proprietates personales in abstracto, necessario sunt ponendæ in divinis, contra Præpositivum. 1.ᵖ q. 32. 2. o et q. 40 1 c.

3 Notiones in divinis non significantur ut res, sed ut rationes, licet sint ibi realiter. 1.ᵖ q. 32. 2 ad 2. et 3 ad 2 et ad 3.

4. Eadem notio diversis nominibus significatur, secundum diversas rationes ejus. 1.ᵖ q. 34. 2 ad 3.

5. Ad notionem requiruntur tria, scilicet origo, dignitas et specificatio. 1.ᵖ q 32. 3 ad 4 et ad 5.

6 Notiones in divinis sunt tantum quinque, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, et processio; et omnes notiones sunt relationes, præter primam; et omnes sunt proprietates, præter penultimam, sed tantum tres sunt personales, id est constituentes personas, scilicet secunda et tertia et quinta. 1.ᵖ q 30. 2 ad 1. et q. 32. 3. o

7. Deus non dicitur quinus propter quinque notiones, sicut dicitur trinus, propter tres personas, et unus propter unam essentiam. 1.ᵖ q. 12. 3 ad 2

8. Plures notiones Patris non distinguuntur realiter ab invicem, quia non opponuntur relative; nec tamen una prædicatur de alia. 1.ᵖ q. 32 3 ad 3.

9. Filius et Spiritus sanctus non conveniunt in eadem notione, quia non conveniunt in aliquo speciali, sicut Pater et Filius. 1.ᵖ q. 32. 3 ad 5. et q. 35. 2. c

10. Nulla notio sumitur ex hoc, quod nulla persona est a Spiritu sancto, quia hoc non est dignitatis, sicut quod Pater a nullo sit. 1.ᵖ q. 32. 3 ad 4.

11. Nulla notio sumitur a remotione processionis, sicut sumitur innascibilitas a remotione nativitatis. 1.ᵖ q 33. 4 ad 5.

1 NOTORIUM triplex, scilicet per sententiam convicti, per confessionem in jure factam, et per evidentiam facti. 3.ᵖ q. 82. 9 ad 3

2. Ars notoria est illicita, quia fit per dæmones, et est inefficax ad scientiam acquirendam, quia nullus unquam per dæmones scientiam acquisivit, quia ad dæmones non pertinet illuminare intellectum. 1.ᵖ q. 64. 1 ad 5. et 2-2. q. 96 1. o.

1. NOTUM per se, est cujus prædicatum est de ratione subjecti; et hoc dupliciter, scilicet simpliciter et quoad nos 1.ᵖ q. 2 1. o et q. 17. 3. ad 2. et q. 85. 6. c. et q. 87 1 ad 1 et 1-2 q. 94. 2. o.

2. Per se notum, dicitur dupliciter, scilicet per nihil aliud notum, ut prima principia, vel notum non per accidens. 1.ᵖ q 87. 1 ad 1.

3. Universale est notius minus universali, quoad simplicem apprehensionem, sed est e converso, quoad investigationem universalium proprietatum, et causarum 1.ᵖ q. 85. 3. o.

4. Singulare est prius, et est notius universali, quoad nos; et universalius est notius minus universali. 1.ᵖ q 85. 3. o

5. Veritatem esse in communi, est per se notum, etiam quoad nos, non autem veritatem primam. 1.ᵖ q 2. ad 3

6. Facilius dispensandum est cum novitiis et imperfectis, in jejuniis, quam cum antiquioribus et perfectis.

2-2. q. 147. 4. ad 5. et q. 189. 1 ad 4.

NUGÆ in ore sacerdotum sunt blasphemiæ, et sacrilegium materialiter, non autem formaliter, ex eo tantum quod sacerdotes sunt personæ sacræ 2-2. q. 99. 3 ad 3.

1. NUMERUS duplex, scilicet species quantitatis, et numerus transcendens. 1. ᵖ q. 30. 3. o.

2. Numerus denarius est signum perfectionis, inquantum est quodammodo terminus omnium numerorum. 2-2. q. 87. 1. c. et 3. ᵖ q 31 8. c.

3. Numerus absolutus est in intellectu tantum. 1. ᵖ q. 30 1 ad 4. et 2 ad 5.

4. Numerus pluralis frequenter ponitur pro numero singulari, in Scriptura sacra. 1-2. q 82. 2 ad 1. et 3. ᵖ q. 46. 11 ad 3.

5. Termini numerales, transcendenter sumpti, sunt in divinis et significant ea de quibus dicuntur, addendo indivisionem tantum; sed ut pertinent ad genus quantitatis, non dicuntur in divinis, nisi metaphorice. 1. ᵖ q. 30. 3. o.

6. Termini numerales in divinis sunt in plus quam essentia, vel relatio, vel motio, et significant utrumque, si addantur eis. 1. ᵖ q. 30. 3 ad 1.

7. Numerus numeratus in creaturis dicit totum et partes; non autem in divinis, sed numerus absolutus etiam in divinis dicit totum et partes secundum rationem tantum. 1 ᵖ q. 30. 1 ad 4

8. Numerus absolutus mensuratur etiam in divinis secundum rationem; non autem numerus numeratus, nisi in creaturis. 1. ᵖ q. 30. 2 ad 5.

NUPTIÆ. Dare aliquid pro matrimonio, ut est in officium, est licitum, non autem ut est sacramentum, vel pro benedictione nuptiarum, sed esset simonia. 2-2. q. 100. 2 ad 6.

1. NUTRIRE non convenit formæ, nec materiæ, quia omne nutriens convertitur in nutritum, et manet. 3. ᵖ q. 77 6 c

2. Nullum sensibile nutrit, præter tangibile, sed sapor est signum alimenti convenientis, et delectamentum ejus. 2-2. q. 141. 5. o.

NUTUS dicuntur signa ad visum, sicut locutio ad auditum. 1. ᵖ q. 117. 1. o.

O.

1. OBEDIENTIA non est virtus theologica, sed est virtus moralis. q. 2-2 104 2 ad 2.

2. Obedientia est medium duorum vitiorum, scilicet inter superfluum et diminutum; sed superfluum ejus non est secundum quantum, sed secundum alias circumstantias, scilicet vel cui non debet obedire, vel in quibus non debet. 2-2. q. 104. 2 ad 2

3. Obedientia est pars justitiæ specialis, sed improprie. 2-2. q. 4. 7 ad 3. et q. 104. 2 ad 2.

4. Proprium objectum obedientiæ est præceptum tacitum vel expressum, id est, voluntas superioris, quocumque modo innotescat. 2 2. q. 2. 5 ad 3. et q. 104. 2. c ad 2 et ad 3. et 3 ad 1.

5. Obedientia importat necessitatem, respectu ejus quod præcipitur; et voluntatem respectu impletionis præcepti. 3. ᵖ q. 47. 2 ad 2

6. Obedientia est in voluntate subjective. 2 2. q. 2. 5 ad 3.

7. Obedientia dicitur dupliciter, scilicet large, id est, omnis executio cujuscumque, quod potest esse sub præcepto quacumque intentione et proprie, id est, intendens specialem rationem objecti, scilicet præcepti: primo modo est virtus generalis, secundo autem modo est virtus specialis. 2-2 q. 4. 7. ad 3 et q. 104 2. o. et 3 ad 1.

8. Obedientia triplex, scilicet indiscreta, quæ scilicet etiam in illicitis obedit; imperfecta sed sufficiens ad salutem, quæ scilicet obedit in iis ad

quæ obligatur, et perfecta, quæ scilicet obedit in omnibus licitis; ad secundam tenetur quilibet, sed ad primam et tertiam nullus tenetur 2-2. q. 104. 5 ad 3.

9. Omnis obedientia est eadem in specie, sed causatur ex diversis speciebus reverentiæ. 2-2. q. 104. 2 ad 4.

10. Bonum necessarium ad salutem non debet dimitti propter obedientiam, sed quolibet aliud 2-2. q. 104. 3 ad 3.

11. Omnes actus virtutum, ut sunt in præcepto, pertinent ad obedientiam. 2-2. q. 104. 3 ad 2.

12. Obedientia non est prior aliis virtutibus, nec tempore, nec natura. 2-2. q. 104. 3 ad 2.

13. Obedientia est major omni alia virtute morali, sed est minor virtutibus theologicis. 2-2. q. 104. 3. o.

14. Obedientia procedit ex reverentia superiorum, ideo respectu prælati continetur sub observantia; sub pietate vero respectu parentum, sed respectu Dei, pertinet ad devotionem, quæ est principalis actus religionis. 2-2. q. 104. 3 ad 4.

15. Obedientia generalis requiritur ad fidem, sed obedientia specialis sequitur eam. 2-2. q. 4. 7 ad 3. et q. 104. 3 ad 2.

16. Charitas sine obedientia esse non potest. 2-2. q. 104. 3. c. fin

17 Obedientia est ut mater omnium virtutum, quia causatur et conservatur per actum ejus, charitas vero ut finis. 2-2 q. 104. 2 ad 2.

18. Obedientia quanto minus habet de suo, tanto melior est secundum apparentiam, non autem apud Deum. 2-2. q. 104. 2 ad 3.

19. Obedientia prefertur omnibus sacrificiis. 3. ª q. 47. 2. o.

20. Omnis voluntas creaturæ tenetur obedire præceptis Dei. 2-2 q. 104 4. 5. o. et q. 154. 2 ad 2.

21. Quilibet tenetur jure naturali et divino obedire suo superiori, scilicet homo homini. 2-2. q. 69. 1 c. et q 88. 10 ad 2. et q. 104. 1. o. et 5 c. princip. et 6 ad 2.

22. Homo non tenetur obedire homini, in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis, vel ad naturam corporis, sed Deo. 2-2. q. 104. 5. c. ad 2. et 6 ad 1. et q. 22. 4 ad 3. et q. 186. 7 ad 1.

23. Majori potestati magis est obediendum quam minori, quæ totaliter subest ei, vel in quibus subest ei. 2-2. q. 104. 5. c. et q 105. 2. c.

24. Subditus non tenetur in omnibus obedire suo superiori dupliciter, scilicet propter præceptum majoris potestatis, vel in quibus non subditur ei. 2-2. q. 69. 3 ad 1. et q. 104. 5. o et q. 186. 2. c.

25. Sæculares tenentur obedire prælatis suis spiritualibus, in iis tantum quæ promisserunt in baptismo. 2-2. q. 186. 5 ad 1.

26. Subditus non tenetur obedire prælato suo spirituali, præcipienti sibi, quod revelet culpam fratris sui, omnino occultam, sed peccaret uterque. 2-2. q. 33. 7 ad 5. et q. 70. 1. c. ad 2.

27. Religiosi tenentur obedire suis prælatis in iis tantum, quæ in regula continentur directe, id est, expresse, vel indirecte id est, implicite, ut mutua obsequia et pœnæ, et hujusmodi. 2-2. q. 104. 5. ad 3. et q. 186. 5 ad 4.

28. Eremitæ et prælati religionum tenentur obedire episcopis in omnibus sicut et alii, et specialiter in iis quæ sunt religionis; nisi sint exempti, qui tamen exempti, tenentur obedire Summo Pontifici. 2 2. q. 67. 1 ad 3. et q. 186. 5 ad 3.

29. Christiani tenentur obedire principibus sæcularibus, si habent justum dominium, si licita præcipiant, et de sæcularibus, aliter autem non. 2-2. q. 104. 6 o

30. Miles tenetur obedire duci, in rebus bellicis tantum; et servus domino suo, in servilibus; et filius patri, in rebus domesticis et disciplina,

et quilibet superiori suo, secundum rationem superioritatis. 2-2. q. 104. 5. o.

31. Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis, et civis rectori in civilibus, quam patri; sed in rebus domesticis est e converso. 2-2 q. 26. 8 ad 3

1. OBJECTUM non est materia ex qua, sed est materia circa quam, et objectum habet rationem formæ, inquantum dat speciem. 1-2 q. 18. 2 ad 2. et q 73. 3 ad 1.

2. Proprium objectum potentiæ vel habitus est illud sub cujus ratione formali omnia referuntur ad potentiam vel habitum. 1.ª q. 1. 7. c. principio. et 1-2. q. 1. 3. c

3 Objectum potentiæ vel habitus duplex, scilicet materiale et formale. 1.ª q. 1. 3. c et 2-2. q. 1. 1. c.

4. Diversitas formalis objecti diversificat potentias vel habitus, non autem diversitas materialis. 1.ª q. 1. 3. c et q 59 2 ad 2 et ad 3. et 4. c. et q. 77 3 c. et 1-2. q. 54. 2 ad 1. et q. 57. 2 ad 2. et 2-2. q. 59. 2 c. ad 1.

5. Diversitas objecti duplex, scilicet secundum naturam ejus, et secundum virtutem agendi; prima causat materialem diversitatem passionum, secunda vero causat diversitatem formalem et specificam. 1-2 q. 23. 4. c. et q. 30. 2. c.

6. Ratio objecti diversa, secundum universale et particulare, vel secundum totum et partem, facit unam artem, vel unam virtutem, esse principalem respectu alterius. 2-2. q. 50. 3. c.

7. Objecta diversorum generum æqualiter semper sunt diversarum potentiarum, non autem si sint diversorum generum inæqualiter. 1-2 q 8. 2 ad 2

8. Potentia superior respicit universaliorem rationem objecti quam potentia inferior. 1.ª q 1. 3 ad 2. et q 59 4 c. et q 77. 3 ad 4. et q. 78. 1. c.

9. Habitus moralis et eorum actus nominantur et specificantur ex objecto et fine proprio. 1-2. q. 12. 2. c. et q. 21. 1 ad 2. et 2-2. q. 19. 3. 4 5. c. et q. 23. 4. c. et q. 24. 4. c. et q. 25. 1. c. et q. 47 5. 11. c. et q. 50. 2. 3. c. et q. 59. 2. c. ad 1. et q. 81. 3. c. et q 174. 1. c

10. Quando ratio objecti et objectum materiale sub uno actu referuntur ad potentiam et habitum, tunc non distinguuntur potentiæ vel habitus utriusque. 1-2. q. 57. 2 ad 2.

11 Non semper objectum actionis humanæ est objectum potentiæ activæ, sed potentiæ passivæ aliquando; nec semper objectum potentiæ activæ est effectus ejus; sed quandoque est materia ejus circa quam. 1-2 q. 18. 2 ad 3.

1. OBLATIO est omne quod exhibetur in cultu Dei; sacrificium vero est, si inde fiat aliquod sacrum consumendum. 2-2. q. 85. 3 ad 3. et q. 86. 1. c.

2. Data pauperibus non dicuntur sacrificia, nisi improprie, inquantum dantur propter Deum; nec dicuntur oblationes 2-2 q. 86. 2 ad 1.

3. Ad oblationes aliquis tenetur quadrupliciter, scilicet ex conventione præcedenti, deputatione, indigentia ministrorum, et consuetudine, non autem ex præcepto legis. 2-2 q. 86. 1. o

4. Oblatio debita tertio et quarto modo est voluntaria, quoad quantitatem, et speciem rei, et non ex necessitate præcepti 2-2. q. 86. 1. c.

5. Oblatio animalis cæci et claudi reddebatur illicita tripliciter, scilicet ratione Dei, contemptus, et voti. 1-2. q. 102. 3 ad 7. et 2-2 q. 86. 3 ad 3.

6 Oblatio in nova lege potest fieri de qualibet re, præterquam de injuste acquisitis; non autem in veteri lege, propter significationem. 2-2. q. 86. 3. o.

7. Oblatio de mercede prostibuli prohibetur in lege veteri, propter im-

munditiam; in nova vero lege propter scandalum. 1-2. q. 102. 3 ad 7. et 2-2 q. 32. 7 ad 2. et q 86. 3 ad 1.

8. Non dantes oblationes debitas possunt puniri, per substractionem sacramentorum; non tamen a sacerdote cui debentur, ne sacerdotes videantur per sacramentorum exhibitionem aliquid exigere, sed puniri possunt per superiorem aliquem. 2-2. q. 86. 1 ad 3.

9. Oblationes ad solos sacerdotes pertinent, vel pro se, vel pro pauperibus, vel pro cultu divino. 2-2 q. 86 2. o.

10. Religiosi possunt recipere oblationes tripliciter, scilicet ut pauperes, ut ministri et ut curati, si parochiæ sint eorum. 2-2. q. 86 2 ad 2.

11. Oblationes non consecratæ possunt cedere in usum laicorum, per dispensationem sacerdotum, sed oblationes consecratæ non. 2-2. q. 86. 2 ad 3.

12. Oblatio parva, cum humili mente, et pura dilectione, purgat peccata veniali , et mortalia. 2-2. q. 50. 3 ad 2

13. Oblatio Melchisedech figurabat sacrificium nostrum quoad materiam, sed quoad passionem Christi figurabam agnus et alia sacramenta veteris legis 3 ᵖ q. 61. 3 ad 3

1. Obligari potest unus pro alio, in iis tantum ad quæ omnes tenentur. 3. ᵖ q. 71. 1 ad 3.

2. Præceptum non obligat, antequam sit divulgatum. 1-2 q 90. 4 ad 2 et ad 3.

3. Obligatio fit homini verbo exteriori; Deo autem, verbo interiori. 2-2. q 88. 1. c.

4. Homo maxime Deo obligatur ad fidelitatem, ratione dominii, et beneficiorum. 2-2 q. 88. 3. c. ad 1.

5 Ex qualibet promissione fit obligatio juris naturalis secundum honestatem, non autem juris civilis. 2-2. q. 88. 3 ad 1.

6. In fine primi septennii homo incipit esse aptus ad promittendum aliquid in futurum; et præcipue ad quæ ratio naturalis inclinat, non autem ad obligandum se perpetuo. 2-2. q. 10. 22 o.

7. In fine secundi septennii, homo potest se obligare de pertinentibus ad propriam personam, scilicet vel ad religionem, vel ad conjugium; sed post tertium septennium, etiam de aliis. 2-2 q. 88. 8 ad 1. et q. 104. 5. c. fin.

8. Obscuritas intellectus triplex, scilicet ex esse ex nihilo, ex discursu, et ex peccato; prima est in omni intellectu creato; secunda est tantum in homine etiam in statu innocentiæ; tertia est tantum in homine post peccatum. 1. ᵖ q. 94. 1 ad 3. et 2-2. q. 5. 1 ad 2.

1. Observantia est sub pietate, sicut pietas est sub religione; et est virtus specialis, per quam honorantur personæ in dignitate constitutæ. 2-2. q. 80. c. et q. 102 o et q. 103. 3. c.

2. Observantia directe respicit personam excellentem; ideo secundum diversas rationes excellentiæ diversas species habet. 2-2. q. 104. 2 ad 4.

3. Exhibere honorem personis in dignitate constitutis, contingit dupliciter, scilicet ratione propriæ personæ, vel respectu boni communis: primum pertinet ad observantiam, secundum vero ad pietatem; ideo pietas est dignior observantia. 2-2. q. 102. 3. o.

1 Obstetrix non fuit in nativitate Christi, sed mater ejus omnia per se fecit. 3. ᵖ q 35. 6 ad 3.

2. Obstetrices Hebræorum fuerunt remuneratæ a Deo, propter pium affectum earum; non autem propter mendacium, licet fuerit mendacium officiosum. 1-2. q 114 10. 2. et 2-2. q. 110. 3 ad 2. et 4 ad 3.

3. Peccare mente obstinata aggravat peccatum, et dicitur peccatum in Spiritum sanctum, cujus triplex est

causa, scilicet longa consuetudo peccandi, incredulitas de justitia Dei, et seductio inimici. 2-2. q. 88. 6. c. fin.

Non debet dari occasio agendi injuste. 2-2. q. 78 4. o. et 124. 1 ad 3.

1. OCCIDERE animalia bruta non est peccatum, nisi hoc fiat in damnum proximi, quia animalia bruta sunt, vivunt, et conservantur propter hominem. 2-2. q. 64 1. o. et 2. c. ad 3. et 3 ad 2.

2. Bruta occidi mandatur a Deo, in damnum dominorum suorum, et ad detestationem peccati, et ad exemplum. 1-2. q. 105. 2 ad 11. et 2-2. q 108. 4 ad 3.

3. Occisio animalium in sacrificiis erat utilis, non quidem secundum se, sed sextuplici ratione secundum glosam, scilicet ut Deo quis animalia offerret potius quam idolis; ad flagellandum durum inquantum erant ad satisfactionem; ad instruendum insipientem ratione significationis; ad ostensionem delicti et humanæ infirmitatis; ad manifestationem et testimonium gratiæ; et ad futurorum significationem. 1-2. q. 102 3 ad 5.

4. Nulli licet occidere peccatores, nisi auctoritate principis 2-2 q 64. 3. o. et 5 ad 2 et ad 3. et 7. c. et q. 65. 1. c. ad 2.

5. Occidere peccatores ad bonum communitatis, est licitum, quando potest fieri sine periculo honorum. 1-2. q. 100. 8 ad 3. et 2-2. q. 25 6 ad 2. et q. 64. 2. o. et 3. 6. c. et q. 65. 1. c et q. 108. 1. 3. o

6. Mors inflicta per judicem peccatori prodest ei si convertatur ad culpæ expiationem; si vero non convertatur, prodest ei ad terminationem, quia per hoc tollitur ei potestas amplius peccandi 2-2. q. 25. 6 ad 2.

7. Occidere justum est gravius peccatum quam occidere injuste peccatorem. 2-2 q. 64 6 ad 2.

8. Moyses occidens Ægyptium non peccavit, quia vel hoc fecit ex inspiratione Dei, vel defendendo injuriatum: vel potest dici secundum Augustinum in *Quest. Exod.* impetum Moysis quidem vitiosum fuisse; fuisse tamen signum virtutis ejus, qua populum liberaturus erat. 2-2. q. 60. 6 ad 2

9. Clericis non licet occidere peccatores, licet hoc liceret sacerdotibus veteris legis. 2-2. q. 64. 4 o. et q. 70. 1 ad 3

10. Occidens etiam volentem hoc, facit injuriam occiso, et Deo, et reipublicæ; ideo David damnavit dicentem occidisse Saul. 2.ᵖ q. 47. 6 ad 3.

11 Occidere se quacumque de causa semper est peccatum mortale, nisi hoc fiat ex inspiratione Dei, sicut Sanson, per quem Deus miracula faciebat; et sicut quædam sanctæ mulieres, quarum memoria in Ecclesia celebratur. 2-2. q. 59. 3 ad 2. et q. 64. 5. o. et q 124. 1 ad 2. et 3.ᵖ q. 47. 6 ad 3.

12 Occidens se facit injuriam Deo, inquantum est aliquid Dei, scilicet creatura et imago ejus; et injuriam civitati vel communitati, inquantum est pars ejus; ideo punitur secundum legem divinam, et secundum humanam sententia carentiæ sepulturæ. 2-2 q. 59. 3 ad 2. et q. 64. 5 c. et 3 ᵖ q. 47 6 ad 3.

13 Nullo modo licet occidere innocentem, nisi de mandato Dei. 1 2. q. 94. 5 ad 2. et q. 100, 8 ad 3 et 2-2. q 64 6 o. et q. 104. 4 ad 2 et q. 154. 2 ad 2. et 3.ᵖ q. 47. 6 ad 3.

14. Percutiens seu occidens prægnantem est homicida; et est irregularis, si sequatur mors ejus, vel mors fœtus animati anima rationali. 2-2. q. 64. 8 ad 2.

15. Gravius peccat occidens injuste hominem corporaliter quam occidens eum spiritualiter; quia primum intendit, et causat sufficienter; non autem causat sufficienter secundum, quod tamen est pejus, 1-2. q. 73. 8 ad 3. et 2-2. q. 73 3. c. ad 2. et q. 115. 2 ad 1

16. Christus occisus fuit ab aliis,

et non a se, nisi indirecte, non impediendo cum posset. 3.ª q. 22. 2 ad 1. et q. 46. 3 ad 2. et q. 47. 1. o. et q 50. 1 ad 2. et q. 51. 3. c.

17. Peccatum occidentium Christum fuit maximum quoad Pontifices et Judam, minus vero quoad alios. 3.ª q. 47. 4 ad 2. et 6. o.

18. Occidens invadentem se, defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec intendens mortem ejus, non peccat. 2-2. q. 64. 7. o.

19. Quilibet occidens hominem, etiam defendendo se, et quilibet participans in causa sanguinis, est irregularis. 2-2. q. 40. 2 c. fin. et q. 64. 7 ad 3. et q. 108. 4 ad 2.

20. Occidens hominem a casu, non est homicida, nec est irregularis si dabat operam rei licitæ, et adhibuit debitam diligentiam. 2-2. q 64. 8. o.

1 Occultatio quandoque est causa peccati, scilicet utendo ea ad peccatum; ut in furto, fraude, et dolo; quandoque vero est circumstantia diminuens peccatum ratione verecundiæ, vel contra scandalum. 2-2. q. 66. 3 ad 1.

2. Verbum otiosum, quod plerumque est peccatum veniale, potest etiam esse peccatum mortale. 1-2. q. 72. 5 ad 1. et fin.

1. ODIUM est dissonantia appetitus animalis, vel appetitus rationalis, ad apprehensum ut disconveniens, sicut amor est consonantia ejus, ad conveniens 1-2. q. 29. 1. 2. c.

2. Odium non potest esse vitium capitale, quia amor veri boni, et odium veri mali, sunt primæ passiones, sed apparentis, sunt ultimæ 2-2. q. 34. 5. o. et 6. c. et q. 158. 7 ad 2.

3. Odium potest esse prima passio, non autem potest esse primum peccatum, sed ultimum. 2-2. q. 34. 5. o. et 6. o.

4. Omne odium in proximum quoad naturam vel gratiam est peccatum, non autem odium in proximum; quoad culpam. 2-2. q. 25. 6. o. et 34. 3. o.

5. Odium est maximum peccatum contra proximum, quoad inordinationem peccantis; sed actus exterior est maximum peccatum, quoad nocumentum. 2-2. 34. 4. o.

6. Odium est subjective in concupiscibili. 1.ª q. 81. 2 ad 3. et 1-2. q. 23. 1. c 2. et 2. 4. c

7. Bonum sub ratione boni non potest odiri, nec in universali, nec in particulari; sed verum et ens possunt odiri in particulari tripliciter, scilicet ut verum est causaliter et originaliter in ipsis rebus; vel ut est in cognitione ipsius hominis, vel ut est in intellectu alterius, non autem possunt ordiri in universali. 1-2. q. 29. 5. o. et 2-2. q. 34. 1. c.

8. Sicut bonum est objectum amoris, sic et malum est objectum odii. 1-2. q. 29. 1. o.

9. Omnis impediens a beatitudine debet odiri. 2-2. q. 26. 7 ad 1. et q. 34. 3 ad 1.

10. Nullus potest se odire, nisi per accidens, scilicet ratione objecti mali quod videtur bonum, vel e converso, et ratione sui quod videtur principale et non est. 1-2. q. 29. 4. o. et 2-2 q. 25. 7. o.

11. Dissonantia est causa odii, et convenientia est causa amoris. 1-2. q. 29. 1. 2. 5. c.

12. Odium convenientius ponitur oriri ex accidia quam ex ira; quia prius et directius oritur odium ex tristitia, ex qua etiam ira causatur. 2-2 q. 34. 6 o. et q. 158. 7 ad 2.

13. Deus non potest odiri secundum se, sed oditur a damnatis et malis, secundum effectus ejus, qui interdum eorum voluntati contrariantur. 1.ª q 60. 5 ad 5. et 2-2. q. 13. 4. o. et 6 ad 2. et q. 34. 1. o.

14. Odium proximi est prius odio Dei; sed dilectio Dei est prior dilectione proximi. 2-2. q. 34 6 ad 2.

15. Odium Dei est gravissimum omnium peccatorum, et est gravius

quam infidelitas. 1-2. q. 73. 4 ad 3. et 2-2. q. 34. 2. o. et q. 39. 2 ad 3.

16. Odium Dei maxime est peccatum in Spiritum sanctum, secundum quod peccatum in Spiritum sanctum nominat aliquod genus speciale peccati; sed odium Dei non numeratur inter species ejus, quia est in omni specie ejus. 2-2. q. 34. 2 ad 1.

17. Deus odit peccatores inquantum non vult eis bonum vitæ æternæ; sed amat omnes creaturas, inquantum vult eis aliquod bonum. 1 ᵖ q. 20. 2 ad 4. et q 23. 3 ad 1.

OFFENSA Dei est infinita ex parte aversionis, sed est finita ex parte conversionis, et nostri actus. 1-2. q. 87. 4. c. ad 2. et 3 ᵖ q. 1. 2 ad 2.

1. OFFICIA. Omnia officia humana, pertinentia ad singulares personas, cum quibuscumque ordinibus angelorum similitudinem habeant, diriguntur per ultimum ordinem, inquantum participat virtutes superiorum; sed illa officia quæ ad multitudinem pertinent, diriguntur per principes vel archangelos; et ideo homo in prælatione constitutus illuminatur ab angelo inferiori, de iis quæ ad statum personæ suæ pertinent; sed ab angelo principe, de iis quæ spectant ad regimen multitudinis. 1. ᵖ q. 113. 2 ad 1.

2. Omnia officia humana, ex quibus homines licite victum lucrantur, sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiant, intelliguntur sub opere manuali. 2-2. q. 187. 3. c.

3. Quilibet obligatur ad exequendum officium quod accepit. 3 ᵖ q 67. 8. c.

4. Dicens officium in ecclesia, propter distributiones sicut propter principalem finem, peccat mortaliter, per simoniam; non autem si ut sunt sibi necessariæ ad victum, vel quasi stipendium. 2-2. q. 100. 2 ad 2.

OFFUSCATIO lunæ non est propter interpositionem vel umbram alicujus rei, sed ex hoc quod est ultimum cœlum; ideo convenit cum ultimo elemento, scilicet cum terra, nec unquam offuscatio lunæ removebitur. 1. ᵖ q. 102 1 ad 1.

1. OLEUM tantum olivarum proprie dicitur oleum, alii vero liquores dicuntur oleum per similitudinem tantum. 3. ᵖ q. 72. 2 ad 3

2. Oleum significat gratiam et misericordiam Dei. 1-2. q. 102. 3 ad 13. et 3. ᵖ q. 72. 2. o.

OLFACTUS hominis non percipit nisi excellentias odorum, propter maximam humiditatem cerebri. 1. ᵖ q. 91 3 ad 1. et q. 115. 5 ad 4.

1. OLOCAUSTUM est dare se totum Deo; ideo summe placet Deo. 2-2 q. 186. 3 ad 6. et 5 ad 1. 6. c. ad 3. et 7. c. et 8. c.

2. Olocaustum in lege veteri totum comburebatur, et offerebatur specialiter Deo, ob reverentiam majestatis, et amoris bonitatis ejus. 1-2. q. 102. 3 ad 8. et ad 10.

3. Inter omnia sacrificia, holocaustum erat perfectissimum; secundum vero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato; tertium hostia pro gratiarum actione; quartum hostia ex voto, quia homo maxime obligatur Deo; primo propter ejus majestatem, secundo propter offensam, tertio propter beneficia recepta, quarto propter beneficia sperata; ideo de primo sacrificio nihil comedebatur, secundum comedebatur tantum a sacerdotibus in atrio, et ipsa die sacrificii; tertium comedebatur ubique in Jerusalem, ea die; quartum vero comedebatur etiam in crastino. 1-2. q. 102. 3 ad 10.

1. OMISSIO importat prætermissionem boni debiti, in ordine ad legem divinam vel humanan, vel in ordine ad proximum: primo modo opponitur

justitiæ legali; secundo vero modo, justitiæ speciali. 2-2. q. 79 3 c

2 Omissio non requirit aliquem actum, sed consistit in sola negatione actus debiti. 1-2 q 71. 5 o. et 2-2 q. 54. 2 ad 2 et q. 79. 3. o.

3. Omissio est voluntaria, quia est in potestate voluntatis, non autem per actum voluntatis. 1-2. q. 71. 5 ad 2.

4. Omissio pertinet ad actum exteriorem, et est effectus negligentiæ et opponitur justitiæ. 2-2. q. 54. 2 ad 2.

5. Omissio non habet rationem culpæ, nisi secundum quod opponitur præcepto affirmativo; ideo non est peccatum, tempore obligationis, quo iterato, iteratur peccatum. 1-2. q. 71. 5 ad 3. et q 75. 2 ad 5. et 2-2. q. 79. 3 ad 3.

6. Omissio, ut opponitur justitiæ legali, est generale peccatum; speciale vero, ut opponitur justitiæ speciali. 2-2. q. 79. 3. o.

7. Omissio non est peccatum originale, sed est peccatum actuale. 2-2. q. 79. 3 ad 1.

8. Peccatum omissionis, et peccatum commissionis, differunt specie materialiter, non autem formaliter. 1-2 q 72. 6. o

9. Omissioni debetur pœna damni, et pœna sensus, ratione radicis ex qua procedit, licet non necessario habeat actualem conversionem ad bonum commutabile 2-2 q. 79. 4 ad 4.

10. Generale est omni sacramento, quod si omittatur aliquid de substantia sacramenti, oportet illud reiterari. 1. P q. 38. 6. c.

1. OMNIPOTENTIA non potest communicari creaturæ 2-2. q. 178. 1 ad 1. et 3. P q. 13 1. c.

2. Filius Dei est omnipotens, et est æqualis Patri in omnipotentia. 1. P q. 42. 6. o.

3 In anima Christi non fuit omnipotentia simpliciter, nec respectu motus creaturarum, nec respectu propriæ voluntatis, nec respectu proprii corporis 3. P q. 13. o. et q. 21. 1 ad 1.

4. Omnipotentia Dei non excludit impossibilitatem et necessitatem a rebus 3. P q. 25. 3 ad 4.

ONOCROTALUS est avis orientis, habens rostrum longum, et in faucibus habens folliculos, in quibus primo ponit cibum, et post horam ponit in ventrem, et significat avaros. 1-2. q. 102. 6 ad 1. co. 3.

1. OPERATIO non recipit speciem ab operante, sed a principio operationis. 3 P q. 19. 1 ad 3.

2 Omnis operatio, motus quidam dicitur. 1. P q. 73. 2. c.

3. Operatio est ultima perfectio rei. 1 P q. 73. 1. c. et 1-2. q. 3. 2. c.

4. Modus operandi cujuslibet rei sequitur modum essendi ejus. 1. P q. 89. 1. c Vide *Lexicon.*

5. Sicut unitas motus requirit unitatem termini, sic unitas operationis requirit unitatem objecti. 1. P q. 58 2. c.

6. Omnis operatio naturæ terminatur ad unum semper, et procedit vel ab uno principio intrinseco, scilicet forma rei naturalis, vel ab agente extrinseco, ut in occultis operibus naturæ. 1-2 q. 95. 5. c.

7. Operatio suppositi non est de integritate unitatis ejus, sed sequitur eam. 3 P q 19. 1 ad 4.

8. Ex quolibet uno particular opere proprio probatur tota virtus agentis. 3 P q. 43. 4 ad 3.

9 Operatio est quasi medium inter operans et operatum; ideo dupliciter potest considerari, scilicet respectu operantis, et respectu operati. 1. P q. 36. 3. c.

10 Per opus manuale, in lege veteri, intelligitur omnis operatio licita pro victu 2-2. q. 187. 3. c.

11. Nullum opus est acceptum Deo, nisi virtuosum. 2-2. q. 88. 2. c. ad 3.

12. Omnes operationes satisfactoriæ reducantur ad tria, scilicet ad

eleemosynam, jejunium, et orationem. 1 2 q. 108. 3 ad 4. et 4 c.

13. Operatio non attribuitur mobili, sed moventi. 1-2. q. 111. 2. c.

14 Nihil per se operatur, nisi subsistens. 1. ᵖ q. 75. 2. 3. c. et 3. ᵖ q. 19. 1 ad 3. et q. 20. 1 ad 2.

15. Quælibet res est propter suam operationem; et operatio est finis cujuslibet rei creatæ. 1. ᵖ q. 65. 2. c. et q. 105. 5. c. et 1-2 q. 3. 2. c. et q. 49. 3. c ad 3. et 4 ad 1. et 3. ᵖ q. 9. 1. c. ad 1. et q. 32. 4. c.

16. Operatio attribuitur hypostasi, ut operanti; naturæ autem, ut principio operationis. 2-2. q. 58. 2. c. et 3. ᵖ q. 19. 1 ad 3. et q. 20. 1 ad 2.

17. Omnis operatio corporis, vel est a naturali qualitate corporis, vel ab anima movente corpus. 1-2. q. 50. 1. c.

18. Opera hominis dicuntur viva, quæ fiunt et sunt cum charitate; mortua vero dicuntur, quæ fiunt sine charitate; sed opera mortificata dicuntur, quæ fiunt cum charitate, et non sunt cum ea, propter sequens peccatum mortale 3. ᵖ q. 89. 4 5. 6. o.

19. Opus dicitur mortuum dupliciter, scilicet effective, ut peccatum, et privative, ut operatio sine gratia. 3. ᵖ q. 89 6. c.

20. Sacramentum baptismi sine charitate est opus Dei, et non hominis, etiam in ficto; ideo non est opus mortuum. 3. ᵖ q. 69. 10 ad 1.

21. Opera bona facta in charitate transeunt actu, et manent merito; ideo possunt mortificari. 3. ᵖ q. 89. 4 ad 1.

22. Peccatum mortale mortificat opera justa prius facta quoad meritum vitæ æternæ, non autem quoad remissionem culpæ, et quoad satisfactionem. 3 ᵖ q. 88. 1 ad 3.

23. Opera mortua sunt meritoria, non quidem proprie, id est, ex condigno, sed quasi similitudinarie, id est, ex congruo; et hoc respectu triplicis boni, scilicet consecutionis bonorum temporalium, dispositionis ad gratiam, et assuetudinis bonorum operum. 3. ᵖ q. 89. 6 ad 3.

24. Opera mortificata reviviscunt per pœnitentiam, non autem opera mortua. 3 ᵖ q. 89. 5. 6. o.

1. OPINIO est actus intellectus declinantis in unam partem contradictionis, cum formidine alterius; unde opinio est quoddam debile et infirmum, secundum Philosophum. 1 ᵖ q. 79. 9 ad 4. et 2-2. q. 1. 4 c et q. 2. 1. c. et 9 ad 2. et q. 67. 3. c.

2. Opinio non potest esse de aliquo viso per sensum, vel per intellectum. 2-2. q. 1. 4. c.

3. Opiniones contradictoriorum non sunt contradictoriæ, sed sunt contrariæ. 1. ᵖ q. 17. 4 ad 1 et ad 3. et 1-2. q. 53 1. c. et q. 64. 3 ad 3. et q. 77. 2 ad 3.

4. Opinio multorum est vera, vel simpliciter, vel secundum partem. 1-2. q. 5. 3 ad 3.

5. Opinio et suspicio possunt esse veri et falsi; ideo non sunt virtutes intellectuales, quia illæ sunt tantum veri. 1-2 q. 55. 4. c. et q. 57. 2 ad 3. et 3 ad 1.

6. Aliquis potest simul habere scientiam veram, vel opinionem veram de uno contradictorio in habitu, et falsam de altero contradictorio in actu, vel e converso, non autem utramque simul in actu. 1. ᵖ q. 47 1 ad 3.

7. Habens malam opinionem de proximo, sine causa sufficienti, contemnit eum, et injuriatur ei. 2-2. q. 60. 3 ad 2. et 4. o.

1. OPPOSITIO in sui ratione includit distinctionem. 1. ᵖ q. 28 3. c.

2. Oppositio relationis dupliciter differt ab aliis oppositionibus, quia semper unum aliorum oppositorum removet alterum, et semper unum est imperfectum respectu alterius, non autem in relativis. 1 ᵖ q. 40. 2 ad 3.

3. Nulla oppositio est in divinis præter oppositionem relativam. 1. ᵖ q. 40. 1 ad 3.

4. Opposita possunt prædicari de eodem, secundum diversa, non autem secundum idem 3.ª q. 16. 4 ad 1.

5. Quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur et reliquum. 2-2 q 92. 2 ad 1.

6 Cognitio unius oppositi non tollitur per cognitionem alterius oppositi, sed magis juvatur. 1.ª q. 14. 10. c. et 2-2 principio.

OPPROBRIUM seu vituperium est testimonium de defectu alicujus, et præcipue secundum aliquam culpam. 2-2. q. 144. 3. c.

OPTIMO opponitur pessimum, secundum Philosophum. 2-2. q. 34. 2. c. et 4. a. 2.

1. OPUS creationis mundi est quoad esse; opus autem distinctionis est quoad virtutes in communi; sed opus ornatus est quoad specialia, vel extrinseca. 1.ª q. 65. principio. et q. 70. 1. c. et q. 74. 1. o.

2. Opus creationis fuit ante omnem diem natura, non autem tempore, secundum Augustinum; secundum autem alios, etiam tempore. 1.ª q. 74. 1 ad 1.

1. ORATIO est actus rationis practicæ, scilicet quia est vel petitio decentium a Deo, vel ascensus mentis in Deum. 2-2. q. 83. 1. o. et 3 ad 1 et 3.ª q. 21. 1. c. ad 3. et 2. o.

2. Oratio est actus virtutis, scilicet latriæ, non autem est actus doni intellectus. 2-2. q. 83. 3. o. et 15. c.

3. Oratio est quodammodo desiderii nostri interpres apud Deum. 2-2. q. 83. 1 ad 1. et 3. c. ad 2. et 9. c. principio.

4. Oratio necessaria est post baptismum, propter impugnantia interius et exterius. 3.ª q. 39. 5. c fin.

5. Oratio est in præcepto religionis, quoad ipsum petere; sed quoad recte aliquid desiderare, cadit sub præcepto charitatis. 2-2. q. 83. 3. ad 2.

6. Conveniens est orare; et triplex error circa orationem refutatur, scilicet ponentium quod res humanæ non reguntur divina providentia, et ponentium omnia etiam in rebus humanis ex necessitate contingere, sive ex immutabilitate divinæ providentiæ, sive ex necessitate stellarum, sive ex connexione causarum; et ponentium dispositionem divinæ providentiæ variabilem esse. 1.ª q. 22. 2. c. et 2-2. q. 83. 2. o.

7. Error quintuplex circa orationem reprobatur. 1.ª q. 22. 2. c.

8. Partes integrales orationis secundum Apostolum sunt quatuor, scilicet obsecratio, oratio, postulatio, et gratiarum actio; vel laus Dei, et supplicatio, secundum Ambrosium; partes vero ejus subjectivæ, id est, species ejus sunt tres, scilicet supplicatio, postulatio, et insinuatio. 2-2. q 83. 17. o.

9. Oratio tam privata quam publica debet esse vocalis, quadrnplici ratione, scilicet ut homo excitet seipsum ad devote orandum, ut intentionem custodiat ne mens evagetur; ut ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione inconsiderate mens in fletus, suspiria, jubilos, et voces prorumpat, ut quasi ad redditionem debiti homo Deo serviat, secundum illud totum quod ex Deo habet, id est, non solum mente, sed etiam corpore; quod præcipue competit orationi, secundum quod est satisfactoria. 2-2. q. 83. 12 o.

10. Oratio debet continuari, quamdiu devotio potest conservari. 2-2. q. 83. 14. o.

11. Oratio debet semper durare, secundum virtutem, non autem secundum essentiam. 2-2. q. 83. 14. o.

12. Fides, spes, et charitas, præexiguntur orationi, ratione propria orationis, et ratione latriæ. 2-2. q. 83. 15. c.

13. Oratio est meritoria, si ex charitate fiat. 2-2. q. 83. 7 ad 2. et 15. o.

14. Oratio semper habet efficaciam impetrandi, si habeat quatuor conditiones, scilicet si fiat pie, ad salutem, per se, et perseveranter. 2-2. q. 83. 7 ad 2. et 15. ad 2. et 16. c.

15. Conditio quadruplex necessaria in qualibet oratione, scilicet elevatio mentis in Deum, fiducia impetrandi, gratiarum actio, et petitio. 2 2. q. 83. 17. c.

16. Oratio debet habere septem conditiones, scilicet quod sit perfecta, humilis, continua, devota, vigilans, instans, et charitativa. 2-2. q. 83. 15. c.

17. Omnes orationes Ecclesiæ habent quatuor, scilicet invocationem Dei, commemorationem beneficii Dei, petitionem, et obsecrationem. 2-2. q. 83. 17. c.

18. Oratio non exauditur, quando orans, vel ille pro quo oratur, vel ipsa petitio, non placent exauditori. 2-2. q. 83. 15 ad 2.

19. Oratio malorum exauditur, et fructuosa est vel propter devotionem eorum pro quibus fit, vel inquantum fit in persona Ecclesiæ. 3.ª q. 82. 6. c et 7. ad 3.

20. Oratio peccatoris, inquantum ex bono desiderio naturæ fit, exauditor ex misericordia Dei, et non ex merito peccatoris, non autem inquantum peccator, nisi ad vindictam. 2-2. q. 83. 16. o. et q. 178. 2 ad 1.

21. Oratio petentis contra salutem, vel contra gloriam Dei, magis exauditur non obtinendo quam si obtineret quod petitur. 2-2. q. 83. 15 ad 2. et 16. c.

22. Effectus orationis triplex, scilicet meritum, impetratio, et spiritualis refectio mentis. 2-2. q 83. 13 15. c.

23. Per orationem appropinquamus Deo. 2-2. q. 83. 1 ad 2.

24. Oratio præeminet aliis actibus virtutis religionis post devotionem, quia religio per orationem movet intellectum hominis in Deum, et tradit homo mentem suam Deo, subjiciendo sibi eam per reverentiam, et præsentando eam Deo. 2-2. q. 83. 3 ad 1 et ad 3

25. Oratio fit ad excitandum affectum nostrum, non autem ad docendum Deum 2-2. q. 83. 2. o et 9. ad 5. et 12. c. ad 1. et q. 88. 1. c.

26. Oratio fit, non quidem ad mutandum dispositionem divinæ providentiæ, sed ad impetrandum quod Deus disposuit. 1.ª q. 23. 8. c. et 2-2 q. 83. 2. o.

27. Orationes fiunt in horis canonicis, ad salutem Ecclesiæ, ut avertatur ira Dei a populo, et ut orantes sint quasi precibus dimicantes, et quasi divinæ sententiæ resistentes. 2-2. q. 83. 14. o.

28. Oratio principaliter innititur charitati quoad efficaciam merendi; fidei vero, quoad efficaciam impetrandi. 2-2. q. 83. 15 ad 3.

29. Oratio ordinatur ad duo, scilicet ad objectum proprium, id est, ad id quod petitur, et ad finem, id est ad vitam æternam; ideo habet duplicem efficaciam, scilicet efficaciam impetrandi, respectu primi, et efficaciam merendi, respectu secundi; primum pertinet ad misericordiam vel liberalitatem, secundum vero ad justitiam. 2-2. q, 83. 15 ad 2. et 16. ad 2. et q. 178. 2 ad 1.

30. Qui non attendit vel non intelligit orationem, habet quidem meritum, non autem consolationem. 2-2. q. 83. 13. c.

31. Ex virtute orationis Christi, baptismus habet meritum regni cœlestis. 3.ª q. 39. 5. c fin.

32. In oratione peti debent aliqua determinata, propter attentionem et cognitionem nostri desiderii, et ut ferventius fiat. 2-2. q. 83. 5. o.

33 Nihil debemus petere in oratione, nisi in ordine ad beatitudinem. 2-2 q. 17. 2 ad 2. et q. 83. 4. 5. c. et 6. o

34. Temporalia possunt peti in oratione, sicut et desiderari, non quidem principaliter, sed ut necessaria. 2-2. q. 83. 6. o.

35. Hec præcipue petendum est, in oratione, ut Deo uniamur. 2-2. q 83. 1 ad 2.

36. Orare non convenit personis divinis, quia non habent superiorem, nec distinguuntur in essentia, ratione cujus fit oratio. 2-2. q. 83. 10. o.

37. Orare est proprium rationalis creaturæ, ideo non convenit brutis. 2-2. q. 83. 10. o.

38. Sancti in patria orant pro nobis, non autem pro se. 2-2. q. 83. 11. o.

39. Oratio proprie fit ad Deum tantum, ut a quo debet expectari quod petitur; ad sanctos autem fit deprecatio 2-2. q. 83. 4. o.

40. Oratio soli Deo porrigitur, ut per eum implenda, sanctis vero et angelis et hominibus ut per eos impetranda suis meritis et precibus, et non ut Deus eas per eos cognoscat. 2-2. q. 83. 4. o

41. Oratio non debet fieri ad sanctos, qui sunt in purgatorio, vel in hoc mundo, sed tantum supplicatio, vel petitio. 2-2 q. 83. 4. ad 3. et 11 ad 3.

42. Utile est orare sanctos inferiores quintuplici ratione, licet superiores sint plus accepti Deo, scilicet primo ex hoc, quod aliquis quandoque majorem habet devotionem ad sanctum minorem quam ad sanctum majorem, ex devotione autem maxime dependet orationis effectus; secundo propter fastidium tollendum, quia assiduitas unius rei fastidium parit, et per hoc quod diversos sanctos oramus, quasi in singulis novus fervor excitatur; tertio quia quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis præcipue patrocinari, sicut sancto Antonio, ad ignem infernalem; quarto ut omnibus honor debitus exhibeatur a nobis; quinto quia plurium orationibus aliquando impetratur, quod unius oratione non impretaretur. 2-2. q. 83. 11 ad 4.

43. Sancti orantur nominibus propriis, propter tria, scilicet quia hoc meruerunt, plus nobis innotescunt, et propter fidem resurrectionis insinuandam. 2-2. q. 83. 11 ad 5.

44. Sancti cognoscunt in verbo orationes nostras ad eos, etiam mentales, sicut et omnia alia quæ ad eos pertinent. 1.ᵖ q. 107. 1 ad 3. et 2-2. q. 83. 4 ad 2. et 3.ᵖ q. 10. 2. c.

45 Quilibet debet orare, et desiderare bona pro aliis, sicut et pro se. 2-2. q. 83. 7. o. et 3.ᵖ q. 21. 3 ad 3.

46 Quilibet tenetur orare in communi, pro suis inimicis, non autem in speciali, nisi in aliquo casu speciali, sicut in necessitatis articulo. 2-2. q. 83. 8. o.

47. Orandum est pro omni peccatore viatore, ut convertatur, et pro justis ut perseverent, triplici ratione, scilicet quia multorum preces facilius exaudiuntur; ut ex multis gratia agatur Deo de beneficiis, quæ conferuntur justis, quæ etiam in utilitatem multorum vergunt, ut majores non superbiant, dum considerant se minorum suffragiis indigere, sed non impetratur, nisi pro prædestinatis. 2-2. q. 31. 2 ad 1. et q 83. 7 ad 3.

48. Orandum est pro infidelibus, licet non prosit eis, nisi convertantur. 2-2. q. 31 2 ad 1.

49. Christus oravit secundum humanitatem tantum, triplici ratione, scilicet ut ostenderet se esse hominem propter exemplum, et quod esset a Deo. 2-2. q. 83. 10 ad 1. et 3.ᵖ q. 13. 4 ad 3. et q. 21. 1. o. et 2. c. et q. 43. 2 ad 2 et q. 53. 4 ad 2.

50. Oratio Christi pertinet ad sacerdotium ejus. 3.ᵖ q. 22. 4 ad 1.

51. Oratio Christi quoad objectum fuit sensualitatis, non autem quoad actum. 3.ᵖ q. 21. 2. o. et 4. c. ad 4.

52. Christus oravit pro se, et pro nobis, quoad bona corporis; sed quad bonas piritualia, oravit pro nobis, non autem pro se. 3.ᵖ q. 21. 3. o. et q. 22. 4 ad 1.

53. Christus dupliciter oravit pro se, scilicet exprimendo effectum sensualitatis, vel voluntatis ut natura,

quoad passionem transferendam, et secundum rationem quoad gloriam corporis; et sic omnis oratio ejus pro se et pro nobis et voluntas impleta est, non autem primo modo 3.ª q. 21. 3. 4. o.

54. Oratio dominica exponitur. 2-2. q. 83. 9. o.

55. Petionis orationis dominicæ sunt septem secundum Matthæum, scilicet, Sanctificetur, etc. Sed secundum Lucam, sunt quinque. 2-2. q. 83. 9 ad 4 et ad 5.

56. Oratio dominica est perfectissima quia continet omnia desideranda, et ordinem eorum, et informat omnes affectus. 2-2. q. 83. 9. c. principio.

57. Non oportet uti tantum verbis orationis dominicæ, sed oportet intendere tantum ad ea impetranda, quæ in ipsa continentur. 2-2. q. 83. 14 ad 3.

58. Non parcens, non vel habens peccatum, non peccat, dicendo orationem dominicam, quia dicitur in persona Ecclesiæ. 2-2. q. 83. 16 ad 3.

59. Oratio dominica valet ad remissionem culpæ venialis et mortalis. 1-2 q. 74. 8 ad 6.

60. Oratio vocalis est quantitas discreta. 3.ª q. 60 8. o.

61. Sancti non omnia cognoscunt, cum essentiam Dei non comprehendant, in verbo autem cognoscunt, quæ ad nos spectant, et per consequens nostras orationes. Suppl. q. 72. 1. c.

62. Sanctos interpellare debemus ad orandum pro nobis. Suppl. q. 72. 2. o.

63. Sancti semper Deum suis precibus exorant, nisi ex parte nostra impediantur. Suppl. q. 72. 3 c.

1. ORDINATIO. Omnis ordinatio est rationis. 2-2. q. 58. 4 ad 2. et q. 83. 1. c. et q. 88 1. c.

2. Ad hoc quod aliqua sint ordinata, duo requiruntur, scilicet ordo ad debitum finem, et proportio ad ipsum finem. 1 2. q. 102. 1. c.

3. Totum quod est homo et totum quod potest, et quod habet, est ordinandum in Deum. 1-2. q. 21. 4 ad 3.

4. Ordinare et judicare alios, est tantum prælatorum; sed ordinare actus proprios, convenit cuilibet homini, 2-2. q. 45. 5. ad 2.

1. ORDO in ratione sua includit tria, scilicet rationem prioris et posterioris, distinctionem, et originem 2. q. 26. 1. c. et 6. c. fin.

2. Ordo semper dicitur respectu principii. 1.ª q. 21. 3. c. et q. 42. 3. c.

3. Ubicumque est aliquod principium, oportet quod sit aliquis ordo, quia ordo includit in se aliquem modum prioris et posterioris, quæ dicuntur secundum relationem ad aliquod principium. 2-2. q. 26. 1. c. et 6. c. fin.

4. Ordo finium est secundum ordinem agentium, quia omne agens ordinat effectum suum ad aliquem finem. 1-2. q. 109. 6. c.

5. Sicut ordo rationis recte est ab homine, sic ordo naturæ est a Deo. 2-2. q. 154. 12. ad 1.

6. Ordo tot modis dicitur, quod modis est principium, scilicet secundum situm, secundum intellectum, et secundum singulas quatuor causas. 1.ª q. 21. 3. c. et q. 42 3. c.

7. Ordo duplex, scilicet ordo verus, et ordo imaginarius. 3.ª q. 28. 3 ad 1.

8. Ordo duplex, scilicet ordo formæ, et ordo materiæ. 3.ª q 62. 6 ad 3. et q. 78. 4. c.

9. Ordo dicitur dupliciter, scilicet relatio, et gradus faciens eam. 1.ª q. 108. 2 ad 1.

10. In rebus est ordo duplex, scilicet a principio, et ad finem. 3.ª q. 6. 1 ad 1.

11. Ordo universi duplex, scilicet ordo creaturarum ad invicem, et ordo creaturarum ad Deum. 1.ª q. 21. 1 ad 3. et q. 47. 3 c. et q 103 2 ad 3. et 1-2. q. 111. 5 ad 1. et 2-2. q. 39. 2 ad 2.

12. Ordo duplex, scilicet ordo naturæ, et ordo temporis seu generationis. 1-2. q. 62 4. c. et q. 83. 3 ad 2. et 3.ª q. 6. 1. c.

13. Ordo naturæ duplex, scilicet via generationis et temporis, in causa materiali, ab imperfecto ad perfectum, et via perfectionis et intentionis in aliis causis, a perfecto ad imperfectum. 1.ª q. 85 3 ad 1.

14. In divinis est ordo naturæ secundum originem, sine prioritate, secundum quod una persona est ab alia. 1.ª q. 42. 3. o

15. Ordo naturæ in divinis non est ex hoc quod natura ordinetur, sed quia ibi est ordo secundum naturalem originem. 1.ª q 42. 3 ad 3

16. Ordo originis in divinis melius nominatur ordo naturæ quam ordo essentiæ, quia natura importat rationem principii, non autem essentia. 1.ª q. 42 3 ad 4.

17. Ordo in divinis significat notionem originis in communi, non autem in speciali. 1.ª q. 42. 3 ad 1.

18. Homo subditur triplici ordini, scilicet rationis, hominis gubernantis temporaliter vel spiritualiter, et Dei. 1-2. q 72. 4 c. et q. 87 1. c. et ad 3. et 3 c.

19. Quicquid est contra secundum ordinem, est contra primum et tertium; et quicquid est contra primum, est contra tertium, et non e converso; quia primus includit secundum, et excedit eum. et tertius utrumque. 1-2. q. 71 4. o.

20. Peccatum est contra hos tres ordines. Ideo punitur triplici pœna, scilicet remorsu conscientiæ, pœna humana, et pœna divina. 1-2. q. 72 4. o. et q. 87 1. c. et ad 3. et 3. c.

21. Ordo in populo quadruplex, scilicet principium ad cives, civium, ad invicem, ad extraneos, et ad domesticos. 1-2. q. 104. 4. c.

22. Omnes ordines civitatum reducuntur ad tres ordines, scilicet ad supremos, id est, ad optimates, ad infimos, id est, ad vulgus; et ad medios, id est, ad honorabiles 1.ª q. 108. 2. o.

23. Nullus ordo potest conferri, nisi ab episcopo, præter quatuor ordines minores, de licentia Papæ, a solo sacerdote. 3.ª q. 63. 3 ad 2.

24. Ea quæ sunt ordinis, non possunt committi, nisi habenti ordinem. 2 2. q. 187. 1. c.

25. Deus potest auferre ordinem collatum, non autem episcopus, quia non est minister auferendi, sicut conferendi. Nec dedit ordinem, sed Deus. 3.ª q 82. 8. c. et ad 2.

26. In sacramento ordinis confertur excellentia potestatis in divinis ministeriis. 3.ª q. 84. 4 c.

27 Omnis ordo, inquantum sacramentum, ordinatur ad eucharistiam, non autem inquantum est officium quoddam. 2-2. q. 40. 2. c.

28. Festa præcipua, in quibus episcopi dant quatuor ordines minores, pertinent ad diem dominicum. 3.ª q. 83. 2 ad 3.

29. Omnes minores ordines possunt simul eodem die dari, non autem duo ordines sacri, nec unus ordo minor cum ordine sacro. 3.ª q 65. 3 ad 2.

30. Servus ordinatus, sciente domino ejus, et non reclamante, fit ingenuus; si vero dominus nesciat, episcopus vel præsentans eum scienter, tenentur domino in duplum; si autem nesciant, redigetur in servitutem, nisi possit se redimere. 2-2. q. 189. 5. c.

31. Ordo fratrum prædicatorum habet cautissimam et securissimam formam profitendi 2-2 q. 186. 9 ad 1.

32. Oportuit in Ecclesia ordinem aliquem sacrum esse, quo quidam aliis, ad illorum et non sui utilitatem præficerentur. Suppl. q. 34. 1. o.

33. Ordo signaculum quoddam Ecclesiæ est, per quod spiritualis potestas impenditur ordinato. Suppl. q. 34. 2. c.

34. Cum in susceptione ordinis, quædam consecratio homini exhibeatur, per visibilia signa, constat ordi-

nem esse sacramentum. Suppl. q 34. 3. o.

35. Conveniens forma hujus sacramenti est, qua Ecclesia utitur. Suppl. q. 34. 4. o.

36. Specialem oportet esse materiam hujus sacramenti sicut et aliorum sacramentorum Suppl. q. 34. 5. c.

37. In sacramento ordinis, quo homo ad aliorum sacramentorum dispensationem ordinatur, necesse est conferri gratiam gratum facientem. Suppl q. 35. 1 c

38. In omnibus ordinibus imprimitur character Suppl. q. 35. 2. c.

39. Character ordinis præsupponit characterem baptismi, qui janua est omnium sacramentorum. Suppl. q. 35. 3. o.

40. Quamquam maxime conveniens sit, ut qui ordinem suscipiunt sint confirmati, hoc tamen necessarium non est. Suppl. q. 35. 4. c.

41. Non oportet ut qui majores ordines susceperunt minores prius habuerint, quamquam Ecclesia sic ordinate ordines conferri statuerit, ut prius minores, deinde majores suscipiantur. Suppl. q. 35 5. o

42. Bonitas vitæ ac conscientiæ nitor necessaria sunt ex divino præcepto suscipientibus ordines sacros, non tamen de necessitate sunt sacramenti. Suppl. q. 36. 1. c.

43 Ea tantum scire oportet ordinatos, quæ ad ordinis suscepti executionem conducant. Suppl. q. 36. 2. o.

44. Non consequitur aliquis ex merito vitæ aliquem ordinis gradum. Suppl. q. 36. 3. c.

45. Infidelitatis criminis reus est, quicumque indignum ad sacros promoverit ordines. Suppl. q. 36. 4. o.

46. Mortaliter peccat quicumque in peccato mortali existens sacros exequitur ordines, nisi hoc ex necessitate faceret. Suppl. q 36. 5. c.

47. Non unum, sed plures oportuit in Ecclesia sacros ordines esse. Suppl. q. 37. 1. c.

48. Septem sunt ordines, videlicet sacerdotium, diaconatus, subdiaconatus, acolythorum, lectorum, exorcistarum et ostiariorum. Suppl. q. 37. 2 c.

49. Tres tantum sunt sacri ordines, sacerdotium, diaconatus et subdiaconatus. Suppl q. 37. 3. o.

50. Conveniens singulis sacris ordinibus assignatus est actus, sacerdoti videlicet baptizare, confirmare, et a peccatis absolvere, diacono vero legere evangelium, etc. Suppl. q. 37 4. c.

51. In ipsa calicis datione sub certa verborum forma, imprimitur sacerdotalis character. Suppl. q. 37. 5. o.

52. Ad episcopos tantum pertinet omnes sacros conferre ordines, sicut ad eos etiam solos spectat confirmare et virgines consecrare. Suppl. q. 38. 1. c.

53. Possunt episcopi hæretici et ab Ecclesia præcisi sacros conferre ordines, sicut et cætera sacramenta; ordinati tamen ab illis, nullam susceptorum ordinem executionem suscipiunt, nec gratiam. Suppl. q. 38. 2. o.

54. Mulieres cum statum subjectionis habeant, sacramentum ordinis nequaquam suscipere possunt Suppl. q 39. 1. c.

55. Pueri carentes rationis usu non nisi ex Ecclesiæ statuto impediuntur, ne sacros suscipiant ordines, quos tamen suscipiunt ex vi sacramenti. Suppl. q. 39. 2. o.

56. Servi non possunt ad sacros promoveri ordines, quos tamen suscipiunt, si eis adferantur. Suppl q. 39. 3. c.

57. Homicidæ a sacris arcentur ordinibus ex Ecclesiæ præcepto, non autem necessitate aliqua sacramenti. Suppl. q. 39. 4. o.

58. Illegitime nati impediuntur a suscipiendis ordinibus, præcepti potius quam sacramenti necessitate. Suppl. q. 39. 5. c.

59. Mutilati aliquo membro nota-

bilis infamiæ, vel quod ordinis executionem impediat, arcentur a sacris ordinibus. Suppl. q. 39. 6. o.

60. Conveniens est ut qui sacros suscipiunt ordines tonsuram deferant. Suppl. q. 40. 1. c.

61. Corona non est ordo, sed ad ipsum potius ordinatur. Suppl. q. 40. 2. o

62 Clerici suscipientes coronam, non renunciant patrimonio, et aliis temporalibus rebus. Suppl. q. 40. 3. c.

63. Oportuit in Ecclesia supra sacerdotalem ordinem, episcopi potestatem esse, a qua sacerdos jurisdictionem susciperet. Suppl. q. 40. 4. o

64. Episcopatus non est ordo, nisi secundum quod ordo officium quoddam est ad sacras actiones. Suppl. q. 40. 5. o

65. Supra episcopos in Ecclesia est superior Summi Pontificis sive Papæ potestas, quanquam episcopio mnes æquales sint, quoad ea quæ ad episcopalem ordinem spectant. Suppl. q. 40. 6. c.

66. Omnibus Ecclesiæ ministris ad divina exequenda officia, variæ ac multiplices aptatæ sunt vestes, prout unicuique convenire judicavit Ecclesia, a Spiritu sancto edocta. Suppl. q. 40 7. c.

67. Sacer ordo apud Græcos et alios orientales impedit matrimonium contrahendum, non autem jam contracti matrimonii usum; apud vero occidentales tollit contractum, et contrahendum. Suppl. q. 53. 3. o.

68. Vir absque uxoris consensu ad sacros ordines accedens, illos suscipit quamquam ordinis executione careat, quam tamen suscipit uxoris consensu vel morte. Suppl. q. 53. 4. c.

1. ORGANUM. Philosophus dicit, neque fistulas ad disciplinam esse adducendum, neque aliquod aliud artificiale organum, puta citharam, et si quid tale alterum est; sed quæcumque faciunt auditores bonos. 2-2. q. 91. 2 ad 4.

2. Organis vel instrumentis musicis non est utendum in Ecclesia, quia hujusmodi musica magis animum movet ad corporalem delectationem, quam per ea formetur interius bona dispositio; et ideo subtrahuntur in Ecclesia instrumenta musica, ut a corporalibus retrahantur, divinis laudibus mancipati. 2-2. q. 91. 2 ad 4.

3. In veteri autem Testamento, usus erat talium instrumentorum, tum quia populus erat magis durus et carnalis; unde erat per hujusmodi instrumenta provocandus, si ut et per promissiones terrenas; tum etiam quia hujusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabat. 2-2. q. 91. 2 ad 4. fin.

1. ORIGENES erravit, sequendo opiniones philosophorum antiquorum; ideo, secundum eum, angeli sunt corporei. 1.ª q. 32. 1 ad 1. et q. 51. 1 ad 1. et 1-2. q. 5. 4. c.

2. Origenes fuit fons arrianorum. 1.ª q. 34. 1. c. ad 1.

3. Origenes et Arius dicunt quod Verbum in divinis dicitur tantum metaphorice, et non proprie. 1.ª q. 34. 1 ad 1.

1. ORIGO non significatur ut aliquid intrinsecum, sed ut via a re ad rem; ideo non potest esse primum distinctivum personarum in divinis. 1.ª 4.ª q. 40. 2. o.

2. Ordo originis dupliciter convenit Deo, scilicet respectu creaturarum, et respectu personarum divinarum. q. 41. 1 ad 1.

3. Omnis origo designatur per aliquem actum. 1.ª q. 41. 1 ad 1.

1. ORNATUS exterior est indicium conditionis humanæ: ideo excessus, et defectus, et medium ejus, reducuntur ad virtutem veritatis. 2-2. q. 169. 1 ad 3

2. In ornatu et aliis exterioribus. non est peccatum secundum se; sed ex inordinato usu, scilicet vel contra consuetudinem, vel ex intentione va-

næ gloriæ, vel molliciei, sollicitudinis, vel negligentiæ, contra quæ est triplex virtus, scilicet humilitas, per se sufficientia, et simplicitas. 2-2. q. 169. 1. o. et q. 187. 6. c.

3. Mulier vel vir ornans se, ut provocet alios ad concupiscentiam, peccat mortaliter; non autem semper si ornet se ex levitate vel vanitate propter jactantiam. 2-2. q. 169. 2. c.

4. Mulier potest ornare se licite, ut placeat viro suo; non autem mulieres quæ non habent virum nec volunt habere, nec sunt in statu habendi. 2-2. q. 169. 2. o.

5. Ornatus pretiosarum vestium, in ministris altaris, vel in constitutis in dignitate, non est peccatum, quia fit ad gloriam Dei, et non ad gloriam ipsorum. 2-2. q. 169. 1 ad 2.

6. Ars eorum quibus homo potest bene et male uti, est licita, ut ars faciens ornatus, nisi forte inveniendo superflua, et curiosa 2-2. q. 169. 2 ad 4.

7. Expositio litteralis, figuralis et moralis, octuplicis ornatus pontificis legalis, et quadruplicis ornatus sacerdotum. 1-2. q. 102. 4 ad 9.

8. Osculum, secundum quod fit principaliter causa libidinis, est peccatum mortale, si sit de mortali ex genere suo; non autem si sit de veniali secundum suum genus 1-2 q. 74 10. o. et q. 108. 3 ad 2. et 2-2 q 154. 4. c.

Osee propheta excusatur a fornicatione, quia debuit obedire præcepto Dei 1-2. q. 94 5 ad 2. et q 100. 8 ad 3. et 2-2. q. 104 4 ad 3. et q. 154. 2 ad 2.

1. Ovis habet quatuor utilitates, scilicet quia immolatur, pascit, lac et lanam dat: ideo furans ovem, quatuor reddit. 1-2. q. 105. 2 ad 9

2 Oves et hircos Ægyptii colebant, quia dæmones in eorum figura apparebant. 1-2. q. 102. 3 ad 2

Oza erat tantum levita; ideo percussit eum Deus, quia tetigit arcam, quod solis sacerdotibus licebat. 2-2. q. 33. 4 ad 1.

P.

PACTUM cum dæmonibus initum, expressum vel tacitum prohibetur, primo præcepto Decalogi. 2-2. q. 122. 2 ad 3. et 3. 4. c.

1 Palpabile. Corpus dicitur palpabile ex duobus, scilicet ex qualitatibus tangibilibus, et quod resistat tangenti; primum deficit ipsis cœlis, secundum aeri. 3.ª q. 56. 2 ad 2.

2. Omne palpabile est corruptibile per naturam, licet sit incorruptibile per gloriam. 3.ª q. 54. 2 ad 2.

Panis. Conversio panum et multiplicatio eorum facta per Christum, fuit per additionem materiæ noviter creatæ. 1.ª q. 92. 3 ad 1. et 3.ª q 44. 4 ad 4.

1. Papa habet plenitudinem pontificalis potestatis, sicut rex in regno; sed episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi judices singulis civitatibus præpositi. 1.ª q. 112. 2 ad 2 et 2-2. q 89. 9 ad 3. et 3.ª q. 72 11 ad 1.

2. Papa potest abolere infamiam juris, sed dicitur non posse, quia aliquando non expedit; vel intelligitur non posse, loquendo de infamia facti; vel loquitur de infamia irrogata per judicem civilem, sicut dicit Gratianus. 2-2. q. 68 4 ad 3.

3 Erroneum est dicere Papam vicarium Christi, non habere universaliis Ecclesiæ primatum. 1.ª q 112. 2 ad 2 fin.

4 Leo Papa propria sponte se subdidit judicio imperatoris, et Christus hominibus 2-2. q. 64. 5 ad 2. et q. 67. 1 ad 2.

PARABOLA est sententia habens obscuram similitudinem. 1. ᵖ q. 1. 10 ad 3.

1. PARADISUS triplex, scilicet terrestris, cœlestis, et spiritualis, id est, visio Dei. 1 ᵖ q. 102. 1. b. et a. 2. q. 175. 3 ad 4. et 3. ᵖ q. 52. 4 ad 3

2. Paradisus terrestris est locus corporeus in oriente, ut in nobilissimo loco, et interpretatur ortus. 1 ᵖ q. 102. 1. o. et 2-2 q. 84. 3 ad 3.

3 Et est locus conveniens habitationi humanæ, quia habet aerem temperatum et tenuissimum, et plantas semper floridas. 1. ᵖ q. 102. 2. o et 4. c.

4 Et est vicinus terræ, secundum situm; sed dicitur pertingere ad globum lunæ, secundum similitudinem, quia in eo est perpetua temperies æris. 1. ᵖ q. 102. 1 ad 1.

5. Eva facta est in eo, sicut etiam fuissent filii, nisi parentes peccassent; non autem Adam factus est in eo, sed postea positus est in eo. 1. ᵖ q 102. 4 o.

6. Animalia bruta non habitant ibi, sed dispositione Dei adducta sunt ad Adam in paradiso; serpens vero operatione diaboli. 1. ᵖ q 102 2 ad 2.

7. Adam convenienter est ejectus de eo, propter peccatum. 2-2. q. 164. 2. o.

8 Per peccatum hominis, clausa est janua paradisi terrestris, in signum clausionis januæ paradisi cœlestis. 3. ᵖ q. 49. 5. c.

9. Paradisus terrestris non est frustra post peccatum hominis, quia ostendit bonitatem Dei, et damnum peccati primi hominis. 1. ᵖ q. 102. 2 ad 3. et 2-2. q. 164 2 ad 4.

10 Paradisus terrestris non potest adiri propter impedimenta montium, vel marium, vel æstuantis regionis: ideo non potest a nobis cognosci, nisi per revelationem Scripturæ 1. ᵖ q. 102. 1 ad 2 et ad 3 et 2-2. q. 164. 2 ad 5.

PARASCEVE. Tunc non consecratur Eucharistia: quia significat passionem Christi, quæ tunc celebratur, tamen a sacerdote sumitur corpus Christi sine sanguine, propter periculum ne effunderetur, si reservaretur. 3. ᵖ q. 83. 2 ad 2.

1. PARS, Partes sunt in quas materialiter dividitur totum. 3. ᵖ q. 90. 1. c.

2. Pars triplex, scilicet integralis, subjectiva, et potentialis; et similiter totum triplex, scilicet integrale, universale, et potestativum. 1. ᵖ q. 76. 8. c. et q. 77. 1 ad 1. et 1-2. q. 54. 4 ad 2. et 2-2. q 48. c. et q. 80. c. et q. 120. 2. c et q. 128. et q. 143. c. et 3. ᵖ q. 90 2 3. c.

3. Partes subjectivæ non sunt de perfectione totius universalis; sed est perfecte in qualibet ejus parte, perfecta ratio ejus simul et æqualiter. 3. ᵖ q. 90. 3. c.

4. Pars integralis duplex, scilicet essentialis, et quantitativa. 1. ᵖ q. 8. 2 ad 3. et 3. ᵖ q. 90. 2. c.

5. Partes essentiales naturaliter sunt materia et forma; sed logicæ, sunt genus et differentia. 3. ᵖ q. 90. 2. c

6. Partes speciei dicuntur, inquantum participant formam, et proprietates speciei; sed dicuntur partes materiæ, inquantum sunt ex materia: ideo sunt eædem secundum rem, et differunt ratione. 1. ᵖ q. 119 1 ad 2.

7. Partes ut speciei, semper manent, sed ut materiæ, semper fluunt et refluunt 1. ᵖ q. 119. 1 ad 2.

8. Partes quantitatis sunt partes materiæ 3. ᵖ q 90. 2. c.

9. Ubicumque est multitudo ex parte materiæ ibi est ratio partium. 3. ᵖ q. 90 1. c.

10. Aliqui per partem speciei, vel per carnem secundum speciem, intellexerunt id, quod primo accipit speciem humanam, quod sumitur a generante, et hoc dicunt semper manere. 1 ᵖ q. 119. 1 ad 2.

11. Sed hoc est contra intentionem Philosophi dicentis, quod sicut in unoquoque habentium speciem in materia, ita et in carne, hoc est, secundum speciem, et illud secundum materiam. 1. ᵖ q. 119. 1 ad 2.

12 Omnis pars est propter totum, et quodlibet individuum, est propter suam speciem. 1. ᵖ q. 65. 2. c et q 70. 2. c. et 1-2. q. 90. 2 c. et 2-2. q. 62. 2. 5. c et q. 65 1. c.

13. Omnis pars est propter suum actum: et pars ignobilior est propter partem nobiliorem; sicut sensus, propter intellectum, et pulmo propter cor, et omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut et materia propter formam; partes enim sunt quasi materia totius. 1ª ᵖ q. 65. 2 c. et q. 70. 2. c.

14. Una pars est in potentia ad aliam, sicut materia ad formam; vel omnes partes sunt in potentia respectu totius 1. ᵖ q. 3. 7. c.

15. Bonum totius est finis cujuslibet partium ejus: et bonum commune est finis singularum personarum in communitate. 2-2. q. 58 9 ad 3 et q. 65. 1. c.

16. Bonitas cujuslibet partis est in proportione ad suum totum; nec totum potest bene consistere, nisi ex partibus sibi proportionatis. 1-2. q. 92. 1 ad 3. et 2-2. q. 47. 10 ad 2.

17. In quolibet toto, necesse est esse unam partem principalem, et prædominantem et formalem, a qua totum unitatem habet 2-2. q. 49. 6 ad 1

18. Partibus potentialibus adest totum, secundum totam essentiam ejus; non autem partibus integralibus, imo repugnat rationi eorum. 3. ᵖ q. 90. 3 c.

19. Omnes partes integrales habent aliquem ordinem, scilicet vel ordinem situs, vel virtutis, vel temporis. 3. ᵖ q. 90. 3. ad 3.

20. Una pars integralis potest continere totum virtualiter, sicut fundamentum totum ædificium, non autem essentialiter. 3 ᵖ q. 90. 3 ad 2.

21. Universalius est totum et pars, respectu minus universalis. 1. ᵖ q. 85. 3 ad 2

22 Totum denominatur a proprietate partis, quando proprietas non potest convenire, nisi illi parti. 3. ᵖ q. 16. 8. c.

23. Partes totius heterogenei carent forma totius, at multitudo; non autem in homogeneis, ut continuum. 1. ᵖ q. 11 2 ad 2.

24. Esse totius, non est esse alicujus partis ejus. 1-2. q. 4. 5 ad 2.

25. In divinis est ratio totius et partis, secundum rationem tantum. 1. ᵖ q. 30. 1 ad 4.

26. Pars animæ dicitur dupliciter, scilicet potentia animæ, et pars potentiæ ejus. 3. ᵖ q 46. 7. c.

1. Participatio. Omne participatum a superioribus in inferiora, et omne superius est ut formale, respectu inferiorum. 1. ᵖ q. 75. 5 ad 4.

2. Omne quod est tale per participationem, subditur ei quod est tale per essentiam et universaliter. 1. ᵖ q. 96. 1. c.

3. Omne participans et omne participatum, est posterius eo, quod est illud per essentiam. 1. ᵖ q 3. 8. c. fin.

4. Omne quod est tale per participationem, causatur ab eo quod est tale per essentiam. 1 ᵖ q· 8. 1. c. et q. 44. 1. c. ad 1. et q. 61. 1. c. et q. 75. 5 ad 1. et 79. 4 c.

5. Creaturæ participant bonitatem Dei, non quidem secundum partem, sed secundum similitudinem et imitationem. 1. ᵖ q. 75. 5 ad 1.

6. Parvificentia est vitium oppositum magnificentiæ, et est circa magnos sumptus; ideo est minus vitium quam illiberalitas. 2-2 q. 13. 5 1. c.

1. Parvipensio habet tres species, scilicet despectum, impedimentum voluntatis, et contumeliam. 1-2. q. 47. 2. c.

2. Signa parvipensionis sunt qua-

tuor, scilicet oblivio, denunciatio mali, gaudium de malo, et impedimentum voluntatis. 1-2. q. 47. 2 ad 3.

1. PASCHA dicitur quadrupliciter, scilicet agnus paschalis; panes azymi; prima dies azymorum, et omnes septem dies azymorum. 3.ª q. 46. 9 ad 1. et q. 74. 4 ad 1

2. Expositio omnium quæ fiebant circa agnum paschalem. 1-2 q. 102. 5 ad 2 et ad 3.

3. Pascha celebrabatur mense primo, ad commemorandum beneficium liberationis ex Ægypto; et significabat passionem et resurrectionem Christi 1-2. q 100. 5 ad 2. et q. 102. 4 ad 10. et 5 ad 2.

4. Pascha incipiebat in vesperis quartædecimæ lunæ. 3.ª q. 46. 9. c. ad 1. et q. 74 4. c. ad 1

5. Festum passionis, et resurrectionis Christi, succedit festo Paschæ. 1-2. q. 103. 3 ad 4.

1. PASSIO dicitur dupliciter, scilicet improprie, id est, omnis receptio; et proprie, id est, cum abjectione alicujus; et hoc dupliciter: uno modo propriissime, quando scilicet aliquid removetur, ab aliquo, quod convenit sibi secundum naturam, aut secundum propriam inclinationem, sicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem, et cum homo ægrotat aut tristatur; secundo modo minus proprie dicitur aliquis pati ex eo quod aliquid ab ipso abjicitur, sive sit ei conveniens, sive non conveniens; et sic dicitur pati, non solum qui ægrotat, sed etiam qui sanatur; et non solum qui tristatur, sed etiam qui lætatur, vel quocumque modo aliquis alteretur, vel moveatur. 1.ª q. 14 2 ad 2. et q. 75 2 c et q. 79 2 c. et q. 97 2 c. et 1-2. q. 22. 1. c et q. 41 1 c.

2. Ratione passionis proprie dictæ, est abjectio qualitatis naturalis, et impressio qualitatis extraneæ, et contrariæ. 1-2. q 22. 1 c. et q. 31. 1 ad 3. et q. 35. 1. c. et q. 41. 1. c.

3 Pati cum abjectione et transmutatione est proprium materiæ; ideo non invenitur nisi in compositis ex materia et forma. 1-2. q. 22. 1 ad 1.

4 Passio duplex, scilicet realis, et intentionalis seu spiritualis; secunda semper pertinet ad perfectionem patientis; ideo fuit in corpore Adæ ante peccatum. 1.ª q. 95. 2 ad 2. et q. 97 2. c. et 1-2. q. 22 1. o. et q. 31. 1 ad 3. et 35. 1. c. et q. 41. 1. c.

5. Passio duplex, scilicet corruptiva et perfectiva. 1.ª q 95. 2 ad 2 et q 97 2. o.

6. Omne quod patitur et movetur ab alio, disponitur per actum agentis, multiplicatum qualitate quæ habitus nominatur. 1-2 q 51. 1. c.

7. Ut qualitas causetur in passivo, oportet quod activum totaliter vincat passivum. 1-2. q. 51 3 c.

8. Passio ad defectum pertinet, quia est rei secundum quod est in potentia. 1.ª q. 25. 1. c. ad 1 et 1-2. q 22. 2 ad 1

9. Passio improprie dicta, scilicet omnis receptio, convenit omni enti in potentia, id est, cuilibet creaturæ. 1-2. q. 22. 1 ad 1.

10. Magnitudo passionis non tantum dependet ex virtute agentis, sed etiam ex passibilitate patientis. 1-2. q. 22. 3 ad 2.

11. Passio sumit speciem ab actu, qui est terminus motus. 1-2. q. 1. 3. c.

12. Passio duplex, scilicet passio innata, et passio illata. 3.ª q. 81. 4 o.

13. Passiones sanctorum illatæ prossunt Ecclesiæ, per modum exhortationis et exempli, non autem per modum redemptionis. 3.ª q. 48. 5 ad 3.

14. Passio proprie non convenii animæ, nisi per accidens, sed solt composito corruptibili convenit per se; improprie vero convenit omni enti in potentia 1-2. q. 22. 1. o.

15. Passio magis proprie est in parte appetitiva quam in parte ap-

prehensiva. 1-2. q. 22. 2. o. et q 41. 1. c et 3.ª q. 15. 4. c.

16. Passio est magis proprie in appetitu sensitivo quam in appetitu intellectivo. 1.ª q. 20. 1 ad 1. et 1-2. q. 22. 3. o. et q. 41 1. c. et 2-2. q. 58. 9 c et 3.ª q 15. 4 c.

17. Omnis motus appetitus sensitivi dicitur passio, et præcipue ille qui in defectum sonat. 1-2. q. 35 1. c. et q. 41. 4. c

18. In passionibus animæ est aliquid quasi materiale, scilicet transmutatio corporis, et aliquid quasi formale, scilicet ex parte appetitus. 1.ª q. 20 1 ad 2. et q. 75 3 ad 3 et 1-2. q. 22. 2 ad 3. et 37. 4. c. et q 44. 1 c. et q. 45. 3 c. et q. 48. 2 c.

19. In omni passione animæ, aliquid additur, vel minuitur a naturali motu cordis. 1-2. q. 24. 2 ad 2.

20. Passiones animæ tanto vehementius impellunt, quanto magis sequuntur inclinationem naturæ. 2-2. q. 155. 2. c

21. Nomina passionum animæ quandoque sumuntur pro simplici operatione voluntatis. 1.ª q 20. 1 ad 1. et q. 59. 4 ad 2. et q 64. 3. c. et q. 82. 5 ad 1. et 1-2. q. 22. 3 ad 3 2-2 q. 18. 1 c.

22. Passio animæ, ut passio, habet principium ab exteriori; sed ut est voluntaria, habet principium ab interiori. 3.ª q. 48. 1 ad 1

23 Omnis passio animæ inclinat cum impetu in suum objectum. 2-2 q 27. 2 c

24. Objecta passionum animæ se habent ad eam ut formæ, quibus specificantur: ideo quicquid est causa objectorum, est et causa passionum 1-2. q. 44 1 c.

25. Anima dupliciter dicitur tota pati, scilicet secundum essentiam suam, id est, corpore patiente et disposito ad separationem ab anima, et secundum omnes ejus potentias. 3.ª q. 46. 7 8. o.

26. Omnes passiones animæ reducuntur ad undecim species, scilicet sex in concupiscibili, id est, amor, odium, desiderium seu concupiscentia, fuga vel abominatio, delectatio vel gaudium, dolor vel tristitia; sed aliæ quinque sunt in irascibili, scilicet spes, desperatio, timor, audacia, et ira 1-2. q. 23. 4 o. et q. 25 3 4. c.

27. Passiones principales animæ sunt quatuor; quarum duæ sunt finales simpliciter, scilicet gaudium et tristitia; et duæ finales in genere, scilicet spes et timor. 1-2. q. 25. 4 o et q. 84. 4 ad 2. et 2-2. q. 123. 11 ad 1. et q 141. 7 ad 3.

28. Omnes passiones animæ reducuntur ad has quatuor principales, sicut species ad genus, vel imperfectum ad perfectum, vel sicut effectus ad causam, et participans ad participatum. 1-2 q. 25. 4. c. fin.

29. Passio animæ duplex, seu perfecta et imperfecta: tunc dicitur esse passio perfecta, per quam anima perturbatur, quando passio sensitivæ partis pertingit usque ad immutandum rationem a rectitudine sui actus, scilicet ut sequatur passionem, et non habeat liberum arbitrium super eam. 3.ª q. 46 7 ad 3

30. Potentiæ animæ pati possunt dupliciter, scilicet passione propria, id est, a suo objecto; et passione aliena, id est, sui subjecti. 3.ª q. 46. 7. 8. c.

31. Causa passionum animæ assignari potest dupliciter, scilicet ex parte objecti. et ex parte subjecti 1-2. q. 43. 1 2. c. et q. 45. 3. c et q. 46 5. c

32. Passiones animæ vincunt rationem tripliciter, scilicet distrahendo, inclinando in contrarium rationi, et ligando mutatione corporali, sicut somnus et ebrietas ligant eam 1-2. q. 77. 2. o. et 6. c.

33. Passio appetitus sensitivi non potest directe trahere vel movere voluntatem, sed indirecte dupliciter, scilicet per abstractionem; et ex parte objecti impediendo judicium rationis per fortem imaginationem. 1-2.

q. 77. 1. o. et 2-2. q. 156. 1. c. et 3. ᵖ q. 46 7 ad 3.

34 Passiones diversarum potentiarum differunt genere; quæ autem sunt diversorum objectorum ejusdem potentiæ, differunt specie tantum. 1-2. q. 23. 1. o et q. 54. 1. o.

35. In passionibus animæ est duplex contrarietas, scilicet secundum diversitatem objectorum, id est, boni et mali; et secundum accessum et recessum ab eodem termino; prima tantum est in passionibus concupiscibilis, sed utraque est in passionibus irascibilis. 1-2 q. 23. 2. o. et q. 40. 4. o. et q. 45. 1 ad 2.

36 Omnis passio irascibilis significat motum tantum; sed passionum concupiscibilis, quædam significant motum, et quædam quietem. 1-2. q. 23. 4. c et q. 25. 1. o. et 3. c.

37. Nomina omnium passionum animæ possunt sumi dupliciter, scilicet absolute, et ut recedunt a ratione: primo modo sunt passiones, secundo autem modo sunt vitia. 1-2. q. 45 1 ad 1. et q. 59. 1 ad 2. et 2-2. q 127. 1. c. ad 3.

38 Nomina passionum animæ, quarum objectum est malum, aliquando significant vitia, quorum objectum est malum, ut odium, ira, invidia, et audacia; quarum autem objectum est bonum, significant virtutes, ut spes, et amor. 2-2 q. 127. 1 ad 3.

39. Ordo omnium passionum animæ. 1-2 q. 25. o.

40. Omnis passio cujus objectum est bonum, est naturaliter prior passione sibi opposita, cujus objectum est malum. 1. ᵖ q. 20 1. c. et 1-2. q. 25. 2. 3. c. et q. 22. 141. 3 ad 1.

41 Omnis passio cujus objectum est bonum vel conveniens simpliciter, est in concupiscibili; si autem objectum ejus est ut difficile vel arduum, id est, cum determinatione quantitatis, est in irascibili; similiter et oppositæ harum. 1-2. q. 23. 1. c. et q. 25. 1. c. et q 40. 1. c. et q. 46. 3. c.

42. Passiones irrascibilis sunt posteriores passionibus concupiscibilii, quæ significant motum; sed sunt priores iis, quæ significant quietem. 1-2. q. 25. 1. o. et q. 40. 1. c. et 2-2. q. 141. 3 ad 1.

43. Omnis passio irascibilis terminatur ad passiones concupiscibilis, et incipit ab eis. 1. ᵖ q. 81. 2. c. et 1-2. q. 23. 1 ad 1. et q. 25 1 o et 3. c. et q 40 1. 4. c. et q 41. 2 ad 3. et q. 46. 3 ad 2. et q. 65 1 ad 3 et q. 82. 3 ad 2. et q. 84. 4 ad 2 et q. 100. 5 ad 6 et 2-2. q. 41. 2 ad 1. et q. 118. 6. c.

44. Passionum animæ, quædam sunt bonæ, et quædam sunt malæ, secundum speciem suam, inquantum sunt in genere moris: non autem inquantum sunt in genere naturæ. 1-2. q. 24. 4. o. et 2-2. q. 158. 1. c.

45. Passiones animæ, et motus membrorum, inquantum imperantur a voluntate, vel non prohibentur, sunt bonæ vel malæ moraliter, non autem secundum se. 1-2. q. 24 1. o. et q. 9. 1. c. ad 2. et 2-2 q. 35 1 ad 1. et q 158. 2. c.

46 Passiones, secundum quod ordinantur a ratione, sunt laudabiles, vel vituperabiles, non autem secundum se. 1-2. q. 24. 1 ad 3 et 2 o. et q. 45 1 ad 1. et q. 50 1. c. et 2-2. q. 35. 1 ad 1. et q. 125. 1 o. et q. 127. 1. o. et q 158 1. o. et 2 c ad 1.

47. Omnis passio animæ, secundum Stoicos, est mala; non autem secundum Peripateticos. 1-2. q. 24. 2. o. et q. 59. 2. 3. o. et 2-2 q. 123. 10. c et q. 158. 1 ad 1. et 3. ° q. 15. 4 ad 2. et q. 46 6 ad 2.

48. Omnis passio animæ, secundum Stoicos, scilicet, inordinata, tollit, vel diminuit bonitatem actus; sed secundum Peripateticos aliqua, id est, moderata, auget eam, sicut etiam actus membrorum 1-2. q. 24 3 o.

49. Omnis passio animæ, præveniens judicium rationis, diminuit bonitatem actus; sed passio consequens per redundantiam est signum melioris actus; per electionem autem, facit

actum meliorem. 1-2. q. 24. 3 ad 1 et q. 77. 6 ad 2. et q. 59. 2 ad 3. et 2-2. q. 2. 10. c.

50. Passio præveniens judicium rationis diminuit peccatum; sequens vero auget peccatum, vel significat auctum 1-2. q. 24. 3 ad 3 et q. 47. 2. c. et q. 77. 6. o

51. Passio totaliter tollens usum rationis, totaliter excusat a peccato, nisi fuerit voluntaria in sua causa, non autem alia. 1-2. q. 77. 7 o. et 8 ad 3.

52 Nulla inclinatio passionis vel habitus, ita vehemens est quod ei ratio non possit resistere, si remaneat usus rationis. 1-2. q 10. 3. o. et q. 77 7 8. c et q. 80. 3 o. et 2-2. q. 155. 3 ad 3. et q. 156. 1. c et q. 175 2 ad 2.

53. Anima Christi fuit passibilis dupliciter, scilicet passione corporali, et passione animali, sicut et anima nostra. 3 ᵖ q. 15. 4. c. et 10 c. ad 3.

54. Tota anima Christi, secundum essentiam, et secundum omnes potentias ejus, secundum quod sunt in essentia animæ patiebantur; non autem ex parte objecti, nisi potentiæ inferiores. 3. ᵖ q. 46 7. o.

55. Passiones in anima Christi non ferebantur ad illicita, nec præveniebant actum rationis: nec impediebatur judicium rationis, sicut fit in nobis. 3. ᵖ q. 15. 4. o. et 6. c. et q. 19. 2 c. fin. et q. 46. 7 ad 3. et q. 48. o. ad 2. et q 49. 4 ad 3

56. Passio Christi fuit bona simpliciter, et mala secundum quid. 3. ᵖ q. 22. 2 ad 2 et q. 47. 3 ad 3. et 4 ad 2. et 6 ad 3.

57. Acerbitas passionis Christi causabat in eo timorem, tristitiam, et dolorem. 3. ᵖ q. 7. 6. o et q. 15. 7. o.

58. Passio Christi fuit necessaria, non quidem absolute, nec ex coactione, sed ex triplici fine, scilicet liberationis nostræ, exaltationis Christi, et prædeffinitionis Dei. 3. ᵖ q. 46. 1. o.

59. Possibile fuit Deo liberare hominem sine passione Christi, si non præsupponatur præscientia ejus. 3. ᵖ q. 46. 2. o. et q. 56. 1 ad 2

60. Non fuit alius modus convenientior redemptionis nostræ quam per passionem Christi. 3. ᵖ q 46. 3. o.

61. Liberatio hominis per passionem Christi fuit majoris misericordiæ et justitiæ, quam si Deus remisisset peccata sine satisfactione 3. ᵖ q. 46. 1 ad 3.

62. Christus fuit passus convenienti tempore, scilicet luna quintadecima, hora sexta, in juventute. 3. ᵖ q. 46. 9. o. et 10. c.

63. Christus passus est in loco convenienti, scilicet in Hierusalem, quadruplici ratione: scilicet quia primo Hierusalem erat locus a Deo electus, ad sacrificia sibi offerenda, figurantia Christi passionem; secundo quia virtus passionis Christi ad totum mundum erat diffundenda, et Hierusalem erat in medio terræ, unde dicitur umbilicus terræ; tertio quia hoc maxime conveniebat humilitati Christi, quod in loco tam celebri, confussionem pati non recusavit; quarto ut ostenderet a principibus populi exortam esse iniquitatem occidentium Christum, qui principes in Hierusalem morabantur. Et passus est extra portam, triplici ratione: scilicet primo ut veritas responderet figuræ, qua vitulus et hircus pro peccato, extra castra comburebantur; secundo ut per hoc daret exemplum nobis exeundi a mundana conversatione: tertio ne Judæi subtraherent sacrificium salutare, nec putares pro illa tantum plebe oblatum secundum Christum, nec in templo passus est, sed in Calvaria. 3. ᵖ q 35. 7 ad 1. et q 46. 10. o. et q. 83. 3 ad 1.

64. Passio Christi convenienter incepit a Judæis, et finita est a gentilibus, sicut etiam effectus ejus. 3. ᵖ q. 47. 4 o.

65. Passio Christi attribuitur supposito divino, non quidem ratione naturæ divinæ, sed naturæ humanæ. 3. ᵖ q 46. 12. o.

66. Christus passus est non quidem ab intrinseco, sed ab extrinseco omnes passiones; non quidem omnes secundum speciem, sed secundum genus tripliciter, scilicet, ab omni homine, in omni re, et secundum omnem sensum. 3.ª q. 46. 5. o. et q 48. 2. c.

67. Pater tradidit Christum passioni ex charitate; similiter ipse Christus ut Deus et ut homo; sed Judas ex captivitate, Judæi ex invidia, Pilatus autem ex timore. 3.ª q. 47. 3 o. et 6 ad 2.

68. Passio Christi, ut salvativa, erat volita Deo et sanctis, Judæis autem, ut erat afflictiva Christi. 3.ª q. 18. 5. c et q. 47. 6 ad 3.

69. Passio Christi fuit ei voluntaria, et subjecta suæ voluntati. 3.ª q 46. 6. 9. c. et q. 47 1. o.

70. Christus et mater ejus, et quilibet sanctus, volebat voluntate deliberata passionem Christi, licet voluntas naturalis dissentiret. 3.ª q. 156. ad 4 et q. 18. 5. c. et q. 23. 8 ad 5. et q 47. 1. o. et 2. c. ad 2. et 6 ad 3.

71 Omnes actiones, et passiones Christi, operabantur instrumentaliter, in virtute divinitatis, ad salutem humanam. 3 ª q 48 6 c. et q. 49. 1· c. fin et q. 56 1 ad 3.

72. Passio Christi, ratione divinitatis ejus, agit per modum efficientiæ, ratione voluntatis animæ ejus, per modum meriti; et in carne Christi, per modum satisfactionis, inquantum liberamur a reatu pœnæ, ut a servitute culpæ; per modum redemptionis, et ut reconcilians nos Deo, per modum sacrificii. 3 ª q. 48. 6 ad 3. et q. 62. 5. c.

73. Christus per passionem suam meruit nobis salutem æternam. 3.ª q. 46 3. c et q. 48. 1. o. et 6 ad 3 et q. 49 1. c et q 50. 6. c. et q 56. 1 ad 4. et 2 ad 4. et 61. 1 ad 2. et q. 62. 5 o.

74. Per passionem Christi omnia impedimenta salutis ablata sunt, et omnia bona sunt nobis data quoad meritum. 3.ª q. 48. 1 ad 2.

75. Passio Christi habuit aliquem effectum, quem non habuerunt præcedentia merita, propter genus operis, non autem propter majorem charitatem 3.ª q. 48. 1 ad 3. et q. 49. 6 ad 2.

76. Christus per passionem suam meruit exaltari quadrupliciter, scilicet per resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dexteram Patris, et judiciariam potestatem. 3.ª q 49. 6. o.

77. Nullius peccati remissio, nec salus, potest fieri, nisi per passionem Christi. 3.ª q. 69. 1 ad 2 et q 73. 5. c.

78. Una minima passio Christi suffecisset pro omni peccato. 3.ª q. 46. 5 ad 3. et 6 ad 3.

79. Christus sua passione nos a peccatis liberavit causaliter, id est, instituit causam, qua possent quæcumque et quandocumque peccata remitti. 3.ª q. 49. 1 ad 3.

80. Passio Christi est causa universalis in remissione peccatorum, quam oportet singulis applicari, per baptismum, pœnitentiam, et alia sacramenta. 3 ª q. 49. 1 ad 4 et q. 52. 1 ad 2 et 8 ad 2 et q. 61. 1 ad 2. et q. 62. 5. 6. c et q 69. 1 ad 3.

81. Passio Christi est propria causa remissionis peccati tripliciter, scilicet provocando ad charitatem, redimendo, et instrumentaliter operando. 1.ª q. 56. 2 ad 4. et q. 79. 3. c. et 3.ª q. 49 1. o et 2. 3. c. et 4. c. ad 2. et 5 c. et q. 52· 5. c. et q. 56. 2 ad 4. et q. 6 2 5. c. et q. 69. 1 ad 2 et ad 3. et q. 79. 3. c.

82. Per passionem Christi liberati sumus de potestate diaboli, victi per humilitatem, obedientiam, et pœnam Christi; et satisfaciendo pro culpa, fecit nos conjunctos, domesticos, et filios Dei; ideo passio ejus dupliciter habet rationem redemptionis, scilicet quia inquantum nos a potestate diaboli eripuit, dicitur nos redemisse; sicut rex regnum occupatum ab adversario per laborem certaminis; inquantum vero Deum nobis placavit,

dicitur nos redemisse, sicut pretium solvens satisfactionis pro nobis, ut a pœna et a peccato liberaremur. 3. ᵖ q. 48. 4. o. et 6 ad 3. et q. 52 1. c.

83. Passio Christi, ut a voluntate ejus, fuit satisfactio pro omni peccato, etiam occidentium eum; non autem ut ab alio, secundum se. 3. ᵖ q. 22. 2 ad 2. et 3. c. et q 39 5 ad 3. et q. 48. 2 ad 2. et q. 49. 4 ad 3. et q. 57. 6 ad 2 et q. 69. 3 c. et 7 ad 1.

84. Passio Christi fuit quasi pretium, per quod liberati sumus a servitute diaboli, peccati, et pœnæ. 3. ᵖ q. 48. 4 c

85. Per passionem Christi liberati sumus a peccato communi totius naturæ, quoad culpam, quoad reatum pœnæ, et a propriis peccatis singulorum. 3. ᵖ q. 49 5 c et q. 52 5. c. ad 2. et q. 86 4 ad 3.

86. Passio Christi sufficienter abstulit peccatum originale, quoad personam, et quoad naturam 3. ᵖ q. 49. 5. c.

87. Christus patiendo, omnia præcepta veteris legis moralia, cerimonialia, et judicialia implevit 3. ᵖ q. 47. 2 ad 1

88. Nunquam sine fide passionis Christi potuit esse salus; ideo semper oportuit esse aliquod repræsentativum ejus hominibus. 3 ᵖ q. 73. 5. c.

89. Passio Christi efficienter operata est nostram salutem, ut causa instrumentalis, sed Deus ut causa principalis 1. ᵖ q. 48. 6. o et q. 49 1. c

90. Passio Christi est causa salutis omnium; sed applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos, sicut et vivis per sacramenta. 3 ᵖ q. 52. 1 ad 2

91. Passio Christi non salvat, nisi configuratos. 1-2. q. 85. 5 ad 2. et 3 ᵖ q 49 1 ad 4. et 3 ad 2 et ad 3. 5. c. et q. 52 1 ad 2. et 7. 8. c. et q 79. 2 ad 1 et 7 ad 2

92. Per passionem Christi et per mortem ejus reconciliati sumus Deo Patri. 3. ᵖ q. 48. 4. c et q. 49 2 c. et 4 o.

93 Per passionem Christi tripliciter sumus liberati de potestate diaboli, scilicet inquantum passio Christi est causa remissionis peccatorum, inquantum nos Deo reconciliavit, et inquantum in passione Christi, diabolus excessit modum potestatis sibi traditæ a Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. 3. ᵖ q. 48. 4. c. et q 49. 2. o.

94. Per passionem Christi, dupliciter sumus liberati a reatu pœnæ, scilicet vel directe, inquantum passio Christi fuit sufficiens et superabundans satisfactio pro peccato humani generis, exhibita autem satisfactione sufficienti, tollitur reatus pœnæ; vel indirecte inquantum passio Christi, est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ. 3. ᵖ q. 22 3 c. et q. 48. 6 ad 3. et q 49. 3 o. et q. 52 5 c. et q 86. 4 ad 3.

95. Passio Christi operata est nostram salutem proprie, removendo mala, sed resurrectio ejus, inchoando bona et exemplariter. 3. ᵖ q. 53. 1 ad 3. et q. 56 1 ad 4. et 2 ad 4. et q. 62. 5 ad 3.

96. Christus per passionem suam initiavit ritum christianæ religionis. 3. ᵖ q 62 5. c. et q. 63. 3. c.

97. Christus per passionem suam aperuit nobis januam cœli; sed per ascensionem suam introduxit nos in possessionem ejus. 3. ᵖ q 49. 5. o. et q. 79 2. c ad 1.

98. Christus per passionem suam consecutus est gloriam resurrectionis; non autem ex vi sacrificii, quod offerretur per modum satisfactionis; sed ex devotione qua ex charitate humiliter passionem sustinuit 3. ᵖ q. 22 4 ad 2.

PASTOR Ecclesiæ et fundamentum ejus principaliter dicitur Christus; secundario autem cæteri prælati. 3. ᵖ q. 8. 6 ad 3.

1. PATER IN DIVINIS prius dicitur de Deo quam de creatura. 1. ᵖ q 33. 2 ad 4

2. Paternitas in Deo et creaturis non est ejusdem rationis univoce, sed analogice. 1. ᵖ q. 31. 3 ad 3.

3 Pater prius dicitur personaliter quam essentialiter. 1 ᵖ q 33. 3 o.

4 In divinis essentia est Pater, si Pater tenetur substantive, non autem si tenetur adjective. 1. ᵖ q 39. 5 ad 5. et 6. c.

5. Pater est magis proprium nomen personæ Patris quam genitor vel generans 1 ᵖ q 33. 2. o et q. 40. 2. c. et 3 ᵖ q. 60 7 ad 2 et q. 66 5 ad 7

6. Pater eodem, id est, paternitate, est quis, et pater. 1. ᵖ q 40. 3 ad 2.

7. Paternitas est in angelis, secundum actus hierarchicos, sicut magister est pater discipuli 1. ᵖ q. 45. 5 ad 1.

8. PATRES CONSCRIPTI dicebantur olim consiliarii, quia scribebantur. 1. ᵖ q. 24. 1. c.

1. PATIENTIA dicitur dupliciter, scilicet habitus, et delectatio in actu ejus: primo modo est virtus; sed secundo modo est fructus. 2-2. q. 136. 1 ad 3.

2. Patientia est virtus, conservans bonum rationis contra tristitiam. 1-2. q. 66. 4 ad 2. et 2-2. q. 128. c. et q. 136. 1. o et 5. c.

3 Pati tristitia ad malum finem, non est proprie patientia, sed est duritia 2-2 q 136 1 ad 2.

4. Patientia non est potissima virtus, sed est inferior omni virtute theologica et cardinali 1 2. q 66. 4 ad 2. et 2-2. q. 136. 2. o.

5. Ad patientiam pertinet longanimitas et constantia, inquantum dilatio boni, quæ est longanimitatis, et labor in continua executione boni, habent rationem mali contristantis 2-2. q. 136. 5. c.

6. Patientia est radix et custos virtutum, solum removendo prohibens. 2-2. q 136. 2 ad 3.

7. Patientia, ut virtus, non potest haberi sine charitate et gratia. 2-2. q. 136. 3. o.

8. Patientia est in concupiscibili subjective. 2-2 q. 136. 4 ad 2.

9 Actus patientiæ in patria, non est sustinere, sicut est in via; sed est frui bonis acquisitis per eam. 2-2. q. 136. 1 ad 1.

1. PAULUS erat instructus in propria lingua, quoad superaddita per artem humanam ad ornatum et elegantiam locutionis, non autem in lingua aliena. 2-2. q. 176 1 ad 1.

2. Paulus in sua conversione habuit voluntatem actualem contrariam gratiæ, ideo celebratur ut miraculosa. 1-2. q. 9. 6 ad 3 fin. et q. 112. 2 ad 2. et q. 113 10. c.

3. Paulus in sua conversione vidit Christum corporaliter. 3. ᵖ q. 57. 6 ad 3.

4. Paulus præfert se et alios apostolos Moysi. 2-2. q. 174 4 ad 3.

5. Paulus vere ac juste reprehendit Petrum in observatione legalium, quia cogebat gentes, non quidem imperio, sed suæ conversationis exemplo, judaizare: quia, secundum quod Leo Papa dicit, validiora sunt exempla quam verba. 1-2. q. 103. 4 ad 2. et 2-2. q 33. 4 ad 2 et q. 43. 6. ad 2.

6. Paulus allegat verbum Arati poetæ, scilicet *Genus Dei sumus*, et *In ipso vivimus, movemur, et sumus.* 1. ᵖ q. 1. 8 ad 2.

7. Epistolæ ejus, et psalmi David, frequentantur in Ecclesia, ad spem veniæ, et quia continent quasi totam theologiam 3. ᵖ q. 83. 4. c. principio.

1. PAUPERTAS spiritus includit duo, scilicet, abdicationem temporalium rerum, quæ fit spiritu, id est, propria voluntate, per instinctum Spiritus sancti (ut Ambrosius et Hieronymus exponunt) et contritionem superbiæ,

secundum quod paupertas spiritus intelligi potest exinanitio inflati et superbi spiritus (ut Augustinus exponit). 2-2. q. 19 12. c.

2. Paupertas voluntaria commendatur. 3.ª q. 40. 3. o.

3 Paupertas voluntaria est indicium maximæ humilitatis. 2-2. q. 19. 12. c. et 3.ª q 40. 3 ad 3.

4. Christus voluit esse pauper quadruplici ratione, primo quia paupertas voluntaria convenit prædicatori; secundo ne videretur prædicare ex cupiditate; tertio ut nos faceret divites spiritualiter; quarto ut virtus Dei major ostenderetur. 3.ª q. 35. 7. c. et q. 40. 3. o.

1. PAX est tranquillitas ordinis maxime in voluntate 1-2. q. 70 3. c. et 2-2. q. 29. o.

2. Pax est non virtus; sed est effectus virtutis, scilicet charitatis. 2-2. q. 29. 3. 4. o.

3. De ratione pacis est duplex unio, scilicet diversorum appetentium; et appetituum ejusdem appetentis, et respectu ejusdem appetibilis. 2-2. q. 29. o.

4. Pax includit concordiam, addens unionem ejusdem appetentis, ultra unionem diversorum appetentium, quam dicit concordia. 2-2 q. 29. 1. c

5. Perfectio gaudii est pax, quoad duo importata per pacem, scilicet quoad quietem a perturbantibus, et quoad sedationem a fluctuatione desiderii. 1-2 q. 70 3. c.

6. Pax reipublicæ est secundum se bona, et multo plura prohibet, scilicet homicidia, sacrilegia, et hujusmodi, quam occasionentur ex ea, et plures bene ea utuntur 2-2. q. 123. 5 ad 3.

7 Paci opponuntur multa vitia, scilicet discordia in corde, contentio in ore, schisma, rixa et bellum in opere. 2-2. q. 34. 37. 39 principio.

8. Christus in ortu suo fecit pacem totius mundi, ut significaret veram pacem. 3.ª q. 35. 8 ad 1.

9. Pax causatur ex justitia, subtrahendo occasiones litigiorum, et tumultuum. 2-2 q. 29 3 ad 3. et q. 180. 2 ad 2.

10. Omnia appetunt pacem 2-2. q 29. 2 o.

11. Pax perfecta est tantum in beatis, sed pax imperfecta est in viatoribus. 2-2. q. 29. 2 ad 4.

12. Pax vera est tantum in bonis, et bonorum; apparens autem est in malis. 2-2. q. 29. 2 ad 3

13. Pax vera non est in nobis, sine gratia gratum faciente, sed tantum pax apparens. 2-2. q. 29. 3 ad 1.

PECCARE est voluntate averti a Deo. 1.ª q. 94. 1. c.

PECCATOR dicitur dupliciter, scilicet propter peccatum præteritum, et propter propositum peccandi. 3.ª q. 68. 4. c.

1. PECCATUM est actus devians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ. 1.ª q. 63 1. c. et 1-2; q 21. 1. o. et 2 ad 2. et q 71. 6. c. ad 1 et ad 3. et q 72. 1. c. ad 2. et 2-2. q. 162. 1. c. et q. 168. 4. c.

2. Peccatum non est pura privatio. 1-2. q. 72. 1 ad 2 et q. 75. 1. c. ad 1. et q. 85. 5 ad 3.

3. Peccatum nihil aliud est quam deficere a bono, quod convenit alicui, secundum naturam suam. 1-2. q. 109. 2 ad 2 et 8. c

4. Omnis defectus debiti actus habet rationem peccati. 2-2 q. 64 1. c.

5. Peccatum nihil aliud est, secundum Augustinum, quam de neglectis rebus æternis temporalia sectari. 1-2. q. 71. 6. a 3 ad 3. et 2-2. q. 104. 3. c

6. Peccatum nihil aliud est quam utendis frui, et fruendis uti, secundum Augustinum. 1-2 q 71. 6. a 3 ad 3.

7 Peccatum est dictum, vel fac-

tum, vel concupitum, contra legem æternam, secundum Augustinum. 1-2. q. 71. 6. o et q. 76. 2 ad 1.

8. Omne quod est contra naturalem inclinationem, est peccatum, quia contrariatur legi naturæ. 2-2. q. 133. 1. c et q. 142. 1 c.

9. Peccatum est prævaricatio legis divinæ, et cœlestium inobedientia præceptorum, secundum Ambrosium. 1-2 q. 109. 4. c. et 2-2. q. 79. 2. a 1 ad 1.

10. Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod justitia vetat 1-2. q. 71. 6 a 2.

11. Omne peccatum est voluntarium 1-2. q. 71. 5. c et 6. c. ad 2. et q 73. 6. c. et q. 74. 1. 2. 3. c. et q 76. 3. c ad 2 et 4. c. ad 2. et q. 77. 6. c. et q. 80. 1 c. et q 87. 2. c. et q. 88. 3 ad 1. et 2-2. q 10. 2. c. et q. 34 2. 4 c. et q. 46. 2 ad 2. et q. 64. 8 c. et q. 118. 4 c.

12. Ex hoc est aliquid peccatum, quia repugnat virtuti. 2-2 q. 107. 1. c.

13. In quolibet peccato est aliquid virtutis, quia non possunt simul corrumpi omnes circumstantiæ virtutis 1-2. q. 73. 2. c. fin.

14. Ratio formalis peccati duplex, scilicet secundum intentionem peccantis, id est, illud ad quod convertitur, et secundum rationem mali, id est bonum a quo recedit; primum diversificat speciem peccati, non autem secundum. 2-2 q. 10. 5 ad 1.

15. Peccatum non dicitur univoce de omni peccato; sed prius de actuali quam de originali, et prius de mortali quam de veniali. 1-2. q. 88. 1 ad 1. et 3 ad 1.

16. Peccatum duplex, scilicet peccatum actuale, et peccatum quasi naturale 3.ª q. 8. 5 ad 1.

17. Peccare contingit aliquem dupliciter, scilicet vel in se quoad actum peccati, vel in sua causa 2-2. q. 30. 1. c. et q. 150. 1. 4 c. et q. 154. 5. o.

18. Peccatum duplex, scilicet occultum, et publicum; secundum est corrigendum publice, non autem primum. 3.ª q 55 1 ad 1

19. Peccatum dupliciter contingit in actibus humanis, scilicet ex natura facti, ut in malis ex genere, et ex abusu boni 1.ª q. 48 6 c.

20. Peccatum triplex, scilicet contra Deum, contra se, et contra proximum. 1-2. q. 72. 4. o

21. Peccatum triplex, scilicet cordis, oris et operis. 2-2. q. 162. 4 ad 4.

22. Peccatum dicitur speciale dupliciter, vel quia est circa specialem materiam, vel propter specialitatem actus extendentis se ad omnem materiam, ut omnia vitia circa actum rationis 2-2. q. 54. 1. c. et q 99 2. o.

23. Peccatum duplex, scilicet carnale et spirituale; primum perficitur in delectatione naturali, id est, secundum tactum; secundum vero in delectatione animali. 1-2 q. 73. 2 o. et q. 73 5. c. et 2-2. q. 118 6. c.

34 Peccatum dicitur carnale dupliciter, scilicet secundum consummationem, et secundum originem; primo modo sunt tantum gula et luxuria, secundo autem modo omnia. 1-2. q. 73. 2. o.

25. In peccato sunt duo, scilicet pronitas, et motivum; primum est plus in creatura ignobiliori, secundum autem in nobiliori. 1.ª q. 63 7 c.

26. In quolibet peccato sunt duo, scilicet materiale, id est, substantia actus, et formale, id est, inordinatio ejus. 1-2. q. 71. 6. c et q. 72 1. 8. c. et q. 75 1. c. ad 1. et 4 ad 1. et q 79 2. c. et q. 87 4 ad 3 et 6. c.

27. In uno peccato contingit esse multas deformitates. 2-2. q 154. 1 ad 1.

28. In quolibet peccato, necesse est esse defectum circa aliquem actum rationis. 2-2. q. 54. 1 ad 2.

29. Una specialis ratio peccati potest esse in diversis generibus peccatorum, inquantum ordinantur ad finem unius peccati. 2-2. q 99. 2 ad 2. et 3. ad 2. et q 107. 2 ad 2.

30. In peccato sunt duo, scilicet

inordinatio actus injurians Deum, et macula sequens 1-2. q. 87. 4 ad 3. et 6. c.

31. In quolibet peccato sunt duo, scilicet macula culpæ, et reatus pœnæ 3.ª q. 22. 3. c.

32. Peccatum in Spiritum sanctum, est peccare ex electione mali, et tantum ex malitia, quæ est cum contemptu bonorum impedientium peccatum. 2-2. q. 14. 1. 3. 4. c. et q. 105. 2 ad 2.

33. In omni peccato generaliter contemnitur Deus in suis præceptis, sed hoc peccatum, ut speciale peccatum, est contemptus doni, quo homo retrahitur a peccato, non autem peccatum sequens ex eo. 2-2. q. 118. 5 ad 3. et 3.ª q. 88. 4. c. fin.

34. Illud peccatum dicitur generale, quod privat conditionem requisitam in qualibet virtute, sed hoc peccatum est speciale, ratione specialis contemptus. 2-2. q. 14. 1 ad 3.

35. Peccata differunt specie secundum objecta; non autem ratione inordinationis. 1-2. q. 72. 1. o. et 2. c 3. 4. o et 5 ad 1. et 8. c. et q 73. 3. c fin. et ad 1. et 4. c. et q. 79 2 ad 3. et 2-2. principio et q 39 2. c.

36. Peccata differunt specie secundum fines, non autem secundum causas agentes. 1-2. q. 72. 3. o. et 2-2. principio.

37. In peccatis est duplex differentia, scilicet materialis id est, secundum naturalem speciem peccati; et formalis, id est, secundum ordinem ad unum finem proprium. 1-2. q. 72. 6. c

38. Nullum quod est præter intentionem peccantis, dat speciem peccato. 1-2. q. 72. 1. 8. c. et 3.ª q. 88. 4 ad 1.

39. Circumstantiæ non possunt aggravare peccatum in infinitum. 2 2. q. 100. 4 ad 5.

40. Divissio peccati, in peccatum contra Deum, contra se, et contra proximum, est specifica, quia est secundum objecta. 1-2. q. 72. 4. o.

41. Peccata cordis, oris, et operis, non differunt secundum species completas, sed secundum gradus ejusdem speciei 1-2 q. 72. 7. o. et q. 100. 5. 6. c. et 2-2. principio.

42. Peccata non differunt specie, secundum præcepta legis, quia non habent speciem ex parte aversionis, sed ex parte conversionis. 1-2 q. 72. 6 ad 2. et 9 ad 1 et q. 73. 1 c. et 2-2. q. 10. 5 ad 1

43. Peccata differunt specie secundum superabundantiam, et defectum, propter diversa motiva, et sunt contraria 1-2. q. 72. 8. o.

44. Differentia peccati, secundum mortale et veniale, vel secundum alios reatus, non est specifica. 1-2 q. 72. 5 o et q. 88. 1. 2. o

45. Peccatum mortale differt a veniali in infinitum, ex parte aversionis, non autem ex parte conversionis. 1-2. q. 72. 5 ad 1 et q 87. 5 ad 1.

46. Omne peccatum est in voluntate, ut in subjecto. 1-2. q. 74. 1 o.

47. Subjectum peccati duplex, scilicet subjectum primum, et subjectum proximum. Voluntas est subjectum primum omnis peccati, proximum vero sunt diversæ potentiæ. 2-2 q. 10 2 c.

48. Omnis potentia mobilis a voluntate potest esse subjectum peccati, licet principaliter sit in voluntate. 1-2. q. 74. 2. o. et 3. c. et q 83. 1. c.

49. Peccatum est in voluntate ut in causa. 1 2. q. 74. 1 2 o. et q. 75 3. c. et q. 80. 1. c.

50. Voluntas est per se causa actus peccati, sed per accidens causat ejus inordinationem, id est, præter intentionem. 1-2 q. 75. 1 o.

51. In quolibet volente sub Deo potest esse peccatum voluntatis, si in sua natura consideretur. 1.ª q. 63. 1. c.

52. Peccatum non potest esse in voluntate, nisi cum ignorantia intellectus. 1.ª q. 63 1 ad 4. et 1-2. q. 58. 2 c. et q 77. 2. c. et 2-2 q 20. 2. o. et q. 51. 3 ad 2. et q. 53. 2. c.

53. Peccatum in actu liberi arbitrii contingit dupliciter, scilicet eligendo malum ex ignorantia, vel eligendo inordinate bonum ex inconsideratione. 1. ᵉ q. 63. 1 ad 4.

54 Peccatum essentialiter consistit in actu liberi arbitrii 1-2. q. 77. 6. o.

55. Peccatum est in ratione dupliciter, scilicet errando circa illud quod potest et debet scire facta promulgatione, vel non regendo potentias inferiores. 1-2. q. 74 5. 6 o. et q. 90. 4 ad 2 et ad 3.

56 Peccatum mortale et veniale possunt esse in ratione dupliciter, scilicet secundum se, et secundum quod regit potentias inferiores. 1-2. q. 74. 6 10. o.

57. Peccatum morosæ delectationis est in ratione dupliciter, vel deficiendo in directione interiorum passionum animi, vel in directione exteriorum actuum. Deficit autem in directione passionum dupliciter, primo imperando illicitas passiones, alio modo non reprimendo motus passionum illicitos. 1-2. q. 73. 8. c. et q. 74 6. o

58. Peccatum ipsius consensus in actum est tantum in ratione superiori; sed consensus in delectationem potest esse in ratione superiori et inferiori 1-2. q. 15. 4. o. et q. 74 7. o. et 8 ad 1

59. Non omnis motus sensualitatis primus, id est, naturalis, est peccatum. 1-2. q. 74 3. o.

60 Sensualitas tenet locum serpentis, quia inclinat ad peccatum. 1. ᵉ q 81. 1 ad 3. et 3 ad 1. et 1-2. q. 74. 3. a. 2. et 2-2. q. 165. 2. c. et 3 ᵉ q. 18. 2 ad 3.

61. In sensualitate potest esse peccatum subjective. 1-2 q. 74. 3 o

62. In sensualitate potest esse peccatum veniale, non autem mortale. 1-2. q. 74 3 ad 4. et 4. o. et q. 89. 5. c.

63. Obedire imperio rationis, et esse subjectum peccati, convenit sensualitati hominis, non autem sensualitati bruti 1-2 q. 74. 3 ad 3.

64. Peccatum actuale est in generativa, non sicut in subjecto, sed materialiter, inquantum concupiscibilis motum ejus imperat. 1-2 q. 17. 8 ad 3

65 Peccatum actuale non potest esse in parte non obediente rationi, sed bene infectio naturæ. 1-2 q 83. 1. c. et 4 ad 2.

66. Omnis voluntas sub Deo potest secundum se habere peccatum 1. ᵉ q. 63. 1. c.

67. Christus nullum habuit peccatum. 3. ᵉ q. 14. 3. o. et q. 15. 1. o. et 5 ad 1 et ad 2 et q 22 4 ad 1.

68. Peccatum, ut est actus, habet causam per se; sed ratione inordinationis habet causam per accidens tantum. 1-2 q. 75. 1. o et 2. 4. c. et ad 1. q. 77. 4. c.

69. Non omne peccatum fit ex contemptu, sed quandoque ex ignorantia vel infirmitate. 2-2. q. 162. 2. c. ad 1 et ad 2. et q. 186. 9 ad 23. et 3. ᵉ q. 88 4 c.

70 Causa primi peccati non est malum, sed bonum, scilicet voluntas cum absentia alterius boni, scilicet regulæ rationis, vel legis divinæ 1. ᵉ q. 49. 1 ad 1 et ad 3 et q. 63. 1 ad 4. et 1-2. q. 75. 1. c. et ad 3 et 2-2. q. 163. 1. 2. c.

71. Non omne peccatum fit ex contemptu, sed quandoque ex ignorantia vel infirmitate; sed peccandi consuetudo implicat Dei contemptum. 1-2. q. 105. 2 ad 9. et 2-2 q. 162. 2. c. ad 1 et ad 2.

72. Quod aliquis non possit vitare peccatum, potest intelligi dupliciter, scilicet vel quia confirmatus est in malo, vel quia diu persistere non potest quin ruat in peccatum. 1-2. q. 109. 8 o.

73 Principium peccati duplex, scilicet primum et universale, id est, voluntas, et principium proprium et proximum, scilicet aliæ potentiæ. 2-2. q. 10 2. c.

74. Voluntas est causa alicujus dupliciter, scilicet per se, id est, imperando; et per accidens peccati, id est, non impediendo, vel non reprimendo cum possit; et sic est causa peccati primorum motuum. 2-2. q. 154 5. c. principio.

75. Propria et per se causa peccati est voluntas; aliæ vero causæ sunt quasi extrinsecæ et remotæ. 1-2. q. 73. 6. c et q. 80. 1 c. ad 3.

76. Nihil exterius est causa sufficiens peccati; sed tantum suadens vel movens appetitum sensitivum. 1.ª q. 115. 4. c. et 1-2. q 73. 8 ad 3. et q. 75. 3. o. et q. 80. 1. 3 o. et 2-2. q. 43. 1 ad 3. et q. 73 3. c. ad 2. et q. 115. 2 ad 1 et ad 2.

77. Aliquis potest sufficienter impelli a dæmone in actum peccati, non autem in peccatum 1-2. q. 80. 3. o

78. Aliquis quandoque committit aliquod peccatum secundum effectum, et non secundum affectum. 2-2. q. 162. 2 ad 2.

79. Causa interior peccati duplex, scilicet proxima, id est, ratio et voluntas, et causa remota, scilicet imaginatio et appetitus sensitivus. 1-2. q. 75. 2. o et 3. c. et 2-2 q. 10. 2. o.

80 Sciens peccat, non considerando in particulari, vel in actu, quod sit in universali vel in habitu; unde dicitur quis ex certa malitia, vel ex industria peccare, quasi scienter malum eligens. 1-2. q 78. 1. c. fin.

81. Causa peccati triplex, scilicet motivum, id est, bonum apparens, defectus regulæ, et perficiens; primum pertinet ad sensus et ad appetitum sensitivum, secundum ad rationem, tertium autem ad voluntatem. 1-2. q. 75. 2. 3. c

82 Causa efficacissima peccati duplex, scilicet amor bonorum temporalium, et timor pœnæ. 1-2. q. 77. 4. c. ad 3.

83. Propria et per se causa peccati, est ex parte conversionis ad commutabile bonum. 1-2 q. 75. 1. c. et q. 77 4. c. et 6 ad 1. et 8 ad 2. et q. 84. 1 ad 1.

84. Causa peccati triplex, scilicet passio, habitus vitiosus, et falsa æstimatio de particulari eligibili, de passione, habitu, vel ignorantia. 2-2. q. 14. 1. c. fin.

85. Inclinans ad peccatum est duplex, scilicet per se, ut habitus et dispositio ex peccato; et per accidens, scilicet removendo originalem justitiam, id est, peccatum originale. Nec tamen debet dici quod peccatum originale sit habitus infusus, aut acquisitus per actum, nisi primi parentis, non autem hujus personæ, sed per vitiatam originem innatus. 1-2. q. 82. 1 ad 3 et 2 ad 2

86. Omne peccatum contingit ex defectu scientiæ in universali, vel in particulari, in habitu vel in actu, ex intentione vel occupatione, vel infirmitate, vel passione. 1 2. q. 77. 2. c.

87 Origo peccatorum attenditur secundum inclinationem ad finem, quæ est ex parte conversionis. 2-2. q. 73. 3 ad 3

88. Unum peccatum est causa alterius peccati, in quadruplici genere causarum, scilicet in genere causæ efficientis, materialis, finalis et formalis. 1-2. q. 75. 4. o. et 84. o.

89. Unum peccatum potest oriri ex diversis peccatis, sed principalius, ex quo sæpius consuevit, propter propinquitatem ad finem ejus. 2-2. q. 72 4. c.

90. Ex minori vitio potest oriri majus peccatum, sicut ex ira homicidium et blasphemia. 2-2. q. 73. 3 ad 3.

91. Homo non debet facere unum peccatum, ut vitet aliud peccatum. 2-2. q. 113. 1 ad 3.

92. Quia per operationes sensus homo pervenit ad actus rationis, ideo plures sequuntur inclinationes naturæ sensitivæ quam ordinem rationis: plures enim sunt qui assequuntur principium rei quam qui ad consummationem perveniunt: ex hoc autem

vitia et peccata in hominibus proveniunt, quod sequuntur inclinationem naturæ sensitivæ contra ordinem rationis. 1 ᵖ q. 49 3 ad 5. et q. 115. 4. c. et 1-2. q. 71. 2 ad 3.

93. Natura humana magis corrupta est per peccatum, quoad appetitum boni, quam quoad cognitionem veri 1-2 q 109 2 ad 3.

94. Peccata hominum sunt impedimenta humani boni. 1. ᵖ q. 63 2 ad 1. fin.

95. Peccatum cedit in bonum hominis, non quidem secundum se, sed quia homo fit humilior, et cautior ex peccato suo et aliorum. 1-2, q. 87. 2 ad 1 et ad 2.

96 Privatio modi, speciei et ordinis, ut sunt in bono virtutis et gratiæ, sunt effectus peccati, non autem in aliis. 1-2. q. 85. 4. o.

97 Homo peccando recedit ab ordine rationis, ideo perdit dignitatem humanam, et incidit in servitutem bestiarum. 2-2. q. 64. 2 ad 3.

98. In quolibet peccato est aliquid virtutis, quia non potest corrumpere omnes circumstantias virtutis. 1-2. q. 73. 2. c. fin.

99. Peccatum singularis personæ non nocet, nisi sibi. 3. ᵖ q. 19. 4 ad 1. et q 82 6 ad 3.

100 Peccatum non nocet Deo, licet sit contra Deum. 1-2. q 21. 4 ad 1. et q. 47. 1 ad 1. et q. 73. 7 ad 2. et 2-2. q. 88. 2. c.

101. Peccatum transit actu, et manet effectu, scilicet reatus maculæ, et offensæ Dei. 1-2. q. 109. 7. c. et q. 113. 2 ad 3 et 3. ᵖ q. 62 2 ad 2. et 5. c. et q. 89. 4 ad 1.

102. Vulnus quadruplex causatur in anima: primo ex peccato Adæ, sed consequenter ex aliis peccatis, scilicet infirmitas in irascibili, concupiscentia in concupiscibili, ignorantia in ratione, et malitia in voluntate, ad quæ sequuntur alia duo, scilicet dolor et mors. 1-2. q. 85. 3. o. et 5. c.

103. Peccatum dupliciter deprimit, scilicet premendo ne videantur superiora, sed infima, et humiliando. 1-2. q. 87. 2 ad 1.

104 Homo per peccatum incurrit triplex detrimentum, scilicet deordinationem mentis, reatum pœnæ, et debilitatem boni naturalis. 1-2. q. 109. 7. c. et 3. ᵖ q. 22. 3. c.

105. Obligatio duplex causatur ex peccato, scilicet servitus diaboli, et reatus pœnæ. 3 ᵖ q. 48. 4 c ad 3.

106. Gravitas peccati principaliter ex objecto, seu fine. 1-2. q. 73. 3. o. et q. 4. 5. 9. c. et q. 74. 9. c. et 2-2. q. 74. 2 ad 1.

107. Gravitas et species peccati magis attenditur ex fine quam ex materiali objecto. 2-2. q 74. 2 ad 1.

108. Ratio principalis gravitatis peccati est ex aversione a Deo. 1-2. q. 73 3 ad 2. et 5. c. et q. 77. 6 ad 1.

109. Quantitas peccati non mensuratur ex nocumento facto, sed ex voluntate contra charitatem agentis. 2-2. q. 13 3 ad 1.

110. Gravitas peccati duplex, scilicet ex parte peccati, et ex parte peccantis ex majori contemptu. 2 2. q. 94. 3. c. et q. 116. 2 ad 2. et q. 142. 3. c. et 3. ᵖ q 80. 5. c

111. Gravitas peccati duplex, scilicet secundum speciem, quæ est ex objecto, et secundum circumstantiam. 2-2. q. 10. 3 ad 1. et q. 39. 2. c. et q. 163. 3. 4. c. et 3. ᵖ q 80 5. c.

112. Defectus debitæ circumstantiæ aggravat peccatum, et appositio ejus alleviat ipsum. 1-2. q. 73. 7. o.

113. Peccata verborum maxime ex affectu, et intentione loquentis, pensanda sunt. 2-2 q. 72. 2. c. ad 3. et q. 73. 2. c. et q 75 1. c. et q. 76. 5. c. fin.

114. Gravitas peccati triplex, scilicet ex materia vel objecto ex parte peccantis, et ex effectu consequente. 2-2. q. 148. 3 o.

115. Gravitas peccati magis attenditur in abusu rei quam in omissione debiti usus. 1. ᵖ q. 48. 6. c. et 2-2. q. 155. 12 ad 4.

116. Gravitas peccatorum in pro-

ximum est per se ex majori nocumento, scilicet contra majus bonum, sed per accidens ex deliberatione. 2-2. q. 34. 4. o. et q. 73. 3. c et q. 74. 2. c. et q. 154. 3. o.

117. Non omnia peccata sunt æqualia in gravitate 1-2 q. 73. 2. o.

118. Gradus quadruplex gravitatis peccati, scilicet per passionem, ignorantiam, malitiam, et contumaciam. 1-2. q 105. 2 ad 9. et 2-2 q. 162. 2. c ad 1 et ad 2. et q. 186. 9 ad 3. et 3.ᵐ q 88. 4. c

119. Peccata quæ consistunt in actuali contemptu Dei, nisi ex consequenti, et quasi interpretative. 1-2. q. 73. 8 ad 2.

120. Peccatum in quo Deus in seipso contemnitur, est gravissimum: post, quo contemnitur in sacramentis, præcipue in eucharistia; tertio in membris suis: quarto in præceptis suis, quod commune est omni peccato mortali 2-2. q. 20 3 o. et q. 21. 1 ad 1. et q. 39. 2. c. et q 110. 2. c. et q. 148. 3. c. et q. 150 3 c. ad 3. et q. 154. 3 c. ad 3. et 3.ᵐ q. 80 5. c.

121. Peccatum in Spiritum sanctum est gravissimum. 2-2. q. 14. 3 o. et q 24. 1. 4. o et q. 130 2. o. et q. 133. 1. c.

122. Peccata opposita virtutibus theologicis sunt cæteris graviora, secundum genus suum. 2-2. q. 20. 3 o.

123. Peccatum quanto plus repugnat oppositæ virtuti, tanto est gravius. 2-2. q. 116. 2. c. et q. 119. 3. c.

124. Maximum peccatum opponitur maximæ virtuti, principaliter et directe, sed minimum extensive. 1-2. q. 73 4. o.

125. Omne peccatum opponitur prudentiæ, sed non est gravissimum, nisi opponatur in aliquo maximo 2-2. q. 55. 2 ad 3 et q. 119. 3 ad 3.

126 Peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt cæteris graviora. 1 2 q 110. 6. c.

127 Quanto voluntas est major vel finis pejor, tanto peccatum est gravius; in aliis autem causis peccati est oppositum. 1-2. q 73. 6. o.

128. Gravitas peccati est major de majori bono quod corrumpitur, vel contemnitur; minor autem de majori bono quod amatur. 1-2. q. 100. 6. c. et 2-2. q. 39. 2. c. et q. 105. 2. c et q, 188 5. c. ad 1. et q. 150 3. c

129. In quolibet genere peccati, gravius est quod fit ex habitu, quia fit ex majori libidine. 2-2. q. 156. 3. c.

130. Peccata carnalia sunt minus gravia, licet turpiora quam spiritualia. 1-2. q. 73 5. o. et 2-2. q. 116, 2 ad 2. et q. 142. 4 ad 2. et q. 144 2 ad 4. et q. 154 3. o. et q. 162. 6 ad 3.

131. Gravius est peccare opere quam ore, et ore quam corde 1-2. q. 100 6. c. fin.

132. Nocere sibi est gravius peccatum quam nocere proximis, in re non subjecta voluntati, scilicet in naturalibus vel spiritualibus; in aliis autem e converso. 1-2. q. 73 9 ad 2.

133. Nocumentum intentum vel prævisum, vel per se consequens peccatum, aggravat illud directe, non autem si per accidens consequatur, sed imputatur ei ad pœnam, si dabat operam rei illicitæ, propter negligentiam considerandi 1-2. q. 73. 8. o.

134 Peccatum aggravatur ex conditione personæ, contra quam peccatur tripliciter: primo si sit conjuncta Deo, virtute, vel officio; secundo si sit sibi conjuncta natura, vel beneficio, vel aliter; tertio si sit conjuncta proximo, tangendo plures, ut persona publica, vel famosa. 1-2 q. 73. 9 o. et 2-2. q 58. 10 ad 3. et q 61. 2. ad 3. et 8 c. et q 63 4 ad 2. et q. 65. 4. o et 3.ᵐ q 80. 5 c.

135. Dignitas personæ peccantis non transfert peccatum in aliam speciem, nisi ratione inobedientiæ vel voti, et hujusmodi 1-2. q. 89. 3. c. et q. 110 4 ad 5.

136. Excellentia personæ peccantis aggravat peccatum ex deliberatione, sed alleviat peccatum ex surreptione. 1-2 q. 73 10 o. et q. 89. 3. 5.

c. et q. 102. 3 ad 11. et 2-2. q. 100. 1 ad 7.

137. Omne peccatum contra proximum est etiam contra Deum 1-2. q 72 4. o. et 2-2 q. 105. 2. c.

138. Homo gravius peccat post datationem legis Moysis quam ante. 1-2. q. 98. 1 ad 2.

139. Homo gravius peccat in nova lege quam in lege veteri. 1-2. q. 106. 2 ad 2.

140. Baptizatus gravius peccat quam non baptizatus, cæteris paribus. 1-2. q. 106. 2 ad 2. et 2-2. q. 10. 3 ad 3.

141. Clericus in sacris plus peccat in eodem genere peccati quam religiosus non in sacris. 2-2. q. 184. 8 c. fin.

142. Peccatum religiosi gravius est peccato secularis, tripliciter, scilicet ratione voti, ratione contemptus, et ratione scandali; in aliis autem est e converso. 2-2 q. 186. 10. o.

143. Religiosus peccans ex contemptu fit pessimus, et maxime incorrigibilis 2-2 q. 186 10 ad 3.

144 Delere peccatum formaliter, convenit gratiæ, effective principaliter soli Deo, dispositive insufficienter puro homini, sufficienter Christo, instrumentaliter sacramentis. 3. ᵖ q. 16. 11 ad 3.

145. Solus Deus remittit peccata per auctoritatem, homines autem per ministerium. 3. ᵖ q. 84. 3 ad 3.

146. Deus potest remittere peccata sine pœna. 2-2. q 67. 4 ad 2. et 3. ᵖ q. 46. 2 ad 3.

147 Homo peccando obligatus erat ad pœnam Deo, sicut summo judici, sed diabolo tanquam tortori: ideo debuit redimi Deo, et non diabolo. 3. ᵖ q. 38. 4 ad 2 et ad 3.

148. Omnia peccata in hac vita sunt remissibilia. 1. ᵖ q. 69 2. c.

149. Peccatum quodlibet dicitur remitti quoad duo, scilicet quoad culpam, et quoad reatum; et secunda remissio potest esse sine prima. 3. ᵖ q. 22. 3. c.

150. Per charitatem consequimur veniam peccatorum. 3. ᵖ q. 49. 1 c.

151. Ad remissionem cujuslibet peccati requiritur quod totaliter dimittatur affectus ejus. Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis perfectior pœnitentia; ut scilicet homo actualiter, peccatum mortale commissum detestetur, quantum in ipso est, ut scilicet diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur: Sed ad remissionem cujuslibet peccati venialis requiritur quædam virtualis dsiplicentia. 3. ᵖ q. 87. 1. c.

152. Peccatum originale est habitus, scilicet languor naturæ, id est, inordinata dispositio ex dissolutione harmoniæ originalis justitiæ. 1-2. q. 82. 1. o.

153. Peccatum originale est habitus corruptus, non pura privatio, quia dicit privationem originalis justitiæ, et inordinatam dispositionem partium animæ. 1-2. q. 82 1 ad 1

154. Peccatum originale est habitus, quia est inordinatio naturæ, non autem actuale peccatum, quia est inordinatio actus. 1 2. q 82. 1 ad 2.

155. Peccatum originale est peccatum naturæ, sed peccatum actuale est peccatum personæ. 1. ᵖ q. 100 1. c. et 1-2. q. 74 3 ad 2. et q. 80. 1. c et q. 81 1 o. et q. 82. 1 ad 2. et 3. ᵖ q. 8. 5 ad 1.

156. Formale ejus est privatio originalis justitiæ; materiale vero, est concupiscentia, id est, inordinatio partium animæ. 1-2. q. 82. 3. o.

157. Si homo formaretur ex digito vel aliter, sine semine viri, haberet omnes defectus naturæ sicut alii; sed non haberet rationem culpæ vel pœnæ. 1-2. q. 81. 4 o.

158. Peccatum originale est voluntarium, per voluntatem Adæ tantum. 1-2. q. 80. 1. c. et q. 82 1 ad 2. et 2-2. q. 108. 4. c. et 3. ᵖ q 84. 2 ad 3.

159. Peccatum originale habet novem nomina, scilicet originale, fomes

peccati, concupiscentia, concupiscibilitas, languor, tyrannus, lex peccati, lex carnis, et lex membrorum. 3.ª q. 23. 3. c.

160. Et est multiplex in virtute, quia virtualiter continet omnia peccata. 1-2. q 82. 2 ad 1.

161. Et est unum numero in uno homine, sed in omnibus est unum specie. 1-2 q. 182. 2. o.

162 Peccatum originale est æqualiter in omnibus hominibus, sicut et relatio ad peccatum Adæ, et privatio justitiæ originalis. 1-2. q. 82. 4 o.

163. Et fuit in Adam ut in causa principali, in semine vero instrumentaliter, sed in anima subjective; in carne autem ut pœna, non ut culpa. 1-2. q. 83 1. o

164. Peccatum originale prius est in essentia animæ quam in potentiis ejus. 1-2. q. 83. 2. o. et 3. c.

165. Et prius est ordine naturæ in anima quam in carne: sed ordine generationis et temporis est e converso. 1-2. q. 83. 2 ad 3 et 3 ad 3.

166. Et contrahitur in infusione animæ rationalis. 1-2. q. 83. 1 ad 4. et 3.ª q 27. 1 ad 4.

167. Et prius inficit voluntatem quam alias potentias. 1-2. q. 83. 3. o et 4 ad 1.

168. Omnes defectus virtutum possunt reduci ad peccatum originale, inquantum includuntur in carentia originalis justitiæ, quæ totam animam perficiebat. 2-2. q 53. 1 ad 2.

169. Omnes potentiæ animæ sunt corruptæ per illud; sed quæ concurrunt ad generationem, dicuntur etiam infectæ, scilicet concupiscibilis, generativa, et tactus. 1-2. q. 83 4. o.

170. Et traducitur ad omnes qui fuerunt in Adam secundum rationem seminalem, non autem ad alios. 1.ª q. 100. 1. c. et 1-2 q. 81. 3. 4. o. et 3.ª q. 15. 1 ad 2. et q. 31. 1 ad 3 et 6 ad 1.

171. Caro Christi in patribus fuit obnoxia peccato originali. 3.ª q. 31. 1 ad 3. et 7. o. et 8 ad 3.

172. Secundum fidem catholicam est tenendum quod primum peccatum primi hominis, scilicet peccatum originale, originaliter transit in posteros; contrarium autem est hæresis Pelagiana (ut patet per Augustinum in plurimis suis libris). 1-2. q. 81. 1. c principio. et 3. c

173. Secundum fidem catholicam firmiter est tenendum, quod omnes homines præter solum Christum, ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ est per Christum, quod est erroneum. 1 2 q. 81. 3. c. principio

174 Ideo non secundum fidem catholicam, sed erroneum est dicere quod aliquis præter solum Christum et B. Virginem, fuerit sine peccato originali 1-2. q. 81. 3. c. et 3.ª q. 27. 2. c. ad 2.

175. Nec potest esse in aliquo cum veniali, sine peccato mortali. 1-2. q. 89. 6 o. et 3.ª q 90. 4 ad 3.

176. Infectio ejus nullo modo causatur a Deo, sed ex solo peccato Adæ, per carnalem generationem. 1-2 q. 83. 1 ad 4

177. Peccatum originale quoad culpam est a patre, sed quoad pœnalitates, est a matre. 3.ª q. 70. 2 ad 4.

178. Peccatum originale habet duplicem processum, scilicet a carne ad animam, secundum ordinem generationis: et ab essentia animæ ad potentias ejus, secundum ordinem naturæ 1-2. q. 83. 3 ad 2

179. Causa peccati originalis est tantum una, scilicet privatio originalis justitiæ. 1-2. q. 82. 2. c.

180. Libido habitualis, scilicet fomes, est causa peccati originalis; non autem libido actualis, sed est, signum habitualis 1-2. q. 82. 4 ad 3.

181. Persona primo, id est, in Adam, infecit naturam peccato originali; sed in aliis hominibus est e converso. 3.ª q. 8. 5 ad 1.

182. Persona primo infecit naturam per peccatum originale. Secundo, natura infecit personam. Sed Christus

primo reparat personam, secundo naturam 3.ᵖ q. 69. 3 ad 3.

183 Peccatum originale corrumpit naturam, quantum ad id quod naturæ est: alia vero peccata, quantum ad id solum quod personæ est. 1-2 q 81. 2. c. ad 3.

184. Peccatum originale, adveniente gratia, transit reatu, et manet actu quoad fomitem. 1-2 q. 74. 3 ad 2. et q. 81 3 ad 2.

185 Peccatum originale est minus voluntarium quocumque peccato actuali 3.ᵖ q. 1 4. c.

186. Peccatum originale respectu naturæ, est gravius veniali, sed respectu personæ, est e converso. 3.ᵖ q. 1. 4. c ad 1.

187. Peccatum veniale dicitur tripliciter, scilicet ex causa, eventu, et genere. 1-2. q. 77. 8 ad 1. et q. 88. 2. o.

188. Peccatum dicitur veniale ex causa secundum quod privat, vel diminuit voluntarium per ignorantiam vel impotentiam. 1-2. q. 77. 8 ad 1. et q. 88. 2. c.

189. Peccatum veniale non habet simpliciter et perfecte rationem peccati, sed est quasi dispositio ad illud. 1-2 q. 88 1 ad 1

190 Et contingit ex corruptione fomitis. 1-2. q. 89 5 c.

191. Et contingit semper vel propter imperfectionem actus, vel propter inordinationem circa ea quæ sunt ad finem, et utrumque propter defectum ordinis. 1-2. q. 72 5. c et q. 87 2. 5. o. et q. 88. 2. c et q. 89. 3. c.

192. Peccatum veniale nullam proprie maculam causat in anima, sed impedit actus virtutum. 1-2. q 89. 1. o. et 3.ᵖ q. 87. 2 ad 3.

193. Homo potest quandoque esse sine peccato veniali in hac vita, sed non diu. 3.ᵖ q. 79. 4 ad 2.

194. Peccatum veniale non potest esse in non habente usum liberi arbitrii. 3.ᵖ q. 87. 2. c.

195. Peccans venialiter, recidivat et simulat, id est, fictus dispositive et imperfecte, non autem simpliciter. 2-2. q 75. 2 ad 2

196. Peccatum veniale non potest dimitti, quamdiu voluntas ad illud manet. 3.ᵖ q 87. 1. c ad 1. et 2 ad 2. et 3 ad 2.

197. Unus actus charitatis potest delere omnia venialia sine actuali cogitatione eorum. 3 ᵖ q. 87. 1. o.

198. Aliquid causat remissionem venialium tripliciter, scilicet causando gratiam, ut omnia sacramenta novæ legis; vel detestando peccata, ut confessio generalis, et oratio dominica; vel reverendo divina, ut benedictio episcopalis, quælibet unctio sacramentalis, et hujusmodi. 3.ᵖ q 87. 3. o.

199. Ingressus ecclesiæ consecratæ delet peccata venialia. 3.ᵖ q. 83. 3 ad 3. et q. 87. 3 c.

200 In quolibet genere peccati mortalis, sunt quædam peccata venialia propter imperfectionem actus 2-2. q. 35. 3. c. et q. 36. 3. c et q. 162. 5. c.

201. Peccatum veniale disponit ad mortale per se, et per accidens, quia frequens venialium iteratio disponit ad illam placentiam venialium, in qua consistit peccatum mortale: eo quod secundum quod habitus ex consuetudine generatur et augetur, secundum hoc delectatio et pronitas crescit. 1-2. q. 74. 4 ad 3. et q 88. 3. 4. o. et 2-2. q 24. 10. c. fin. et 12. ad 1. et q. 43. 7 ad 5. et q. 132. 4 ad 3. et q. 186. 9. c.

202 Peccatum veniale comparatur ægritudini; mortale vero morti. 1-2. q. 72. 5 c

203. Licet virtus secundum habitum non corrumpatur nisi per peccatum mortale, tamen actus ejus corrumpitur et impeditur etiam per veniale 1-2 q. 89. 1. c. et 2-2. q. 133. 1 ad 2.

204. Peccatum mortale est contra præceptum Dei, non autem veniale, sed est præter præceptum. 1-2 q. 74. 9 c. et q. 88. 1 ad 1. et 2-2. q. 105. 1 ad 1.

205. Peccatum veniale et mortale differunt genere. 1-2. q. 88. 2. c.

206 Peccatum veniale ex genere potest fieri mortale ex intentione, non idem numero, nec multa simul. 1-2. q. 88. 2. c et 4. o. et 6. c. ad 1.

207. Consensus in veniale ex genere est veniale: sed consensus in veniale, propter imperfectionem actus, facit mortale 1-2. q 74. 8 ad 2. et 9. c ad 3. et q 88 5 ad 1.

208. Peccatum veniale potest fieri mortale per substractionem, propter imperfectionem actus, non autem propter additionem. 1-2. q. 88. 2, c et 6. o.

209. Peccatum veniale et mortale differunt, sicut reparabile et irreparabile. 1-2 q 72. 5. c.

210. Per peccatum mortale omnino mens avertitur a Deo, sed per veniale retardatur affectus hominis, ne prompte feratur in Deum 3.ª q. 87. 1. 2 c

211. Per quodlibet peccatum veniale vel mortale, deordinatur voluntas hominis, per immoderatam conversionem ad bonum creatum. 3.ª q. 87. 1. c. et 2 ad 3.

212. Unum peccatum mortale potest oriri ex veniali. 2-2. q. 13 4 ad 3. et q 105 1 ad 2.

213. Ante baptismum non possunt esse venialia sine mortalibus. 1-2. q. 89. 3 6 o. et 3.ª q. 90. 4 ad 3.

214. In ratione superiori dupliciter potest esse peccatum veniale, scilicet quando consentit in veniale ex genere, vel quando habet subitum motum infidelitatis sinec consensu. 1-2. q 74. 1. o.

215. Ratio superior, circa objectum potentiæ inferioris, ut sensualitatis, sicut in delectationibus secundum carnem, non habet motum, nisi deliberatum: ideo semper est mortale, si sit de mortali; non autem si sit de veniali 1-2. q 74. 10. o.

216. Nullus debet peccare venialiter, ne alius peccet mortaliter. 2-2. q. 26 4. c. ad 2. et q. 43. 7 ad 5. et q. 110. 3 ad 4.

217. Quilibet debet potius mori, et præeligere omnem pœnam in generali, quam peccare non solum mortaliter sed etiam venialiter. 2-2. q. 110. 3 ad 4.

218. Unum veniale potest remitti sine alio veniali, non autem sine quolibet mortali. 3.ª q. 87 4. o. et q. 90. 4 ad 3.

219 Peccatum veniale remittitur post mortem in purgatorio, quoad culpam et pœnam, non autem mortale. 1.ª q. 64. 2. c

220. Quicquid fit in contemptum Dei, et quicquid in sui ratione importat contemptum Dei, est peccatum mortale. 2-2. q. 38. 3 c. et q. 68. 3. c.

221 Nullus actus sine consensu rationis est peccatum mortale. 1-2. q. 15. o. et q 74. 5 ad 1. et 2-2. q. 35. 3. c

222. Omnis actus humanus non relatus in Deum, actu vel habitu ex parte agentis, est peccatum mortale, non autem ex parte actus. 1-2. q. 88. 1 ad 2.

223. Intendens peccare mortaliter, semper peccat mortaliter. 2-2. q 110. 4. c.

224. Actus peccati mortalis potest aliquando esse figura alicujus boni. 2-2. q. 88. 2 ad 2.

225. Cuicumque peccato mortali homo vult adhærere sumens baptismum, dicitur fictus, fictione includente omne peccatum. 3.ª q. 69. 9 ad 3.

226 Omne quod fit propter mortale, est mortale 1-2 q. 88. 2. 4. 6. c. et 2-2. q 110 4. c et q. 154. 4. c.

227. Omne quod est contra præceptum Dei, est peccatum mortale, nisi forte propter imperfectionem actus. 1-2. q. 74. 10 o

228. Omne peccatum mortale est contra præceptum Dei 2-2. q. 68. 3. c. fin. et q. 98. 3. b.

229. Aliquid dicitur peccatum mortale dupliciter, scilicet secundum speciem suam, et ex sua causa 2-2. q. 154. 4. c. princ

230. Non omne peccatum mortale

directe contrariatur præceptis Decalogi, sed tantum injustitiam continens. 2-2. q 148. 2 ad 1.

231. Quilibet agens contra debitum justitiæ peccat mortaliter 2-2. q. 69. 1. c. et q 70 4. c.

232 Qui est in peccato mortali, diligit habitualiter aliquid supra Deum. 2-2 q. 68. 3. c.

233. Omne peccatum mortale contrariatur charitati, non autem spei, vel fidei. 1-2. q. 71. 4. c et 2-2. q. 24. 10. c. et 1-2. c. ad 4. et 3 ᵐ q 87. 1. c

234. Omnis actus contra charitatem est peccatum mortale 1-2. q. 87. 3. c. et q. 88. 2. c. et 2-2. q. 13. 2. c. et q. 35. 3. c.

235. Quælibet virtus ut virtus, id est, informata charitate, expellitur per quodlibet mortale, non autem inquantum est habitus. 1-2 q 63. 2 ad 2 et q. 65. 3 c et q. 71 4. o et q. 73 1 ad 2.

236. Per quodlibet peccatum mortale deperit quicquid virtuti debebatur, et omnia merita mortificantur. 2-2. q. 132. 3 ad 1. et 3. ᵐ q. 89. 4. o.

237. Peccatum mortale quantum ad aliquid est simile agritudini, et quantum ad aliquid est simile morti et hoc est inquantum separat a Deo, qui vita est animæ; ægritudini autem inquantum habitudo revocationis ad vitam et sanitatem remanet in peccante, licet talis ægritudo, id est, peccatum de se inducat damnationem æternam. 1 2 q. 72. 5 c

238. Nullum mortale potest remitti sine alio, quia omnia mortalia sunt connexa in aversione, non autem in conversione. 1-2. q. 73. 1. o. et 3. ᵐ q. 86. 3. o.

1 Pecunia. Intelligitur omne illud cujus pretium æstimari potest pecunia. 2-2. q. 78. 2 c. et q 100. 2. 5. c et q. 117. ad 2. et q. 118. 2 ad 2.

2. Pecunia non potest vendi in mutuo pro pecunia ampliori quam sit quantitas pecuniæ mutuatæ, quæ restituenda est. 2-2 q. 78. 2 ad 4. principio.

1. Pœna duplex, scilicet pœna sensus id est afflictiva, et pœna damni, id est carentia divinæ visionis. 1-2. q 87. 4. c. fin. et 2-2. q. 79 4 ad 4 et 3. ᵐ q. 46. 6 ad 3. et q. 52. 2 ad 2.

2. Pœna sensus debetur culpæ ratione inordinatæ conversionis, sed pœnæ damni ratione aversionis. 1-2. q. 87. 4 o. et 2-2 q. 79 4 ad 4.

3. Pœna peccati duplex, scilicet per inflictionem contrarii, et per substractionem boni convenientis: prima est a Deo agente; secunda vero, a Deo non agente. 2-2 q 19. 1 ad 3.

4. Pœna peccati duplex, scilicet pœna taxata, et pœna consequens; prima commensuratur culpæ, non autem secunda. 2-2 q 164. 1 ad 4

5. Pœna consequens peccatum duplex, scilicet per se, et per accidens. 1-2. q. 73. 8 o.

6. Unius peccati est tantum una pœna adæquata, et plures partiales multipliciter. 2-2. q. 39 4 ad 3. et q. 99. 4 ad 2.

7. Omnis pœna est medicina. sed non semper respectu peccantis. 1-2. q. 87. 2 ad 1. et 3 ad 2 et 2-2 q 39. 2 ad 1. et 4. ad 3 et q 66. 6 ad 2. et q. 86. 1. c. et q. 108 3 ad 2. et 4. c.

8. Omnis pœna est corruptio agentis, et omnis culpa est corruptio actionis. 1. ᵐ q. 48. 5. 6. o. et 1-2. q. 21. 1 ad 3.

9. De ratione pœnæ est quod sit contraria voluntati. 1. ᵐ q. 8 5. c. et q. 64. 3. c. et 1-2. q. 87. 2. 6. c. et 2-2. q. 18. 3. c.

10. De ratione pœnæ sunt tria, scilicet quod sit contra voluntatem, propter culpam, et passio ab extrinseco. 1-2 q. 46. 6 ad 2

11 Nulla pœna est volita absolute, sed ex conditione dupliciter, scilicet qua acquiritur bonum, ut satisfactio et martyrium; et sine qua non, ut mors naturalis et purgatio, sine quibus ad bonum optatum perveniri non potest. 1-2. q. 87. 6. c.

12. Pœna est bona simpliciter, et

mala secundum quid, id est, huic. 2-2. q. 19. 1. c.

13. Peccatum non est pœna, nisi per accidens; et hoc dupliciter, scilicet ratione antecedentis, quia deseritur a Deo, et ratione consequentis, quia perditur melius. 1-2. q 87. 2. o. et 2-2. q 36. 2 ad 4.

14. Puniri non est culpa, sed fieri rerum pœna. 1-2 q. 87. 1 ad 2.

15. Pœna peccato proportionatur secundum acerbitatem, in judicio divino, et humano. 1-2. q. 87. 3. c. et 4. c. ad 3.

16 Ratio omnium pœnarum veteris legis exponitur 1-2. q. 105. 2 ad 9 et ad 10 et ad 11 et ad 12.

17. Pœna non debetur juste, nisi propter culpam 1-2. q. 87. 7. o.

18 Omnis pœna ut pœna, infligitur tantum pro culpa propria et præterita; sed ut satisfactio vel ut medicina, infligitur etiam pro culpa aliena 1-2. q. 87. 7. 8. o et 2-2. q. 108. 4. o et 3.ª q. 14. 1 ad 3.

19. Nullus ponitur pœna animæ, nisi pro culpa propria, quia pœna animæ non est medicina 1-2 q. 87. 8. o. et 2-2. q. 108. 4. c. ad 1.

20. Filius punitur pœna corporali pro culpa parentum, et servi pro dominis, inquantum sunt aliquid eorum, non autem pœna spirituali; nisi culpa aliorum fiat eis propria, ratione consensus, vel imitationis, vel consultationis, vel disimulationis. 1-2. q. 81. 1 ad 1. et 2 ad 1. et q. 87. 8 o. et 2-2. q. 108. 4 ad 1 et ad 3. et q. 164. 1 ad 4. et 3.ª q 82. 6 ad 3.

21. Pœnam semper præcedit peccatum in natura, sed non semper in persona puniti. 1-2 q. 87 7. o.

22. Qui est in peccato, non habet gustum sanum, sed affectum infectum amore sui inordinato: ideo revocatur a peccato per pœnas contrarias suæ naturæ et suæ voluntati, et non dulcedine divinæ bonitatis. 2-2. q. 108. 3. o.

23. In judicio humano nullus debet puniri pœna personali, nisi pro culpa sua, sed tantum pœna damni, triplici ratione, scilicet vel ex hoc quod aliquis ineptus redditur sine sua culpa ad aliquod bonum habendum vel consequendum, vel quia bonum in quo damnificatur non est proprium bonum sed commune, vel quia bonum unius dependet ex bono alterius. 2-2. q. 108 4 ad 2.

24. Non omnes pœnæ sunt æquales, nec præmia sunt æqualia. 1-2. q. 73. 2. c.

25. Maxima pœna est separari a Deo. 1-2 q. 88. 6. c. fin.

26. Gravior pœna imponitur quadrupliciter, scilicet propter gravius peccatum, consuetudinem, pronitatem; et nocumentum. 1-2. q. 105. 2 ad 9. et 2-2. q. 39. 2 ad 1.

27. Lex vetus pœna mortis puuit peccata contra Deum, homicidium, irreverentiam ad parentes, adulterium, incestum, et furtum hominum: aliarum autem rerum pœna damni. 1-2. q. 105. 2 ad 10. et 2-2. q. 66. 6 ad 2.

28. Pœnam talionis in percursoris mutilationibus, et falso testimonio. lex vetus infligit; in aliis vero flagella vel ignominiam. Ibidem.

29. Pœna post remissionem culpæ imponitur duplici de causa, scilicet ad solvendum debitum, et ad remedium; quoad primum, debet imponi secundum quantitatem culpæ; sed quoad secundum, pro minori culpa imponitur major pœna, triplici ratione, scilicet difficultatis, periculi et multitudinis. 1-2 q 105 2 ad 9.

30. Christus ex auctoritate poterat totam pœnam, vel partem dimittere sicut volebat non autem alii. 2-2. q. 83. 4 ad 2.

31. Deus tardat pœnas pro peccatis duplici ratione, scilicet ut prædestinati convertantur, et ut judicia ejus appareant justa. 2-2. q 10. 11. c. fin.

32 Post hanc vitam nullus habebit pœnam corporalem nec spiritualem, nisi pro culpa sua. 2-2. q 108. 4. c.

33 Minima pœna purgatorii est major quam maxima pœna hic 3.ª q. 46. 6 ad 3.

34. Mortui cum solo peccato originali non puniuntur pœna sensus 3.ª q. 1. 4 ad 2.

35. Pœna æterna debetur peccato originali, non ratione gravitatis, sed ratione subjecti privati gratia. 1-2 q. 87. 5 ad 2.

36 Pœna duplex debetur peccato originali, scilicet carentia divinæ visionis, inquantum inficit personam: mars, rebellio, et hujusmodi, inquantum inficit naturam. 3 ª q 52. 5. c.

37. Omnes pœnæ pro peccato primorum parentum declarantur. 2-2. q. 164. 2. o.

38. Minor pœna debetur peccato originali quam veniali. 3.ª q. 1. 4. a 1.

39. Peccatum veniale sine gratia, id est, cum originali vel mortali, punitur æternaliter pœna sensus in inferno 1-2. q 87 5 ad 3

40. Pœna temporalis debetur peccato veniali, æterna vero mortali 1-2. q. 72. 5. c. et q. 87 2 5. o. et q. 88. 2. 4. c et q. 109. 7. c. et 3 ª q. 80 4. o.

41. Omnis pœna præeligenda est non solum peccato mortali, sed etiam peccato veniali; tamen nullus tentet se nec alium in speciali de hoc propter periculum, quia descendere in talibus ad singula, est inducere hominem in tentationem, et præbere occasionem peccandi. 2-2. q. 100. 3 ad 4.

42. Remissa per pœnitentiam culpa mortali et pœna æterna, quandoquo remanet pœna temporalis. 1-2. q. 87. 6. o. et 3.ª q. 86. 4. o.

POENALE est aliquid, inquantum est contra voluntatem. 1.ª q. 48. 5. c. et q 64. 3. c. et 1-2. q. 87 2. 6. c. et 2-2. q. 18. 3. c.

1. PŒNITENTIA ut est dolor voluntatis, cum electione recta, est virtus vel actus ejus, non autem ut passio 3.ª q. 85 1. o.

2. Pœnitentia est virtus specialis, quia habet materiam generalem sub ratione speciali, scilicet omnia peccata, ut emundabilia per actum hominis. 3.ª q. 85. 2. o

3. Pœnitentia est virtus moralis et non theologica, quia objectum ejus est peccatum, non autem Deus; sed est finis ejus 3.ª q 85 3 ad 1.

4. Pœnitentia est species justitiæ commutativæ, licet contineat aliquid de qualibet virtute. 3.ª q. 85. 3. o. et 4. c.

5. Pœnitentia et vindicativa continentur sub justitia commutativa. 3.ª q. 85. 3 ad 3

6. Pœnitentia secundum quod est virtus, importat detestationem peccati, cum proposito abolendi illud secundum conditionem status peccantis. 3 ª q. 85 2 ad 1. et 3. c.

7 Pœnitentia ponit medium, inquantum infert debitam pœnam pro qualibet culpa, secundum acceptationem Dei. 3.ª q 85 3 ad 2

8. Pœnitentiam ordine naturæ simpliciter præcedunt virtutes theologicæ. 3.ª q. 85 6. o.

9. Pœnitentia est dolor de peccato præterito, sed verecundia est timor de turpi futuro. 3.ª q. 85. 1 ad 2.

10. Pœnitentia est in reo, secundum voluntatem ejus, pro offensa Dei, sed justitia vindicativa est in judice, contra voluntatem rei, et pro offensa in communi. 3.ª q. 85. 3. o et q. 90. 2 c.

11. Pœnitentia, secundum quod est actus virtutis, requiritur ante baptismum, quæ sit prior baptismo, tempore vel natura, non autem ut sacramentum 3.ª q. 6. o et q. 84. 2. ad 2. et 6 ad 2 et q 90 4 ad 1.

12. Pœnitentia est posterior natura et tempore, fide, spe, et timore servili; sed est prior charitate et cæteris virtutibus. 3.ª q 85. 6. o.

13. Pœnitentia utitur temperantia ad finem suum. 3.ª q. 85 3 ad 4.

14. Detestatio vel displicentia peccati absolute est actus cujuslibet

virtutis: sed ut expiabile per eam quoad culpam et reatum, est actus pœnitentiæ virtutis. 3.ª q. 85. 2 ad 1 et 3. c.

15. Primus actus pœnitentiæ, scilicet contritio, se habet ut ultima dispositio ad gratiam consequendam; alii vero actus pœnitentiæ procedunt jam ex gratia et virtutibus. 3.ª q. 89. 1 ad 2 et 2 c.

16. Pœnitentia, et gaudium circa idem, scilicet de peccatis, contrariantur, non autem gaudium de pœnitentia, vel de venia sperata 3.ª q. 84. 9 ad 2.

17. Pœnitentia non fuit in Christo, actu nec potentia, sicut nec materia ejus, scilicet peccatum 3.ª q. 84. 7 ad 4.

18. Pœnitentia ut virtus est subjective in voluntate, sed ut passio est in concupiscibili. 3.ª q. 85. 4 o.

19. Pœnitentia est in innocentibus secundum habitum, non autem secundum actum. 1.ª q. 95. 3 c.

20. Pœnitens recurrit ad Deum; sicut servus, filius et uxor, ad dominum, patrem et virum; ad sacerdotem autem, sicut ad vicarium Dei 3.ª q. 85. 3. c.

21. Esau non vere pœnituit, quia non doluit de peccato, sed de damno. 3.ª q 86. 1 ad 1.

22. Habens veram pœnitentiam potest eam deserere; tamen pœnitentia requirit propositum perseverandi. 3.ª q. 84. 10. o

23. Vera pœnitentia potest amitti per quodlibet peccatum mortale sequens, propter flexibilitatem liberi arbitrii 3.ª q. 84. 10. c

24 Pœnitentia debet esse continua secundum habitum, non autem secundum actum, quia non potest. 3.ª q. 84 9. c.

25. Pœnitentia interior debet durare usque in finem vitæ, non autem exterior. 3.ª q. 84. 8. o. et 9 ad 1.

26. Pœnitentia est possibilis in fine vitæ, quamdiu durat liberum arbitrium; sed est difficilis et rara. 2-2. q. 14. 3 ad 3.

27. Exercitia militiæ, negotiationis et publicanorum, possunt haberi a pœnitentibus, licet laudabilius evitentur ab eis. 2-2 q 188 3 ad 4.

28. Militia sæcularis interdicitur pœnitentibus; sed quæ est propter Deum, imponitur eis quandoque. 2-2. q 188. 3 ad 3.

29. Pœnitentia quoad habitum est tantum a Deo, sed dispositive est a nobis per timorem servilem ut plurimum, licet in aliquibus inchoetur ex amore 3.ª q. 85. 5. o.

30. Actus pœnitentiæ est a timore servile, ut a primo motivo affectus; a timore filiali vero, ut a principio immediato et proximo. 3.ª q. 85 5. c.

31. Sex actus per ordinem concurrunt ad causandum in nobis pœnitentiæ actus, scilicet operatio Dei convertentis cor, motus fidei, spei, charitatis, timoris servilis, et filialis. 3.ª q. 85. 5. o.

32. Christus sacramento pœnitentiæ non est usus ad se, nec ad alios, quia ut sacramentorum dominus, effectum sacramenti sine sacramentalibus præbebat 3.ª q 84. 5 ad 3. et 7 ad 4.

33. Pœnitentia figurabatur in veteri lege per diversos ritus expiationum. 1-2. q. 102. 5 ad 3.

34. Pœnitentia in generali ex a natura, ex cum aliqua determinatione, est a lege veteri; a nova vero, ut sacramentum novæ legis. 3.ª q. 84. 7. o. et q. 86. 6 ad 4.

35 Pœnitentia est sacramentum. 3.ª q. 84. 1. o.

36. Et fuit institutum a Christo dando claves, sed ostendit efficaciam ejus post resurrectionem 3.ª q. 84. 7. o.

37. Et necessarium est solis habentibus peccatum. 3.ª q 65. 1. c. et 2 ad 4. et 4. c. et q. 85. 5. o. et 6 c.

38. Sacramentum pœnitentiæ potest et debet iterari. 3.ª q. 84. 10. o.

39. Sacramentum pœnitentiæ non requirit impositionem manus, nec signum crucis. 3.ᵖ q 84. 4 o.

40. Remissio peccatorum est res tantum in sacramento pœnitentiæ; actus vero exteriores pœnitentis et absolventis sunt sacramentum tantum; sed pœnitentia interior est sacramentum et res sacramenti, et secundum totum simul, est causa tertii; sed secundum et tertium est causa primi. 3.ᵖ q. 84. 1 ad 3

41. Hoc sacramentum non consistit in consecratione materiæ, nec in usu materiæ consecratæ, sicut alia sacramenta, sed in remotione materiæ, scilicet peccati. 3.ᵖ q 84. 3. c.

42 In sacramento pœnitentiæ et matrimonii, non est materia corporalis, sicut in aliis sacramentis; sed actus humani sensibiles sunt ibi loco materiæ 3.ᵖ q 84. 1 ad 1 et ad 2 et 4 ad 3 et 7 c. et q. 85. 1 ad 1. et q 86. 4 ad 3. et 6 c. et q. 89. 1 ad 2. et q. 90. 1. o. et 2. c

43. Materia vel objectum pœnitentiæ duplex, scilicet proxima, id est, actus pœnitentis; et remota, scilicet peccata. 3.ᵖ q 84. o et q. 90. 1 ad 3.

44. Materia pœnitentiæ adhibetur a Deo interius inspirante, non autem a ministro, sicut in aliis sacramentis, sed tantum complet absolvendo 3.ᵖ q. 84. 1 ad 2 et 3. c. et 4 ad 4.

45. Pœnitentia est aliquo modo de quolibet genere peccatorum, sed est de peccato mortali proprie et principaliter; de veniali proprie et non principaliter; de originali vero improprie. 3.ᵖ q. 84 2 ad 3. et 7 ad 3.

46. Nullus tenetur ad pœnitentiam de peccato veniali, quia sine ea remittitur, licet non in hac vita. 3.ᵖ q. 87. 1. o et 2 ad 2.

47. Quæ sunt ex parte pœnitentis, scilicet verba et facta, sunt materia hujus sacramenti; quæ vero sunt ex parte sacerdotis, se habent per modum formæ. 3.ᵖ q. 84. 3. c. ad 1. et 4 ad 3. et 7. c. et q. 86. 6. c. et q. 89. 1 ad 2.

48. Forma hujus sacramenti est hæc: *Absolvo te*; sed alia, scilicet *In nomine Patris*, etc., et omnia alia quæ in absolutione dicuntur, sunt ad bene esse. 3.ᵖ q 84 3. o.

49. Sacramentum pœnitentiæ habet partes, non autem ut virtus, nec alia sacramenta. 3.ᵖ q 90. 1 o

50. Partes ejus materiales sunt tres, scilicet contritio, confessio et satisfactio. Sed partes ejus essentiales et cujuslibet sacramenti, sunt materia et forma. 3.ᵖ q. 90. 2. o.

51. Hæ partes pœnitentiæ sunt partes ejus essentiales; non autem subjectivæ, nec potentiales 3.ᵖ q. 90. 3. o.

52. Contritio, confessio et satisfactio, sunt actus pœnitentiæ virtutis, et non partes ejus 3.ᵖ q. 90 1 ad 2.

53. Ordo virtutis et temporis est inter partes pœnitentiæ integrales. 3.ᵖ q. 90 3 ad 3.

54 Pœnitentia ante baptismum, pœnitentia peccatorum mortalium, et pœnitentia venialium, sunt partes, id est species virtutis pœnitentiæ, non autem sacramenti pœnitentiæ. 3.ᵖ. q. 90. 4. o.

55 Satisfactio dicitur fructus pœnitentiæ, quia est ultima pars ejus. 3.ᵖ q. 90 2 ad 3.

56 Pœnitentia solemnis non debet iterari triplici ratione, scilicet ne ex iteratione pœnitentia vilescat, et propter significationem, et quia solemnizatio est quasi quædam professio perpetuo pœnitentiam conservandi. 3.ᵖ q. 84. 10 ad 2.

57. Pœnitens solemniter non debet ordinari quadruplici ratione, scilicet propter dignitatem ordinum istorum, propter timorem recidivi, propter scandalum vitandum quod posset in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum; et quia non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum ejus foret publicum: et ordinans debet privari potestate hac, nisi in necessitate vel consuetudine, ad ordines minores tantum. 3.ᵖ q. 89. 3 ad 3.

58. Pœnitentia revocat omnes defectus, restituendo in pristinam gratiam. 3 ᵖ q. 89 2 ad 2.

59. In sacramento pœnitentiæ, gratia infunditur per quam fit remissio peccatorum. 3 ᵖ q 89. 1. c.

60. Pœnitentia ex prima sui institutione respicit præteritum; sed ex consequenti, ut medicina præservans, respicit futurum; et similiter satisfactio. 3. ᵖ q 84. 8 ad 1.

61. Dignitas amissa per peccatum est triplex, scilicet filiatio Dei per gratiam, innocentia et dignitas ecclesiastica. Prima restauratur per pœnitentiam, non autem secunda, sed aliquid majus quandoque; nec tertia quadrupliciter, scilicet si vere non pœniteat, vel negligenter, vel propter irregularitatem, vel propter scandalum. 3. ᵖ q. 89 3. o.

62. In pœnitentia non quæritur sola reintegratio æqualitatis justitiæ, sicut in justitia vindicativa, sed magis reconciliatio amicitiæ. 3. ᵖ q. 90 3. c.

63. Pœnitentia expellit effective quodlibet peccatum, formaliter vero, suum oppositum tantum, scilicet impœnitentiam. 3. ᵖ q. 85. 2 ad 1 et ad 3

64. Omnis virtus expellit formaliter, id est, per actum primum, peccatum sibi oppositum, sed tantum pœnitentia expellit effective, id est, per actum secundum, omne peccatum. 3 ᵖ q 85. 2 ad 3.

65. Homo in primo instanti suæ pœnitentiæ consequitur remissionem peccatorum. 3. ᵖ q. 84. 8 ad 1.

66. Merces pœnitentiæ est plena remissio peccatorum, quoad culpam et pœnam. 3. ᵖ q. 84. 9 ad 1. et q. 89. 1. c.

67. Per pœnitentiam liberamur a peccato, et restituimur in statum pristinum, sed per eam non exhibetur aliquid de novo pertinens ad cultum Dei. 3. ᵖ q. 63. 6 c.

68. Omne peccatum viatoris deleri potest per pœnitentiam, non autem damnatorum. 3. ᵖ q. 86. 1. o. et q. 87. 1. o.

69. Remissio culpæ est effectus pœnitentiæ virtutis, sed principalius pœnitentiæ sacramenti, et principalius gratiæ quam sacramenti et principalius charitatis et fidei quam pœnitentiæ virtutis 3. ᵖ q. 86. 6. o.

70. Remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, principaliter ex vi clavium in ministris, secundario ex vi actus ipsius pœnitentis 3 ᵖ q. 86. 6. c et q. 89. 1 ad 2.

71. Peccatum mortale potest remitti sine sacramento pœnitentiæ, non autem sine virtute pœnitentiæ 3. ᵖ q 86. 2 o. et 3. c et q. 87. 1. c.

72. Peccatum veniale potest remitti sine sacramento pœnitentiæ, non autem sine aliquali actu virtutis pœnitentiæ, explicito vel implicito 3. ᵖ q. 87. 1. o. et 2 ad 2 et ad 3 et 3. c.

73. Pœnitentia tollit totam culpam, sed non semper totum reatum, id est, debitum totius pœnæ. 3 ᵖ q. 67. 3 ad 3. et q 69. 10 ad 3. et q. 86 4 o.

74. Pœnitentia non tollit omnes reliquias peccati actualis, id est, defectus consecutos, nisi pœnitentia jam perfecta, secundum omnes ejus partes. 3 ᵖ q. 86. 4 ad 3. et 5 o

75. Sacramentum pœnitentiæ habet efficaciam ad remissionem peccatorum, ex virtute nominis Christi patientis et resurgentis. 3. ᵖ q. 84. 4. c et 5 ad 3. et 7. c. et q. 86 1. c. fin. et 6 ad 3.

76. Remota per pœnitentiam aversione, remanet inordinata conversio ad bonum creatum. 3. ᵖ q. 86. 4 ad 1 et 5. c.

77. Omnes virtutes et gratiæ restaurantur per sacramentum pœnitentiæ, non autem per virtutem pœnitentiæ. 2-2. q. 152. 3 ad 3. et 3. ᵖ q. 89 1. c.

78. Nec restaurantur semper in gradu priori, sed in majori vel minori, secundum gradum motus pœnitentiæ. 3. ᵖ q. 89. 2. o. et 5 ad 3.

79. In innocentibus potest esse

pœnitentia non actu, sed potentia. Suppl. q. 16. 1. o.

80. Sicut virtutes cardinales remanebunt in patria, ita etiam pœnitentiam, quæ est pars justitiæ, quæ est virtus cardinalis, habebunt sancti, qui sunt in gloria Suppl. q 16 2. c

81. Non potest pœnitentia esse in malis angelis quum peccatum illorum sit irremissibile. Suppl q. 16. 3. o.

82. Injungenda nonnunquam est enormibus ac publicis criminibus obnoxiis publica et solemnis pœnitentia, ad ipsorum salutem et aliorum exemplum. Suppl. q. 28. 1. o

83. Si quis post solemnem actam pœnitentiam rursus peccaverit, non clauditur ei locus pœnitentiæ, sed pœnitentia solemnis ei rursus injungenda non est. Suppl. q 28. 2 c.

84. Publica ac solemnis pœnitentia viris ac mulieribus semel tantum injungi potest, non tamen clericis; publica autem et non solemnis, etiam clericis imponi pluries potest, sicut et aliis. Suppl. q. 28. 3 o.

PENTECOSTES erat festum pro beneficio datæ legis, significans adventum Spiritus sancti, cujus festum succedit ei. 1-2. q. 102. 4. 10 et q. 103. 3 ad 4.

1. PER significat aliquam causam operationis, in suo causali dupliciter, scilicet ut exit ab agente, et ut terminatur ad operatum. 1.ª q 36. 3. c.

2. Cum dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpositio, *per*, semper designat in suo causali aliquam causam, vel principium actus. 1.ª q. 36. 3 c. principio.

3. *Per*, significat causam mediam, sed aliquando habitudinem formæ, per quam agens operatur 1.ª q 39. 8. c. et q. 45 6 ad 2.

4. Hæc præpositio, *per*, solet denotare causam mediam, vel principium de principio 1.ª q. 45. 6 ad 2.

5. *Per* significat auctoritatem in recto, et aliquando in obliquo. 1.ª q. 36. 3. c.

6. Pater operatur per filium, et non e converso 1.ª q. 36. 3 c. ad 4. et q. 45. 6 ad 2.

PERCEPTIO experimentalem quamdam notitiam significat. 1.ª q. 43. 5 ad 2.

1. PERFECTIO dicitur dupliciter, scilicet proprie et transumptive, sicut dicitur quandoque perfectus latro, non quidem proprie et simpliciter, sed quasi transumptive et secundum quid. 1-2 q 55. 3 ad 1 et q. 92. 1. c. fin. et 2-2 q. 14. 4 ad 1 et q. 45. 1 ad 1. et q. 47. 13. c. et q. 92. 1 ad 1. et q 116. 1. c ad 3

2. Perfectio duplex, scilicet prima, id est forma substantialis, et secunda, id est, forma accidentalis. 1.ª q. 73. 1. c. et 1-2. q. 4. 2 ad 1.

3. Perfectio duplex, scilicet prima, id est, substantia rei, et secunda, id est, finis, sive operatio, et prima est causa secundæ. 1.ª q 73. 1. c.

4. Perfectio universi duplex, scilicet secundum statum præsentem, et futuræ novitatis. 1.ª q. 73. 1. c.

5. Perfectio duplex, scilicet totalitatis et finis; prima convenit diei sextæ, in primis operibus Dei, sed secunda diei septimæ. 1.ª q. 73. 1 c. ad 2. et 3.ª q. 29. 2 c.

6. Perfectio dicitur tripliciter, scilicet simpliciter, secundum naturam et secundum tempus. 1-2. q. 98 2 ad 1. et 2-2. q. 161 1 ad 4

7. Perfectio triplex, scilicet secundum esse, secundum accidentia, et secundum finem. 1.ª q. 6 3. c.

8. Perfectio triplex, scilicet dispositionis, formæ et finis 3.ª q. 27. 5 ad 2.

9. Perfectio triplex, scilicet naturæ, gratiæ et gloriæ. 1.ª q 73. 1 ad 1.

10. Gradus perfectionis quintuplex, scilicet quia supremum in enti-

bus est, quod habet perfectum bonum sine operatione ut Deus; secundum est, quod habet perfectum bonum per unum, vel per paucos motus, ut angelus; tertium est quod acquirit perfectum bonum, per multas operationes, ut homo; quartum est, quod non potest acquirere perfectum bonum nullo modo; sed acquirit ad primum per paucos motus, ut bruta perfecta; vel per unum tantum, ut bruta imperfecta, et infimum est, quod nihil horum potest acquirere, et propter hoc non habet participatum aliquem motum, ut plantæ 1 ᵖ q. 77. 2. c. et 1-2. q. 3. 2 ad 4. et q. 5. 7 c.

11. Omnis creatura, secundum quod est perpetua, est de essentiali perfectione universi, de accidentali vero, secundum quod est corruptibilis. 1. ᵖ q. 23. 7. c

12. Ultima perfectio rei est in consecutione finis. 1. ᵖ q. 103. 1. c. et 1-2. q. 55. 1. c. et 2-2. q. 184. 1. c.

13. Prima perfectio, id est, forma rei, se habet ad secundam, id est, ad operationem in duplici ordine, quia terminat et elicit eam. 3. ᵖ q. 29. 2. c.

14. In omnibus naturis ordinatis, duo concurrunt ad perfectionem naturæ inferioris, scilicet aliquid secundum motum proprium, et aliquid secundum motum naturæ superioris. 2-2. q. 2. 3. c.

15. Unumquodque, secundum quod est perfectum, est bonum, et in actu. 1. ᵖ q 4. princ. et 1. c. et q. 5. 1. 3 c. et 1-2 q. 3. 2 c.

16. Primum principium in genere causæ efficientis oportet esse perfectissimum, nam perfectum dicitur, cui nihil deest, secundum modum suæ perfectionis. 1. ᵖ q. 4. 1. c. fin.

17. Ultima perfectio cujuslibet rei est operatio ejus. 1-2. q. 3. 2. c.

18. Perfectum est prius imperfecto, ordine naturæ et perfectionis, sed e converso ordine temporis, et generationis. 1. ᵖ q. 85. 3 ad 1. et 3. ᵖ q. 1. 5 ad 3. et 6. c.

19. Semper imperfectum est propter perfectum. 1. ᵖ q 105. 5, c.

20. Perfecta bonitas est in iis quæ sunt ad finem, si per se sufficiunt inducere ad finem; imperfeota vero, si tantum aliquid cooperari possunt. 1-2. q. 98. 1. c

21. Adveniente perfecto, non manet imperfectum, quando imperfectio est de ratione ejus 1-2. q. 67. 3. 6. c. et 2-2 q. 4. 4 ad 1.

22 Vel quando sunt opposita. 1. ᵖ q. 58. 7 ad 3 et q. 62 7 ad 1. et 1-2. q 67. 3 c. et 5 ad 2. et 6 c. et 3. ᵖ q. 9. 3 ad 1.

23. Aliquis dicitur perfectus dupliciter, scilicet habendo perfectionem, et statum ejus 2-2 q. 184. 4. c.

24 Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad servitutem Dei, cum aliqua solemnitate. 2-2. q. 184. 4 5 6. c. et 8 ad 5.

25 In statu perfectionis sunt soli professi solemniter religionem, et episcopi 2-2. q. 184 4 5. 6 o.

26. Status episcoporum est perfectior statu religiosorum, quia episcopi sunt perfectiores, hi autem perfecti. 2-2. q. 184. 5 ad 3. et 7. 8. o. et q. 185. 8 c. et q. 186. 3 ad 5. et q 188. 1 ad 3.

27 Status religiosorum est perfectior statu curatorum et archidiaconorum. 2-2. q. 184. 8 o.

28 Perfectio hominis est, ut contemptis temporalibus, spiritualibus inhæreat. 1-2. q. 99 6 c. fin.

29 Perfectio charitatis triplex, scilicet ex parte diligibilis, diligentis, et per exclusionem repugnantis; prima convenit soli Deo, secunda beatis, tertia viatoribus 2-2 q 24. 8. o. et q. 44. 4 ad 2 et ad 3. et q 184. 2. o.

30. Perfectio charitatis ex parto diligentis triplex, scilicet secundum actum, studium, et habitum: prima convenit solis beatis; secunda perfectis viatoribus; tertia omnibus habentibus charitatem, et ad eam omnes tenentur 2-2 q. 24. 8 o. et q. 44. 4 ad 2 et ad 3. et q. 184. 2. o.

31. Ad perfectionem aliquid pertinet tripliciter, scilicet essentialiter, ut observantia præceptorum charitatis; consequenter, ut consilia; et instrumentaliter. ut paupertas, continentia et hujusmodi. 2-2. q, 184 3 c.

32. Paupertas voluntaria non est perfectio, sed instrumentum ejus. 2-2. q. 19. 12 ad 1. et q. 184 7 ad 1. et q. 186. 6 ad 1. et q. 186. 1 ad 3 et 2. c. et 3. c. fin. et q. 188. 7. c. ad 1. et 8. c.

33 Paupertas voluntaria est efficax exercitium perveniendi ad perfectionem charitatis. 2-2. q. 186. 3 ad 4.

34. Perfectio vitæ christianæ simpliciter attenditur secundum charitatem, sed secundum quid, secundum alias virtutes. 2-2. q. 184 1 o et 2. 3. c. et q. 189. 1 ad 1. et 3.ᵐ q. 46. 3. c.

35 Perfectio vitæ essentialiter consistit in præceptis, sed instrumentaliter in consiliis 2-2. q. 184. 3. o

36. Perfectio vitæ principaliter et per se consistit in interioribus, præcipue in charitate; sed secundario et per accidens, in exterioribus, ut in virginitate et paupertate, et hoc tripliciter, scilicet removendo impedimenta, vel ut effectus charitatis, et ut perfectio pœnitentiæ. 2-2. q. 81 7. c. et q. 186. 7 ad 1.

37. Quilibet tenetur tendere ad perfectionem ex præcepto; non autem tenetur esse perfectus. 2-2. q. 186. 2 ad 2.

38. Habens perfectam charitatem, vel existens in statu perfectionis, non tenetur plus aliis ad opera perfectionis, nisi ex voto, vel cura. 2-2. q. 110. 4. 5

39. Qui non est perfectus in virtutibus moralibus, indigne sumit officium prælationis, vel prædicationis. 3.ᵐ q. 41 3 ad 1.

40. Perfecti debent tolerare injurias proprias, secundum præparationem animi, non autem communes Dei, proximi, vel status. 2-2. q. 108. 1 ad 2 et ad 4. et q 188. 3 ad 1.

41. Perfecti debent resistere detractoribus suis. 2-2 q. 72. 3. o.

42. Perfectis licet sua repetere, vel non dare, sicut etiam imperfectis. 2-2. q. 43. 8. o.

1. PERICULUM ex ipso facto nascens facit illud factum non expedire, non autem periculum nascens ex defectu nostro 2-2. q 88. 4 ad 2.

2. Expediens est ascendere equum, quamvis periculum immineat cadendi de equo, alioquin oporteret ab omnibus bonis cessare, quæ etiam per accidens ex aliquo eventu possunt esse periculosa 2-2. q 88. 4 ad 2.

3. Quascumque res magnas aggredi videtur periculosum esse, quia in iis deficere est valde nocivum. 2-2. q 128. ad 3.

4. Periculis rerum humanarum est obviandum per res humanas, non autem per hoc, quod res divinæ convertantur in usum humanum per dispensationem indebitam. 2-2. q. 88. 11 ad 1.

5 Periculum est in mora quandoque. 1-2. q 96 6. c. fin

6. Si sit subitum periculum, non patiens tantam moram, ut ad superiorem recurri possit: ipsa necessitas dispensationem habet annexam, quia necessitas non subditur legi. Ibidem.

1. PERJURIUM habet principaliter nomen et speciem a falsitate; secundario a defectu justitiæ; tertio, a defectu judicii. 2-2. q. 98. 1. o. et q. 125. 3 ad 3.

2. Perjurium omne semper est peccatum, contrarium religioni. 2-2. q. 99. 2 o.

3. Perjurium semper est peccatum mortale, licet ex joco sit, vel ex lapsu linguæ, si perpendit qui jurat. 2 2. q. 70. 4. c. et q. 98. 2 3. o.

4. Jurans verum quod putat esse falsum, vel jurans falsum, quod putat esse verum, est perjurus. 2-2. q. 98. 1 ad 3

5. Perjurium promisssorium est

infame ipso jure; assertorium vero per sententiam tantum. 2-2. q. 98. 3 ad 2.

PERMITTERE lex humana dicitur aliquid, non quasi ea approbans, sed quasi ea dirigere non potens. 1-2. q. 93. 3 ad 3.

PERMUTATIO beneficii Ecclesiastici, propter commodum spirituale est licita de licentia episcopi, non autem propter commodum temporale, quia est simonia. 2-2. q. 100. 1 ad 5.

PERPLEXUS aliquis esse potest ex suppositione, non autem simpliciter. 1-2. q. 19 6 ad 3. et 3.ᵖ q. 64. 6 ad 3. et q. 82 10 ad 2.

1. PER se quod convenit alicui, non potest separari ab eo. 1.ᵖ q. 50. 2. c.

2. Formæ convenit esse *per se*, non autem materiæ vel composito, sed per formam. 1.ᵖ q. 50. 5. c. et q. 75. 6. c. et q 90 2. c.

3. Omne quod inest non *per se*, reducitur ad aliquid, quod inest *per se* 1-2 q. 10. 1 c.

4. In moralibus intentum dicitur *per se*, et quod est præter intentionem, dicitur per accidens. 2-2. q 37 1. c et q. 39. 1. c. et q. 43. 3. c. et q. 59. 2. c. et q. 64 7. c. et q. 150. 2. c.

1. PERSEVERANTIA est in ratione bene considerata, stabilis et perpetua permansio, secundum Andronicum 2-2. q. 128. c.

2 Perseverantia est virtus specialis, habens speciale objectum, scilicet opus laboriosum, ut tristabile diuturnitatis. 2-2. q. 137, 1. o. et 2. c. ad 1 et ad 2. et q. 138 1. c.

3. Perseverantia, ut est virtus, moderatur aliquas passiones, scilicet timorem fatigationis, aut defectus, propter diuturnitatem, non autem perseverantia, de qua loquitur Philosophus. 2-2 q. 137. 2 ad 2.

4. Perseverantia dicitur tripliciter scilicet habitus mentis quo firmiter statur contra tristitias, habitus de proposito perseverandi, et continuatio boni, usque ad finem vitæ. Primo et secundo modo, est virtus infusa, non autem tertio modo. 1.ᵖ q. 95. 3 ad 4. et 1-2. q. 109. 10. c. et 2-2 q. 128. ad 5. et q 137. 1. o. et 2 ad 2. et 4. c.

5 Perseverantia primo et secundo modo fuit in Adam, non autem tertio modo. 1.ᵖ q 95. 3 ad 4. et 1-2. q. 109. 10 ad 3. et 2-2. q 137 4 ad 2.

6. Persistere in bono usque in finem, ex propria intentione finis, est proprium perseverantiæ, sed convenit cuilibet virtuti, inquantum est habitus 2-2. q. 137. 1 ad 3. et q. 138. 2 ad 3

7 Perseverantia est pars potentialis, annexa fortitudini. 2-2. q. 128. c. ad 5 et ad 6. et q. 137. 3. o

8. Perseverantia convenit cum temperantia in materia, scilicet circa delectationes tactus, sed magis convenit cum fortitudine; et principalius in modo, inquantum firmat contra difficultatem diuturnitatis. 2-2. q. 137. 2 ad 1.

9. Perseverantia non est in appetitu sensitivo, sed in ratione. 1-2 q. 58. 3 ad 2. et 2-2. q. 53 5 ad 3.

1. PERSONA dicitur a personando in theatris, cum larvis. 1.ᵖ q. 29. 3 ad 2.

2 Persona non est nomen intentionis, sed rei. 1.ᵖ q 30 4. c.

3. Nomen personæ non est impositum ad significandum individuum, ex parte naturæ, sicut aliquis homo; sed rem subsistentem in rationali natura. 1.ᵖ q. 30. 4. c.

4. Persona significat id quod perfectissimum est in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura. 1.ᵖ q. 29. 3. c

5. Persona significat substantiam particularem, ad dignitatem pertinentem; ideo est tantum in natura intellectuali. 1.ᵖ q. 29. 3 ad 2.

6. Persona est rationalis naturæ individua substantia, secundum Boetium 1.ª q 29. 1. o. et 3. c ad 2 et ad 4.

7. Subsistentia in deffinitione personæ accipitur in communi, secundum quod dividitur in substantiam primam et secundam. 1.ª q. 29. 1 ad 2.

8. Persona est hypostasis distincta proprietate, ad dignitatem pertinente, secundum magistros 1.ª q 29. 3 ad 2 et ad 4.

9. Forma significata per nomen personæ non est essentia vel natura, sed est personalitas. 1.ª q. 39. 3 ad 4.

10 Persona est communicabilis multis naturis, non autem multis suppositis. 3.ª q. 3. 1 ad 2.

11. Illud quod non existit per se, non est persona, ut accidentia, partes et humanitas Christi. 1.ª q. 29. 1 ad 2 et ad 5. et q. 75 4 ad 2 et 3.ª q. 2. 2 ad 3. et q. 16. 12 ad 2.

12. Unitas personæ requirit unitatem esse completi, et personalis, quia est de constitutione ejus, non autem operatio. 3.ª q 19. 1 ad 4.

13. Persona proprie convenit Deo, et nobilius quam creaturis. 1.ª q. 29 3. o

14. Persona prædicatur analogice de Deo et creaturis 1.ª q. 29. 4 ad 4.

15. Persona in divinis est divinæ naturæ incommunicabilis existentia, secundum Richardum de Sancto Victore. 1.ª q. 29. 3 ad 4.

16. Persona in divinis significat relationem per modum substantiæ. 1.ª q. 28. 4. o. et q. 30 1. c. et q. 33. 2 ad 1.

17. Persona etiam in divinis dicitar ad se, et non ad alterum, propter modum significandi. 1.ª q. 29. 4 ad 1.

18. Trinitas, essentia, et quælibet res demonstrabilis, est persona secundum grammaticos. 1.ª q 39. 8 fin.

19. In divinis persona et essentia sunt idem re, et differunt ratione. 1.ª q. 3. 3. o. et q. 39. 1. o. et q. 40 1 c.

20. Persona addit supra essentiam Dei secundum intellectum, quia essentia potest intelligi sine persona, non autem e converso. 3.ª q. 3 3 ad 3.

21. Cognitio personarum divinarum est nobis necessaria ad recte sentiendum de creatione, sed principalius de salute nostra. 1.ª q. 32. 1 ad 3.

22 In divinis essentialia possunt abstrahi a personis, cognitione imperfecta, non autem cognitione beata. 3.ª q. 3. 3. o.

23. In divinis est pluralitas personarum. 1.ª q. 30. 1 o.

24. Persona in divinis prædicatur pluraliter de pluribus personis. 1.ª q. 30. 1. o. et q. 39 3 ad 4.

25. Communitas hujus nominis, persona, non est realis, nec intentionis, nec negationis, sed rationis. 1.ª q. 30. 4 o.

26 In divinis sunt tantum tres personæ. 1.ª q. 30. 2. o. et q. 31. 1. o. et q. 41. 1. o. et q. 41. 6. o.

27. Tres personæ sunt unus Deus, et Deus est tres personæ, et est Trinitas. 1.ª q. 39. 5. 6. o.

28. Tres personas dicimus esse unam essentiam, non autem *ex* vel *de* eadem essentia 1.ª q. 39. 2 o. et q. 41. 3 ad 2.

29. Hæc non concediter, *Tres personæ sunt essentiæ*, quia forma non designatur nisi per duos genitivos, vel per unum genitivum habentem vim duorum. 1.ª q. 39. 2. c. ad 4.

30 Hæc est vera tres personæ sunt unius essentiæ, et genitivus construitur in habitudine causæ formalis. 1.ª q. 39. 2 o.

31 Hæc conceditur, *Essentia est trium personarum*, non autem hæc: *Deus est trium personarum*, nec *Tres personæ sunt unius Dei*. 1.ª q. 39. 2. c

32. Personæ divinæ sunt plures res 1.ª q. 30. 1. c et q. 39. 3 ad 3.

1. PERTINAX, secundum Isidorum, est qui tenet imprudenter suum propositum, quasi omnino tenax. 2-2. q. 138. 2. c.

2. Pertinax assimilatur incontinenti et molli; quia nimis appetit aliquam delectationem, et fugit tristitiam. 2-2. q. 138. 2 ad 2.

3. Pertinacia opponitur perseverantiæ secundum excessum, mollities autem secundum defectum. 2-2. q. 138. 2. o.

PERVICAX est idem quod pertinax, qui in suo proposito ad victoriam perseverat. 2-2. q. 138. 2. c.

PESSIMUM non oportet quod opponatur optimo. 1-2. q. 39. 4 ad 1. et q. 84. 4 ad 1.

PETRA in deserto fuit aliquid materiale, significans Christum. 1.ª q. 102. 1 ad 4.

PETRUS negando Christum peccavit mortaliter. 2-2. q. 24. 12 ad 2.

PHILOTIMIA est virtus in concupiscibili, circa honores absolute, innominata latine. 1-2. q. 60. 5 c. et 2-2. q. 129. 2. c.

1. PYTHONES sunt arreptitii, dicti a Pythone, id est, Apolline, auctore divinationis. 2-2. q. 95. 3. c.

2. Samuel (secundum Augustinum) vere apparuit pythonissæ, dispensatione Dei, vel diabolus in similitudine ejus. 1.ª q. 89. 8 ad 2. et 2-2. q. 95. 4 ad 2. et q. 174. 5 ad 4.

1. PIETAS a vulgo sumitur pro actibus misericordiæ quia Deus testatur, hos actus sibi fieri: et ex hoc Deus dicitur pius. 2-2. q. 101. 1 ad 2.

2. Pietas est specialis virtus. 2-2. q. 101. 3. o.

3. Pietas principaliter est ad parentes, et ad patriam, in quibus includuntur omnes consanguinei, cives, et amici, et patria. 2-2. q. 80. 1. c. et q. 101. 1. o. et 2 ad 3. et 3. c.

4. Religio exhibet cultum Deo, pietas autem parentibus et patriæ, quia eis homo maxime debitor est post Deum. 1-2 q. 60. 3. c. et 2-2. q. 101. 1. c. et 3 ad 1. et ad 2. et q. 102. 1 ad 3. et q. 106. 1. c. et q. 222. 5. c.

5. Pietas debetur Deo, quia cultus parentum includitur in cultu Dei, sicut minus in majori. 2-2. q. 101. 1 ad 1 et 3 ad 2. et q. 102. 1 ad 1. et q. 103. 3 ad 1. et q. 106. 1. c. ad 1.

6. Opera pietatis non debent prætermitti propter religionem, nisi impediant eam, quia jam non essent opera pietatis. 2-2 q. 101. 4. o.

7. Donum pietatis est habitualis dispositio animæ, qua prompte mobilis est a Spiritu sancto, ad habendum filialem affectum ad Deum, ut ad patrem. 2-2. q. 121. 1. c.

8. Pietatis donum colit patrem Deum, sed ut virtus, colit patrem carnalem. 2-2. q. 121. 1. o.

9. Donum pietatis colit Deum, et consequenter quæ Dei sunt, scilicet sanctos, sacram Scripturam et pauperes. 2-2. q. 121 1 ad 3.

10. Donum quo aliquis propter reverentiam Dei operatur bonum ad omnes perficiens vim appetitivam, in iis quæ ad alterum sunt, convenienter pietas nominatur. 1-2. q. 68. 4. c. fin. et ad 2.

11. Donum pietatis est unus habitus, dirigens in omni communicatione ad alterum, propter unam mensuram. 1-2 q. 68. 4. c. fin.

12. Religio est potior virtute pietatis, sed est inferior dono pietatis. 2-2. q. 121. 1 ad 2.

13. Pietas et timor Dei manifestant fidem et sapientiam. 2-2. q. 45. 1 ad 3.

14. Actus doni pietatis est honor Dei, et honor sanctorum ad invicem. 2-2. q. 121. 1 ad 5.

PIGNUS facit spem habendi rem et tantum valet. 1-2. q. 111. 3 ad 3.

1. PISCES carent memoria, secundum Basilium, non autem secundum Augustinum; et communiter sunt ani-

malia imperfectiora terrestribus animalibus. 1. ᵖ q. 72 ad 1.

2. Pisces non offerebantur in templo, quia sunt magis alieni a conversatione hominum quam alia animalia, et cito moriuntur quando sunt extra aquam. 1-2. q. 102. 3 ad 3.

3. Ut includantur omnia hujusmodi, quæ habent aliquod speciale inter pisces, subjungit Scriptura: *Creavit Deus cete grandia.* 1. ᵖ q. 70 ad 4.

PYTAGORAS noluit profiteri se esse sapientem, sed amatorem sapientiæ. 2-2 q. 186. 2 ad 1.

PLACERE hominibus propter favorem humanum, est peccatum, non autem si hoc sit ad gloriam Dei. 2-2. q. 115 1 ad 1.

PLAGIUM est furtum hominis, et punitur in veteri lege pœna mortis. 1-2. q. 105. 2 ad 10.

PLANETÆ. Candelabrum habens septem lucernas in septem calamis; in australi parte templi, significat septem planetas, illuminantes totum mundum, quorum cursus est nobis ex australi parte. 1-2. q. 102. 4 ad 6. co. 2

1. PLANTÆ. Productio plantarum tertia die pertinet ad opus distinctionis, non autem ad opus ornatus. 1. ᵖ q. 69. 2 ad 1.

2. Plantæ, secundum Augustinum, productæ sunt die tertia, causaliter tantum; secundum alios autem productæ sunt in actu. 1. ᵖ q. 69 2. o. et q. 70. 1. c. fin. et q. 71. c fin et q. 72. c. ad 1. et q. 74. 2. c. et q. 102. 1 ad 5.

3. Plantæ habent simul potentiam generationis, activam et passivam, sed absolute dicuntur mares vel fœminæ, prædominio. 1. ᵖ q. 92. 1. c. et 3. ᵖ q. 32. 4 c

1. PLATO solus, amore veritatis contemplandæ, abstinuit ab omni delectatione venerea, pro quo sacrificavit, non quasi reputans hoc peccatum, sed cedens errori civium. 2-2 q. 152. 2 ad 3.

2. Plato vidit librum Genesis, et exposuit aliquid ejus. 1. ᵖ q. 66. 1 ad 5. et q. 74. 3 ad 4.

3. Plato posuit ideam separatam entis, et unius, et boni, summum Deum 1. ᵖ q. 6. 4. c.

PLURALITAS materialis a nullo agente est intenta ut finis; quia tendit in infinitum quod repugnat fini. 1 ᵖ q 47. 3 ad 2. et fin. et q. 50. 4 ad 4.

PLUVIALES aquæ causantur ex vaporibus aquæis, et parum ex vaporibus mistorum, qui ex vi naturæ resolvuntur in veras aquas; ideo in eis potest esse baptismus. 3. ᵖ q. 66. 4 ad 5.

POETICA utitur metaphoris, propter defectum rei, de qua est; theologia vero, propter excessum. 1. ᵖ q. 1. 9 ad 1. et 1-2. q 101. 2 ad 2.

1. POLLUTIO nocturna magis judicatur quoad rationem meriti vel demeriti, secundum principium, quod est in dormiendo, quam secundum terminum, qui est in vigilando, nec reputatur quis evigilasse, quousque perfecte usum liberi arbitrii recuperaverit. 1. ᵖ q. 94 4 ad 4

2. Non omnis emissio humoris carnalis est proprie pollutio, scilicet quando in vigilia ex infirmitate vel absque ulla commotione carnis, et absque cogitatione immunda, et sine delectatione, et quasi insensibiliter, humor carnalis egreditur. 2-2. q. 151. 1 ad 4.

POMA. De pomis collium æternorum. 1. ᵖ q. 10. 3. c.

POPULUS est multitudo hominum, juris consensu, et utilitate communitatis, sociata. 1 ᵖ q. 31. 1 ad 2. et 1-2. q. 105 2 c.

PORPHYRIO habet unum pedem latum ad natandum, et alium fissum ad ambulandum, solo morsu bibit, omnem cibum aqua tingens: ideo significat inobedientes. 1-2. q. 102. 6 ad 1. fin

POSITIO duplex, scilicet prædicamentum, id est, ordo partium in loco, et differentia quantitatis. 1-2. q 49. 1. ad 3.

1. NON intelligitur aliquis posse facere, quod non licite facere potest. 2-2. q 187. 3. c.

2. Hoc verbum *potest*, habet vim ampliativam. 1 ᵖ q. 25. 5 ad 2

3. Illud possumus quod de jure possumus: unde dicitur illud esse non posse, quod convenienter esse non potest; ideo exponitur, *non potest*, id est, *non debet*. 3 ᵖ q. 74. 7 ad 1.

4. Dicitur ille aliquid non posse, qui non potest illud de facili. 3 ᵖ q. 86. 1 ad 2. fin.

1. POSSESSIO rerum exteriorum, quoad usum, est homini naturalis; non autem quoad naturam earum. 2 2. q. 66. 1. o.

2. Possidere aliquid quasi proprium, est licitum et necessarium, triplici ratione, scilicet sollicitudinis, ordinis, et pacis. 2-2. q. 66. 2. o.

3. Communitas posessionum dicitur esse de jure naturali, quia divisio earum est secundum jus humanum tantum 1-2 q. 94. 5 ad 3 et 2-2 q 66. 2 ad 1. et 7 c.

4 Possessiones Judæorum non poterant vendi, ne sortes confunderentur præter domos urbanas, quia non erant sortes divisæ. 1-2. q 105. 2. c. ad 3.

5. Optimum est, quod possessiones sint distinctæ, sed usus partim sit communis, et partim per voluntatem possessorum communicetur, sicut statutum est in lege veteri. 2-2. q. 105. 2. c. et 2-2. q. 66. 2. c.

6. Propter irregularitatem possessionum, plures civitates destruuntur, ut Philosophus dicit, ad quod lex vetus triplex apposuit remedium, scilicet vel ut secundum numerum hominum possessiones æqualiter dividerentur, vel ut possessiones non in perpetuum alienentur, sed certo tempore ad suos possessores revertantur, ut non confundantur sortes possessionum, vel ut ad hujusmodi confusionem tollendam proximi succedant morientibus. 1-2. q. 105. c. 2 c. ad 3.

1. POSSIBILE sumitur dupliciter, scilicet ut dividitur contra necesse, et ut commune ad necesse, et ad contingens. 1. ᵖ q. 41 4 ad 2.

2. Possibile vel impossibile duplex, scilicet simpliciter et absolute, et ex suppositione. 3. ᵖ q. 46. 2. c.

3. Possibile vel impossibile absolute dicitur per convenientiam vel repugnantiam terminorum, non autem possibile secundum aliquam potentiam. 1. ᵖ q. 25. 3. c. ad 4. et q. 46. 1 ad 1.

4. Possibile et impossibile dicuntur tripliciter, scilicet secundum potentiam activam vel passivam: in eo quod aliquid facere posse dicitur, vel fieri; alio modo non secundum aliquam potentiam, sed secundum seipsum, sicut per repugnantiam terminorum vel convenientiam, possibile, vel impossibile aliquid dicitur esse; tertio dicitur secundum potentiam mathematicam, ut in geometricis. 1. ᵖ q. 25. 3. c ad 4. et q. 46. 1 ad 1.

5. Possibile vel impossibile secundum potentiam judicatur secundum causas inferiores tantum. 1 ᵖ q. 25. 3 ad 4.

6. Possibile contentum sub necessario convenit Deo, non autem oppositum ei, quia sequitur potentiam passivam. 1 ᵖ q. 41. 4 ad 2.

POSTERIUS. Aliquem effectum contingit esse posterius suo principio dupliciter, scilicet ex parte agentis, et ex parte actionis. 1. ᵖ q. 42. 2. c.

POSTPRÆDICAMENTUM est quod con-

sequitur diversa genera. 1-2. q. 49. 1. c.

1. POTENTIA significat id quod est principium, non autem relationem ejus. 1. ᵖ q. 41. 5 ad 1.

2. Potentia creaturæ duplex, scilicet ad esse et ad agere. Prima se tenet ex parte materiæ; secunda vero ex parte formæ. 1-2. q. 55. 2. c.

3. Potentia duplex, scilicet potentia absoluta et potentia ordinata 1. ᵖ q. 9. 2. c. et q. 25 5 ad 1.

4. Potentia creaturæ duplex, scilicet naturalis et obedientialis. 1. ᵖ q. 115. 2 ad 4. et 3. ᵖ q. 1. 3 ad 3. et q. 11. 1. c.

5. Potentiæ naturales non habent habitum, nec aliquid superadditum, quia operantur circa aliqua determinata. 1-2. q. 49. 4 ad 2.

6. Potentia duplex, scilicet imperans et exequens. 1. ᵖ q. 115 2 ad 4.

7. Potentia duplex, scilicet rationalis, et irrationalis. Dico autem potentiam rationalem sive humanam ipsam rationem, vel quæ rationi obediat. 1-2. q. 8. 1 ad 2.

8. Potentiæ rationales sunt ad opposita, respectu eorum tantum, quæ sunt sub convenienti objecto earum. 1-2. q. 8. 1 ad 2.

9. Potentiæ rationales sunt ad opposita, respectu eorum tantum, ad quæ non naturaliter inclinantur, non respectu finis. 1. ᵖ q. 62. 8 ad 2.

10. Oppositorum eadem est potentia. 1-2. q. 8. 1 ad 1.

11. Non est possibile quod eadem potentia sit activa et passiva. 1. ᵖ q. 79. 10. c.

12. Potentia immaterialis quanto plus recipit de bonitate, tanto fit capacior in infinitum, non autem potentia materialis. 2-2. q. 24. 7. c.

13. Potentia activa cujuslibet rei sequitur formam ejus, quæ est principium agendi, et naturam ejus. 3. ᵖ q. 13. 1. c.

14. Quælibet potentia activa, quantumcumque imperfecta, potest in aliquam operationem. 2-2. q. 129. 2. c.

15. Potentiæ activæ, artes, et habitus, qui sunt circa finem, imperant iis qui sunt circa ea quæ sunt ad finem. 1. ᵖ q. 82. 4. c. et 1-2 q. 9. 1. c. et 2-2 q. 81. 1 ad 1. et 5 ad 1.

16. In omnibus potentiis activis ordinatis, illa potentia quæ respicit finem universalem movet potentias, quæ respiciunt fines particulares. 1. ᵖ q. 82. 4. c. et 1-2 q. 9. 1. c. et q. 65. 3 ad 1. et q. 114. 4 ad 1.

17. Quanto potentia est altior vel superior, tanto ad plura se extendit. 1. ᵖ q. 65. 3. c.

18. In potentiis ordinatis, quicquid potest potentia inferior, potest et superior, nisi sit ad defectum. 1. ᵖ q. 57. 2. c et q. 86 1 ad 4. et q. 110. 2 ad 2. et 1-2. q. 74. 7. c. fin.

19. In omnibus potentiis et habitibus ordinatis, ultima perfectio reservatur supremæ in genere illo. 1-2. q. 5. 6 ad 1. et q. 15. 4. c. ad 1. et q. 57. 6. c. et q. 74. 7. c. et q. 98. 3. c. et 2-2. q. 47. 11 ad 3. et 3. ᵖ q. 72. 11. c.

20. Ad ea quæ sunt diversa genere, ex æquo se habentia, ordinantur diversæ potentiæ animæ, non autem aliter. 1-2. q. 8. 2 ad 2.

1. POTESTAS excellentiæ humanitatis Christi in sacramentis consistit in quatuor principaliter, scilicet in hoc quod meritum et virtus passionis ejus operatur in sacramentis, et in ejus nomine sacramenta sanctificantur, et ex ejus institutione sacramenta virtutem obtinent, et ipse effectum sacramentorum sine exteriori sacramento potuit conferre. 3. ᵖ q. 64. 3. 4 c. et q. 84. 5 ad 3. et 7 ad 4.

2. Christus potuit hanc potestatem aliis communicare. 3. ᵖ q. 64. 4. c.

3. Hæc potestas nulli puræ creaturæ communicata est. 3. ᵖ q. 64. 4 ad 1 et ad 3. et q. 72. 1 ad 1.

4. Propria potestas Christi in baptismo duplex, scilicet divina, et excellentia secundum humanitatem; secundum communicare potuit, non autem primam. 3.ᵉ q. 64. 4 o.

5. Bonus usus potestatis ad regendum alios, est optimus, et abusus ejus est pessimus. 1-2 q. 2. 4 ad 2. et 2-2. q. 65. 3 ad 1.

6. Abutens potestate sibi data, meretur eam amittere. 1-2. q. 2. 4 ad 2. et 2-2. q. 65. 3 ad 1.

7. Officium potestatum cœlestium est arcere dæmones. 1.ᵉ q. 108. 6. c. fin. et q. 110. 1 ad 2. fin. et q. 113. 3. c.

Potus moderatus vini multum confert, et modicus excessus multum lædit, etiam plus quam excessus cibi, cum usum rationis impediat: vinum enim multum potum irritationem et iram, et ruinas multas inducit. 2-2. q. 149. 1 o.

1. Præceptum importat applicationem legis ad ea quæ ex lege regulantur. 1-2. q. 90. 2 ad 1.

2. De ratione præcepti est, quod importet ordinem ad finem, inquantum præcipitur id quod est necessarium, vel expediens ad finem. 1-2. q. 99. 1. c.

3. Præceptum proprie importat rationem debiti. 1-2. q. 99. 1. 5. c. et q. 100. 5 ad 1. et 9. c. et 2-2. q. 44. 1. c.

4. In quolibet præcepto sunt consideranda duo, scilicet finis, et possibilitas. 1-2. q 13. 3 ad 3.

5 Non omnia posita in lege sunt sub præcepto. 2-2. q. 186. 9 ad 2.

6. Illud tantum cadit sub præcepto legis propriæ, pro quo pœna legis infligitur. 1-2 q. 100. 9. c.

7. Multi errores pharisæorum de præceptis divinis. 1-2 q. 108. 1 ad 2 et ad 4.

8. Præceptum duplex, scilicet obligans singulos de communitate, vel communitatem tantum. 2-2. q. 152. 2 ad 1.

9. Præcepta affirmativa non distinguuntur a negativis, quando se includunt. 1-2. q. 100. 4 ad 2. et 2-2. q. 22. 2 ad 3.

10. Præcepta negativa legis prohibent actus peccatorum, qui sunt secundum se mali, nec unquam ullo modo, aliquo tempore, vel loco, possunt bene fieri; affirmativa vero sunt de actibus virtutum. 2-2. q. 33. 2. c.

11. Præceptorum diversitas non significat diversitatem habitus, sed diversitatem actus, quia non dantur de habitibus virtutum, sed de actibus earum. 2 2. q. 31. 4 ad 1. et q. 44. 2 ad 1.

12. Præcepta affirmativa obligant semper, sed non ad semper, negativa vero obligant utroque modo. 1-2. q. 71. 5 ad 3. et q 88. 1 ad 2. et q 100. 10. c ad 2. et 2-2 q 3. 3. c.

13. Omne præceptum affirmativum habet annexum præceptum negativum. 2-2. q. 44. 3 ad 3.

14. Præceptum dupliciter amittit obligationem, scilicet ratione impossibilis, vel si finis ejus sine eo haberi potest. 1-2. q. 13. 3. a 3 et ad 3. et 2-2. q. 64. 6 ad 3.

15. Præcepta novæ legis sunt majora quam veteris, quoad explicationem, et manifestationem, non autem quoad substantiam. 1-2. q. 107. 3 ad 2.

16. Præcepta Dei sunt de eo, quod est de necessitate salutis, secundum se; ideo quolibet casu observari illa oportet, non autem præcepta Ecclesiæ. 2-2. q. 147. 4 ad 1.

17 Præcepta Decalogi sunt quasi prima et communia legis principia, per se nota. 1-2. q 100. 3 ad 3. et 5 ad 6. et 2-2 q. 122. 3 ad 4. et 4. c. et 5 ad 1 et ad 2 et ad 3. et 6 ad 1 et ad 2. et q. 140. 1 ad 3. et q. 170. 1 ad 3. et 2 ad 1.

18. Præcepta Decalogi sunt, quæ statim ex primis principis, vel ex fide, innotescunt hominibus 1-2. q. 100. 3. o. et 5 ad 1. et 6 11. c. et 2-2. q. 122. 1. c.

19. Inter præcepta Decalogi non

numerantur prima communissima præcepta legis naturæ, nec ea quæ diligenti inquisitione indigent. 1-2. q. 100. 3. c. et 3 ad 1. et 11. c. et 2-2. q. 56. 1. c.

20. Præcepta Decalogi sunt immediate a Deo, alia vero per Moysen, vel per alios. 1-2. q. 100. 3. c. ad 1. et 6. b. et 11. c.

21. Præcepta Decalogi sunt scripta, quadruplici ratione: scilicet, primo quia per contrariam consuetudinem qua multi in peccato præcipitabantur, jam apud multos ratio naturalis obtenebrata erat; secundo quia etsi in aliquibus vigebat ratio, tamen amor boni in eis deficiebat: unde per quamdam coactionem legis obligatoriæ ad bonum inducendi erant; tertio ut ad opera virtutis non solum natura inclinaret, sed etiam reverentia divini imperii: quarto ut magis memoria tenerentur, et frequentius in cogitatione versarentur. 1. ᵉ q 24 1. c.

22. Præcepta Decalogi diversimode a diversis numerantur, et distinguuntur. 1-2 q. 100. 4. 5. o.

23. Sufficientia decem præceptorum Decalogi. 1-2. q. 100 5. o.

24. Præcepta Decalogi convenienter modo traduntur, quia in eis maxima sapientia continetur. 1-2. q. 100. 7 o.

25 Præcepta Decalogi convenienter ordinantur 1-2. q. 100 6. o.

26. Omnia quæ sunt in doctrina veteris Testamenti, ordinantur ad præcepta Decalogi usque ad finem. 2-2. q. 56. 1 ad 3.

27. Omnia alia præcepta moralia veteris legis reducuntur ad præcepta Decalogi. 1-2. q. 100. 3. 11. o. et 2-2. q. 122. 6 ad 2.

28. Omnia præcepta moralia legis divinæ continentur in præceptis Decalogi. 1-2. q. 122. 3 o

29. Singula præcepta Decalogi declarantur. 2-2. q. 122. o.

30. Ratio tantum in primo et tertio præcepto redditur, quia alia sunt pure moralia, et sine determinatione. 1-2. q. 100. 7. ad 2.

31. Præmium ponitur tantum in primo et quarto præcepto, quia videbantur inutilia; pœna vero ponitur tantum in primo et secundo, ratione pronitatis; erant autem homines proni ad idololatriam, propter generalem consuetudinem gentium: et sunt proni ad perjurium, propter frequentiam juramenti 1-2. q. 100. 7 ad 3 et ad 4.

32. Peccatum falsæ doctrinæ prohibetur secundo præcepto Decalogi. 1-2. q. 100. 5 ad 3 et 11. c.

33. In solo tertio præcepto ponitur, *Memento*, ratione beneficii præteriti, vel propter determinationem ejus 1-2. q. 100. 7 ad 5.

34. Præceptum tertium mystice, quoad cessationem a peccatis, et quietem mentis in Deum, est generale; sed ut per ipsum prohibentur ad litteram opera servorum, id est, opera mechanica, est præceptum speciale: sub opere autem manuali intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines licite victum lucrantur, sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiat. 2-2. q. 122. 4 ad 1. et q. 187. 3. c.

35. Et erat partim morale, et partim ceremoniale. 1-2. q. 100. 3 ad 2. et 7 ad 2 et ad 5. et 2-2. q. 122. 4 ad 1.

36. Præcepto tertio, ut est morale, præcipitur quies mentis in Deo, cui contrariatur tristitia mentis de bono divino. 1-2. q. 100. 5. c. fin. et 2-2. q. 35. 3 ad 1.

37. Omnia præcepta Decalogi, præter tertium et quartum, sunt negativa, quia negatio est communior affirmatione. 1-2. q. 100. 7 ad 1.

38. Tria prima præcepta Decalogi sunt de actionibus religionis, quartum est de pietate; reliqua vero de justitia communiter dicta. 2-2. q. 122 1. c. et 2. c. ad 1. et 3. 4. 5. 6. c.

39. Inter præcepta Decalogi, non dantur præcepta de prudentia, sed tantum in prophetis, et in nova lege. 2-2. q. 59. 1. o.

40. Intellectus et scientia fidelium

sunt in præceptis legis Dei; ideo non dantur de eis præcepta in Decalogo, sed in sequentibus. 2-2. q. 16. 2 ad 1.

41. In Decalogo ponitur præceptum de passionibus ipsius concupiscibilis, non autem irascibilis, quia præcepta Decalogi sunt prima. 1-2. q. 100. 5 ad 6.

42. Præcepta quæ inducunt ad observantiam legis præsupponunt legem: ideo non possunt esse prima, nec ponuntur in Decalogo. 2-2. q. 170. 2 ad 2.

43. Præcepta prohibentia concupiscentiam, sunt duo, secundum rationes speciales: unum vero, secundum rationem communem. 1-2. q. 100. 4 ad 3.

44. Omnia præcepta moralia pertinent ad legem naturæ, sed diversimode. 1-2. q. 49. 3 ad 2 et 4. c. et q. 100. 1. o et q. 104. 1. c.

45. Præcepta moralia servari debent semper ab omnibus, quia sunt de lege naturali. 1-2. q 98 5. c.

46 In iis ad quæ homo tenetur ex ratione, sufficit præceptum de faciendis, in quibus etiam intelligitur prohibitio vitandorum. 2-2. q 22. 1 ad 3.

47. Præcepta legis cujuscumque dantur de actibus virtutum. 1-2. q. 207. 1 ad 2.

48. Præcepta Dei sunt lucida, quod tamen non esset, nisi haberent rationabilem causam. 1-2 q. 102. 1. b.

49. Præcepta moralia et novæ legis habent rationabilem causam secundum suam naturam, non autem veteris, sed tantum in ordine ad aliud significandum, vel excludendum. 1-2. q. 102. 1. o.

50 Operari manibus licita et necessaria victus, est in præcepto de jure naturali; sed cessare ab opere manuali licito et necessario, est facere aliter quam naturæ ordo exigit. 2-2. q. 187. 3. c. ad 1. fin.

51. Labor manualis est in præcepto communitatis, non autem singulis, nisi quando quis sine eo non potest licite vivere. 2-2. q. 187. 3. c. ad 1.

52. Operari sine tristitia, et delectabiliter ratione finis, cadit sub præcepto legis Dei, non autem ex habitu. 1-2. q. 100. 9 ad 3.

53. Lex vetus continet præcepta moralia, id est, de actibus virtutum. 1-2. q. 98. 5. c. et q. 99. 2. o. et 3 ad 2 et 4. c.

54 Lex divina dat præcepta moralia de actibus omnium virtutum, obligando, vel consulendo, non autem lex humana. 2-2. q. 100. 2. o

55. Omnia præcepta legis sunt unum, ratione finis; sed sunt multa secundum diversitatem rerum ad finem. 1-2. q. 99 1. o.

56. Modus virtutis triplex, scilicet scienter, voluntarie et ex habitu: primus est de præcepto legis divinæ et humanæ; secundus divinæ tantum, tertius nullius. 1-2 q 96. 3 ad 2. et q. 100 9. o. et 2-2. q 44. 1 ad 1. et 4 ad 1. et 8. c

57. Maximum præceptum datur de charitate 2-2 q. 44 1. o.

58. Præceptum de dilectione Dei exponitur. 2-2. q. 44. 4. 5. o.

59. Præcepta charitatis non numerantur inter præcepta Decalogi, quia omnia alia in eis includuntur. et ad hæc ordinantur. 1-2. q. 100. 3 ad 1. et 11 c. et 2-2. q. 22. 2 ad 1. et q. 23. 4 ad 3. et q. 44. 1 ad 3. et q. 110. 4 ad 2. et 5. c. et q. 122. 1 ad 4.

60. Tota lex in præcepto charitatis impletur. 1-2. q. 99. 1 ad 2. et q. 105. 2 ad 1.

61. Præceptum de dilectione Dei perfecte impletur in patria tantum, sed imperfecte in via. 2-2. q 44. 6. o.

62. Præcepta charitatis sunt tantum duo, scilicet de dilectione Dei, et proximi. 1-2 q 99. 1 ad 3. et 2-2. q. 44 2. 3. o.

63 Præcepta charitatis sunt duo explicite, et unum implicite, quia unum includitur in alio. 1-2. q. 99. 1 ad 2. et 2-2. q. 44. 2. c. et q. 58. 1 ad 6

64. Præcepta de dilectione Dei et proximi sunt prima, et primo intenta;

alia vero secunda, et finis secundarius. 1-2. q. 100. 3 ad 1. et 11. c. et 2-2. q. 44. 1. c. et q. 189. 1 ad 5.

65. Dilectio proximi, et omnia sine quibus ipsa non servatur, cadunt sub præcepto. 2-2. q. 32. 5. c.

66. Præceptum de dilectione proximi convenienter traditur, quia tangit rationem dilectionis, et modum non quidem æqualitatis, sed similitudinis tripliciter, secundum finem regulam, et propter se. 2-2. q. 44. 7. o.

67. Dilectio proximi ex præcepto debet esse vera, recta, sancta et efficax. 1-2. q. 44. 7. c.

68. Præcepta legis data sunt, ut homines instruantur ad dilectionem Dei et proximi. 1 2. q. 99. 1 ad 2 et ad 3.

68. Nullum præceptum datur de dilectione sui, vel corporis proprii, quia hæc semper manent, et includuntur in dilectione Dei et proximi. 1-2. q. 100. 5 ad 1. et ad 4. et 2-2. q. 44. 3 ad 1.

70. Modus virtutis, scilicet operari ex charitate, est de præcepto speciali charitatis, non autem de aliis præceptis, nec modus aliarum virtutum 1-2. q. 100. 9. 10. o. et 2-2. q. 44. 1 ad 1. et 4 ad 1. et 8. c.

71. Homo in statu innocentiæ poterat sine gratia servare omnia præcepta Dei quoad substantiam actus, non autem quoad modum ejus, scilicet quod fiat ex charitate; sed post peccatum, neutro modo. 1-2. q. 109. 4. o. et 5 ad 2.

72. Præcepta specialia dantur de effectibus charitatis, scilicet de gaudio, pace, et beneficentia, propter tardiores, licet includantur in præceptis charitatis, similiter contra opposita charitatis, scilicet contra odium, acidiam, invidiam, discordiam, et scandalum. 2-2. q. 44. 3 ad 2 et ad 3.

73. In lege divina non datur præceptum de fide simpliciter, sed de quibusdam credendis, quia fides præcedit præceptum. 1-2. q. 100. 4 ad 1. et 2-2. q. 16 1. o. et q. 22. 1. c.

74. In lege divina datur præceptum de confessione fidei, et de doctrina ejus. 2-2. q 16. 1 ad 4.

75. In lege divina dantur præcepta contra corrumpentia fidem. 2-2. q. 15. 1 ad 3.

76. Inter præcepta legis divinæ, quædam sunt præambula legis, sicut præcepta de fide et spe, quædam de substantia legis. 2-2. q. 22. 1. c.

77. Præcepta de spe non potuerunt primo dari nisi per modum promissionis, sed postea præcipiendo. 2-2. q. 22. 1. o. et 2. c

78. In lege Dei non datur præceptum contra desperationem, quia intelligitur in præcepto spei, sicut dehonoratio parentum, intelligitur in quarto præcepto. 2-2. q. 22 1 ad 3. et 2 ad 3.

79. In lege Dei dantur convenienter præcepta, de intellectu, et scientia quoad doctrinam, disciplinam, usum et memoriam. 2-2. q. 16. 2 o. et q. 46. 2 ad 3. et q. 49. 1 ad 2.

80. In lege Dei dantur præcepta de timore filiali, non autem de servili, sed tantum ponuntur comminationes. 2-2. q. 22. 2. o.

81. Timor filialis est quasi genus ad dilectionem Dei, principium omnium quæ pro Dei reverentia observantur; ideo simul dantur præcepta, de timore filiali, et de dilectione Dei; quia utrumque est præambulum ad exteriores actus, qui præcipiuntur in lege, ad quos pertinent præcepta Decalogi. 2-2. q. 22. 2. o.

82. Timor filialis est præambulum ad legem, non sicut extraneum, vel extrinsecum, sed sicut principium legis, sicut etiam dilectio: ideo de utroque dantur præcepta, quasi principia communia totius legis. 2-2. q. 22. 2 ad 1.

83. Omnia præcepta Decalogi pertinent ad prudentiam, inquantum est directiva omnium actuum virtuosorum, 2-2 q. 56. 1 c. et 2 ad 3.

84. In lege Dei dantur præcepta contra vitia prudentiæ, inquantum

sunt contra justitiam, scilicet astutia, frans, et dolus. 2-2. q. 56. 2. o.

85. Moralia intantum sunt determinabilia lege, id est, in præcepto, inquantum pertinent ad justitiam. 1-2. q 99. 5 ad 1.

86. Præcepta legis, maxime et principaliter, sunt de justitia, quia ipsa principaliter attendit rationem debiti. 1-2. q. 99. 5 ad 1 et q. 100. 2. c. et 3 ad 3. et 2-2. q. 56. 1 ad 1. et 2. o. et q. 122. 1 o. et q. 140. 1 ad 3. et q. 148. 2 ad 1.

87. In lege Dei dantur præcepta de fortitudine, et de partibus ejus. 1-2. q. 100. 11 ad 3. et 2-2. q. 170. o.

88. Præcepta legis divinæ dantur de fortitudine, et de aliis virtutibus, secundum quod convenit ordinationi mentis in Deum. 2-2. q. 140. 1. c.

89. In lege Dei dantur convenienter præcepta negativa, contra vitia opposita temperantiæ; et de partibus ejus. 1-2. q. 100. 11 ad 3. et 2-2. q. 170. o.

90. In lege Dei dantur præcepta de perseverantia; et patientia, non autem de magnanimitate et magnificentia, sed dantur consilia. 2 2. q 140. 2 ad 1.

91. In lege Dei non datur præceptum contra præsumptionem, quæ opponitur magnanimitati, quia intelligitur in præcepto timoris. 2-2. q. 22. 2 ad 3.

92. Omnes virtutes, de quarum actibus dantur præcepta, ordinantur ad purificandum cor, vel ad bonam conscientiam, vel ad rectam fidem, quæ requiruntur ad diligendum Deum. 2-2. q. 44. 1. c.

93. Quædam ceremonialia erant ante legem, non quidem ex præcepto legis Dei, sed ex ratione humana per instinctum Dei. 1-2. q. 103. 1. o.

94. Lex vetus continet præcepta ceremonialia, id est, quæ specialiter pertinent ad cultum Dei. 1-2. q. 99. 3. o. et 4. 5. c. et q. 101. 1. 2. 4. c. et q. 103. 1. c. ad 3. et q. 104. 1. o. et q 108. 2. c.et 2-2. q. 122. 1 ad 2.

95. Omnia præcepta ceremonialia habebant causam rationabilem, scilicet litteralem et figuralem. 1-2. q. 102. o.

96. Præcepta ceremonialia erant figura Christi, Ecclesiæ, et patriæ cœlestis; sed lex nova est tantum figura patriæ. 1-2. q. 101. 2. o. et q. 103. 1 c.

97. Præcepta ceremonialia erant figuralia; primo et per se; judicialia vero erant ex consequenti tantum. 1-2. q. 104. 2. o. et 3. c. et 2-2. q. 87. 1. c.

98. Præcepta ceremonialia legis fuerunt viva, usque ad passionem Christi, sed mortua deinceps, mortifera vero post divulgationem Evangelii. 1-2. q. 103 3. 4. o et q. 104. 3. c. et 2-2. q. 86. 4 ad 1. et q. 87. 1. c. fin. et q. 93. 1. o. et q 94. 3 ad 5.

99. Præcepta ceremonialia et judicialia sunt determinationes moralium, et etiam præcepta Decalogi sed non ponuntur in Decalogo. 1-2. q. 122. 1 ad 2.

100. In lege veteri sunt plura præcepta ceremonialia quam judicialia, et plura præcepta moralia respectu proximi quam respectu Dei. 1-2. q. 104. 1 ad 3.

101. Præcepta ceremonialia, et judicialia, sunt determinativa præceptorum Decalogi, ex vi institutionis tantum; sed moralia, ex vi naturalis instinctus. 1-2. q. 100. 11 ad 2.

102. Lex vetus non continet alia præcepta, nisi moralia, ceremonialia, et judicialia. 1-2. q. 99. 4. c. et 5. o.

103. Colere Deum, est actus virtutis; ideo pertinet ad præceptum morale, sed determinatio ejus ad ceremoniale. 1-2. q. 99. 3 ad 2.

104. In iis quæ ordinant ad Deum, quædam sunt moralia, quæ ipsa ratio fide formata dictat, sicut Deum esse amandum; quædam vero ceremonialia, quæ non habent vim obligationis, nisi ex institutione divina. 1-2. q. 104. 1 ad 3.

105 Præcepta ceremonialia et judicialia obligant ex lege tantum,

moralia vero etiam secundum se, ex dictamine rationis. 1-2. q. 100. 11. c. ad 2. et q. 104. 1. c. et 4 ad 2.

106. Lex vetus continet præcepta judicialia, id est, determinationes justitiæ servandæ inter homines 1-2. q. 99. 4. o et 5. c. et q. 101. 1. c et q. 103. 1. c. et q. 104 1 o et q. 108. 2. c. et 2-2. q. 87. 1. c. et q. 122. 1 ad 2.

107. Præceptum judiciale quadruplex, scilicet respectu principum, concivium, domesticorum, et extraneorum. 1-2 q. 104. 4. o.

108. Præcepta judicialia optime tradita sunt, de principibus, et regibus Judæorum. 1-2. q. 105 1 o.

109. Similiter de domesticis, id est, de conjugibus, et filiis, et servis. 1-2. q. 105 4. o

110. Similiter de convictu popularium, et de possessionibus Judæorum, statuendo judices, ordinem judicii, numerum testium, et pœnas. 1-2 q. 105. 2. o.

111. Similiter de extraneis, id est. de peregrinis, advenis, vicinis, et hostibus. 1 2. q. 105. 3. o.

112. In lege veteri duplex erat præceptum de prole nata, scilicet generale, quoad omnes filios et filias, id est, sacrificium ad expiationem peccati originalis, et holocaustum, ad consecrationem prolis et speciale, de primogenitis, et utrumque servatum fuit circa Christum infantem. 3. ᵖ q. 37. 3 c.

113. Non sunt aliqua præcepta judicialia, ordinantia hominem in seipso; sed omnia talia sunt moralia. 1-2. q. 104. 1 ad 3.

114. Circa judicialia præcepta dupliciter scribæ et pharisæi errabant, scilicet primo quidem, quia quædam quæ in lege Moysis erant tradita, tanquam permissiones, æstimabant esse per se justa, scilicet repudium uxoris, et usuras accipere ab extraneis, et ideo Dominus prohibuit uxoris repudium et usurarum acceptionem; alio modo errabant, credentes quædam quæ lex vetus instituerat facienda propter justitiam, esse exequenda ex appetitu vindictæ, vel ex cupiditate temporalium rerum, vel ex odio inimicorum, quorum opposita Dominus docet 1-2. q. 108. 3 ad 2.

115. Præcepta judicialia post Christum non obligant, nec servans ea, peccat, nisi servet, ut obligatus ex lege. 1-2 q. 104. 3 o. et q 108. 1. c. et 2. ad 4. et 2-2. q. 62, 3 ad 1. et q. 87. 1. c.

116. Intentio legislatoris duplex, scilicet præcepti, et finis ejus; prima obligat, non autem secunda. 1-2. q. 100. 9 ad 2.

117. Præcepta juris positivi non se extendunt ultra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti; hæc autem est charitas. 1-2. q 96. 6. c.

118. Præceptum legislatoris tunc solum non obligat, quando observatio præcepti intentionem ejus evacuat vel impedit. 1-2. q. 69. 6. c.

119. Præcepta communis statuit non eodem modo obligant omnes sed secundum quod requiritur ad finem, quem intendit legislator. 1-2. q 96. 6. c. et 2-2. q. 147 3 ad 2.

120. Nullus ligatur præcepto, nisi mediante notitia ejus; ideo nullus ignorans tenetur ad aliquod præceptum, nisi teneatur, vel potuerit scire illud inquantum in ejus notitiam illud præceptum devenit per alios, vel devenire potest promulgatione facta. 1-2 q. 90. 4. c. ad 2.

121. Legislator non potest aliquod præceptum ponere; quod non oporteat in aliquo casu prætermitti. 1-2. q. 96. 6. c et 2-2. q. 147. 3 ad 2 et 4. c.

122. Transgrediens præcepta, contemnendo auctoritatem legislatoris, vel sic quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter: non autem si ex rationabili causa, præcipue in casu, quo legislator decerneret non esse servandum. 1-2. q. 96. 6. c. et 2-2. q 147. 3 ad 2. et 4. c.

123. Ad principes sæculares per-

tinet dare præcepta, ad utilitatem communem in temporalibus: ad prælatos autem Ecclesiasticos in spiritualibus. 2-2. q. 147. 3. c.

124. PRÆLATUS Prælati debent abstinere a multitudine præceptorum. 1-2. q. 107. 4 c et 2-2. q. 105. 1 ad 3.

125. Prælatus non est dominus, sed dispensator, non in destructionem, sed in ædificationem: ideo non potest præcipere peccata, nec prohibere opera virtutum. 2-2. q. 88. 12 ad 2.

126. Præcepta legis humanæ diversificantur, secundum diversitatem communitatum. 1-2. q. 100. 2. c et q. 104. 3 ad 2. et q. 107. 1. c et 2-2. q. 140. 1. c.

127. Quandoque prælati religiosorum præcipiunt vel communiter omnibus vel alicui specialiter, ut si quis sit corrigendus, ei dicatur; et tunc intelligendum est præceptum sane, salve ordine fraternæ correctionis. 2-2. q. 33. 7. a. 5. et ad 5.

128. Prælatus religiosorum non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones, in quibus casibus potest prælatus præcipere, eodem modo sicut et judex sæcularis, vel Ecclesiasticus potest exigere juramentum de veritate dicenda. 2-2. q. 33. 7 ad 5.

PRECES pro indigno sunt simoniacæ, et sunt munus a lingua, non autem pro digno. 2-2 q. 100. 5 ad 3.

1. PRÆCIPERE est actus rationis, quia importat motionem, cum quadam ordinatione. 2-2. q. 47. 8 ad 3.

2 Recte præcipere, et ratione uti, semper se concomitantur, quia ad præceptum rationis, sequitur obedientia virium inferiorum, quod pertinet ad usum. 2-2. q. 48 ad 4.

1. PRÆCIPITATIO est operatio per impetum voluntatis, vel passionis, sine prudentia, et partibus ejus. 2-2. q. 8. 6 ad 1 et q. 53. 3. o. et 5. c. et q. 127. 1 ad 2.

2. Præcipitatio est speciale peccatum, propter specialem actum rationis, qui prætermittitur, scilicet consilium, licet possit inveniri in quolibet genere peccatorum. 2-2. q. 54 1 ad 2.

3. Præcipitatio contrariatur dono consilii, et prudentiæ. 2-2. q. 53. 3 ad 1. et q. 127. 1 ad 2.

PRETIUM rerum venialium non est semper determinatum punctualiter, sed in æstimatione. 2-2. q. 77. 1 ad 1.

PRÆDA licite capitur ab hostibus, vel malefactoribus, in iis quæ ipsi injuste abstulerant. 2-2 q. 66. 8. o.

1. PRÆDESTINATIO est quædam præordinatio Dei ab æterno, de iis qui per gratiam Dei fienda sunt in tempore 3.ª q. 24. 1 c.

2. Prædestinatio est ratio transmissionis creaturæ rationalis ad vitam æternam, in mente Dei. 1.ª q. 23. 1. 2. c. et 3.ª q. 24. 1. c.

3. Prædestinatio est præscientia, et præparatio gratiæ in præsenti, et gloriæ in futuro. 1.ª q. 23. 2 ad 3 et ad 4. et 2-2. q. 174. 1. c.

4. Gratia ponitur in deffinitione ejus, non quia sit de essentia ejus, sed quia importat respectum ad gratiam. 1.ª q 23. 2 ad 4

5. Prædestinatio est pars providentiæ 1.ª q. 23. 1 2 3. 4 6. 8 c.

6. Prædestinatio nihil ponit in prædestinato, nisi effectum ejus. 1.ª q. 23. 2. o.

7. Differentia scientiæ, sapientiæ, præscientiæ, prævidentiæ, dispositionis, providentiæ, et prædestinationis. 1.ª q 23. 3. c.

8. Prædestinatio proprie est tantum de bonis, præscientia vero est etiam de peccatis. 2-2. q 174. 1. c.

9. Prædestinatio est causa gratiæ, et gloriæ; sed reprobatio est cau-

sa derelictionis, et pœnæ æternæ, non autem culpæ. 1. ᵖ q. 23. 3 ad 2.

10. Prædestinatio est tantum entium aliquando. 1. ᵖ q. 23. 2 ad 2. et 4 ad 2.

11. Prædestinatio convenit angelis, sicut et hominibus, licet non fuerint miseri. 1. ᵖ q. 23. 1 ad 3.

12. Prædestinatio non convenit creaturæ irrationali, nisi abusive. 1. ᵖ q. 23. 1 ad 2.

13. Conveniens est Deo homines prædestinare. 1. ᵖ q. 23. 1. o.

14. Prædestinatio certissime, et infallibiliter consequitur suum effectum. 1. ᵖ q. 23. 3 ad 3. et 6. o. et 8 ad 3.

15. Prædestinatio non potest impediri. 1. ᵖ q. 23. 8 ad 3.

16. Prædestinatio juvatur precibus sanctorum, et suis, et aliis bonis operibus, ex parte effectus ejus; non autem ex parte ordinationis divinæ. 1. ᵖ q. 23. 8. o.

17. Præscientia meritorum non est causa prædestinationis universaliter: tamen unus effectus ejus est ratio finalis alterius effectus ejus prioris, et causa meritoria effectus posterioris. 1. ᵖ q 23. 5. o.

18. Voluntas Dei est causa efficiens, et finis prædestinationis, ex parte totius effectus ejus. 1. ᵖ q. 23. 5. o.

19. Error multiplex circa effectus prædestinationis. 1. ᵖ q 23. 5. 8. c.

20. Prædestinatio est æterna. 3. ᵖ q. 24. 1 2. c. et 3. o. et 4. c. ad 1.

21. Præscientia, providentia, prædestinatio, et hujusmodi, non impo nunt necessitatem omnibus rebus, nec auferunt contingentiam ab eis. 1. ᵖ q. 22. 4. o. et q. 23. 1 ad 1. et 3 ad 3. et 6. c. et 2-2. q 171. 6 ad 1.

22. Prædestinati non sunt certi communiter de sua prædestinatione. 1. ᵖ q. 23. 1 ad 4.

23. Licet aliquibus ex speciali privilegio, sua prædestinatio reveletur, non tamen convenit ut reveletur omnibus, quia sic illi qui non sunt prædestinati desperarent, et securitas in prædestinatis negligentiam pareret. 1. ᵖ q 23. 1 ad 4.

24. Revelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex speciali privilegio: ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis, incipiat, et confidentius et fortius, magnifica opera prosequantur, et mala præsentis vitæ sustineant. 1-2. q. 117. 5. c.

25. Numerus prædestinatorum est certus, et determinatus formaliter, et materialiter Deo, non autem nobis. 1 ᵖ q. 23. 7. o.

26. Prædestinatio convenit Christo, et personæ Christi, inquantum subsistit in natura humana, non autem ut subsistit in natura divina; nec secundum se, nec convenit naturæ humanæ, nec naturæ divinæ. 3 ᵖ q 24. 1. o.

27. Prædestinatio Christi est causa efficiens, formalis, exemplaris, et finalis prædestinationis nostræ, ratione effectus, non autem ratione operationis Dei. 3. ᵖ q. 24. 3. 4. o.

28. Christus prædestinatus est esse Filius Dei, non autem proprie factus est Filius Dei. 3. ᵖ q. 24. 1 ad 2.

29. Christus, secundum quod homo, prædestinatus est esse Filius Dei, quia prædestinatio quoad præcessionem, et effectum, id est gratiam, convenit Christo, ratione humanæ naturæ tantum. 3. ᵖ q. 24. 2. o.

30. Christus, secundum quod Filius Dei, prædestinatus est esse homo, tamen magis proprie dicitur e converso. 3. ᵖ q. 24. 2 ad 3.

31. Homo prædestinatus est esse Filius Dei, et e converso. 3. ᵖ q. 24. 2 ad 3.

PRÆDICAMENTUM quodlibet accidentium dicit imperfectionem, secundum propriam rationem generis, præter relationem: ideo in divinis sunt tantum duo modi prædicandi, scilicet substantiæ, et relationis. 1. ᵖ q 28. 1. c. et 2. o.

1. PRÆDICARE, id est, evangelium recitare in Ecclesia, quod est linguis loqui, pertinet ad diaconum; ad sacerdotes autem pertinet exponere, et exhortari, quod est prophetare. 3. ᵖ q. 67. 1 ad 1.

2. Prædicare, est principalissimus, et proprius actus episcopi, et dignior quam baptizare. 3. ᵖ q. 67. 1 ad 1. et 2 ad 1. et q. 71. 4 ad 3.

3. Periculum de prædicatione omissa non imminet, nisi eis quibus commissum est officium prædicandi. 2-2 q. 10. 12. ad 5.

4. Prædicans potest vivere de eleemosynis sponte oblatis, non autem de datis coacte, nisi sit prælatus. 2-2. q. 188. 4 ad 4.

5. Christus non debuit prætermittere prædicationem, propter scandalum Judæorum. 3 ᵖ q. 42. 2. o

6. Christus et apostoli a principio prædicaverunt Judæis tantum, quadruplici ratione, scilicet, ut ostenderet per suum adventum impleri promissiones antiquitus factas Judæis, non autem gentilibus, ut ejus adventus ostenderetur esse a Deo, ut Judæis auferret calumniandi materiam, et quia per crucis victoriam meruit potestatem et dominium super gentes. 3. ᵖ q. 42. 1. o.

7. Christus prædicavit annis tribus, et quasi mensibus tribus, et vixit annis triginta tribus et mensibus tribus. 3. ᵖ q. 49. 3. o. et q. 43. c.

1. PRÆDICARI. Quicquid prædicatur de aliquo, sicut universale de particulari, potest supponere pro eo, non autem in aliis. 1. ᵖ q. 39. 5 ad 4.

2. Homo prædicatur per se de Socrate, quia si Socrates deffiniretur, poneretur homo in ejus deffinitione. 1. ᵖ q. 76. 1. c. co. 1.

3. Totum universale adest cuilibet parti ejus, et secundum esse et secundum perfectionem, et proprie prædicatur de parte sua, non autem totum integrale; totum autem potentiale aliquo modo. 1. ᵖ q. 77. 1 ad 1.

4. Pars subjectiva est de qua prædicatur essentialiter totum, secundum unum rationem, vel secundum prius et posterius; et est in minus. 2-2. q. 120. 2. c.

5. Totum integrale prædicatur aliquo modo, de omnibus partibus suis simul sumtis, licet improprie, sed nullo modo de singulis simpliciter et proprie. 1. ᵖ q. 77. 1 ad 1.

6 Nulla pars integralis prædicatur de suo toto. 1. ᵖ q. 77. 1 ad 1.

7. Nullum per accidens prædicatur universaliter, sed tantum quæ per se prædicantur. 1. ᵖ q. 51. 1. c.

8. Inferius non prædicatur de superiori, nisi per accidens. 1. ᵖ q. 39. 6. a. 2.

9. Subjectum non restringitur per prædicatum, ratione significationis, sed tantum ratione temporis consignificati. 1. ᵖ q. 39. 4. a. 2.

10. Terminus in subjecto positus tenetur materialiter, id est, pro supposito; sed in prædicato tenetur formaliter, id est, pro natura. 1. ᵖ q. 13. 12, c. et q. 31. 3 ad 2. et 3. ᵖ q. 16. 7 ad 4. et 9 c. ad 3. et 10. c. ad 2. et q 17. 1 ad 3.

11. In divinis persona prædicatur de essentia et e converso. 1. ᵖ q. 39. 6. o.

12. Relatio secundum propriam rationem, id est, secundum quod refertur ad aliud, prædicatur in divinis; non autem secundum rationem communem, scilicet secundum quod inhæret subjecto. 1. ᵖ q. 28. 1 ad 1.

13. Hæc prædicatio, *Deus est Pater*, et e converso, est per se, et nullo modo per accidens. Nec sicut superiori, de inferiori, nec e converso, sed per identitatem. 1. ᵖ q. 39. 6 ad 2.

1. PRÆDICATOR nullus debet fieri, nisi prius purgatus, et virtute perfectus. 2. ᵖ q. 41. 3 ad 1.

2. Prædicator debet esse absolutus a cura rerum sæcularium. 3. ᵖ q. 40. 3. c.

3. Prædicator non debet semper

esse in publico, sicut nec Christus. 3 ᵖ q. 40. 1 ad 3.

4. Sumptus debentur prædicatoribus, a mittentibus eos. 2-2. q. 187. 4 ad 2. et 5 ad 5.

5. Prædicatorum ordo habet cautissimam et securissimam formam profitendi. 2-2. q. 18 9 ad 1.

1. PRÆLATIO quælibet est a Deo. Non autem abusus ejus, nec ejus usurpatio. 1. ᵖ q. 96. 2 ad 3.

2. Licet appetere opus, et perfectionem episcopatus et prælationis, non autem ipsam ratione gradus, vel honoris, vel divitiarum. 2-2. q. 185. 1. 2. o.

3. Triplex ratio recusationis respectu officii prælationis quantum est de se, scilicet impedimentum devotæ contemplationis, dulcis affectionis, et spiritualis exultationis 2-2. q. 185. 1 ad 3. et 2 ad 1 et ad 3.

4. Non licet jurare, nec vovere, quod prælationem non sumat, nec totaliter resistere. 2-2 q. 185. 1 ad 3. et 2. o

5. Prælatus existens in peccato mortali, etiam occulto, corripiendo, vel quicquid aliud officii sui faciendo, peccat mortaliter; non autem hoc agens ut frater 2-2. q. 33. 5. o

6. Ex hoc ipso quod prælati dissimulant, videntur annuere. 2-2. q. 147. 4. c fin

7. Prædicare ex officio convenit prælatis, religiosis autem ex commissione. 2-2. q. 187. 4 ad 2.

8. Prælatus potest dupliciter considerari, scilicet aut secundum quod est quædam singularis persona, aut secundum quod judicio præsidet. Et sic dicere peccatum fratris prælato, est dicere Ecclesiæ. Aut secundum quod est extra judicium existens. Et sic dicere prælato, non est dicere Ecclesiæ, sed personæ quæ potest prodesse, et non obesse, quia nullus potest magis prodesse quam prælatus. 2-2. q. 33. 8 ad 4.

9. Tunc prælatus inordinate videtur tangi, quando irreverenter objurgatur, vel etiam quando ei detrahitur, et hoc significatur per contactum montis et arcæ damnatum a Deo. 2-2. q. 33. 4 ad 1.

1. PRÆMIUM essentiale beatitudinis consistit in actu intellectus, sed delectatio ejus in voluntate. 1. ᵖ q. 26. 2. o et 3. c. et 1-2. q 3. 4 o.

2. Violenter corrupta habebit duplex præmium ut dicit beata Lucia, scilicet virginitatis, et patientiæ 2-2. q 124. 4 ad 2.

3. In retributione præmiorum, inæqualia debentur inæqualibus meritis, non autem in constitutione rerum. 1. ᵖ q. 47. 2 ad 3. et q 65. 2 ad 3. et 1-2. q. 114. 3 o.

PRÆPOSITIVUS dicens affirmativam et negativam simul esse falsas, improbatur. 1. ᵖ q. 39. 4 ad 5.

1. PRÆSENTIA. Illud proprie dicitur præsens, cujus essentia præsentatur sensui, vel intellectui. 1. ᵖ q. 8. 3. c. ad 2.

2. Præsentia necessitatem quamdam habent, quia necesse est Socratum sedere, dum sedet. 2-2. q. 49. 6. c.

1. PRÆSERVATUS ab aliquo, dicitur purgatus, vel liberatus. 3. ᵖ q. 32. 4 ad 1. et q. 52. 2 ad 2.

1. PRÆSTIGIUM est divinatio per dæmones, ingerentes se visui, vel auditui hominum, quia præstringit oculos. 2-2. q. 95 3. c. princ. et q. 178. 1 ad 2.

2. Formæ apparentes in præstigiis sunt tantum in sensu communi ab imaginativa, vel per res naturales impressæ. 1. ᵖ q. 114. 4 ad 2. et 2-2. q. 178. 1 ad 2.

1. PRÆSUMPTIO in aliquando sumitur in bono, quasi præ aliis sumptio: et aliquando in malo. 2-2. q. 21. 2 ad 1. et q. 70· 3 ad 2.

2. Præsumptio in malo dicit immoderantiam spei dupliciter, scilicet supra vires proprias, vel contra justitiam Dei. Prima opponitur magnanimitati; secunda vero est species blasphemiæ in Spiritum sanctum. Ideo gravior est quam prima. 2-2. q. 21. 1. 4 o. et q. 130. 2. o. et q. 133. 1. c.

3. Præsumptio prima oritur ex inani gloria, secunda vero ex superbia. 2-2. q. 21. 4 o.

4. Præsumptio secunda oritur ex nimio amore sui 2-2. q. 21. 1 ad 2. et ad 3.

5. Præsumptio secunda habet conversionem ad bonum commutabile; et aversionem a Deo, attribuendo divinæ virtuti quod ei non convenit. 2-2. q. 21. 1 ad 3.

6. Præsumptio prima opponitur magnanimitati, secundum excessum, licet apparenter secundum defectum, inquantum est aliquando de minimis, quæ magna videntur. 2-2. q. 130. princip. et 2. o. q. 133. 1. c.

7. Præsumptio secunda opponitur charitate, vel potius dono timoris. 2-2. q. 130 2 ad 1.

8. Præsumptio magis opponitur spei quam timori, quia spei contrariatur, ratione propriæ differentiæ; timori vero, ratione generis, et contrarietas ad timorem est apparentior. 2-2. q. 21. 3. o.

9. Præsumptio est contra ordinem naturalem: ideo semper est peccatum. 2-2. q. 130. 3. o.

10. Præsumptio secunda est minus peccatum quam desperatio. 2-2. q. 21. 2. c.

11. Præsumptuosus peccat non æstimando nimis misericordiam Dei, sed contemnendo justitiam ejus. 2-2. q. 21. 2. c. ad 2. et q. 130. 2 ad 1. et q. 163. 4 ad 3.

12. Peccare cum proposito perseverandi in peccato, sub spe veniæ, dicitur præsumptio. Non autem si sit cum proposito pœnitendi, sed alleviatur. 2-2. q. 21. 2 ad 3.

13. Aggredi opus ultra vires, ex confidentia ad vires humanas, est præsumptio. Non autem si fiat in spe divini auxilii 2-2. q. 21 2 ad 1.

14. De quolibet debet præsumi bonum, nisi appareat contrarium, nec sit in periculum alterius. 2-2. q. 70. 3 ad 2.

Omne præteritum est necessarium. 2-2. q. 49. 6. c.

1 PRÆVARICATOR est, qui malitiose impediens punitionem peccati, adversam partem adjuvat, prodita causa sui. 2-2. q. 68. 3. c. fin

2. Differentia prævaricationis a calumnia et tergiversatione. 2-2. q. 68. 3. o.

3. Non omnis abscondens vera crimina prævaricatur, sed tantum qui fraudulenter abscondit ea, de quibus accusationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes dissimulando, et falsas excusationes admittendo. 2-2. q. 68. 3 ad 2.

1. PRIMITIÆ erant de præcepto ceremoniali, quoad determinationem, in communi vero de jure naturali, nunc autem de præcepto Ecclesiæ, secundum consuetudinem patriæ. 2-2. q 86. 4. o.

2. Quantitas primitiarum non fuit determinata in lege, quia erant per modum oblationis, de cujus ratione est esse voluntarium, et secundum Hieronymum, aliqui dabant quadragesimam partem, alii sexagesimam, sed nunc statur consuetudini patriæ. 2-2. q. 86. 4 ad 3.

3. Primitiæ pertinent ad quoddam genus oblationum, in usum sacerdotum, in recognitionem beneficii Dei, scilicet fructuum terræ, et debet esse aliquid præcipuum de fructibus terræ. 2-2. q. 86. 4. c.

4. Primitiæ sunt signa præteriti beneficii Dei, scilicet terræ promissæ Israel, et totius terræ toti humano generi, et fructuum; sed ceremonialia

proprie erant signa futuri. 2-2. q. 86. 4 ad 1 et ad 2.

1. PRIMOGENITUS dicitur primo natus, licet nullus post eum sit. Ideo Christus est primogenitus Mariæ. 3.ª q. 28. 3 ad 4.

2. Omnes primogeniti erant sacerdotes in veteri Testamento, et habebant duplicem portionem in hæreditate paterna. 1-2. q. 103. 1 ad 3. et 2-2. q. 87. 1 ad 3.

1. PRIMUM dicitur dupliciter, scilicet primum simpliciter, et primum in genere 1-2. q. 6. 1 ad 1.

2. Primum in per se ordinatis, oportet esse maximum, non autem primum per accidens. 2-2. q. 163. 3 ad 3.

1. PRINCEPS. Ad bonum principem requiritur quod sit virtuosus simpliciter, non autem ad bonum civem. 1-2. q. 92. 1 ad 3.

2. Ad bonum virum pertinet posse principari, et bene subjici. Ideo in virtute boni viri includitur virtus principis. Sed virtus principis differt specie a virtute subditi, sicut virtus viri et mulieris. 2-2. q. 47. 11 ad 1 et ad 2.

3. Princeps auferens per vim aliena, rapinam commitit, et tenetur restituere, nisi sit secundum justitiam, pugnando, vel puniendo. 2-2. q. 66. 8. c. et ad 3.

4. Ad bene commorandum in aliqua communitate requiruntur duo, scilicet habere se bene ad principem, id est, cum fidelitate, reverentia, et famulatu; ad socios autem reddendo cuilibet debita, et nulli nocendo. 1-2. q. 100. 5. c

5. Sanctis licet commorari in curiis principum, ad promovendum bonos, et ad impediendum malos, non autem propter voluptates. 2-2. q. 187. 2 ad 3.

6. Deus reservavit sibi institutionem summi principis, et regis Judæorum, quia habebat specialem curam eorum. 1-2. q. 105. 1 ad 1.

7. Deus non dedit Judæis principes et reges a principio, sed tantum modum eligendi, scilicet secundum judicium Dei, et de gente sua, et modum se habendi. 1-2. q. 105. 1 ad 2.

8. Divisio regni Israël, et multitudo regum, magis convenit eis in pœnam, pro dissensionibus multis contra regnum David justum, quam ad eorum perfectum. 1-2. q. 105. 1 ad 3.

9. Principibus Judæorum non sunt deputati cibi sicut sacerdotibus, ne superbirent, nec ambirent. 1-2. q. 105. 1 ad 4.

1. PRINCIPATUS. Principatus bonus triplex, scilicet regalis, aristocratia, et democratia. Et triplex principatus malus, scilicet tyrannis, oligarchia, et democratia. 1-2. q. 95. 4. c. et q. 105. 1. c. et 2-2 q. 61. 2. c.

2. Principatus regalis est optimus. 1.ª q. 103. c. et 1-2. q. 105. 1 ad 2. et 2-2. q. 50. 1 ad 2.

3. Principatus regalis est propter bonum populi, tyrannicus autem est propter bonum tyranni. 1.ª q. 92. 1 ad 2. et q. 96. ꝑ. c et 2-2. q. 42. 2 ad 3.

4. Optimus principatus est in quo omnes habent aliquam partem. Et componitur ex regno, inquantum unus præest, et aristocratia, inquantum multi principantur secundum virtutem, et democratia, id est principatu populi, in quo populus sibi eligit principem. 1-2. q. 95. 4. c. et q. 105. 1. c.

5. Principatus dicuntur in angelis, quia principantur omnibus cœlestibus principibus, divinas jussiones explentibus. Sed archangeli dicuntur qui principantur soli ordini angelorum. 1.ª q. 105. 5 ad 4.

1. PRINCIPIUM quoad relationem est simul naturaliter cum principiato; sed id quod est principium, est naturaliter prius eo. 1.ª q 42. 3 ad 2.

2. Principium est prius tempore principiato dupliciter, scilicet, ex

parte actionis successive, vel agentis imperfecti, vel aligentis tempus. 1.ª q. 42. 2. c.

3. Apud Græcos Filius et Spiritus sanctus dicuntur principiati, non autem apud Latinos. 1.ª q. 33. 1 ad 2.

1. PRINCIPIUM sumitur a prioritate sed non significat eam. 1.ª q. 33. 1 ad 3.

2. Principium est id a quo aliquid procedit, quocumque modo, et e converso. 1.ª q. 33. 1. c.

3. Principium est communius causa, et causa elemento 1.ª q. 33. 1 ad 1.

4. Non omne principium est primum principium. 1-2. q. 6. 1 ad 1 et q. 4. 1 ad 1.

5 Græci indifferenter utuntur nomine causæ, sicut nomine principii in divinis, non autem Latini. 1.ª q. 33. 1 ad 1.

6. In divinis una persona est principium alterius, non autem causa. 1.ª q. 33. 1. o et q 36. 4. o.

7. Principium in divinis et in creaturis dupliciter cognoscitur, scilicet ut primum, et ut principium. 1.ª q. 33. 4. c.

8. Non omne principium cognoscendi est principium essendi. 1.ª q. 85. 3 ad 4.

9. Primum principium in speculativis est: *Non contingit idem simul esse non et esse.* In practicis autem est: *Bonum est prosequendum; malum vero est fugiendum.* 1-2. q. 94. 2. c. et 2-2. q. 1 7. c.

10. Principia speculativa cognoscuntur per alium habitum naturalem quam conclusiones quia principia per intellectum, conclusiones vero per scientiam. 2-2 q. 47. 6. c. et q. 49. 2 ad 1.

11. Sicut in ratione speculativa sunt quædam ut principia, quorum est intellectus, et conclusiones, quorum est scientia, ita in ratione practica, ut principia naturaliter nota, sunt fines virtutum moralium, quia finis se habet in operabilibus, sicut principium in speculativis; et quædam sunt in ratione practica, ut conclusiones eorum quæ sunt ad finem. 2-2. q. 47. 6. c.

12. Nihil refert utrum ille qui docet proponendo vel interrogando procedat de principiis communibus ad conclusiones. Utrobique enim animus audientis certificatur de posterioribus per priora. 1.ª q. 84. 3 ad 3. et q. 117. 1. o.

PRIORITAS nullo modo est in divinis. 1.ª q 36. 3 ad 3. et q 42. 3. o.

1. PRIVATIO secunda suscipit magis et minus; quia ponit aliquid, quod est de ratione ejus, non autem prima. 1-2. q. 73 1. c. et q. 82. 4 c.

2. Privatio suscipit magis et minus, secundum suas causas, non autem secundum se 1.ª q. 11. 4 ad 1. et q. 49. 3 ad 3. et 1-2. q. 22. 2 ad 1.

3. Privationes et negationes differunt specie secundum differentias habituum, et positionum oppositorum, et specificantur per habitus oppositos. 2-2. q. 107. 2. c.

4. Privatio est carentia ejus quod est aptum natum haberi. Et hoc tripliciter, scilicet vel ab eo, vel ab alio ejusdem speciei, vel a quocumque Et tertia tantum est in divinis. 1.ª q. 33. 4 ad 2.

5. Privatio est negatio circa determinatum subjectum 1.ª q. 17. 4. c.

6. Contractum significat aliquam naturam in subjecto, non autem privatio. 1.ª q 17. 4. c.

7 Nulla privatio tollit totaliter esse. 1.ª q. 11. 2 ad 1.

8. Nulla privatio est intenta ab aliquo agente. 1.ª q. 19. 9. c. et q. 49. 1. c.

PRIVILEGIUM est privata lex, quia respicit singulares personas, sed commune est ad multa negotia. 1-2. q. 96. 1 ad 1.

1. PRIUS dicitur dupliciter, scili-

cet ordine perfectionis, et generationis. 1.ᵖ q. 85. 3 ad 1. et 1-2. q. 68. 8 ad 3.

2. Prius natura dicitur dupliciter, scilicet secundum causam materialem, et magis secundum alias causas. 2-2. q. 1. 7 ad 3.

3. Semper id quod est naturalius, est prius. 1-2. q. 49 2. c.

4. Imperfectum est prius tempore perfecto in eodem. Sed in diversis est e converso, et in natura utriusque. 1.ᵖ q. 82. 3 ad 2. et q 85. 3 ad 1. et q. 94. 3. c. et 1-2 q. 6. 2. 4 c. et 3.ᵖ q. 1. 5 ad 3. et 6. c.

5. Prius duplex, scilicet per se, et per accidens. 2-2. q. 4. 7. c.

6. Semper quod est per se, est prius eo quod est per aliud. 1.ᵖ q 20. 1. c. et q. 84. 6. o.

7. Remoto priori, removetur posterius, sequens tantum ex eo, non autem si sequatur etiam ex alio 1-2. q. 15. 2 ad 2.

1. Processio dicitur dupliciter, scilicet motus processivus animalium et eductio principiati a principio; prima est in divinis metaphorice tantum, secunda vero proprie. 1.ᵖ q 27 1. o.

2. Processio duplex, scilicet ab extra, et ab intra; prima semper est per motum ad diversum, et contra rationem primi principii; non autem secunda. Ideo secunda convenit Deo, non autem prima. 1.ᵖ q. 27. 1. o

3. Omnis processio creaturæ est per motum, vel mutationem, non autem in divinis. 1.ᵖ q 27. 1 ad 1.

4. Processus rationis duplex, scilicet via compositionis, et via resolutionis. 1-2. q 14. 5. o.

5. In divinis sunt tantum duæ processiones, scilicet Verbi et Amoris, secundum quod Deus suam essentiam, veritatem et bonitatem intelligit et amat 1.ᵖ q. 27 3 5. o. et q. 28. 4. c. et q. 36 1. c. et q. 37. 1. c. et q. 41. 6. c.

6. Omnia quæ important respectum originis, absolute dicuntur de processione divina, non autem repugnantia consubstantialitati, coæternitati, et independentiæ. 1.ᵖ q. 27. 2 ad 2.

7. Processiones in divinis distinguuntur per relationes, et modos originis, non autem in seipsis; nec per esse a natura et voluntate. 1.ᵖ q. 27. 3. o.

8. Processio Filii est per naturam Patris. Ideo est ei cæternus, consubstantialis, et independens, non autem creaturæ, quia procedunt per voluntatem Dei. 1.ᵖ q 41. 2. c. et q. 42. 2 c.

9. Omnia quæ pertinent ad generationem vivorum, dicuntur in processione Filii Dei, ut oriri, nasci, gigni, et generari. 1.ᵖ q. 27. 2 ad 2

10. Hæresis Valentini, quod Filius Dei procedit vario modo prolationis, id est, ad extra. 1.ᵖ q. 34. 2 ad 2.

11. Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio, quia aliter non posset distingui a Filio. 1.ᵖ q. 36. 2. o.

12. Spiritus sanctus procedit ab eis, inquantum sunt plures agentes, et inquantum sunt unum in vi spirativa. 1.ᵖ q. 36. 4 ad 1.

13 Hæresis Arrii, quod Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio, nt creatura utriusque. 1 ᵖ q. 27. 1. c.

14. Hæresis Nestorii et Theodorici, quod Spiritus sanctus non procedit a Filio. 1.ᵖ q. 36 2 ad 3.

15. Spiritus sanctus non magis procedit a Patre quam a Filio, nec prius, nec plenius. 1.ᵖ q. 36 3 ad 2.

16 Spiritus sanctus dicitur principaliter et proprie procedere a Patre, propter auctoritatem in Patre, non autem magis proprie. 1.ᵖ q. 36. 3. ad 2.

17. Spiritus sanctus procedit a Patre immediate, et mediante Filio, ratione suppositi, non autem ratione virtutis mediæ. 1.ᵖ q. 36. 3 ad 1.

18. Processio Filii est per actum intellectus; sed processio Spiritus sancti est per actum voluntatis. 1.ᵖ q. 27. 2. c. fin. et 3. c. et q. 28. 4 ad 1. et q. 34. 2. c. et q. 45. 7. c.

19. Spiritus sanctus ita naturali-

ter et a natura procedit a Patre, sicut et Filius. 1. p. q. 41. 2 ad 3. et 6. c. et q. 42. 2. c.

20. Processio Spiritus sancti triplici ratione nominatur tantum processio, scilicet ex habitudine rei amatæ, ab amante, per amorem. 1. p. q. 27 4 ad 3. et q 28 4 c. et q. 37 1. c.

21. Emanatio, proprietas, et relatio Spiritus sancti nominatur eodem nomine, scilicet *spiratio*, propter defectum nominum. 1. p. q. 36. 1 c et q. 37. 1. c.

22. Processio Spiritus sancti dicitur æterna, respectu objecti æterni; sed ut tendit in objectum creatum, cui Deus confert aliquid, dicitur temporalis. 1. p. q. 43. 2. o.

23. Spiritus sanctus procedit a seipso processione temporali. 1. p. q. 43. 2 ad 3.

24. Processio æterna et temporalis sunt tantum una processio, ratione respectus ad principium quem principaliter importat; sed sunt duæ ratione duplicis respectus ad objecta. 1. p. q. 43. 2. c. et ad 3.

1. PROCLAMARE licet in capitulis religiosorum de levibus quæ famæ non derogant, sine admonitione secreta, non autem de gravi. 2-2. q. 33. 7. ad 4.

2. Non videtur esse probabile, quod ea quæ sunt in consuetudine religiosorum, sint contra præcepta Christi. Consuetum est autem in religionibus quod in capitulis aliqui proclamantur de culpis, nulla secreta admonitione præmissa. Sed hujusmodi proclamationes sunt quasi quædam commemorationes potius oblitarum culparum, quam accusationes vel denuntiationes. 2-2. q. 33. 7. a. 4. et ad 4.

3. Si essent tamen alia, de quibus frater infamaretur, contra præceptum Domini ageret, qui per hunc modum proclamando, peccatum fratris publicaret. 2-2. q. 33. 7 ad 4.

1. PRODIGALITAS est circa passiones pecuniæ, sicut deficiens, non autem sicut superabundans in eis. 2-2. q 119. 1 ad 1.

2. Prodigalitas dicitur esse contra naturam, quia habet immoderatam emissionem rerum, repugnantem naturæ. 1-2. q 32. 6 ad 2.

3. Prodigus sæpe excedit in dando propter voluptates, non tamen semper. 2-2. q. 119. 1 ad 3.

4. Prodigalitas semper est peccatum, non principaliter propter quantitatem, sed propter inordinationem dandi quibus non debet dari, et propter quæ, et sicut debet 2-2. q. 19. 1. o. et 3 ad 1.

5 Prodigus peccat in se, et in proximum, præcipue clerici consumentes bona pauperum. Similiter avarus. 2-2. q 119. 3 ad 1.

6. Prodigalitas opponitur liberalitati. 2-2. q 117. princip. et q. 118. princip et q. 119. 1. 2. 3. c.

PRODUCTÆ res a principio fuerunt in statu perfecto, ut essent principia aliorum. 1. p. q 94 3. c.

1. PROFITENS non vovet servare quicquid est in regula, sed vitam regularem, vel vivere secundum regulam, quod est cautius, vel obedientiam secundum regulam, non obligando se ad culpam; ut in religione Ordinis fratrum prædicatorum, quod est melius. 2 2 q. 186. 9 ad 1.

2 Votum simplex de majori religione non obligat post professionem in minori. 2-2. q. 189. 8 ad 3.

3. Professio facta ante annos pubertatis, scilicet ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella, non tenet, propter Ecclesiæ statuta 2-2. q. 88. 9. c. ad 3. et q. 189. 5. c. ad 1 et ad 3.

4. Nazaræi profitebantur quamdam perfectionem, deponentes comam. 1-2 q. 186. 6. b.

1. PROHIBITIO inicitat concupiscentiam tripliciter, scilicet ratione ardui,

ratione clausæ passionis, et ratione importunitatis 1-2. q. 98. 1 ad 2.

2. Omne peccatum est malum, quia prohibitum jure naturali, non autem jure positivo 1-2. q. 71. 6 ad 4.

3. Prohibitio ligni scientiæ boni et mali fuit propter figuram, scilicet propter eventum futurum, quia post ejus esum homo per experimentum pœnæ didicit quid interesset inter obedientiæ bonum, et inobedientiæ malum, non autem propter naturam arboris malam. 1.ª q. 102. 1 ad 4. et 1-2. q. 102. 1 ad 2.

1. PROMISSIO est actus rationis, quia est enuntiatio, et ordinatio alicujus. 2-2. q. 88. 1. c

2. Promissio est ordinare quid facere pro alio debeat gratum ei. Sed comminatio est contra alium. 2-2. q. 88. 1. 2. 5. c.

3 Promissio nuda, id est, non habens aliquid additum ad confirmationem, non habet vim plenam obligandi Deo nec homini. 2-2. q 88. 3 ad 1.

4. Promissa non debent servari, si est illicitum, quod promittitur, vel si sint mutatæ conditiones personarum, vel negotiorum. Ad hoc ergo quod homo servare debeat quod promisit, oportet ut sit licitum quod promittitur, et quod omnia immutata permaneant. 2-2. q. 110. 3 ad 5.

1. PROMULGATIO legis naturæ fit ex hoc quod Deus inserit eam mentibus hominum naturaliter custodiendam. 1-2. q. 90 ad 4.

2. Promulgatione non indigent præcepta communia legis naturæ, et credere in Deum 1-2. q. 100 4 ad 1.

3. Promulgatio fit verbo et scripto. Et utroque modo promulgatio legis æternæ est æterna, ex parte Dei, non autem ex parte nostra. 1-2. q. 91. 1 ad 2.

4. Promulgatio legis necessaria est ad hoc, quod lex habeat vim obligandi. 1-2. q 90. 4. o.

5. Promulgatio obligat absentem, sicut et præsentem, inquantum promulgatio ad eum pervenit, vel potuit pervenire per alios. Futuros autem obligat per scripturas. 1-2. q. 90. 4 ad 2 et ad 3.

1. PRONOMINA demonstrativa dicuntur de Deo, secundum quod faciunt demonstrationem ad intellectum, non autem ad sensum. 1.ª q. 13 1 ad 3.

2. Pronomina possessiva conjunguntur nominibus Dei, quæ significant rationem principii efficientis, vel finalis, vel exemplaris; non autem nominibus Dei, quæ significant per modum formæ inhærentis. 1.ª q. 36. 1 ad 3.

PROPASSIO est passio inchoata in appetitu sensitivo, non ultra procedens, sicut in Christo fuit. 3.ª q. 15. 4. c. et 6 ad 2. et 7 ad 1.

1. PROPHETIA non est habitus: nec qualitas permanens, sed ut passio transiens. 1-2. q. 68 3 ad 3. et 2 2. q. 171. 2. o. et q. 174. 3 ad 2. et q. 176. 2 ad 3.

2. Prophetia non est gratia gratum faciens, sed gratis data. 1-2. q. 68. 3 ad 3.

3. Prophetia est divina inspiratio rerum, futura immobili veritate denuntians, secundum Cassiodorum. 2-2. q. 171 3. a. 1 et 6. b.

4. Propheta dicitur quasi procul phans, vel procul videns, inquantum cognoscit vel loquitur ea quæ sunt procul a communi hominum sensu, cum quibus conversatur, et communicat in statu viæ. 3.ª q. 7. 8 o.

5. Prophetia principaliter et primo consistit in cognitione. Ideo dicitur a *phanos*. Secundario consistit in locutione: ideo dicitur a *fari*. Tertio consistit in operatione miraculorum, ad confirmationem ejus. 2-2. q. 171. 1. o. et 2. c q. 174. 3 ad 3. et 4. c. et 3.ª q. 7. 8 o.

6 De ratione prophetiæ non est ænigmatica cognitio, quia Moyses

tuit propheta; et tamen Deum palam et non per ænigmata vidit. 3. 2ª q. 7. 8 ad 1.

7. In prophetia sunt duo, scilicet repræsentatio, et judicium de visis, quod est principalius, et completivum ejus, sine quo non est. 2-2. q. 173. 2 c et q. 176. 2 ad 1.

8. Ad prophetiam requiritur lumen intellectuale supernaturale. 2-2. q. 171. 2. c.

9. Ad prophetiam requiritur inspiratio quoad mentis elevationem; et revelatio, quoad perceptionem divinorum. 2-2. q 171 1 ad 4.

10. Ad prophetiam requiritur maxima mentis elevatio, ad contemplationem spiritualium 2-2 q. 172 4. c.

11. Bonitas morum quoad refrenationem passionum et remotionum occupationum exteriorum requiritur ad prophetiam 2-2. q. 172. 4. o.

12. Dispositio naturalis non requiritur ad prophetiam, quia Deus simul removet indispositionem, disponit et perficit. 2-2. q. 172. 3. o.

13. Prophetia potest haberi sine charitate, et sine gratia gratum faciente. 2-2. q 6. 2 ad 3. et q. 172. 4. c.

14. Objectum prophetiæ est illud quod est in cognitione divina, supra facultatem humanam. 2-2. q. 174. 2. c.

15 Prophetia est de omnibus. Sed primo et principaliter est de futuris contingentibus; secundo de existentibus supra universalem cognitionem hominum; tertio respectu alicujus. 2-2. q. 171 3. o. et q. 172. 1. c. fin. et ad 4. et 5. c. et q. 176. 2 ad 3. et q. 178 1 ad 1.

16. Prophetiæ sunt principaliter de futuris. Sunt tamen etiam de præsentibus, quæ tamen sunt procul a cognitione non omnium hominum, sed quorumdam secundum sensum vel secundum intellectum, ut Elisæus cognovit quæ Giezi præsens fecerat, et sunt etiam de occultis omnibus hominibus naturaliter, ut mysterium Trinitatis: sunt etiam de mysterio Christi sub nomine hominum, et tunc excedunt veritatem historiæ. 2-2. q. 171. 3. c.

17. Omnia prophetabilia sunt non cognoscibilia ab homine, nisi per revelationem Dei. Sed quæ pertinent ad sapientiam, et scientiam, et interpretationem sermonum, possunt naturaliter cognosci ad homine 2-2. q 171 3 ad 2. et q. 172. 4. c. fin

18. Prophetæ non vident omnia prophetabilia, sed tantum ea quæ sibi specialiter revelantur. 2-2. q. 171. 4. o.

19. Aliqua prophetia est de præterito, sicut in Genesi. Et in aliqua ponitur præteritum pro futuro, propter certitudinem prophetiæ. 2-2. q. 171. 3. b

20. Prophetæ non vident Deum per essentiam. 2-2 q. 171. 2 c. et 4. c. et ad 3. et q. 173. 1. o

21. Prophetæ vident in speculo æternitatis, seu intelligentiarum, sive in libro præscientiæ Dei causaliter, non autem formaliter. 2-2. q. 173. 1. c. fin et ad 1 et ad 2.

22. Prophetæ habent certissimam et distinctam cognitionem de visis per spiritum prophetiæ; non autem de habitis per instinctum Dei. 2-2. q. 171. 5. o.

23. Prophetiæ nullo modo potest subesse falsum; sicut nec præscientiæ Dei. 2-2. q. 171. 6. o. et q. 172. 1. c. et 5 ad 3 et 6 ad 2.

24. Propheta proprie cognoscit se moveri a Deo, ad aliquid æstimandum, vel significandum verbo vel facto, non tamen omnia quæ per hoc intendit Deus. 2-2. q. 173. 4. o.

25. Prophetia simpliciter dicta, id est, supra universalem cognitionem hominum, non potest esse a natura, sed tantum ex revelatione Dei; prophetia vero secundum quid, id est, de aliquibus in suis causis, potest esse a natura, sed fallibiliter. 2-2. q. 172. 1. o. et 3. c.

26. Prophetia, et aliæ illuminatio-

nes, et revelationes, fiunt nobis a Deo mediantibus angelis. 1.ᵉ q. 111. 1. o et 2-2 q. 172. 2 o.

27. Aliquis cessante prophetica illustratione actuali, dicitur propheta, ex deputatione Dei, et ex habilitate remanente ad facilius illustrari 2-2. q. 171. 2 ad 2.

28. Prophetia prædestinationis completur sine arbitrio nostro causante, non autem sine eo consentiente. 3.ᵉ q. 30. 1 ad 1.

29. Finis prophetiæ est manifestatio alicujus veritatis existentis supra hominem. 2-2. q. 174 2. c. ad 2. et 6. c·

30. Prophetia secundum quid potest esse a dæmonibus, non autem prophetia simpliciter. 2-2. q. 172. 5. o.

31. Prophetia dæmonum non fit per illuminationes, ut divina, sed per visionem imaginariam vel sensibilem; nec est semper vera, sicut prophetia divina. 2-2. q. 172. 5 ad 2 et ad 3.

32. Prophetæ dæmonum quandoque prædicunt vera ex inspiratione divina, et aliquando per dæmones. 2-2. q. 172. 6. o. et q. 174. 5 ad 4.

33. Species prophetiæ triplex, scilicet comminationis, prædestinationis, et præscientiæ 2-2. q. 174. 1. o.

34. Prophetia fit dupliciter, scilicet per influxum luminis tantum, et per species impressas vel aliter ordinatas. 2-2. q. 173. 2. o.

35. Modus prophetiæ triplex, secundum triplicem potentiam cognoscitivam, scilicet secundum oculos corporis, secundum spiritum imaginarium, et secundum intuitum mentis 2-2. q. 174. 1 ad 3.

36. Prophetis repræsentantur aliqua quadrupliciter, scilicet in sensu exteriori, sicut Daniel vidit scripturam in pariete, et Samuel audivit verba: vel per formas in imaginatione divinitus impressas, sicut in cæcis natis similitudines cœlorum; vel per formas divinitus ordinatas, sicut Jeremias vidit ollam ascensam, vel species in intellectu, sicut in scientia infusa Salomoni et apostolis. 2-2. q. 173. 2. o. et 3. c.

37. Modus prophetiæ septuplex, secundum differentias influxus, scilicet extasis, visio, somnium, per nubem, vox de cœlo, parabola, et repletio sancti Spiritus. 2-2. q. 174 1 ad 3.

38 Gradus prophetiæ imaginariæ distinguitur quadrupliciter, scilicet per somnium et vigiliam, per signa, si loquens videtur vel non, et secundum dignitatem apparentis. 1.ᵉ q. 12. 11 ad 1. et 2-2. q. 174. 3. o.

39. Gradus prophetiæ improprie dictæ duplex, scilicet minimus, id est, secundum operationem exteriorem, ut Samson; et visio de naturalibus, ut Salomon 2-2 q. 174 3. c.

40. Actus prophetiæ duplex, scilicet principalis, id est, visio; et secundarius, id est, denuntiatio. 2-2. q. 176. 2. c.

41. Veri prophetæ tripliciter differunt a falsis prophetis, scilicet agente, fine, et certitudine. 2-2. q. 175. 5 ad 3.

42. Prophetia prædestinationis semper impletur, non autem prophetia comminationis. 1.ᵉ q. 19. 7 ad 2. et 2-2. q. 171. 6 ad 2. et q. 174. 1. c. et 2. o.

43. Omnis prophetia de quacumque re est ejusdem speciei, quia est per unum formale, scilicet per lumen divinum. 3-2. q. 171. 3 ad 3.

44 Prophetia est simpliciter excellentior dono linguarum, triplici ratione, scilicet quia consistit in ipsa illuminatione mentis, quia pertinet ad rerum notitiam, et quia est utilior. 2-2. q. 176. 2 o

45 Prophetia intellectualis visionis est nobilior quam imaginaria, nisi respectu revelandi, per similitudinem corporalem, quia tunc est e converso. 2-2. q. 174. 2. o et 3. c. fin. et 4. c. ad 1. et 5 c. et q. 176. 2. c ad 1. et 3.ᵉ q. 30 3 ad 1.

46. Prophetia magis proprie dicitur de imaginaria quam de intellec-

tuali. 2-2. q. 173. 2. c. fin et q. 174. 2 ad 3. et 3. c.

47. Prophetia imaginaria de supernaturali veritate, est nobilior intellectuali de cognoscibilibus humana ratione. 2-2. q. 174 2 ad 3. et 3. c. et q. 176. 2 ad 1.

48. Prophetia quanto est vicinior Christo, tanto est major, et magis post quam ante, licet in quolibet statu prima sit major aliis 1.ᵖ q. 57. 5 ad 3. et 2-2. q. 174. 6. o.

49. Idem propheta non est semper in eodem gradu prophetiæ; sed quandoque in majori, et quandoque in minori. 2-2 q 174. 3 ad 2.

50. Moyses fuit cæteris prophetis simpliciter major, licet secundum quid sit minor aliquo. 2-2 q 174 4. o

51. Prophetia David ex propinquo attingit ad visionem Moysis majorem, quoad cognitionem divinitatis; sed e converso, in cognoscendo et exprimendo mysteria incarnationis Christi. 2-2. q. 174 4 ad 1

52. Joannes Baptista fuit major propheta Moyse, et cæteris prophetis veteris Testamenti. 2-2. q. 174. 4 ad 3.

53. Prophetia non convenit Deo, nec beatis, nec angelis. 2-2. q. 173. c. c. et q. 174. 5. o. et 3.ᵖ q. 7. 8 c. et q. 31 2. c.

54. Prophetia fuit in Christo, inquantum fuit viator 2-2. q 174. 5 ad 3. et 3.ᵖ q. 7. 8. o. et q. 31. 2. o.

55. Ille cujus tantum intellectus illuminatur ad judicandum visa ab aliis, sicut Joseph et Daniel, est propheta. 2-2. q. 173. 2 c.

56. Ille cui ostenduntur similitudines, sine lumine intelligentiæ sicut Pharao, vel Nabuchodonosor, vel Balthasar, non est proprie propheta 2-2. q. 173. 2 c.

57. Abraham, Isaac, et Jacob, fuerunt prophetæ 2-2. q. 174 6. c.

58. David habuit prophetiam, quoad intuitum mentis, sine imaginaria visione. 2-2. q. 174. 4 ad 1.

59. Omnes numerati inter prophetas habuerunt prophetiam imaginariam de supernaturali veritate, et habebant officium prophetandi, et loquebantur in persona Dei, non autem agiographe. 2-2. q 174. 2 ad 3.

60. Omni tempore fuerunt prophetæ, etiam in novo Testamento. 2-2. q. 95. 2 ad 3. et q. 174. 6. o.

61. Prophetæ fuerunt maxime in abundantia, tempore regum, quia tunc populus erat liber; ideo instrui debebat de agendis. 2-2. q. 174. 6 ad 2.

62. Prophetiæ inceperunt scribi per Isaiam et Osee, quando Roma condita fuit. 2-2. q. 174. 6 ad 2.

PROPITIATORIUM erat tabula super alas cherubin, quia exinde Deus propitiabatur populo. 1-2. q. 102. 4 ad 6.

1. PROPORTIO secundum primam nominis impositionem significat habitudinem quantitatis ad quantitatem, secundum determinatum excessum, vel adæquationem; sed transfertur ad significandum habitudinem quorumcumque, sicut materiæ ad formam, potentiæ ad actum, objecti ad potentiam, finiti ad infinitum, et creaturæ ad creatorem. 1.ᵖ q. 12. 1 ad 4.

2. Proportio proprie non est finiti ad infinitum, nec creaturæ ad creatorem; sed proportionalitas, scilicet similitudo proportionum. 1.ᵖ q. 12. 1 ad 2 et ad 4.

3. Cognitio sensitiva non se extendit ad proportionem unius ad alterum. 2-2. q. 58. 4. c.

1. PROPOSITIONIS veritas duplex, scilicet rei, et signi. 1.ᵖ q. 16. 8 ad 3.

2. Propositiones affirmativæ veræ possunt formari de Deo. 1.ᵖ q. 13. 12. o.

3. Propositiones affirmativæ de Deo dicuntur incompactæ vel inconvenientes, propter modum significandi. 1.ᵖ q. 13. 12 ad 1.

4. Cum dicitur *Deus scivit aliquid esse futurum contingens*, non ponitur ibi contingens, nisi ut materia verbi, et non ut pars principalis propositionis. 1.ᵖ q. 14. 13 ad 2.

1. PROPOSITUM est actus voluntatis deliberatæ. 2-2. q. 88. 1. c.

2. Propositum pro facto reputatur. 1.ª q. 23. 2 ad 2.

1. PROPRIUM est de genere accidentium. 1-2. q. 83. 12 ad 3.

2. Proprium non addens aliquid nobilitatis supra commune, non habet proprium nomen, sed nominatur nomine communis. 1-2. q. 111. 1 ad 3. et 2-2. q. 9. 2. c. et q. 50. 2 ad 1. et q 161 1 ad 1.

3. In omni re, proprium accidens est aliud ab essentia ejus, et est posterius ea, ordine generationis et perfectionis. 1-2. q 2. 6. c. et q. 83. 2 ad 3.

4. Proprium fluit a subjecto, sine mutatione, sed per naturalem resultantiam. 1.ª q. 77. 6 ad 3.

1. PROPTER *se* duplex, scilicet quod dividitur contra *per aliud*, et contra *per accidens*; primo modo finis diligitur propter se, virtutes autem secundo modo 2-2. q. 145. 1 ad 1.

2. *Propter quod unumquodque, et illud magis* intelligitur tantum in iis quæ sunt ejusdem ordinis, sicut in eodem genere causæ; puta si dicatur quod sanitas est desiderabilis, propter vitam, sequitur quod vita sit magis desiderabilis; si autem accipiantur ea quæ sunt diversorum ordinum, non habet veritatem, ut si dicatur quod sanitas est desiderabilis, propter medicinam, non ideo sequitur quod medicina sit magis desiderabilis, quia sanitas est in ordine finium, medicina autem in ordine causarum efficientium. 1.ª q. 87 2 ad 3. et q. 88. 3 ad 2. Vide *Lexicon*.

1. PRORUMPERE. Homo prorumpit facile, ad manifestandum conceptum cordis. 1-2. q. 72 7. c.

2. Iracundus in verba contumeliosa prorumpit 1-2. q. 7 27. c.

3. Licet tristari de gloria et prosperitate inimici, inquantum est nociva. 2-2. q. 36. 2. o. et q. 158. 1 ad 3.

1. PROVIDENTIA importat respectum quemdam alicujus distantis, ad quod ea quæ in præsenti occurrunt, ordinanda sunt. 2-2 q. 49. 6. c.

2. Providentia est ratio ordinis in finem. 1.ª q. 22. 1. o. et 2. c. et q. 23 1 c.

3. In recta ordinatione ad finem, quæ includitur in ratione providentiæ importatur rectitudo consilii, judicii, et præcepti sine quibus recta ordinatio in finem esse non potest. 2-2. q. 29 6 ad 3

4. Providentia perfecte convenit Deo 1.ª q 2-2. 1. o.

5. Providentia Dei habet certitudinem. 1.ª q. 22 4 ad 2. et ad 3.

6. Error duplex, circa divinam providentiam. 1.ª q 116. 3. c. fin.

7. Error triplex, circa divinam providentiam. 1.ª q. 22. 2. c.

8 Opinio Platonis, de triplici providentia, secundum Gregorium Nissenum, scilicet providentia summi Dei, qui primo et principaliter providet rebus spiritualibus, et consequenter toti mundo quantum ad genera, species, et causas universales; providentia qua providetur singularibus generabilium et corruptibilium: et hanc attribuit diis qui circumeunt cœlos, id est, substantiis separatis, quæ movent corpora cœlestia circulariter; et providentia quæ est rerum humanarum quam attribuebat dæmonibus, quos platonici ponebant medios inter nos et deos, ut narrat Augustinus 1.ª q 22. 3. c. et q. 103. 6 ad 1.

9. Modus contingentiæ et necessitatis cadit sub provisione Dei, et non sub provisione creaturæ. 1.ª q. 22. 4 ad 3.

10. Sicut ad providentiam pertinet prospicere per se conveniens fini, sic ad circumspectionem, an sit conveniens fini, secundum circumstantias 2-2. q. 49 7 ad 3.

11. Ars Dei dicitur respectu productionis rerum; dispositio autem res-

pectu rerum inter se, sed providentia respectu ordinis rerum in finem. 1.ª q 22. 1. c fin.

12. Providentia Dei se extendit ad necessaria, non autem providentia hominis. 1.ª q 22. 2 ad 3. et 4 ad 3. et q 103. 1 ad 3. et 1-2. q. 93. 4. o. et 2-2. q. 49. 6 c.

13. Aliquid subest providentiæ Dei dupliciter, scilicet propter se, et propter aliud; primo modo subsunt sola perpetua, secundum autem modo individua corruptibilia. 1.ª q. 103. 5 ad 2.

14. Bonum et malum subjacent divinæ providentiæ, ut præscita et ordinata, sed bonum, ut intentum, non autem malum. 1.ª q. 22 2. ad 2.

15. Omnia subjacent divinæ providentiæ, sed diversimode. 1.ª q. 8. 3. c. et q. 22. 2. 3. o. et q. 23 1. c. et q. 105. 5. o. et q 113. 6 c et 1-2. q. 91. 2. c. et q. 93. 1. 4 5 c.

16. Providentia Dei non est respectu sui, quicquid est in eo, est finis, et non ad finem. 1.ª q. 22. 1. c. fin. et 1-2. q. 93. 4. o.

17. Providentia Dei est omnium singularium, etiam contingentium. 1.ª q. 22. 2. o. et q. 103 5. o.

18. Rationalis creatura speciali modo subest divinæ providentiæ. 1.ª q 22. 2 ad 4 et ad 5. et q. 103. 5 ad 2. et q. 113. 2. c. et q. 116. 1. c. et 1-2. q 91 2. c. et 2 2. q. 83. 2. c.

19. Electiones humanæ subsunt divinæ providentiæ propter se, ita ut etiam sint provisores, propter liberum arbitrium, sic tamen ut providentia hominis sit sub providentia Dei, tanquam causa particularis, sub universali. 1.ª q 2-2. 2 ad 4.

20. Omnes motus, et actiones, et corruptiones subjacent divinæ providentiæ 1.ª q. 22. 2 ad 2. et q. 103. 5. ad 1. et 1-2. q 93. 1. 5. c.

21. Providentia proprie non est in speculativis, sed tantum in practicis. 2-2. q. 49. 6 ad 2.

22. Boni subsunt divinæ providentiæ propter se, mali vero propter alios tantum, ut bruta 1.ª q. 22. 2 ad 4. et q 23. 7. c.

23. Bruta non subduntur divinæ providentiæ per se, et in singulari, sed propter aliud tantum, et actus earum. 1.ª q. 22. 2 ad 5 et q. 103. 5 ad 2. et 1-2. q. 93. 5 c.

24. Providentia Dei est æterna, sed gubernatio est temporalis 1.ª q. 22 1 ad 2.

25. Providentia est tantum in intellectu, licet præsupponat voluntatem finis; sed gubernatio passiva est in gubernatis, activa vero in gubernante. 1.ª q. 22 1 ad 3 et q. 23. 2. 4. c.

26. Certitudo providentiæ Dei non deficit a suo effectu, neque a modo eveniendi, quem providit. 1.ª q. 23. 4 ad 3

27. Deus providet omnibus immediate, quoad rationem ordinis; sed mediate, quoad executionem ejus, quæ dicitur gubernatio. 1.ª q 22. 3. o. et q. 103. 6. o. et q. 116. 2. c

28. Providentia divina gubernat creaturas spirituales inferiores per superiores. 1.ª q. 110 1. c.

29. Et creaturas corporales, per spirituales 1.ª q 22. 3 c et q. 63. 7. c. et q. 102. 2 ad 1. et q. 103. 6. o. et q. 110. o. et q. 112. 1. c. et q. 113. 1 c.

30 Et corpora inferiora, per corpora superiora 1.ª q. 113. 1. c. et q. 115. 3. o.

31 Deus gubernat mundum bonitate; quia est principium providentiæ ut finis; sic tamen ut libere moveat hominem per liberum arbitrium invitando ad bonum per præmium, retrahendo a malo, per timorem pœnarum. 1.ª q 103. 1. 5. c. ad 2

32. Finis gubernationis rerum a providentia Dei, est aliquid extra totum universum, scilicet ipse Deus. 1.ª q 103. 2 o. et 3. 4. c.

33 Effectus gubernationis a providentia Dei est unus ex parte finis; sed ex parte mediorum, sunt duo in generali, scilicet conservatio et motio in finem, in particulari vero sunt in-

numerabiles nobis. 1.ª q. 103. 4. o.

34. Nihil potest contingere præter ordinem gubernationis, providentiæ Dei universaliter, sed tantum respectu alicujus causæ particularis. 1. q. 22. 2 ad 1. et q. 103. 7. o.

35. Nihil potest niti contra universalem gubernationem divinæ providentiæ, sed tantum contra aliquod particulare. 1.ª q. 103. 8. o.

36. Ad providentiam Dei non pertinet subtrahere defectus, corruptiones, et mala, a rebus, 1.ª q. 22. 2 ad 2. et q. 23. 3 c. et q. 48. 2. c. ad 3. et 2-2. q. 10. 11. c.

37. Providentia Dei non excludit a rebus contingentiam, nec casum, nec fortunam, nec liberum arbitrium. 1.ª q. 19. 8. o. et q. 22. 2 ad 1. et 4. o. et 23. 1 ad 1. et 3 ad 3. et 6. c. et q. 103. 7 ad 2 et ad 3. et 1-2. q. 10. 4. o. et 2-2. q. 83. 2. c. et q. 171. 6 ad 1.

38. Ad divinam providentiam pertinet quod permittat hominem tentari, et peccare. 1.ª q. 23. 3. o. et 2-2. q. 165. 1. o.

39. Immobilitas divinæ providentiæ non excludit utilitatem orationis. 1.ª q. 23. 6. o. et 2-2. q. 83. 2. c.

1. PRUDENTIA. Nomen prudentiæ sumitur a providentia, sicut a principaliori ejus parte, quia omnia requisita ad prudentiam necessaria sunt, ut aliquid ordinetur infinem 2-2. q. 49. 6 ad 1

2. Nomen prudentiæ sumitur a providendo, quod etiam ad mala extendi potest; et ideo licet prudentia simpliciter dicta in bono accipiatur, aliquo tamen addito potest accipi in malo. 2-2. q. 55. 1 ad 1.

3. Prudens dicitur quasi porro videns, id est, procul videns. 2-2. q. 47 1. c.

4. Prudentia simpliciter dicta est virtus non improprie, sicut virtutes intellectuales, sed proprie. 1-2. q. 57. 5 ad 3. et q 61. 1. c. et 2-2. q 47. 4. o. et q 55 1 ad 1.

5. Prudentia est generalis regula, et perfectio virtutum moralium, dans eis modum et formam. 2-2. q. 166. 2 ad 1.

6. Prudentia est virtus generalis causaliter, non autem essentialiter. 1-2. q. 53. 2. c.

7. Prudentia est virtus specialis, propter specialem rationem formalis objecti. 2-2. q. 47. 5. o. et q. 53. 2. c.

8. Prudentia est virtus intellectualis secundum essentiam, sed moralis secundum materiam. 1-2. q 58. 3 ad 1. et q. 61. 1. c. et 2-2. q. 181. 2 ad 3.

9. Prudentia est amor, quia ab eo movetur ad actum, non autem essentialiter 2-2. q. 47. 1 ad 1.

10. Prudens secundum quid, est qui bene ratiocinatur, ad aliquem finem; simpliciter autem, qui ad totam vitam. 1-2 q. 57. 4 ad 3. et 2-2 q. 47. 2 ad 1. et q. 55. 1. 2. 5. c.

11. Prudentia est in intellectu subjective. 1.ª q. 22. 1 ad 3 et 1-2. q. 56. 2 ad 3. et 3. c. et q. 61. 2 c et q. 66. 1. c. et q. 85. 3. c. et 2-2. q. 47. 1. o. et 3 ad 3. et 5. 6. c. et 10. ad 3.

12. Prudentia non est tantum in intellectu, sicut scientia et ars, sed habet aliquid in appetitu, scilicet rectitudinem. 1.ª q. 22. 1 ad 3. et 1-2. q. 56. 2 ad 3. et 3. c. fin. et q. 57. 4. c. et 2-2. q. 47. 1 ad 2. et 13. ad 2. et 16 ad 2.

13. Prudentia est tantum in ratione practica subjective. 1-2. q. 57. 3. c. et 2-2. q. 47. 2. o.

14. Prudentia et ars sunt in opinativa parte animæ, et circa objectum contingens aliter se habere. 1-2. q. 57. 4 ad 2. et 8 ad 3.

15. Prudentia non consistit in sensu exteriori, sed in sensu interiori, non principaliter, sed per applicationem ad opus. 2 2. q. 47. 3 ad 3. et q. 49. 1 ad 1. et 2 ad 3.

16. Prudentia est in Deo, respectu aliorum, non autem respectu sui. 1.ª q. 22. 1. c. ad 3.

17. Christus habuit plenitudinem prudentiæ, secundum donum consilii. 3.ᵖ q. 11. 1 ad 3.

18. Prudentia infusa est in omnibus existentibus in gratia; sed prudentia acquisita non est in juvenibus. 2-2. q 47. 14. o. et q. 51. 1 ad 3.

19. Nullus sufficit sibi, quoad omnia, in iis quæ sunt prudentiæ: ideo etiam majores oportet in iis esse dociles. 2-2. q 49. 3. c. ad 3.

20. Prudentia non est in servis et subditis, inquantum hujusmodi, sed inquantum convenit eis regere se per rationem. 2-2. q. 47. 12. o. et q. 49. 3 ad 3 et q. 50. c.

21. Prudentia proprie non est in peccatoribus, sed tantum quædam falsa similitudo ejus. 2-2. q. 47. 13. o et q. 50. 3 ad 2. et q 51. 1 ad 3.

22. Prudentia non convenit brutis, nisi metaphorice, scilicet inquantum instinctu naturali aguntur sagaciter. 1.ᵖ q. 22. 1. c. ad 4. et q. 55. 3 ad 3. et q. 96. 1. c. ad 4 et 1-2. q. 3. 6. c. et q. 13. 2 ad 3. et 2-2. q. 47. 15. ad 3.

23. Agibile ut objectum rationis, id est, sub ratione veri, est materia prudentiæ, sed ut objectum appetitus, id est, sub ratione boni, est materia aliarum virtutum. 2-2. q. 47. 5. c. ad 3.

24. Prudentia non est circa altissimam causam simpliciter, sed circa bonum humanum. 2-2. q. 47. 2 ad 1.

25. Prudentia proprie non est de fine, sed de iis quæ sunt ad finem. 2-2. q. 33. 1 ad 2. et q 47. 1 ad 2. et 6. c. et 15 c. fin. et q. 49. 6. c. et q 56. 1. c. ad 3.

26. Prudentia se habet ab bonum privatum et ad bonum commune, id est, extendit se ad regimen sui et multitudinis. 1.ᵖ q. 22. 1. c. et 2-2. q. 47. 10. o. et q. 49. 3 ad 3

27. Prudentia non solum considerat universalia, sed etiam singularia. 2-2. q. 47. 3. o. et 15. c. et q. 49. 2 ad 1. et 5 ad 2. et 7. c.

28. Futura contingentia, ordinabilia per hominem ad finem humanæ vitæ, proprie pertinent ad prudentiam, non autem necessaria, nec præterita, nec præsentia. 2-2. q. 49. 6. c.

29. Actus prudentiæ est aliqua ordinate disponere ad finem 1.ᵖ q. 22. 1. c. et 2-2. q 49. 6. o. et 7. c.

30. Prudentia carnis est peccatum, quia ponit finem in bonis carnis; et est mortale, si sit ibi ultimus finis, aliter est veniale. 2-2. q. 55. 1. 2. o.

31. Quædam vitia manifeste contrariantur prudentiæ, ex defectu ejus, vel eorum quæ ad eam requiruntur, ut imprudentia, præcipitatio, seu temeritas, inconsideratio et inconstantia; aliqua vero secundum falsam similitudinem, et abusum requisitorum ad prudentiam, ut astutia, prudentia carnis, dolus, fraus, sollicitudo temporalium, futurorum 2-2. q. 21. 3. c. et q. 53. princip. et 1. c. et q 55 princip. et 3 8. c.

32. Peccatum habens similitudinem prudentiæ est contra prudentiam dupliciter, scilicet ordinando studium rationis ad finem non vere bonum, sed apparentem, ut prudentia carnis; vel utendo non veris viis, sed simulatis, ut astutia. 2-2. q. 58. 3 c.

33. Actus prudentiæ miscetur actibus omnium aliarum virtutum, quia ex ea rectitudinem electionis participant; ideo ab ea dependent. 2-2. q. 47. 5 ad 2. et q. 53. 2. c. et q. 55. 2 ad 3.

34. Opus prudentis est esse bene consiliativum. 2-2. q. 49. 5 c.

35. Actus rationis practicæ et prudentiæ triplex, scilicet consiliari, judicare, et præcipere, qui est principalis actus prudentiæ. 1.ᵖ q. 22. 1 ad 1 et ad 3. et q. 23. 4. c. et 1-2. q. 57. 6. c. et q. 58. 5 ad 3. et q. 61. 3. c. et q. 65. 1. c. et 2-2. q. 47. 8. o. et 9. c. ad 1. et 10. 16 c. et 12 ad 3. et 13. c. et q. 48. c. et q. 51. 2. o. et q. 53. 2. c. ad 1.

36. Per prudentiam aliquis præcipit aliis et sibi. 2-2. q. 47. 12 ad 3. et q. 49. 3 ad 3. et q. 50. 2 ad 3.

37. Consiliari non est immediatus actus prudentiæ, sed mediante eubulia. 1.ª q. 22. 1 ad 1. et 1-2. q. 57. 6 ad 1. et 2-2. q. 51. 2. o.

38 Laus prudentiæ consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus. 2 2 q. 47. 1 ad 3. et 3. 4 c et 16. c. ad 3.

39. Prudentia corrumpi potest per passiones, non autem per oblivionem, licet per eam impediri possit. 1-2 q. 53 1. c. et 2-2. q. 47. 16. o.

40 Prudentia triplex, scilicet falsa, imperfecta, et perfecta; prima est ad malum, secunda ad finem particularem, tertia ad verum et ultimum finem. 2-2. q. 47. 13. c. et q. 55. 1 2. o. et 3 ad 1. et q. 94. 1 ad 2.

41. Species prudentiæ tres, secundum tres fines, scilicet prudentia simpliciter dicta, quæ ordinatur ad bonum proprium, quæ a quibusdam dicitur monastica, quasi unius tantum gubernatio; alia autem est œconomica, quæ ordinatur ad bonum commune domus, vel familiæ; tertia Politica, quæ ordinatur ad bonum commune civitatis vel regni. 1-2. q. 67. 6 ad 4 et 2-2. q 47. 11. o. et q. 48. 1. c. ad 2. et q. 53. 2. c.

42. Species prudentiæ quinque, scilicet monastica, œconomica, politica, militaris, et regnativa. 2-2. q. 48. c. ad 2. et q. 50. o. et q. 53. 2. c.

43. Partes integrales ejus sunt octo, scilicet memoria, ratio, intellectus, docilitas, eustochia, id est, solertia, providentia, circumspectio, et cautio. 1-2. q. 56. 5 ad 3. et q. 57. 6 ad 4. et 2-2. q. 48. o. et q. 49. o. et q 53. 2. c.

44. Partes ejus potentiales sunt tres, scilicet Eubulia, synesis, et gnome. 3.ª q. 22. 1 ad 1 et 1-2. q. 57. 6. o. et 2-2. q. 49. c. fin. et q. 51. o. et q. 53. 2. c.

45. Providentia est completiva formalis et principalis pars prudentiæ, aliæ vero quasi materiales ad ipsam reducuntur. 1.ª q. 22. 1. c. et 2-2. q. 49. 6. o.

46. Physica, dialectica, rhetorica, et politica, sunt partes prudentiæ large dictæ et etiam propriæ, et continentur sub prudentia quoad usum et exercitium, non autem quoad objectum 2-2. q. 48. c.

47. Prudentia est principalis in virtutibus moralibus, et directiva omnium; charitas vero ut imperans, et conjungens fini 3.ª q. 85. 3 ad 1

48. Idem est medium prudentiæ ut regulantis et mensurantis, et virtutis moralis, ut regulatæ et mensuratæ, scilicet rectitudo rationis. 1-2. q. 64. 3. c.

49. In omnibus moralibus est eadem virtus dirigens, scilicet prudentia, quia eadem est ratio veri in eis, non autem eadem ratio boni. Ideo non est eadem virtus appetitiva. 1-2. q. 60. 1 ad 2.

50. Nulla virtus moralis potest esse sine prudentia. 1 2. q. 57. 5. o. et q. 58. 4 o. et q 65. 1. o et 2. c. et 4. c. ad 1. et q. 68 5. c. et q 73 1 ad 2. et 2-2. q. 47 4. c. et q. 51. 2. c. et q 141. 1 ad 2.

51. Prudentia ultra virtutes morales est maxime necessaria ad bene vivendum. 1-2. q. 57. 5. o. et 2-2 q. 51. 3 ad 3.

52 Prudentia non potest esse in aliqeo, sine virtutibus moralibus. 1.ª q. 22. 1 ad 3 et 1 2. q. 57. 4. c. et q. 58. 5. o. et q. 65. 1. 2. c. et q. 73. 1. c. ad 2.

53. Prudentia est nobilior cæteris virtutibus moralibus. 1 2. q. 61 2 ad 1. et q. 66. 1. c et 2. o. et 2-2. q. 23. 6. c. et q. 47. 6 ad 3 et q. 56. 1 ad 1. et q. 123. 12. o. et q. 141. 8. o

54. Prudentia est inventiva medii in virtutibus moralibus. 1-2. q. 66. 3 ad 3. et 2-2. q. 47. 7. o.

55. Sicut omnis virtus moralis, relata ad bonum commune, dicitur legalis justitia, sic prudentia relata ad bonum commune dicitur politica. 2 2. q. 47, 10 ad 1. et 11. c. ad 1. et q. 50. 2 ad 3. et q. 58. 6. c. ad 3.

56. Prudentia dirigit virtutes

præstituendo finem, et eligendo ea quæ sunt ad finem. 1-2 q. 66. 3 ad 3.

57. Inclinatio in finem rectum, est electio, et actus virtutum moralium. Sed discretio eorum quibus hoc bonum rationis consequi possumus in operationibus et passionibus, est actus prudentiæ 2-2. q. 47. 1 ad 2.

58. Experimentum prudentiæ non acquiritur ex sola memoria, sed ex exercitio recte præcipiendi. 2-2. q. 47. 16 ad 2

59 Ratio naturalis prætituit finem virtutibus moralibus, non autem prudentia, sed disponit de iis quæ sunt ad finem. 1.ª q. 22 1 ad 1. et 2-2. q. 47. 6. o. et 7. c.

60. Prudentia hominis non est omnino certa, propter variabilitatem singularium, sed est ut in pluribus. 2-2. q. 47. 3 ad 2. et 9 ad 2 et q. 49. 1. c. et 5 ad 2. et q. 51. 1 ad 2.

61. Cum per prudentiam aliquid recte agimus, ad finem alicujus virtutis moralis, ille actus est principaliter illius virtutis 2-2. q. 33. 1 ad 2.

62. Quælibet virtus moralis participat actus prudentiæ, quia formaliter complet in eis rationem virtutis. 1-2. q. 58. 2. o.

63 Prudentia præsupponit virtutes morales, per quas appetitus se habet ad bonum 1.ª q. 22. 1 ad 3.

64. Prudentia ponitur in deffinitione virtutum moralium, quia dependent ab ea. 2-2. q. 23. 4 ad 1. et q 37 q. 5 ad 1. et q 50. 1 ad 1.

65. Omnia quæ sunt virtutum moralium, pertinent ad prudentiam, sicut ad dirigentem 2-2. q. 50. 1 ad 1.

66. Electio potest attribui prudentiæ consequenter, inquantum eam dirigit per consilium, quod magis proprie pertinet ad prudentiam. 2-2. q. 47. 1 ad 2. et 2. c.

67. Prudentia adjuvat omnes virtutes, et in omnibus operatur. 2 2. q. 47. 5 ad 2. et 6 ad 3. et q. 119. 3 ad 3.

68. Prudentia et synesis præferuntur eubuliæ. 1-2. q. 68. 7. c. et 2-2. q. 51. 2. c. ad 2.

69. Majoris prudentiæ est, pecunias utiliter expendere, quam eas utiliter conservare vel custodire, quia plura sunt attendenda circa usum pecuniæ, quæ assimilatur motui quam circa conservationem quæ assimilatur quieti. 2-2. q. 117. 4 ad 1

70. Prudentia non est in nobis a natura, nisi quoad principia ejus, quæ sunt nobis magis connaturalia, quam prima principia speculationis; 2-2. q. 47. 15. o. et q. 49. 1 ad 2. et 2. ad 1. et 3 ad 2.

71. Ratio prudentiæ procedit a duplici intellectu, scilicet primorum principiorum universalium, et alicujus singularis, scilicet finis particularis. 2-2. q. 49 2 ad 1 et ad 3.

72. In iis quæ pertinent ad prudentiam, homo maxime indiget erudiri præcipue a senibus prudentibus. 2-2. q. 49. 3. c.

73. Prudentia infusa restituitur per pœnitentiam, non autem prudentia acquisita, sed tollitur actus contrarius, in quo proprie consistit peccatum imprudentiæ 2-2. q 53. 1 ad 3.

PSALMUS. In psalmis omnia opera Dei, omnes historiæ veteris Testamenti, et omnia quæ ad fidem incarnationis Christe pertinent, sic lucide tanguntur, sicut in Evangelio. 3.ª q 83. 4. c. principio.

1. PUDICITIA dicitur a pudore. Et est præcipue circa signa venereorum. Castitas vero circa venerea. 2-2. q. 143. c. et q. 151. 4. o.

2 Pudicitia ordinatur ad castitatem, non quasi virtus ab ea distincta, sed sicut exprimens circumstantiam ejus, tamen aliquando unum pro alio ponitur. 2-2 q. 151. 4. c.

1. PUERI impediuntur in usu membrorum et rationis, propter nimian humiditatem cerebri. Unde pueri de novo loqui incipientes appellant omnes viros patres, et fœminas matres: posterius autem determinant unum-

quodque, secundum Philosophum. 1.ª q. 99. 1. o. et q. 101. 2 o.

2. Probabile est quod ante circumcisionem parentes fideles pro parvulis suis in periculis constitutis, aliquas preces Deo funderent, vel benedictionem eis darent, sicut etiam adulti pro se. 3.ª q. 70. 4 ad 2.

3. Pueri non habuissent sufficientem virtutem in statu innocentiæ, ad omnem motum. 1.ª q. 99. 1. o.

4. Et habuissent infirmitatem, quoad perfectum usum membrorum, non autem pœnalem. 1.ª q. 99. 1 ad 1.

5. Nec habuissent scientiam, sed sine difficultate acquisivissent, inveniendo, vel discendo ab aliis. 1.ª q. 101. 1. o.

6. Nec ignorantiam, sed simplicem nescientiam. 1.ª q 101. 1 ad 2.

7. Nec perfectum usum rationis, seu usum liberi arbitrii habuissent, sed tamen perfectiorem quam nunc. 1.ª q 101. 2. o.

8. Habuissent tamen prudentiam, et principia universalia juris naturalis, et alia principia universalia, multo magis quam nunc. 1.ª q. 101. 1 ad 3.

9. Et habuissent defectus consequentes naturam humanam ex principio originis, non autem ex parte termini. 1.ª q. 99 1 ad 3.

10. Tunc omnes postea generassent et non tantum primi parentes. 1.ª q. 99. 1 ad 3.

11. Tunc natæ fuissent fœminæ, et non soli masculi. 1.ª q. 99. 2 o.

1. Pulchritudo requirit tria, scilicet integritatem, proportionem debitam, et claritatem. 1.ª q. 39. 8. c. et 2-2. q. 145. 2. c. et q. 180. 2 ad 3.

2. Pulchrum habet rationem causæ formalis, bonum autem rationem causæ finalis. 1.ª q. 5. 4 ad 1.

3. Pulchrum est cujus apprehensio placet; bonum vero quod placet. Ideo sunt idem re, et differunt ratione. 1.ª q. 5. 4 ad 1. et 1-2 q. 27. 1 ad 3. et 2-2 q. 145. 2 ad 1.

4. Pulchrum præcipue pertinet ad visum et auditum, quia sunt maxime cognoscitivi, non autem ad alios sensus 1-2. q. 27 1 ad 3.

5. Sensus delectantur in pulchris, quia sunt eis similes, scilicet in proportione debita. 1.ª q. 5. 4 ad 1.

6. Pulchritudo et decor virtutis hominis ex ratione est. 2-2. q. 116. 2 ad 2 et q. 141. 2. 4. c. et q. 145. 2. c. et q. 180. 2 ad 3.

7. Pulchritudo est in vita contemplativa per se, et essentialiter; in virtutibus vero moralibus, participative. 2-2. q 180. 2 ad 3.

Punctus non ponitur in deffinitione lineæ in communi, sed tantum finite et recte. 1.ª q. 85 8 ad 2.

1. Punitio, inquantum pertinet ad justitiam publicam, est actus justitiæ commutativæ, vindicativæ vero inquantum pertinet ad immunitatem personæ singularis. 2-2 q. 80 ad 1. et q. 108. 2 ad 1.

2 Deus punit malos, per bonos et malos angelos, bonos autem per malos tantum. 2-2. q 164. 1 ad 4.

1. Purgatio duplex, scilicet per gratiam a culpa, et per lumen doctrinæ a nescientia. 3.ª q. 27. 3 ad 3.

2. Figura et ratio litteralis omnis immunditiæ, et purgationis in lege veteri. 1-2. q. 102. 5 ad 4 et ad 5 et ad 6 et ad 7. et 6 ad 1. et q. 103. 2. o.

1. Pusillanimitas potest tripliciter considerari, scilicet secundum se, ex causa ejus, scilicet ignorantia, timore, pigritia, et ira; et effectu ejus, scilicet subtrahendo se: primo modo opponitur directe magnanimitati, secundo sollicitudini, tertio similiter. 2-2. q. 133. 2. o.

2. Pusillanimitas secundum defectum opponitur humilitati; inquantum applicat animum ad vilius quam decet, sed directius opponitur mag-

nanimitati, quia fugit magna. 2-2. q. 162. 1 ad 3.

3. Pusillanimitas est contraria magnanimitati secundum defectum, præsumptio autem secundum excessum Ideo utraque est peccatum. 2-2. q. 130. principio et q. 133. o et q. 162. 1 ad 3

4 Pusillanimitas est peccatum mortale, et quandoque veniale. 2-2 q. 133. 1 ad 2.

5. Pusillanimitas secundum speciem propriam est gravius peccatum præsumptione, quæ dicitur nequissima ratione suæ causæ, scilicet superbiæ. 2-2. q 133. 2 ad 4.

6. Pusillanimitas oritur ex superbia, quia nimis innititur sensui proprie. 2-2. q. 133. 1 ad 3.

7. Pusillanimus est qui recusat exequi operationem sibi proportionatam 2-2 q. 133. 1. c.

PUTREFACTIO cujuscumque corporis provenit ex infirmitate naturæ ejus, non potentis amplius corpus continere in unum. 3.ª q. 51. 3. c.

Q.

1 QUALITAS proprie importat modum, id est, determinationem substantiæ, vel secundum quod potentia materiæ determinatur ad esse substantiale, et sic est differentia substantiæ. Vel ad esse accidentale, et sic est differentia accidentali et prædicamentum qualitatis. 1-2. q. 49. 2. c.

2. Qualitas animæ vel corporis duplex, scilicet naturalis, et superveniens. 1.ª q. 83. 1 ad 5. et 1-2. q. 17. 7 ad 2. et q. 49. 2. c.

3. Distinctio et ordo specierum qualitatis. 1-2. q. 49. 2 c. et q 50. 1 ad 3.

4. In prima specie qualitatis, dicitur bene vel male, facile et difficile, quia est modus et determinatio subjecti secundum naturam, quæ est finis generationis. 1-2. q. 49 2. c. ad 1. et 3. ad 3. et q. 50. 1 ad 3. et 2 ad 3.

5. In secunda et tertia specie qualitatis, dicitur facile vel difficile fieri, cito transiens vel diuturnum, non autem bene vel male, quia motus et passiones non habent rationem finis. 1-2. q. 49. 2. c.

6. Secunda et tertia species qualitatis dicunt modum et determinationem subjecti, secundum actiones et passiones naturales, vel sensuales, 1-2. q. 49. 2. c. et q. 50. 2 ad 3.

7. In tertia specie qualitatis, est tantum passio et passibili qualitas. 3.ª q. 63. 2 ad 2.

8. Quarta species qualitatis est modus vel determinatio subjecti secundum quantitatem, quæ secundum sui rationem est sine motu, et sine ratione boni vel mali. Ideo in ea non est bene male, cito vel tarde transiens. 1-2. q. 49. 2. c.

1. QUANTITAS est prima post substantiam. 1-2. q 52. 1 c. co. 2. et 3.ª q. 77. 2. c.

2. Error antiquorum, scilicet quod quantitas est substantia. 1.ª q. 77. 2. c.

3. Quantitas et qualitas sunt prima accidentia consequentia substantiam. 3.ª q. 77. 2. c

4 Quantitas consequitur substantiam ex parte materiæ, et qualitas ex parte formæ. 3.ª q 90 2. c.

5. Quantitas debita alicui speciei non est determinata secundum aliquod indivisibile, sed habet aliquam latitudinem. 3.ª q. 33. 2 ad 2

6. Quantitas duplex, scilicet molis, et virtutis, quæ ex genere suo non est quantitas, sed qualitas, vel forma substantialis. 1.ª q. 42. 1 ad 1.

7. Quantitas virtutis duplex, scilicet secundum numerum objectorum, et secundum intensionem actus super idem objectum Prima est sicut continua, secunda vero sicut discreta. 2-2. q. 24. 4 ad 1.

8. Quantitas triplex; scilicet perfectionis, virtutis, et molis, prima con-

venit per se omni formæ, non autem secunda et tertia, sed per accidens. 1.ª q 42 1 ad 1.

9. Quantitas virtualis attenditur primo quidem in radice, id est, in ipsa perfectione formæ vel naturæ; secundo attenditur in effectibus formæ, id est, secundum esse, et secundum operationem. 1.ª q. 42 1 ad 1 et ad 2.

10. Quantitas corporalis habet aliquid inquantum quantitas, scilicet distinguibilitatem secundum situm, vel secundum numerum; et aliquid inquantum forma actu, scilicet distinguibilitatem secundum subjectum tantum. 2-2. q 24. 5 ad 1.

11. Cuilibet quantitati mathematicæ potest fieri additio, non autem quantitati naturali 3. q. 7 12 ad 1.

12. Quantitas dimensiva non est in Deo, sed tantum quantitas virtualis. 1.ª q 28. 4. c. et q. 42. 1 ad 1.

QUARTA dies creationis. 1.ª q. 70. 2. c.

1. QUID duplex, scilicet quid nominis, et quid rei. 1.ª q. 2. 2 ad 2

2. Quid, quærit de natura, et aliquando de supposito. 1.ª q. 29 4 ad 2. et q. 31. 2 ad 4.

1. QUIES. De ratione quietis est, quod mobile similiter se habeat nunc et prius. 1.ª q. 53. 2. 3. c.

2. Quies est prior motu via intentionis, et posterior via executionis, quia est finis ejus. 1-2. q 25 1. c.

3. Quies dicitur dupliciter, scilicet cessatio operis, et complementum desiderii. 1.ª q. 73. 2 3. c.

1. QUIESCERE in toto tempore aliquo, est esse in eo in quolibet instanti illius temporis, etiam in ultimo. 1.ª q. 53. 3 c.

2. Spiritus sanctus manet, seu quiescit in Filio tripliciter, scilicet secundum vim spirativam, secundum humanitatem, et secundum amorem. 1.ª q. 36. 2 ad 4.

1. QUI *est*, est proprium nomen Dei, et primum. 1.ª q. 13. 11. o.

2. Hoc nomen, *qui est*, magis proprium nomen Dei est quam Deus, ex parte ejus a quo nomen imponitur, et quantum ad modum significandi, sed quoad id ad quod nomen imponitur, est e converso. 1.ª q. 13. 11. c. ad 1.

3. *Qui est*, appropriatur Filio Dei, ratione tantum adjuncti, scilicet ratione liberationis figuratæ. Et est personale secundum relationem determinatam, essentiale vero secundum relationem indeterminatam. 1.ª q. 39. 8. fin.

QUINTA dies creationis. 1.ª q. 70. 1. c. et q. 71. o.

QUO *est, et quod est*, in solo Deo non differunt. 1.ª q. 29. 4 ad 1. et 3.ª q. 3. 2 ad 3. et 3 ad 1. et q. 17. 1. c.

R.

RACHA est interjectio irascentis. 2-2. q. 158 5 ad 3.

RADIX Aliqua dicuntur ad similitudinem radicis arboris, quæ ex feris trahit alimentum, vel quæ alimentum præstat toti arbori. 1-2. q. 84. 1. c.

RANCOR est indignatio, contra omnes, et maxime prælatos detinentes hominem invitum in spiritualibus bonis, quæ ipsum contristant, et etiam contra omnes ad spiritualia bona inducentes. 2-2. q. 35 4 ad 2.

RAPACITAS continetur sub violentia, cum sit species ejus. Quæ violentia est filia avaritiæ. 2-2. q. 118. 8. c. ad 3.

RAPINA per se est peccatum, quia est auferre per vim rem alienam injuste. 2-2. q. 66. 8. o.

1. RAPTUS, ut est species luxuriæ., est quando puella de domo patris

violenter abducitur, ut corrupta matrimonio habeatur; sive ei, sive parentibus violentia inferatur. 2-2. q. 154. 1. c. et 7. o.

2. Raptus quandoque est cum stupro, et quandoque sine eo, ut in raptu viduæ, vel nuptæ, vel corruptæ. Et quandoque stuprum est sine raptu si defloretur virgo sine vi. 2-2. q. 154. 7. o.

3. Raptus plerumque concurrit cum stupro. Ideoque quandoque ponitur unum pro alio. 2-2. q. 154. 7 ad 1

4. Rapta potest duci in matrimonium, si ipsa vel parentes consentiant. 2-2. q. 154. 7 ad 3

5. Raptus monialium gravius secundum leges punitur, scilicet capitali pœna. 2-2. q 154. 10 ad 2.

6. Raptus mentis, proprie est elevatio mentis ad supernaturalia a Deo, cum abstractione a sensibus. 2-2. q. 175. 1. o

7. Extasis dicit simpliciter excessum mentis, sed raptus addit violentiam. 2-2. q. 75. 2 ad 1.

8. Raptus, ratione causæ, potest pertinere ad vim appetitivam, non autem ratione termini, sed tantum ad vim cognitivam 2-2 q. 175 2. o.

9. Homo fit extra se, secundum appetitum dupliciter, scilicet elevando se per intellectum ad divina, prætermissis sensibilibus, sicut Paulus; vel e converso, scilicet infra se, seipsum præcipitando: sicut ille qui porcos pavit, sub semetipso cecidit. Et neutro modo est proprie raptus. Sed minus primo modo quia est sine violentia, licet uterque excessus, possit esse causa raptus in vi cognitiva. 1-2. q. 28 3. c. et 2-2. q. 175. 2 ad 2.

10. Raptus mentis ad divina triplex, scilicet per similitudines imaginarias, per effectus intelligibiles, et per essentiam Dei. Primus convenit Petro, et Joanni evangelistæ. Secundus Adæ et David. Tertius vero Paulo et Moysi. 2-2 q. 175. 3 ad 1.

11. Paulus nescivit, an ejus anima in raptu fuerit separata a corpore, licet probabilius sit quod non fuerit separata. 2-2 q. 175. 3 ad 4. et 6. o.

12. Paulus in raptu fuit beatus secundum actum, non autem secundum habitum. Sed fidem habuit e converso. Ideo erat tunc viator. 2-2. q. 24. 8 ad 1. et q. 175. 3 ad 3 et 5 ad 1. et 6 ad 3. et q. 180. 3 c.

13. Paulus post raptum memor fuit eorum quæ viderat in divina essentia, per species relictas ex eo. 1.ª q. 12. 9 ad 2. et 2-2. q. 175. 4 ad 3.

1. Ratio sumitur dupliciter, scilicet stricte et proprie, secundum quod nomen rationis sumitur ab inquisitione et discursu, vel secundum quod ratio dicit quamdam obumbrationem intellectualis naturæ, ut dicit Isaac, quod ratio oritur in umbra intelligentiæ; et sic *rationale* est differentia animalis, et Deo non convenit nec angelis. Alio modo sumitur *ratio* communiter sine metaphorice, scilicet pro qualibet cognitione virtutis non impressæ in materia, et sic *rationale* communiter convenit Deo et angelis, et hominibus. 1.ª q. 29. 3 ad 4. et q. 51. 1 ad 2 et q. 62. 8 ad 2 et 2-2. q. 49. 5 ad 3.

2. Ratio rei dicitur tripliciter, scilicet quæ non habet fundamentum in re, neque proximum, neque remotum; sicut ratio chimeræ, et alia fictitia, et ratio rei ratiocinantis, qua cognita sunt in cognoscente secundum modum cognoscentis, et ratio rei rationalibus. 1.ª q. 16. 3 ad 2. et 2-2. q. 1-2. c. principio. et 6 ad 2.

3. Ratio dicitur dupliciter, scilicet per essentiam, et per participationem. 3.ª q 18. 2. c ad 1.

4. Ratio dupliciter inducitur, ad aliquid probandum, scilicet vel sufficienter, sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum quod motus cœli semper sit uniformis velocitatis, vel quæ non sufficienter probet aliquam radicem, sed quæ radici jam positæ, ostendat con-

gruere consequentes effectus: sicut in astrologia ponitur ratio excentricorum et epicyclorum. 1. ᵖ q. 32. 1 ad 2.

5. Ratio hominis est perfecta dupliciter, scilicet perfectione naturali, id est, lumine rationis, et perfectione supernaturali, id est, virtutibus theologicis: quarum prima perfectius habetur, sed secunda est major. 1-2 q. 68. 2 c.

6. Ratio bene ordinatur per actus omnium virtutum dupliciter, scilicet vel in se, per virtutes intellectuales, vel circa interiores passiones seu exteriores operationes, per virtutes morales. 1-2. q. 100. 2. c

7. Aliquid præfuit in rationibus causalibus dupliciter, scilicet ut fiendum a Deo tantum, ut corpus hominis, vel a creatura. 1. ᵖ q. 71. 1 ad 1. et q. 91. 2 ad 4. et q 92. 4 ad 3.

8. Rationes seminales primo sunt in Verbo Dei, secundum rationes ideales; secundo in elementis mundi, ut in causis universalibus; tertio in causis particularibus; quarto in seminibus. 1. ᵖ q 115. 2. c.

9. Semper remoto aliquo de ratione alicujus, removetur illud. 1 2. q. 67. 5. o. et 2-2. q. 18. 1. c. et 3. ᵖ q. 86. 4 ad 1.

10. Virtutes naturales inquantum sunt originatæ a rationibus idealibus possunt dici rationes; non autem inquantum sunt in materia corporali. 1. ᵖ q. 115. 2 ad 1.

11. Rationes ideales possunt dici causales, et non seminales; seminales autem possunt dici causales 1. ᵖ q 115. 2 ad 4.

12. Rationes seminales sunt virtutes rerum, activæ et passivæ. 1. ᵖ q. 115. 2. o.

13. Ratio et intellectus sunt realiter eadem potentia. 1. ᵖ q, 79. 8. o. et q. 83. 4. c. ad 2. et 2-2. q. 49. 5 ad 3. et q. 83. 10 ad 2. et 3. ᵖ q. 18. 3 ad 2.

14. Ratio et sensus differunt objecto, sed ratio et intellectus differunt in solo modo cognoscendi Ideo ratio pertingit ad perfectionem intellectus, non autem sensus ad perfectionem rationis. 1. ᵖ q. 59. 1 ad 1. et q. 79. 8 ad 3. et 1-2. q. 5. 1 ad 1

15. Certitudo rationis est ex intellectu, sed necessitas rationis est ex defectu intellectus. 2-2. q 49. 5 ad 2.

16. Ratio practica est causativa et apprehensiva rerum, speculativa vero est tantum apprehensiva 2-2. q. 83. 1. c

17. Nihil firmiter constat secundum rationem speculativam, nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia, nec secundum rationem practicam, nisi per ordinationem ad ultimum finem, qui est bonum commune. 1-2. q. 90. 3 ad 3.

18. Ratio practica est circa operabilia singularia et contingentia, non autem circa necessaria sicut ratio speculativa. 1-2. q. 91. 3 ad 3.

19. Ratio superior et inferior sunt realiter eadem potentia, quæ respectu æternorum dicitur superior, sed respectu temporalium dicitur inferior. 1. ᵖ q. 79. 9. o. et 1-2. q. 74. 7. c.

20. Ratio superior et inferior non differunt secundum diversa objecta, sicut practicum et speculativum, sed per diversa media. 1. ᵖ q. 79. 9. c.

21. Ratio superior dupliciter inhæret æternis, scilicet considerando ea secundum se, et ut regulas agendorum consulendo. Ideo est speculativa et practica 1 ᵖ q 79. 9. c et 1-2. q. 74 9. c. et 2-2. q. 45. 3. c.

22. In ratione sunt duo, scilicet actus, ut intelligere et ratiocinari, et aliquid constitutum per actum ejus triplex, scilicet primo deffinitio secundo enunciatio, tertio syllogismus vel argumentatio. 1-2. q. 90. 1 ad 2.

23. Applicatio ad opus est finis rationis practicæ. 2-2. q. 47. 1 ad 3. et 3. c.

24. Ratio est primum principium omnium actuum humanorum, et omnia alia principia eorum obediunt rationi, sed diversimode. 1-2. q. 58. 2 c et

q. 90. 2. c. et 100. 1. c. et q. 102. 1 ad 3.

25. Quilibet actus rationis se extendit ad quamlibet materiam moralem. 2-2. q. 54. 1. c

26. Ratio habet vim movendi a voluntate, quia ex hoc quod aliquis vult finem, ratio imperat de iis quæ sunt ad finem. 1-2 q. 17. 1. c. et q. 90. 1 ad 3.

27. Omnis inquisitio rationis procedit a simplici intuitu principiorum per intellectum, et terminatur ad ipsum per resolutionem. 1 ᵖ q. 79. 8. c. et 1-2. c. et 1-2. q. 91. 2 ad 2. et q. 100. 1. c. et 2-2. q. 8. 1 ad 2. et q. 154. 11. c.

28. Idem potest esse ratio diversorum excedens, ut divina essentia, non autem adæquata. 1. ᵖ q. 14. 6 ad 3. et q 55. 3 ad 3.

29. Ratio est nobilior virtute morali acquisita. 1-2. q. 51. 2 ad 3. et q. 63. 2 ad 3.

1. Rationale dicitur dupliciter: primo quidem sumitur stricte et proprie, secundum quod ratio dicit quamdam obumbrationem intellectualis naturæ, ex eo quod non statim veritatem agnoscit, sed inquirendo per discursum invenit, et ita rationale est differentia animalis, quo modo nec Deo competit, nec angelis. Quandoque autem sumitur communiter pro qualibet cognitione virtutis non impressæ in materia, et sic communiter convenit Deo, angelis, et hominibus. Illa enim substantia, intellectualis dicitur proprie, cujus tota cognitio secundum intellectum est; cognoscit enim subito quæ sibi offeruntur sine discursu Anima vero cum discursu: et ideo non proprie intellectualis, sed rationalis dicitur. 1. ᵖ q 51. 1 ad 2. et 2-2. q 83 10 ad 2.

2 Rationale convenit Deo et angelis supereminenter 1. ᵖ q. 29. 3 ad 4. et 2-2 q 83. 10 ad 2.

3. Rationale dicitur dupliciter, scilicet per essentiam, et per participationem. 1. ᵖ q. 18. 2 ad 2. et 3. o. et 4. 5. c. et 1-2. q. 50. 4. c.

4. Rationale et sensibile, ut sunt differentiæ, sumuntur ab anima rationali, et ab anima sensitiva, non autem a potentia rationis, et potentia sensus, licet per has nascantur. 1. ᵖ q. 76. 3 ad 4. et q. 77. 1 ad 7. et 3. c. et 1-2. q. 110. 4 ad 4.

1. Reatus pœnæ est effectus peccati per accidens tantum, et dispositive. 1-2. q. 87. 1. o.

2. Non omnium peccatorum est idem reatus 3 ᵖ q. 88. 1. c.

3. Reatus manet post actum peccati. 1-2. q. 87. 6. o.

Rebellis et contumax semper occidebatur in veteri lege. 1-2. q. 105. 2 ad 9.

1. Recipere, pati, et hujusmodi, dicuntur æquivoce de intellectu et de materia prima. 1. ᵖ q. 50. 2 ad 2.

2 Non omne receptivum oportet esse denudatum ab omni natura determinata, sed tantum a natura recepti. 1. ᵖ q. 75 2. c.

Rectitudo duplex, scilicet circa exteriora, et quæ dicit debitum ordinem ad finem, et ad legem Dei. Prima est justitiæ, secunda vero est omnis virtutis. 1-2 q. 55. 4 ad 4.

1. Redemptio Ad redemptionem requiruntur duo, scilicet solutio, et pretium. Et utrumque immediate convenit soli Christo, sed principaliter toti Trininati. 3. ᵖ q. 48. 5. o.

2. Christus est redemptor noster dupliciter, scilicet liberando a diabolo, et reconciliando nos Deo. 3. ᵖ q. 48. 6 ad 3.

Redundantia fit in corpus, ex iis quæ sunt in anima, nisi in Christo patiente, in quo illa naturalis habitudo quæ est animæ ad corpus, subjacebat voluntati divinitatis ipsius, ex

qua factum est quod beatitudo remaneret in anima, et non derivaret ad corpus, sed caro pateretur quæ conveniunt naturæ passibili. 1-2. q. 3. 3. c ad 3. et q. 4. 6. c. et q. 75. 4 ad 1 et ad 2. et 2-2. q. 175. 4 ad 1 et ad 2. et 3.ᵖ q. 14 1 ad 2. et q. 15. 5 ad 3. et 6. c. et 9 ad 3. et q. 19. 3 ad 3. et q. 28. 2 ad 3. et q. 45. 2 c. ad 1. et q. 46. 2. c. ad 2. et 8. c. ad 2. et q. 49. 6 ad 3. et q 54. 2. c. et q. 79. 1 ad 3.

1. REDUPLICATUS terminus sumitur quandoque pro supposito, sed magis proprie pro natura, quia sumitur in vi prædicati. 3.ᵖ q. 16. 10. 11. 12. o.

2. Quod convenit alicui cum reduplicatione, non semper convenit ei simpliciter sine ea. 3.ᵖ q. 16. 10 ad 3.

REGERE et gubernare, est proprie rationis. 2-2 q. 47 12. c.

REGNUM Dei principaliter est in interioribus, consequenter in iis sine quibus illa non possunt esse, non autem in differentibus. 1-2. q. 108. 1 ad 1.

1. REGULA actuum humanorum duplex, scilicet humana ratio, et lex æterna, scilicet Deus. Sicut etiam est duplex regula voluntatis hominis, scilicet regula regulans, id est, voluntas divina, et regula regulata, id est, voluntas unius hominis, respectu voluntatis alterius. Nam voluntas unius hominis, secundum se considerata, non est regula voluntatis alterius, sed inquantum voluntas proximi est hærere voluntati Dei, quod fit per consequens regula secundum primam regulam. 1-2. q. 19. 4. o et q. 21. 1. c. et q. 63. 2 4. c. et q. 71. 6 c. et q. 74. 7. c. et q. 90. 1. c. et 2-2. q. 3. 6. c. et q. 8. 3 ad 3. et q. 17. 1. c. et q. 19. 7. c. et q. 23. 3. 6. c. et q. 37. 1 ad 1. et q. 45. 2. o. et q. 154. 2 ad 2.

2. Aliquid continetur in regula dupliciter, scilicet ut finis, id est, actus virtutum, et ut exercitium exterius, id est, tria vota, scilicet obedientiæ, paupertatis, et continentiæ, ad quæ omnia alia ordinantur. 2-2. q 186. 9. c.

3. Utraque religio, scilicet monachorum, et canonicorum regularium, ordinatur ad opera vitæ contemplativæ, inter quæ præcipua sunt ea quæ aguntur in divinis mysteriis, ad quæ ordinatur directe ordo canonicorum regularium, quibus per se competit quod sint clerici religiosi. Sed ad religionem monachorum non per se competit ut sint clerici religiosi, ut habetur in decretis. Et ideo quamvis ordo monachorum sit arctioris observantiæ, si monachi essent laici, liceret transire ab ordine monachorum ad ordinem canonicorum regularium; non autem e converso, ut habetur in decretis, ubi dicitur: Mandamus et universaliter interdicimus, ne quis canonicus regularis professus, nisi (quod absit) publice lapsus fuerit, monachus efficiatur Sed si monachi sint clerici, sacris mysteriis obsequentes, habent id quod est canonicorum regularium, cum majori arctitudine. Et ideo transire licitum erit de ordine canonicorum regularium, ad ordinem monachorum, petita tamen superioris licentia, ut dicitur in decretis. 2-2. q. 189. 8 ad 2.

1. RELATIO secundum esse ejus est aliquid, non autem secundum rationem ejus, sed est ad aliquid. Alia vero prædicamenta sunt aliquid utroque modo. 1.ᵖ q. 28. 1. 2. c.

2. Relatio realis est eorum quæ ad invicem habent ordinem et inclinationem. 1.ᵖ q. 28. 1. c.

3. Subjectum secundum rationem ejus nihil ponit in subjecto. 1.ᵖ q. 28. 1. 2. c.

4. Omnis relatio fundatur in qualitate, vel quantitate, vel actione, vel passione. 1.ᵖ q. 28. 4. c.

5. Relatio quæ est accidens, præ-

supponit distinctionem suppositorum, non autem relatio subsistens, scilicet divina, sed eam fert secum. 1. ᵖ q. 40. 2 ad 4.

6. Relatio duplex, scilicet realis, et rationis. 1. ᵖ q. 28. 1. c.

7. Relationes differentes specie non possunt terminare eamdem relationem in specie, contra Præpositivum. 1 ᵖ q. 32. 2 c

8. Aliquando ex parte unius extremi est tantum una relatio, et ex parte alterius sunt multæ. 3. ᵖ q. 35. 5 ad 3.

9. Relatio in patre differt specie a relatione in matre. 3. ᵖ q. 35. 5 ad 3.

10. Unitas et pluralitas specifica relationum sumitur ex causa, numeralis autem ex subjecto, nulla vero ex terminis. 3. ᵖ q. 35. 5. c.

11. Idem ad seipsum non refertur aliqua relatione reali. 1 ᵖ q. 42. 1 ad 4. et q. 45. 3 ad 2

12. Relatio realis requirit distinctionem suppositorum, non autem relatio rationis. 1. ᵖ q 13. 7. c. et q. 42. 1 ad 4.

13. Relatio identitatis numeralis est relatio rationis tantum, generica vero et specifica est relatio realis. 1. ᵖ q 13. 7. c. et q. 28. 1 ad 2 et 4 ad 1. et q. 42. 1 ad 4.

14. Alia ratione refertur dominus ad servum, et servus ad dominum. 1. ᵖ q. 13. 8 ad 1. et 2-2. q. 81. 1 ad 3 et 3. ᵖ q. 20. 1 ad 2. et 2. c.

15. Relatio est ens reale, licet non omnis. 1. ᵖ q. 13 7. c. et q. 28. 1. c

16. Relatio realis requirit duo extrema realia. 1. ᵖ q 13. 7. c. et q. 28. 1 ad 2. et 4 ad 1.

17. Necesse est quod procedens et id a quo procedit, quando sunt ejusdem naturæ, sint in eodem ordine, et habeant relationes reales. 1. ᵖ q. 28. 1. c.

18. In iis tantum, in quibus est eadem ratio ordinis ex utroque termino, est mutua relatio realis, ut in omni relatione consequente quantitatem. 1. ᵖ q. 3. 7. c. et q. 28 1. c.

19. Quando unum relativorum dependet ex altero, et non e converso, relatio est realis, tantum in dependente. 1. ᵖ q 28. 1. c.

20. Relationes consequentes actionem et passionem sunt reales in utroque termino, ut motivum et mobile, pater et filius 1. ᵖ q. 13. 7. c.

21. Ralationes consequentes tantum operationem intellectus in rebus sunt relationes rationis tantum; sed quæ sunt inter verbum et intellectum, sunt relationes reales 1. ᵖ q. 13 7. c. et q. 28. 1 ad 4. et 4 ad 1.

22. Relatio scientiæ ad scibile est relatio realis, e converso autem, est relatio rationis tantum 1. ᵖ q. 6. 2 ad 1. et q. 13. 7. c et 3. ᵖ q 35. 5 ad 3.

23. In quibus differt intellectus et intellectum, volens et volitum, potest esse relatio realis scientiæ ad scibile, voluntatis ad rem volitam; non autem in Deo. 1. ᵖ q. 28. 4 ad 1.

24. In relatione sunt aliqua secundum rationem tantum, non autem in aliquo alio genere. 1. ᵖ q. 28. 1. c.

25. Omnis respectus ad non ens est relatio rationis tantum 1. ᵖ q. 13. 7. c

26. Relatio rationis non est inhærens. 1. ᵖ q. 28 1. c.

27 Relatio rationis contingit quadrupliciter, scilicet vel quando relatio non habet aliquid in rei natura, supra quod fundetur. Et inde est, quod quandoque contingit quod relatio est realiter in uno, et non in alio, quia in uno habet modum quemdam supra quem fundatur, quem non habet in alio; sicut est in omnibus illis relationibus, quibus Deus ad creaturam refertur, quæ quidem realiter sunt in creatura, et non in Deo. Vel quando relatio non habet aliquam realem diversitatem inter extrema, sicut relatio identitatis. Et ideo hæc nihil ponit secundum rem, sed solum secundum rationem, ut cum dicitur, *idem, eidem, idem*. Vel quando designatur relatio aliqua entis ad non ens, ut cum dicitur quod nos sumus priores iis qui futuri sunt. Vel quando poni-

tur relatio ipsius ralationis Ipsa enim relatio per seipsam refertur, et non per aliam relationem. Et hos ultimos duos modos ponit Avicenna, sed primi duo possunt extrahi etiam ex verbis Philosophi. 1. ℘ q. 13. 7. c.

28. Ratio relationis dependet ex termino, sicut et motus, sed esse ejus dependet ex subjecto. 3. ℘ q. 2. 7. 2.

29. Relatio innascitur aliquando ex motu utriusque termini, et aliquando ex motu alterius termini tantum. 3. ℘ q. 2 7. c.

30. Relatio realiter potest alicui de novo advenire sine mutatione ejus. 1. ℘ q. 13. 7. c. et 3. ℘ q. 16. 6 ad 2.

31. Omnis relatio incipiens ex tempore ex aliqua mutatione causatur. 3. ℘ q. 2. 8. c.

32. Actiones et passiones, inquantum implicans motum, sunt aliud a relationibus quæ ex eis consequuntur. 1. ℘ q. 41. 1 ad 2.

33. Relationes non recipiunt magis et minus. 1 2. q. 82. 4 c.

34. Relatio eadem numero est in omnibus, simul trahentibus idem. 3. ℘ q. 35. 5 ad 3.

35. Aliquando ex parte unius extremi est tantum una relatio, et ex parte alterius multæ. 3. ℘ q. 35. 5 ad 3.

36. Nulla relatio refertur ad se, nec ad aliam per aliam relationem, sed per seipsam. 1. ℘ q. 42. 1 ad 4. et q. 45. 3 ad 2.

37. In divinis sunt quædam relationes reales. 1. ℘ q. 28. 1. o.

38. In divinis sunt tantum quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio, et processio. 1. ℘ q. 28. 4. o. et q. 30. 1. c. et 2. c. ad 1.

39. Relatio in divinis non est totum universale, nec omnes simul sunt aliquid majus quam una tantum. 1. ℘ q. 42. 4 ad 3.

40. Relatio in divinis potest tripliciter considerari, scilicet ut relatio absolute, ut divinas constituens personas, tertio ut operatio. Primo modo sequitur operationem et processionem, secundum nostrum modum intelligendi; secundo e converso; tertio sunt simul. 1. ℘ q. 40 4. o.

41. Oriri vel procedere non convenit relationibus divinis. 1. ℘ q. 28. 3 ad 3.

42. Relatio et essentia in divinis sunt idem realiter, et differunt ratione. 1. ℘ q. 28. 2. o. et q. 29. 4. c. et q. 39. 1. c. et q. 40. 1. c. ad 1. et q. 41 5 ad 2. et q. 42. 6 ad 3.

43. Relatio in divinis, ut comparatur ad essentiam est similis relationi identitatis, non autem ut comparatur ad terminum. 1. ℘ q. 28. 1 ad 2.

44. Relationes sunt in essentia Dei, per identitatem tantum, sed in personis, ut in supposito. 1. ℘ q. 40. 1 ad 2.

45. Relationes in divinis sunt realiter ipsæ personæ, et in personis. 1. ℘ q. 30. 2 ad 1. et q. 32. 2. c. ad 2. et q. 40. 1. o. et 2. c. ad 1. et q. 41. 6. c. et q 42. 3 ad 2.

46. Relatio in divinis, ut origines, sunt idem re, et differunt ratione, quia origines significantur per modum actus, ut generatio, relationes vero ut forma. 1. ℘ q. 40. 2. c. et q. 41. 1 ad 2.

47. Sed non sunt realiter in Deo, nec extra Deum, nec ipse Deus. 1. ℘ q. 13. 7. c. fin. et ad 2 et ad 4. et q. 28. 1 ad 3 et 4 c.

48. Nec sunt reales, sed rationis tantum. 1. ℘ q. 6. 2 ad 1 et q. 13. 7. o. et q. 28. 1 ad 3. et q. 32. 2. c. fin. et q. 45. 3 ad 1. et 3. ℘ q. 55. 5. c.

49. Relationes Dei ad creaturas sunt etiam in Deo, secundum rationem et intellectum nostrum, et angelicum, et divinum. 1. ℘ q. 13. 7 ad 2 et ad 4.

50. Relationes Dei ad creaturas non multiplicantur in intellectu Dei, sicut in intellectu nostro. 1. ℘ q. 28. 4 ad 2.

51. Non derogat simplicitati divinæ, quod multæ relationes Dei ad creaturas prædicentur de Deo. 1. ℘ q. 32. 2. c. fin.

1. Relativum duplex, scilicet secundum esse, et secundum dici. 1. p q. 13. 7 ad 1.

2. Diversitas relativorum triplex, scilicet realium in utroque termino, vel in altero tantum, vel in neutro. 1. p q. 13 7 c.

3. Relativum in divinis dicitur quadupliciter, scilicet quod refertur secundum nomen suum, causans vel consequens relationem, implicans eam, et quod ponitur pro ea. 1. p q. 13. 7 ad 1.

4. Relativa non sunt simul natura, nisi æqualiter mutuo referantur. 1. p q. 13. 7 ad 6.

5. Relativa non sunt simul natura, propter ordinem rerum, sed tantum per hoc quod unum est de intellectu alterius, et e converso 1 p q. 13. 7 ad 6.

1. Religio importat ordinem ad Deum, ad quem ordinat hominem. 2-2. q. 81 o. et q. 94. 1 ad 1.

2. Religio dicitur a frequenti electione divini cultus. Vel dicitur ab iterata electione Dei negligenter amissi. Vel dicitur a religando. 2-2. q. 81. 1. c.

3. Religio est virtus reddens debitum honorem Deo. 1-2. q. 60. 3 c. et 2-2. q. 80 c. et q. 81. 2. o. et 5. c. et q 82. 2. c. et q. 83. 3. c. et q. 84. 1. c. et q. 89. 4 ad 1. et q. 97. 3. c. et q. 98. 2. c. et q. 102. 1. c et 103. 3. c. et q. 122. 3. 4. c. et q. 186. 1. c.

4. Religio est alia virtus a pietate. 2-2. q. 101. 3 ad 2. et q 102. 1 ad 1.

5. Religio est una virtus, quia exhibet reverentiam Deo sub una ratione, scilicet ut Deus est primum principium creationis et gubernationis rerum. 2-2. q. 81. 3. o. et 4 ad 1 et ad 2.

6. Religio cæteris virtutibus imperat. 2-2. q 81. 1 ad 1 et 4 ad 1. et 8 ad 1. et q. 88. 5. c. et q. 186 1. c. ad 2.

7. Religio præfertur aliis virtutibus moralibus. 2-2. q. 81. 6. o. et q. 88. 6. c. et q. 183. 2. c.

8. Sicut religio est quædam protestatio fidei, spei, et charitatis, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum, sic pietas est quædam protestatio charitatis ad parentes et patriam. 2-2. q. 101. 3 ad 1.

9. Sicut religio per excellentiam dicitur pietas, sic latria dicitur dulia, inquantum Deus est excellenter pater et dominus. 2-2. q. 103. 3 ad 1 et q. 106. 1 ad 1.

10. Omnia illa per quæ Deo reverentia exhibetur, pertinent ad religionem 2-2. q. 83. 3. c.

11. Religiosi non subjiciunt se homini propter hominem, sed propter Deum. 2-2. q 81. 1 ad 5.

12. In religione considerantur duo, scilicet cultus Dei, et Deus. Primum est materia et objectum ejus, secundum vero est finis ejus. 2-2. q. 81. 5. o.

13. Religio est in voluntate. Ideo ordinat actus aliarum potentiarum, ad Dei reverentiam. 2-2. q. 83. 3 ad 1. et q. 88. 5. c.

14. Omnes actus ejus pertinent ad cultum Dei vel servitutem ejus. Primum respicit excellentiam Dei; secundum vero, subjectionem hominis 2-2. q. 81. 3 ad 2.

15. Religio habet duplices actus, scilicet elicitos, ut sacrificare, adorare, et hujusmodi; et imperatos, scilicet actus aliarum virtutum. 2-2. q. 81. 1 ad 1. et q 85. 3. o. et q. 186. 1 ad 2. et q. 188 2. c.

16. Religio habet duplices actus, scilicet interiores, ut principales et per se, et exteriores, ut secundarios, et propter interiores. 2-2. q. 81. 7. o. et q. 82. princ. et q. 84. 2. o. et q. 85. 2. c.

17. Religio nominat statum perfectionis. 2-2. q. 186. 1. o.

18. Status religionis ordinatur ad perfectionem charitatis, sicut ad finem. 2-2. q. 186. 7 ad 1. et 2. c. et q. 187. 2 c. et q. 188. 2. 7. c.

19. Religio est status pœnitentiæ, exercitium et schola perfectionis. 2-2.

q. 186. 1 ad 4. et 2. c. et 3. c. ad 5. et 5. c. et q 187. 6. c. et q. 188. 1 c. et q. 189. 1 c. ad 3.

20 Status religionis est spiritualis militia proficientibus, et exercitium tyrocinii incipientibus. Nam ordines sacri præexigunt sanctitatem, sed status religionis est exercitium quoddam, ad sanctitatem assequendam. Unde pondus ordinum imponendum est parietibus, jam per sanctitatem desiccatis: sed pondus religionis desiccat parietes homines ab humore vitiorum. 2-2. q. 189. 1 ad 3.

21. Status religionis præfertur eleemosynis, et virginitati sæcularium, quia viventes in monasteriis ad hoc quod inhæreant Deo postponunt propriam voluntatem, et omnia quæ possunt habere Sed virgines ad hoc postponunt venereas voluptates. Et ideo virginitas non simpliciter est maxima virtutum. 1-2. q. 98. 5 ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 152. 5. b. et c. et q. 186. 8. c.

22. Status religionis potest considerari tripliciter, scilicet ut exercitium tendendi ad perfectionem charitatis, ut quietans, et ut holocaustum. 2-2. q. 186. 7. 5.

23 Difficilius servantur præcepta Dei in sæculo quam in religione. 2-2. q. 189. 1. 5.

24. Omnis religio sumpsit originem a discipulis Christi 2-2. q. 188. 7. c fin.

25. Voluntaria paupertas requirit ut primum fundamentum ad perfectionem religionis. 2-2. q. 186. 3. o et 4. c. ad 1.

26. Habere aliquid proprium, repugnat perfectioni religionis, non autem habere aliquid in communi; sed aliqualiter impedit, si superabundet. 2-2. q. 188. 7. o

27. Ad perfectionem religionis requiritur perpetua continentia. 2-2. q 88. 11. c fin. et q. 186. 4 o.

28. Obedientia requiritur ad perfectionem religionis; quia cum religio sit disciplina et exercitium tendendi ad perfectionem, necessaria est directio alicujus quasi magistri, quem omnino sequatur proficiens, quod fit per obedientiam ad majores. 2-2. q. 186. 5. o.

29. Votum triplex requiritur ad perfectionem religionis, scilicet votum paupertatis, continentiæ, et obedientiæ. 1-2. q 108 4 c et 2-2 q. 186. 6. o.

30. Perfectio religionis integratur ex prædictis tribus votis. 2-2. q. 186. 7. o. et q. 188. 1 ad 2. et 2 ad 2.

31. Votum obedientiæ est præcipuum inter tria vota religionis. 2-2 q. 186 8 o. et q 188. 7 ad 1.

32. Interiores actus virtutum non cadunt sub voto religionis, sed religio ad eos ordinatur, vel ut ad finem. 2-2. q. 186. 7 ad 1.

33. Ad religionem requiritur subtractio impedientium hominem, ne totaliter feratur ad servitium Dei. 2-2. q. 186. 4 c

34. Omnes observantiæ religionem ordinantur ad tria principalia vota, ad quæ etiam pertinet habitus, ut signum obligationis Ideo simul datur, vel benedicitur cum professione. 2-2. q. 186 7 ad 2. et q. 188. 1 ad 2.

35. Per ingressum religionis homo totaliter se mancipat Dei obsequio. 2 2. q 189. 3. c ad 3.

36. In ingressu religionis recipitur tanta gratia, quanta recipitur in baptismo, et remittitur omnis pœna. Sed hoc non est quia talis ex se a satisfactione absolvatur, sed quia eo ipso quod suam voluntatem etiam in servitutem redigit propter Deum, plenarie jam pro omni peccato satisfecit, quam chariorem habet omnibus rebus mundi, de quibus tantum potest dare, quod eleemosynis omnia peccata sua redimeret, etiam quantum d pœnam. 2-2. q. 189. 3 ad 3.

37. Consilium vel magna deliberatio non requiritur ad ingressum religionis secundum se, nec quoad vires; sed quoad impedimenta, vel modos religionis per doctrinam majo-

rum, ab iis qui sperantur prodesse; ut de ingressu religionis frequenter contingit, ex ignito sermone prædicationis, vel ex virtuosa operatione, et excellenti vita doctoris. 2-2. q. 189 10 o.

38. Habens votum, vel juramentum minoris religionis, licite inducitur ad majorem, non autem e converso, nisi dispensetur. 2-2. q. 189. 9 ad 3.

39. Non licet inducere aliquem ad religionem per falsam doctrinam. 1-2. q. 189. 9. c.

40 Inducens alios ad religionem, non peccat, si fiat sine violentia, simonia et mendacio, sed magnum præmium meretur 2-2. q. 189. 9. o.

41. Licet dare, vel accipere aliquid, pro victu in monasterio, si non sit sufficiens, non autem pro ingressu religionis, quia simonia est. 2-2. q. 100. 3 ad 4.

42. Licet nutrire pauperes ad religionem, vel allicere munusculis, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterii. 2-2. q. 189. 9. c. et q 100. 3 ad 4.

43. Presbyteri, curati, archidiaconi, possunt sine licentia ingredi religionem. 2-2. q. 184. 6 8. c. ad 4. et q. 189. 7 o.

44. Non licet parentibus ingredi religionem, nisi proviso quod filii educari possint. 2-2. q. 189. 6. c.

45. Non licet filiis ingredi religionem, si parentes sine eis commode vivere non possint. 2-2. q. 189. 6 o. et q. 101. 4 ad 3 et ad 4.

46. Servus non potest recipi in religione, invito domino ejus 2-2. q 88. 8 ad 2 et ad 4. et q. 189. 5. c. et 6 ad 3.

47. Obligatus debitis prius debet solvere, quantum potest, et tunc potest ingredi religionem, licet non possit omnia solvere. 2-2 q. 189. 6 ad 3.

48. Puer ante pubertatem potest recipi in religione de consensu parentum; sed post, etiam eis invitis. 2-2. q 88. 8 ad 2. et 9. o. et q. 189. 5. o.

49. Non exercitati in præceptis Dei debent recipi ad religionem. 2-2. q. 189. 1. o.

50. Facilius convertuntur ad religionem peccatores quam præsumentes de sua innocentia. 1-2. q. 189. 1 ad 3.

51. Recepti simoniace scienter post concilium generale repelluntur a suo monasterio, sine spe restitutionis, et ad perpetuam pœnitentiam, in arctiori regula debent poni, vel in alio loco ejusdem ordinis, si arctior ordo non invenitur. Si vero ante, debent poni in alio ejusdem. Vel si non potest, sint in eodem, ne vagentur, sed in loco inferiori. Si autem ignoranter, postquam renunciaverunt, possunt de novo recipi, mutatis locis. 2-2. q. 100. 6 ad 5.

52. Obligare se voto, ad ingressum religionis, est laudabile secundum se 2-2. q. 88 9. o et q. 89 2 o

53. Vovens ingredi religionem tenetur intrare quam citius potest, nisi posuerit terminum 2-2. q 88. 3 ad 2. et q. 189. 3. o.

54 Vovens ingredi religionem, non tenetur ibi perpetuo manere, nisi hoc intenderit. 2-2 q. 189. 4. o.

55 Eadem ratio est de monachis, et de aliis religiosis, quoad communia omni religioni, non autem quoad propria monachorum. 2-2 q. 188. 2 ad 2.

56. Religiosi non tenentur habere perfectam charitatem, sed ad hoc tendere, et ad hoc operam dare 2-2 q. 186. 2. c. ad 1. et 9. c.

57. Nec ad ea quæ consequuntur perfectionem charitatis sed ad hæc tendere, non contemnendo. 2 2. q. 186. 2 c.

58. Nec ad omnia exercitia, per quæ venitur ad perfectionem, sed tantum ad taxata secundum regulam suam. 2-2. q. 186. 2. c.

59. Nec ad omnia consilia de particularibus melioribus, sed ad essentialia religioni. 2-2. q 186. 2 ad 3

60. Nec alia quam sæculares, nisi quæ ad eorum vota pertinent. 2-2. q. 110. 4 ad 5. et q. 187. 3. o.

61. Nec ad opera manualia, plus quam sæculares, nisi ad quæ tenentur ex statutis ordinis sui. 2-2. q. 187. 3. o.

62 Religiosus factus episcopus non absolvitur a tribus votis religionis, quia nihil debet habere proprium, sed est dispensator communium bonorum Ecclesiæ. Sed per accidens non tenetur obedire, si superiorem non habeat, sicut nec abbas. 2-2. q. 88. 11 ad 4. et q. 185. 8. o.

63. Professi religionem, mortui sunt mundo, et vivunt Deo. Unde non sunt revocandi ad vitam humanam occasione cujuscumque eventus. 2-2. q. 88. 11 ad 1.

64 Nec religiosos oportet exire claustrum, ad corrigendum delinquentes. 2-2. q. 33. 2 ad 4. fin.

65. Professus non debet exire religionem, ut parentibus subveniat, sed procuret eis sicut potest cum licentia. 2-2. q. 101 4 ad 4. et q. 189. 6 ad 1.

66 Transgressio regulæ, quoad tria vota principalia religionis, est peccatum mortale, non autem quoad alia, nisi propter præceptum vel contemptum In quibus tamen aliis ut est silentium, solitudo, abstinentiæ, et vigiliæ graves, possunt prælati in religione ipsi secum dispensare, sicut et cum aliis. 2-2. q. 88. 11 ad 1. et q. 185. 8. o. et q. 186. 9. o. et q. 188. 5. c.

67. Licet religiosis, ex commissione prædicare, et similia. 2-2 q. 187. 1. o. et 4 ad 2

68. Religiosis competit principaliter intendere studiis litterarum pertinentium ad doctrinam, quæ est secundum pietatem. Aliis autem doctrinis intendere non pertinet ad religiosos, quorum tota vita divinis obsequiis mancipatur, nisi inquantum ordinantur ad sacram doctrinam. 2-2. q. 188. 5 ad 3.

69. Licet eis advocare pro monasterio, pro pauperibus, et viduis. non autem propter aliquod mundanum. 2-2. q. 71. 2. o et q. 188. 3 ad 2.

70. Licet eis tractare negotia sæcularia, moderate, cum licentia, ex charitate, non autem ex cupiditate. 2-2. q. 18. 3 ad 2. et q. 187. 2. o et q. 188. 2 ad 2. et q. 189. 6 ad 1.

71. Licet eis vivere de eleemosynis, quasi debitis eis dupliciter, scilicet ratione necessitatis triplicis id est, infirmitatis, egestatis, et consuetudinis: et ratione operis quadruplicis, scilicet prædicationis, altaris, studii, et donationis omnium bonorum suorum monasterio. 2-2. q. 187. 4 o.

72. Licet eis mendicare pro humilitate, necessitate, vel utilitate, non autem ex cupiditate, sicut sæcularibus. 2-2 q. 187. 5. o.

73. Licet eis uti vilibus vestibus, ad comtemptum sæculi, ad pœnitentiam, et humilitatem. 2-2. q. 169. 1 ad 2. et q. 187. 6. o.

74. Religiosis militibus licet bellum facere, auctoritate principis, non autem auctoritate propria. 2-2. q. 188. 3 ad 4. et 4 ad 2.

75. Religiosi dicuntur dupliciter, scilicet communiter omnes qui per fidem colunt Deum, et specialiter, qui totam vitam suam dedicant cultui divino. 2-2. q. 81. 1 ad 5. et q. 188. 1 ad 1. et 2 ad 2.

76. Gradus religionis triplex, cui competit triplex gradus paupertatis, scilicet quia primum et summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum et prædicandum, quæ propinquissimæ sunt perfectioni episcoporum; secundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem, tertius est earum qnæ occupantur circa exteriores actiones. 2-2. q. 188. 6. c. et 7. o.

77. Religionum aliquæ ordinantur ad opera vitæ contemplativæ, aliquæ vero ad opera vitæ activæ. 2-2 q. 188. 2. o. et 3. 4. 5. c.

78. Religiones sunt diversæ, principaliter secundum fines, secundario secundum exercitia. 2-2. q. 188. 1. o. 6. c.

79. Quædam religio convenientis-

sime instituta est ad prædicationes, confessiones, et alia hujusmodi spiritualia. 2-2 q. 188. 4. o.

80. Et ad studium, quia illud illuminat, removet errores, prodest ad prædicandum, et hujusmodi, domat luxuriam et avaritiam, et valet ad obedientiam. 2-2. q. 188. 5. o.

81. Et aliqua ad militandum, non quidem propter aliquid mundanum, sed ad defensionem divini cultus, et proximi. 2-2. q. 188. 3. o. et 4 ad 2 et ad 5.

82. Summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum et prædicandum, secundum vero quæ ad contemplandum, tertium autem quæ ad opus extrinsecum. Et in singulis præeminent, quæ sunt ad altiorem actum in eodem genere, vel ad plura, vel quæ habent statuta convenientiora ad suum finem consequendum, non autem quæ est arctior. 2-2. q. 188. 6. o. et q. 189 8 ad 1.

83. Religio principaliter est melior, cujus finis est potior, id est, ad majus, vel ad plura; secundario autem, quæ melius proportionatam suo fini. 2-2. q. 188. 6. o. et q. 189 8. c.

84. Religio tanto perfectior est secundum paupertatem, quanto habet eam magis proportionatam suo fini. 2-2. q. 188. 7. c. ad 1.

85. Religio ordinata ad actiones corporales esset imperfecta, si careret divitiis in communi, non autem aliæ. 2-2 q. 188. 7. c. et q. 189. 8 ad 2.

86. Religio solitariorum est perfectior quam socialis, sed periculosissima est imperfectis. 2-2. q. 188. 8. o.

87. Transire de una religione in aliam, non est laudabile secundum se, quia facilius proficitur in prima, et relicti scandalizantur, nisi forte propter magnam utilitatem, vel necessitatem. Sed laudabiliter transitur tripliciter, scilicet zelo perfectioris religionis, vel quæ melius servatur, licet sit mitior, vel propter infirmitatem. In primo debet peti licentia, propter humilitatem, sed negari non potest: tamen si non constet, requiritur judicium superioris, sicut et in secundo, sed in tertio requiritur dispensatio. 2-2 q 189 8. o.

88. Nulla satisfactio æquipollet pœnitentiæ religiosorum. 2-2. q. 189. 3 ad 3.

89. Status sæcularium periculosior esse dicitur quam religionis status. 2-2 q. 189. 1 ad 5. fin.

90. Cum quis non possit Deo oblationem præstare ex re aliena, non potest vir seipsum Deo offerre sine consensu uxoris, cujus suum corpus consummatione matrimonii esse dicitur. Suppl. q. 61 1. o.

91. Sicut post carnalem copulam solvitur matrimonium per mortem carnalem, ita ante copulam carnalem, quod solum est vinculum spirituale, matrimonium dirimi potest, per ingressum in religionem, cum religio sit quædam mors spiritualis. Suppl. q 61. 2. c.

92. Potest mulier mortuo viro spiritualiter per ingressum religionis alteri nubere, sicut etiam idem ei licet, viro defuncto morte corporali. Suppl. q 61. 3. o.

RELIGIOSI crucifixi cum Christo dicuntur, qui quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt, secundum Bedam. 3.ª q. 46. 11. c.

RELIQUIÆ sanctorum, vel divina verba, licite portantur suspensa ad collum, si portentur ex fiducia Dei et sanctorum, quorum sunt reliquiæ. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud vanum, puta quod vas in quo sunt, esset triangulare, aut aliquid aliud hujusmodi, quod non pertineret ad reverentiam Dei et sanctorum, esset superstitiosum et illicitum 2-2. q. 96. 4 ad 3.

REMEDIUM duplex, contra malum, scilicet impediens futurum, et removens malum præsens. 1-2. q. 42. 6 ad 1.

Reminiscentia est inquisitio ejus, quod excidit a memoria, et prior ea est tantum in parte sensitiva, et tantum in homine 1.ª q 78. 4. c. fin. ad 5. et 1-2. q. 74. 3 ad 1.

Ex parte memorativæ, non solum habet homo memoriam, sicut cætera animalia, in subita recordatione præteritorum, sed etiam habet reminiscentiam, quasi syllogistice inquirendo præteritorum memoriam, secundum individuales intentiones. Et illam eminentiam habet cogitativa et memoria in homine, non per id quod est proprium sensitivæ partis, sed per aliquam affinitatem et propinquitatem ad rationem universalem, secundum quamdam refluentiam. Et ideo non sunt aliæ vires, sed eædem, perfectiores quam sint in aliis animalibus 1.ª q. 78. 4. c. fin. ad 5.

Remissio in puniendo opponitur directe crudelitati, non autem sævitiæ. Nec est vitium nisi sit contra justitiam. 2-2. q. 159. 2 ad 3.

Remuneratio. Bona facta sine gratia remunerantur in præsenti. 2-2. q. 83. 16 o. et q. 178. 2 ad 1. et 3.ª q. 82. 6. c. et 7 ad 3.

Remunerator Inquirentibus se, Deus remunerator est. 2-2 q. 2. 5. b. et 3.ª q. 56. 2 ad 3.

Reniti. Licet votum eorum, qui sunt alterius potestati subditi, non sit firmum, sine consensu eorum, quibus subjiciuntur, non tamen peccant vovendo, quia in eorum votis intelligitur debita conditio, scilicet si suis superioribus placuerit, vel si non renitantur. 2-2. q. 88. 8 ad 4. et 3.ª q. 28 4 o.

Reparatio. Reparari naturam humanam post lapsum fuit congruentissimum ex parte Dei; quia in hoc manifestatur misericordia, potentia, et sapientia ejus, et ex parte naturæ humanæ, et universi. 3.ª q. 1. 1. c.

1. Reprobatio Dei est pars providentiæ, respectu eorum qui exciderunt a beatitudine, sicut prædestinatio, respectu eorum qui divinitus ordinantur ad eam. 1.ª q. 23 3 c.

2. Reprobatio addit supra præscientiam, voluntatem permittendi peccare, et inferendi pœnam æternæ damnationis. 1.ª q. 23 3. c.

3. Reprobatio Dei non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Ideo dicit impossibilitatem conditionatam ad gratiam, non autem absolutam. 1.ª q. 23 3 ad 3.

4 Deus reprobat aliquos homines. 1.ª q 23. 3. o et 4. c.

1 Reptile est animal cujus corpus non multum elevatur a terra per instrumenta motus, sed repit vi costarum, ut serpens, vel vi annulorum, ut annulosa, vel vi oris, ut quidam vermis, vel vi penularum, ut pisces. 1.ª q. 72 ad 2.

2. Reptilium quædam sunt aquatica, et quædam terrestria: ideo commemorantur in Scriptura cum utroque elemento 1.ª q. 71. o. et q. 72 ad 1

1. Repudium. Cum conjugii fines sint ita a lege naturæ constituti, ut perpetuo liberi educentur, hæredesque instituantur, merito eodem jure vir ab uxore separari non potest Suppl. q. 67. 1. o

2. Sive inseparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ, sive inter secunda contineatur, sub dispensatione cadere potest. Suppl. q 67. 2. o.

3. Non licebat Dei mandato sub lege Moysis uxorem repudiare, sed propter duritiam cordis Judeorum illis permittebatur, ut majus malum evitaretur. Suppl. q. 67. 3. c.

4. Cum mulier quanto tempore vir vivit alligata sit legi viri, non potest etiam repudiata alteri nubere, nisi ex dispensatione divina ei permissum fuerit. Suppl. q. 67. 4. o.

5. Ne temere uxorem vir repudia-

ret, prohibitum fuit ne semel ab eo repudiatam denuo in uxorem accipiat. Suppl. q. 67. 5. c.

6. Repudii proxima causa est, odium viri in uxorem, quod cum ex aliqua causa contrahatur, alias esse causas, sed remotas, repudii fatendum est. Suppl. q. 67. 6. o.

7. Causa repudii in libello particulatim non scribebantur, sed generatim. Suppl. q. 67. 7. c.

1. Requiri ad aliquid contingit quadrupliciter, scilicet ut præparans, perficiens, coadjuvans et concomitans. 1-2. q. 4. 1. c.

2. Quandocumque multa requiruntur ad unum, necesse est unum eorum esse principale. 2-2. q. 49. 6 ad 1.

Res est unum de transcendentibus. Ideo est communis, et indifferens, ad absolutum et relativum. 1.ª q. 39. 3 ad 3.

Respectus diversi Dei ad creaturam sunt in Deo ab æterno. 1.ª q. 13. 7 ad 3.

1. RESTITUTIO est actus justitiæ commutativæ, quia nihil aliud videtur esse quam aliquem statuere in possessionem rei suæ. 2-2. q. 61. principio. et q. 62. 1. o. et 2. 5. c.

2. Restitutio male ablati est de necessitate salutis, quantum possibile est. 2-2. q. 62. 2. o. et q. 79. 3 ad 2.

3. Restitutio proprie est tantum debiti, et in rebus exterioribus, quia supponit identitatem, sed transfertur etiam ad actiones et passiones. 2-2. q. 62. 1 ad 1 et ad 2.

4. Quando res non est restituibilis, sicut membrum mutilatum, debet fieri recompensatio, quantum possibile est 2-2 q. 62. 2 ad 1.

5. Restitutio debet statim fieri, vel dilatio peti ab eo qui potest concedere usum rei, quia implicat præceptum negativum quod obligat semper, et ad semper. 2-2. q. 33. 2. c et q. 62. 8. o.

6. Ante sententiam judicis, sufficit restituere simplum, sed post eam, tenetur etiam ad pœnam pro culpa. 1-2. q. 105. 2 ad 9. et 2-2 q. 62. 3. o. et 4. c.

7. Restitutio præfertur subventioni parentum, nisi in extrema necessitate. 2-2. q. 31. 3 ad 3. et q. 32. 7 ad 3. et q. 62. 5 ad 4.

8. Qui rem alienam accepit injuriose, vel ad sui utilitatem, tenetur restituere, etiam si amisit eam. 2-2. q. 62. 6. o.

9. Quicumque est causa injustæ acceptionis, directe vel indirecte, tenetur ad restitutionem. 2-2. q. 62. 7. c.

10. Qui habet rem alienam, tenetur restituere, ratione rei; qui vero eam abstulit, tenetur restituere, ratione actionis injuriosæ. 2-2. q. 62. 6. c. ad 1.

11. Principes tenentur ad restitutionem, si latrones increscant, quia redditus quos habent, sunt quasi stipendia, ut conservent justitiam. 2-2. q. 62. 7. c. ad 3.

12. Impediens aliquem injuste, ne acquirat præbendam, tenetur ad restitutionem ad arbitrium boni viri, non autem si juste impedit. 2-2. q. 62. 2 ad 4.

13. Suffodiens semina, vel tenens pecuniam creditoris ultra terminum præfixum, tenetur restituere: non quidem totum lucrum possibile, sed secundum æstimationem, pensatis periculis, laboribus et expensis. 2-2 q. 62. 4 ad 1 et ad 2.

14. Inveniens aliquid, quod de propinquo fuit alicujus, non habentis illud pro derelicto, tenetur ad restitutionem, non autem si nunquam fuerat alicujus, ut gemmæ in littore, vel tantum antiquitus, ut thesauri, sed conceduntur occupanti, tamen secundum leges civiles, medietas debetur domino agri. 2-2. q. 66. 5 ad 2.

15. Quando unus totum restituit,

alii non tenentur principali, sed debent refundere partem suam solventi totum. 2-2. q. 62. 6 ad 3. et 7 ad 2.

16. Restitutio potest fieri per confessorem secrete, ne crimen detegatur. 2-2. q. 62. 6 ad 2

17. Restitutio semper debet fieri ei, a quo aliquid ablatum est. 2-2. q. 62. 5. o.

18. Si is cui restitui debet aliquid, mortuus est, debet dari hæredibus ejus. 2-2. q. 62. 5 ad 3.

19. Si vero ignotus sit, debet dari pauperibus, præmissa diligenti inquisitione. 2-2. q. 62. 5. ad 3.

20. Si autem sit multum distans, debet ei mitti, præcipue si sit res magni valoris, vel debet deponi. 2-2 q. 62. 5 ad 3.

21. Quando prælatus injuste concedit res ecclesiæ, debent restitui ecclesiæ, ut deveniant ad successorem ejus 2-2 q. 62. 5 ad 5.

1. Resurrectio significatur per octavam, triplici ratione, scilicet ad excludendum quorumdam falsam opinionem, propter duplicem vitam, scilicet activam et contemplativam, quarum una significatur per quaternarium, et alia per ternarium, et quia resurrectio octava ætate erit. 1-2 q. 102. 5 ad 1. et 3. ᵖ q. 70. 3 ad 3.

2. Et erit miraculosa simpliciter, scilicet ex parte principii supernaturalis, id est, Dei, sed erit naturalis secundum quid, scilicet ratione termini 1. ᵖ q. 105. 7 ad 2.

3. Omnes resurgent in ætate juvenili, non quidem quoad numerum annorum, sed quoad staturam. 3. ᵖ q. 46. 9. ad 4.

4. Omnes resurgent immortales, et incorruptibiles, etiam secundum corpus. 1. ᵖ q. 97. 3. c.

5. Natura mortalitatis non auferetur a resurgentibus, sed erunt ejusdem speciei, sicut nunc. 3. ᵖ q 54. 2 ad 2.

6. Corpora sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia proprie, ex dominio animæ supra corpus, et magis beatis, et non natura quinti corporis, ut quidam dicunt, quia corpus quintum non venit materialiter ad compositionem corporis humani. Et impossibile est dicere, quod aliqua virtus qualis est virtus corporis cœlestis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis est impassibilitas corporis gloriosi, cum immutationem corporis humani Apostolus attribuat virtuti Christi. Et etiam non potest natura cœlestis ita dominari in corpore humano, quia natura elementaris remaneat, cui ex essentialibus suis principiis passibilitas inest. 1. ᵖ q. 97. 3. c.

7. Hæc impassibilitas non tollet sentire, sed omnes sensus beatorum simul erunt in actu proprio, per immutationem spiritualem ab objecto exteriori. 1-2. q. 3. 3 c.

8. Tunc non erit usus ciborum, venereorum, somni, et hujusmodi. 1. ᵖ q. 97. 3. c.

9. Necessarium fuit Christum resurgere quintuplici ratione, scilicet ad commendationem divinæ justitiæ, ad confirmationem fidei nostræ, ad sublevationem nostræ spei, ad informationem vitæ fidelium, et ad complementum nostræ salutis. 3. ᵖ q. 53. 1. o. et 2. c. et 3 ad 1.

10 Christus convenienter resurrexit tertia die, et non statim, nec in fine mundi, ad confirmationem fidei, de humanitate et deitate ejus. 3. ᵖ q. 51. 4. o. et q. 53. 2. o.

11. Christus resurrexit mane diluculo. 3. ᵖ q. 51. 4 ad 3. et q 53. 2 ad 3 et q. 83. 2 ad 4.

12. Corpus Christi resurrexit gloriosum et integrum, cum qualibet parte ejus. 3. ᵖ q. 54. 2. 3. o. et q. 55. 6 ad 4.

13. Resurrectio Christi non debuit primo manifestari omnibus, sed gradatim. Et primo mulieribus, ut mulier quæ primo nuntium mortis ad hominem detulit, primo etiam vitam resurgentis Christi, in gloria, nuntiaret;

et similiter ut ostenderetur quod ad assequendam gloriam, nihil faceret sexuum differentiam; sed si majori charitate ferveant, majori etiam gloria refulgebunt in regno beatorum. 3.ª q. 36. 2. c. et q. 55 1. o.

14. Nec immediate ipsa resurrectio debuit ab hominibus videri, sicut ejus ascensio, ex eo quod Christus non rediit resurgendo, ad vitam communiter hominibus notam, sed ad vitam immortalem et Deo conformem. Et quia quæ supra hominem sunt, per angelos debent nuntiari hominibus, ideo resurrectio Christi debuit per angelos hominibus nuntiari. 3.ª q. 55. 2. o.

15. Christus post resurrectionem suam apparuit pluries, ut ostenderet veritatem resurrectionis. Sed non conversatus est cum discipulis suis continue, sicut prius, ut ostenderet gloriam suam. 3.ª q. 55. 3. o.

16. Christus convenienter et sufficienter probavit resurrectionem suam, duplici testimonio, et angelorum et sacræ Scripturæ, et argumentis, id est, signis evidentibus 3.ª q. 55. 5. 6. o.

17. Christus fuit primus resurgens simpliciter sed aliqui prius secundum quid, quia iterum mortui sunt. 3.ª q. 27. 3. c. fin. et q 53. 3. o. et q. 56. 1. c. ad 3.

18. Qui cum Christo resurrexerunt mortui sunt iterum, secundum Augustinum et Hieronymum, licet Hieronymus aliquando videatur dicere quod non. 3.ª q. 53. 3 ad 2.

19. Christus secundum divinitatem fuit causa suæ resurrectionis, non autem secundum humanitatem. 3.ª q. 53. 4. o.

20. Resurrectio Christi est causa efficiens et exemplaris resurrectionis nostræ, quoad corpora, et quoad animas per gratiam, saltem virtute principalis causæ, scilicet justitiæ Dei. 3.ª q. 54. 2. c. et q. 56. 1. 2. o. et q. 59. 2. c. fin. et q 62. 5 ad 1.

21. Resurrectio Christi est causa exemplaris reparationis vitæ nostræ, et mors Christi, destructionis mortis nostræ, licet utraque sit causa effectiva utriusque. 3.ª q 56. 1 ad 4. et q. 62. 6 ad 1 et ad 3.

22. Exemplaritas resurrectionis Christi proprie se extendit tantum ad bonos, licet efficientia ejus proprie se extendat ad resurrectionem tam bonorum quam malorum. 3.ª q 56. 1 ad 3.

23. Fatendum est resurrectionem esse, in qua anima suo corpori in perpetuum unietur. Suppl. q 75. 1. c.

Necesse est sicut unum, ita et omnes resurgere. Suppl. q. 75. 2. o.

24. Resurrectio simpliciter non est naturalis, sed miraculosa. Suppl. q. 75. 3. o.

25. Christus sua resurrecctione nos æterna resurrectione donavit. Suppl. q. 76. 1. o.

26. Christus tuba, id est, sua voce imperante, dormientes excitabit. Suppl q. 76 2. o.

27. In resurrectione utetur Christus ministerio angelorum in his quæ corporaliter fieri debent. Suppl. q. 76. 3. c.

28. Convenienter humanorum corporum resurrectio usque ad finem mundi differtur. Suppl. q. 77. 1. c.

29. Tempus futuræ resurrectionis naturali, nec revelatione divina numerari potest. Suppl. q. 77. 2. c.

30. Probabiliter videtur resurrectio futura in crepusculo. Suppl. q. 77. 3. o.

31. Resurrectio divina respectu eorum quæ immediate agentur divina virtute, fiet subito, respectu eorum quæ immediate per angelos agentur, fiet successive. Suppl. q. 77. 4. c.

32. Neccesarium est fateri omnes mortuos a morte resurrecturos esse. Suppl q. 78. 1. o.

33. Ex auctoritate Scripturæ et ordine naturæ necessario asseritur, resurrectionem omnium fore a cineribus. Suppl. q. 78. 2. c.

34. Ex divina providentia constitutum est, illos cineres de integro

animæ conjungi in mortuorum resurrectione, et ita in illis cineribus nulla est inclinatio naturalis ad naturam. Suppl. q. 78. 3 o.

35. Cum resurrectio dici non possit, nisi anima ad idem corpus redeat, in resurrectione anima idem corpus numero resumet. Suppl. q. 79. 1. o.

36. Hæreticum est dicere eumdem hominem non resurrecturum. Suppl. q. 79. 2. c.

37. In resurrectione humani corporis idem situs servabitur, maxime quantum ad partes essentiales. Suppl. q. 79. 3. o.

38. Omnia corporis humani membra resurgent. Suppl. q. 80. 1. c.

39. Capilli et ungues resurgent in humano corpore. Suppl. q. 80. 2. c.

40. Humores cum pertineant ad perfectionem humanæ naturæ, resurgent cum homine. Suppl. q. 80. 3. o.

41. Conveniens est ut omne id quod est de veritate humanæ naturæ resurgat. Suppl. q. 80. 4. c.

42. Solum id quod est in homine materialiter, pertinens ad veritatem humanæ naturæ, resurget cum ipso. Suppl. q 80. 5. o.

43. Conveniens est ut homines resurgant in juvenili ætate. Suppl. q. 81. 1. o.

44 Homines resurgent ejus staturæ, cujus aut erant aut futuri erant in juventute. Suppl q. 81. 2. o.

45. Homines in diverso sexu resurgent. Suppl. q. 82. 3. c

46. Resurrectio non est futura in vita animali. Suppl. q. 81. 4. o.

47. In resurrectione oportet ut quisque operum suorum notitiam habeat. Suppl. q. 87. 1. c.

48. Necesse est ut cuilibet sua et aliorum præmiatio vel condemnatio manifesta sit. Suppl. q. 87. 2. c.

49. Etsi in instanti aliquis non sit visurus singula, tamen brevissimo tempore, auxilio divinæ virtutis, omnia particularia considerabit. Suppl. q. 87. 3. o.

RHETORICA est ex conjecturis ad suspicionem: quia quandoque non fit complete fides, vel opinio, sed suspicio quædam; quia non totaliter declinatur ad unam partem conditionis, licet magis declinetur in hanc, quam in illam; sed dialectica est ex probabilibus ad opinionem. 2-2. q. 48. c. fin.

1. RETRIBUTIO proportionalis, ex debito legali, si est ex pacto, pertinet ad justitiam commutativam; si vero ex debito honestatis, pertinet ad virtutem gratiæ, sive ad gratitudinem. 2-2. q. 106. 1 ad 2.

2 Retributio Dei duplex, scilicet pro bonis impletis, et pro beneficiis. 3.ª q. 56. 2 ad 3.

1. REVELATIO Tripliciter aliquid cognoscitur, scilicet per revelationem, per seipsum, et hoc certitudinaliter, et conjecturaliter per aliqua signa. 1-2. q. 112. 5. c.

2. Revelare secreta, in malum personæ, est contra fidelitatem, nisi vergat in periculum aliorum, vel nisi propter bonum commune, contra quod nullum debet recipi secretum. 2-2. q. 68. 1 ad 3. et q. 70. 1 ad 2.

3. Revelatio Dei fit ad inferiores per superiores, sicut ad homines per angelos. 2-2. q. 2. 6. c.

4. Nullus unquam purus homo habuit revelationem a Deo, nisi mediantibus angelis. 1.ª q. 98. 3. c. et 3.ª q. 55. 2. c.

5. Plura, et excellentius de mysteriis gratiæ revelata sunt angelis et apostolis quam prophetis. 1.ª q. 57. 5 ad 3

6. Fides nostra innititur revelationi apostolis et prophetis factæ, non autem alii revelationi. 1.ª q. 1 8 ad 2. et 2-2. q. 172. 6 ad 1.

7. Multis gentilibus revelationes factæ sunt de Christo, ut patet de Sibylla. 2-2. q. 2. 7 ad 3. et q. 172. 6 ad 1.

8. Potest aliquis scire se habere gratiam per revelationem. 1-2. q. 112. 5. c.

9. Revelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex speciali privilegio, ut securitatis gaudium etiam in hac vita, in eis incipiat, et confidentius et fortius magnifica opera prosequantur, et mala præsentis vitæ sustineant. 1-2. q. 112. 5. c. ad 4 et ad 5.

10. Non tamen revelat hoc omnibus, ne scilicet non prædestinati desperent, et ne securitas in prædestinatis negligentiam pariat. 1.ª q. 23. 1 ad 4.

11. Revelatum fuit Paulo quod esset in gratia. 1-2. q. 112. 5. c.

1. Reverentia directe respicit personam excellentem: ideo, secundum diversas rationes excellentiæ, diversæ sunt species ejus. 2-2. q. 104. 2 ad 4.

2. Reverentia Dei in communi est de dictamine rationis naturalis, non autem determinatio ejus. 2-2. q. 81. 2 ad 3.

3. Revereri est actus timoris, sed ut debetur Deo, est actus latriæ. 2-2. q. 81. 2 ad 1.

4. Christus, secundum quod homo, præ cæteris habuit pleniorum affectum reverentiæ ad Deum. 3.ª q. 7. 6. c. fin.

5. Revereri homines ratione alicujus divini in eis, scilicet gratiæ, virtutis, vel naturalis imaginis Dei, est laudabile, non autem ut sunt contrarii Deo. 2-2. q. 19. 3 ad 1. et q. 25 1 ad 1.

6. Quæ habent aliquam excellentiam, solent haberi in reverentia, non autem omnia: ideo consuetudo hominum inolevit, ut reges et principes, quos oportet in reverentia haberi a subditis, et pretiosioribus vestibus ordinentur, et etiam ampliores, et pulchriores habitationes habeant, et propter hoc oportuit ut aliqua specialia tempora, et speciale tabernaculum, et specialia vasa, et speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur in lege, ut per hoc animi hominum, ad majorem Dei reverentiam adducerentur. 1-2. q. 102. 4. c.

Rex prudentia et justitia sunt maxime propriæ regi. 2-2. q. 50. 1 ad 1.

Ritus Judæorum tolerantur ab Ecclesia, propter figuram, in testimonium nostræ fidei, non autem ritus aliorum infidelium, atque hæreticorum, nisi ut vitetur majus malum, quia, scilicet ad vitandum scandalum, vel dissidium, quod ex hoc posset provenire, vel ut facilius convertantur. 2-2. q. 10. 11. o

1. Rixa est contradictio in factis, scilicet mutua percussio, et particulare bellum, sine auctoritate publica; sed contentio importat quamdam contradictionem verborum in verbis. 2-2. q. 41. 1. c. et q. 42. 1. c.

2. Qui publica potestate invadunt, non rixantur, nec peccant, sed qui eis rosistunt, injuste se defendendo. 2-2. q. 41. 1 ad 3.

3. Rixa invadentis injuste est semper peccatum mortale, sed in defendente, nullum est peccatum; vel veniale, scilicet quando aliquis levis motus odii vel vindictæ se immiscet, vel mortale, scilicet quando offirmato animo, ex odio contra impugnantem insurgit, ad eum occidendum, vel eum graviter lædendum. 2-2. q. 41. 1. c. et q. 42. 2. c

4. Rixa oritur proxime ex ira, sed ex concupiscentia, sicut ex prima radice, et jactantia occasionaliter, et ex odio per accidens. 2-2. q. 37. 2 ad 1 et q. 41. 2. o. et q. 158. 7. c.

5. Odium et discordia sequuntur ex rixa, in rixantibus. 2-2. q. 41. 2 ad 5.

Ruth Moabitis, quæ mulier virtutis erat, significat Ecclesiam de gentibus. Et conversa ad Deum, intravit ecclesiam, licet esset Moabitis. 1-2. q. 105. 3 ad 1.

S.

1. SABBATUM, inter cætera festa, tantum præcipitur in Decalogo, quia figurabat generalia beneficia Dei, scilicet creationis, et beatitudinis. 1-2. q. 100. 5. c. ad 2. et q. 102. 4 ad 10. et 2-2. q. 122. 4. c. ad 2.

2. Sabbatum præcipitur Judæis triplici ratione, scilicet propter avaritiam, ut vacent divinis. Secundo ne errent circa creationem. Tertio ut significet triplicem quietem, scilicet Christi in sepulcro, mentis a peccatis; et beatorum in patria. 1-2. q. 100. 5 ad 2. et q. 102. 4 ad 10 et q. 105. 2 ad 9. fin. et 2-2. q. 122. 4. o.

3. Opera servilia prohibita in sabbato, mystice sunt peccata, sed ad litteram sunt opera servorum, id est, mecanica. 2-2. q. 187. 3. c.

4. Opera servilia prohibita in sabbato, sunt principaliter peccata mortalia, secundo opera propria servorum: non autem peccata venialia, nec opera quæ sunt ab cultum Dei, nec opera spiritualia, nec necessaria ad salutem corporis, vel animæ, vel rerum exteriorum. 1-2. q. 100. 8 ad 4. et q. 107. 2 ad 4. et 2-2. q. 40. 4. o. et q. 122. 4 ad 3. et 3.ᵖ q. 40. 4 ad 1 et ad 3

5. In observantia sabbati, sanctificatio est finis; sed præceptum est cessare ab opere servili, id est, mecanico. 2-2. q. 122. 4 ad 3.

6. Circumcisio et sacrificia licebant Judæis in sabbato. 2-2. q. 122. 4 ad 3.

7. Licuit Machabeis in sabbato pugnare, Eliæ fugienti itinerare, apostolis evellere spicas. 1-2. q. 100. 8 ad 4. et 2-2. q. 40. 4. o. et q. 122. 4 ad 3, et 3.ᵖ q. 40. 4 ad 3.

8. Christus non solvebat sabbatum, nisi secundum apparentiam. 1-2. q. 107. 2 ad 4. et 3.ᵖ q. 40. 4 ad 1.

9. Judæi melius facerent laborare sabbato quam ludis et otio vacare: ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale opus licitum facit. 2-2. q. 122. 4 ad 3.

1. SACERDOS fuit Christus simul, et hostia pacificorum, et hostia pro peccato, et holocaustum. 3.ᵖ q. 22. 1. 1. 2. o. et q. 84 7 ad 4.

2. Christus est sacerdos secundum quod homo, non autem secundum quod Deus. 3.ᵖ q. 22. 3 ad 1.

3. Christus simul fuit sacerdos, rex, et legislator, non autem alii homines. 3.ᵖ q. 22. 1 ad 3. et q. 31. 2. c. ad 2 et q. 59. 4 ad 1.

4. Christus est totius sacerdotii origo. 3.ᵖ q. 50. 4.

5. In Christo est divini sacerdotii plenitudo. 3.ᵖ q. 63 6. c.

6. Christus excellentius angelis habuit potestatem sacerdotalem, quia fuit major eis secundum utramque naturam, et angeli fuerunt ministri sacerdotii ejus. 3.ᵖ q. 22. 1 ad 1.

7. Christus in triduo mortis fuit sacerdos, quia sacerdotium convenit homini ratione animæ, id est, in qua est character ordinis. Unde per mortem, homo non perdit ordinem sacerdotalem, multo minus Christus, qui est totius sacerdotii origo. 3.ᵖ q 50. 1 ad 5.

8. Christo non convenit suscipere in se characterem, vel effectum sui sacerdotii, quia ipse est fons totius sacerdotii nisi secundum quid, scilicet ratione impassibilitatis suæ. 3.ᵖ q. 22. 4. o.

9. Sacerdotium Christi manet in æternum, ratione consummationis, et finis, scilicet beatitudinis sanctorum, non autem ratione expiationis, vel passionis Christi, nisi virtualiter. 3.ᵖ q. 22. 5 o. et 6 c. et q. 63. 5. c.

10. Sacerdotium Christi facit duo, quæ requiruntur ad perfectam emundationem peccatorum, scilicet gratia quoad culpam, et satisfactio, quoad reatum. 3.ᵖ q. 22. 3. o.

11. Homo fit particeps sacerdotii Christi per omnia sacramenta, perci-

piendo aliquem effectum ejus. 3. ᵖ q. 63. 6 ad 1.

12 Christus noluit nasci de sacerdotibus, ne videretur idem sacerdotium ejus, et vetus; sed vetus erat figura ejus. 3. ᵖ q. 22. 1 ad 2.

13. Sacerdotium ante legem erat tantum secundum determinationem humanam quæ hanc dignitatem primogenitis attribuebat. 1-2 q 103. 1 ad 3.

14. Sacerdotium veteris legis fuit figura sacerdotii Christi, sed multum distans, quia nec æternum, nec mundans peccata. 3. ᵖ q 22. 1 ad 1. et 4. c. ad 3. et 5. c. ad 2. et 6. c.

15. Sacerdotium Christi dicitur secundum ordinem Melchisedech, quia excellentia ejus ad sacerdotium legale figurabatur per illud. 3. ᵖ q. 22 6. o.

16. Sacerdotium Christi, quoad oblationem expressius figurabatur per sacerdotium legis quam per sacerdotium Melchisedech, scilicet in effusione sanguinis. Sed quoad participationem et effectum ejus, in quo præcipue attenditur excellentia ejus, et e converso. 3. ᵖ q. 22. 6 ad 2. et q. 61. 3 ad 3.

17. Indictus est sacerdotibus veteris legis fœminalium usus, ad tegimen pudendorum, ad excludendam idolatriam in sacris Priapi. 1-2. q. 102. 4 ad 7. fin.

18. Sacerdotium leviticum derivabatur ad posteros, secundum originem carnis. 1-2. q 102. 6 ad 11. et q. 105. 1 ad 4. et 3 ᵖ q 31. 8 ad 4.

19. Sacerdotes novæ legis tenent locum septuaginta discipulorum Christi. 2-2. q. 184. 6 ad 1. et q 188. 4 ad 5. et 3. ᵖ q. 67. 2 ad 2.

20. Ministri comparantur ad sacerdotem, sicut secundarium, et instrumentale agens, ad agens principale. 3. ᵖ q. 71. 4. c.

21. Sacerdos novæ legis operatur in persona Christi. 3. ᵖ q. 22. 4. c.

22 Sacerdos, ut peccator, participat effectum sui sacerdotii, non autem ut sacerdos 3. ᵖ q. 22. 4 ad 1.

23. Bonus laicus dicitur sacerdos spiritualiter, non autem quoad ordinem 3. ᵖ q. 82. 1 ad 1.

24. Sacerdos, inquantum medius inter Deum et hominem, habet nomen angeli. 3. ᵖ q 22 4 ad 1.

25. Proprium officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum et populum. 3. ᵖ q. 22. 1. c. ad 1. et 1. c. et q 26 1. o. et q. 82. 3. c.

26. In officio sacerdotis possunt considerari duo, scilicet oblatio sacrificii, et consummatio 3 ᵖ q. 22 5. c 6 ad 2.

27. In oblatione sacrificii cujuscumque sacerdotis, sunt duo, scilicet sacrificium, et devotio. Sed effectus proprius sacerdotii est quod sequitur ex sacrificio. 3. ᵖ q. 22. 4 ad 2.

28. Solus Deus remittit per se culpam, sacerdos vero ministerialiter, virtute potestatis clavium, quæ quodammodo ordinatur ad culpæ remissionem, non sicut causans, sed sicut disponens ad eam. Suppl. q. 18. 1. o.

29. Etsi ex vi clavium non tota pœna remittitur, aliquid tamen de pœna temporali sacerdos remittere potest. Suppl. q. 18. 2. c.

30 Cum sacerdos in usu clavium sit minister Dei, tanquam causa disponens, dimittit quodammodo culpam non vero ligat, nisi improprie; in pœnam autem habet potestatem et ligandi et solvendi, solvendo a pœna quam remittit, et ligando ad pœnam quæ remanet. Suppl. q 18 3 c.

31. Cum sacerdos operetur in usu clavium sicut minister et instrumentum Dei tanquam principalis agentis, non potest solvere et ligare ad arbitrium, nisi inquantum a Deo sibi præscriptum est. Suppl. q 18 4. o.

32. Sacerdotii legalis potestas non se extendebat ad cœlestia, sed ad figuras cœlestium, et ideo videtur quod non habebant claves, sed in eis clavium potestas præcessit. Suppl. q 19. 1. c.

33. In Christo oportet ponere clavem, sed altiori modo quam sit in

ejus ministris, et ideo dicitur quod habet clavem excellentiæ. Suppl. q. 19. 2. c.

34. Clavis ordinis quæ immediate removet impedimentum introitus ad regnum cœlorum, competit solis sacerdotibus. Clavis vero jurisdictionis, quæ non clavis cœli, sed quædam dispositio ad ipsam dicitur, etiam aliis ministris Ecclesiæ competit. Suppl. q. 19 3. o.

35. Non possunt sancti, quantumcumque habeant de gratia, pertingere ad effectum clavium, nisi applicentur ad hoc ut ministri, per ordinis susceptionem. Suppl. q. 19. 4. c.

36. Cum homo sit tantum instrumentaliter agens in usu clavium quantumcumque sit gratia privatus, nullo modo privatur usu clavium. Suppl. q. 19. 5. c.

37. Hæretici, schismatici et excommunicati, habent quidem potestatem quantum ad essentiam, sed usus eis impeditur ex defectu materiæ, quia eos Ecclesia tali potestate privat, substrahendo illis subditos. Suppl. q. 19. 6. c.

38. Prælatus qui habet indistinctam potestatem in omnes, potest uti potestate clavium in omnes: qui vero sub eo distinctas potestates acceperunt, in eos solum qui sibi commissi sunt, clavibus uti possunt, nisi in articulo necessitatis. Suppl q. 20. 1. o.

39. Non potest simplex sacerdos remittere ea peccata, quæ sibi superior potestate jurisdictionis reservavit. Suppl. q. 20. 2. c.

40. Potest superior inferiori potestatem dare, ut in se potestate clavium utatur. Suppl. q. 20. 3. o.

1. Sacramenta sunt protestationes fidei. 3 ᵖ q. 62. 6. c. fin. et q. 72. 5 ad 2.

2. Sacramentum est in genere signi, quia est rei sacræ signum. 3. ᵖ q. 60. 1. o.

3. Sacramentum proprie non est signum cujuslibet rei sacræ, sed tantum rei sacræ sanctificantis homines. 1-2. q. 101. 4. c et q. 102. 5. c. et 3. ᵖ q. 60. 2. o. et q. 64. 2. o. et 3. c.

4. Sacramentum est signum passionis Christi, gratiæ, et gloriæ. Ideo est commemoratio præteriti, demonstratio præsentis, et prognosticum futuri. 3. ᵖ q. 60. 3. o.

5. In sacramentis requiruntur res determinatæ, ex institutione Dei. 3. ᵖ q 60. 5. o. et 7. c.

6. Sacramentum proprie, semper est aliqua res sensibilis. 3. ᵖ q. 60. 4 o. et q. 61. 1. c. et q. 64. 2 ad 2.

7. In sacramentis habentibus materiam corporalem, actus humani non sunt de essentia sacramentorum, sed dispositive se habent ad sacramenta. 3. ᵖ q. 84. 1 ad 1.

8. Res et verba sunt unum sacramentum, inquantum conveniunt in uno, scilicet in significando, vel causando. 3. ᵖ q. 60. 6 ad 2. et q. 62. 4 ad 4. et q. 86. 6. c.

9. Sanctificatio materiæ est de necessitate sacramenti, in aliquibus sacramentis, ut in Confirmatione et Extrema unctione; et in aliquibus est de solemnitate tantum, ut in baptismo et matrimonio. 3. ᵖ q. 66. 3 ad 5. et q. 72. 3. o.

10. Materia sacramentorum necessario benedicitur, præter baptismum et Eucharistiam, quia hæc per usum Christi benedicta sunt. 3. ᵖ q. 72. 3. o.

11. Materia sacramenti indiget duplici benedictione. Prima cum instituitur, secunda in usu. 3. ᵖ q. 65. 2 ad 3. et q. 72. 3 ad 2

12. In omnibus sacramentis, indigentibus materia sanctificata, prius materia sanctificatur per episcopum. 3. ᵖ q. 72. 3. o.

13. Illa quibus homines communius utuntur, debent sumi pro materia, vel pro forma sacramentorum. 3. ᵖ q. 60. 5 ad 3. fin et 7 ad 2. et q. 66. 5 ad 7. et q. 74. 1. 3. c.

14. In sacramentis, res sensibiles sunt ut materia, et verba ut forma.

3.ª q. 60. 6. c. ad 2. et 7. c. et q. 90. 2. c.

15. Sacramenta quorum effectus non dependet ab opere humano, habent materiam sensibilem, ut baptismus et confirmatio, non autem si dependet sicut matrimonium, et pœnitentia 3.ª q. 84. 1 ad 1.

16. Sacramenta in quibus confertur superabundans gratia, habent materiam corporalem, non autem alia. 3.ª q. 84 1 ad 1.

17. Forma determinata verborum requiritur in sacramentis. 3.ª q. 60. 7. o.

18. In sacramentis requiruntur verba. Sed expressius significant in lege nova quam in lege veteri. 3.ª q. 60 6 o.

19. In forma cujuslibet sacramenti oportet exprimi illud, in quo substantia ejus consistit. 3.ª q. 72. 4. c.

20. Proferens corrupte verba sacramentalia, si ex industria hoc faciat, non videtur intendere facere quod facit Ecclesia: et ita non videtur perfici sacramentum. Si autem hoc faciat ex errore, vel lapsu linguæ, si sit tanta corruptio, quæ omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici sacramentum: cum præcipue corruptio fiat in principio dictionis: ut pro *patris*, dicat *matris*. Si vero non totaliter auferatur sensus locutionis ut in nomine *patrias*, pro in nomine *Patris*, nihilominus perficitur sacramentum, licet enim mutetur sonus sensibilis, remanet tamen intelligibilis. 3.ª q. 60. 7 ad 3.

21. Addens, minuens, transponens, mutans, vel interrumpens formam sacramentorum, perficit sacramentum, nisi intendat contra ritum Ecclesiæ, vel nisi principalis sententia mutetur. 3.ª q. 60. 8. o.

22. Sacramenta sunt necessaria ad salutem humani generis, triplici ratione, scilicet quia sunt illa per quæ homo ex sensibilibus de spiritualibus eruditur, per quæ affectum qui sensibilibus subjicitur, in Dei reverentiam refert, et per quæ circa ea in honorem Dei exercitatur. 3.ª q. 61. 1. o. et 3 c.

23. Sacramenta fuerunt necessaria, tempore legis naturæ post peccatum, sed indeterminata. 3.ª q. 60. 5 ad 3. et q. 61. 3. o.

24. Necesse fuit quod per legem Moysis adderentur sacramenta determinata, supra sacramenta legis naturæ. 3.ª q. 60 5 ad 3. et q. 61. 3. o.

25. Necesse fuit quod in lege nova essent alia sacramenta quam in lege veteri. 3.ª q. 60. 6 ad 3. et q. 61. 4. o

26. Sacramenta simpliciter necessaria at salutem sunt tantum tria: prima quidem Baptismus cuilibet personæ singulari simpliciter et absolute: Pœnitentia vero post mortale peccatum. Sacramentum ordinis autem est necessarium Ecclesiæ, quia ubi non est gubernator, corruet populus pro vi. Alia vero sacramenta necessaria sunt, ut melius habeatur finis, id est, salus per gratiam, ita quod non peccat quilibet ea non accipiens, nisi ea contemnat iniquo animo 3.ª q. 62. 2. c. et q. 65. 4. o. et q. 72. 1 ad 3.

27. Sacramenta legis naturæ non obligabant ex præcepto Dei, sed secundum mentem cujuslibet celebrabantur. 3.ª q. 60. 5 ad 3. et q. 61 3 ad 2. et q. 70. 2 ad 1.

28. Solus Deus est institutor sacramentorum. Quæ autem per homines instituta sunt, pertinent ad solemnitatem. Quæ vero a Christo, necessaria sunt. 3.ª q 64. 2. o. et q. 83. 3 ad 8.

29. Solus Deus operatur ut causa principalis, ad effectum interiorem sacramentorum; sed homo et sacramenta, instrumentaliter tantum 3.ª q. 64. 1. 5 o et 9. c et q. 84. 3 ad 3.

30. Sacramenta operantur ut instrumenta divinæ misericordiæ justificantis: Dei autem est respicere ad hominis cor. 1.ª q. 57. 4. o. et 2-2. q. 41. 1. c. et q. 106. 5 ad 3.

31. Sacramentalia non pertinent ad gratiæ interioris necessitatem, sicut sacramenta. Ideo Christus reliquit ea fidelibus instituenda pro arbitrio suo. 1-2. q 108. 2 ad 2.

32. Christus, ut Deus, operatur per auctoritatem, ad interiorem effectum sacramentorum, sed ut homo meritorie et efficienter, ut instrumentum principale 3.ª q. 64. 3. o. et 4. c.

33. Omnia sacramenta novæ legis sunt immediate instituta a Christo. 1-2. q. 108 2 c. ad 2 et 3.ª q. 64. 3. c. et q. 66. 6 c. et q. 72. 1 ad 1.

34 Virtus Christi operatur in sacramentis, per modum sanationis, et expiationis cujusdam. 3.ª q. 52. 8 ad 2.

35. Fides ministri non est de necessitate sacramentorum. 3.ª q. 64. 9. o.

36. Devotio ministri aliquid operatur impetrando, non quidem effectum sacramentorum, sed aliquid annexum et. 3.ª q. 64 1 ad 2. et q. 82. 6. c.

37. Orationes quæ fiunt in collatione sacramentorum, fiunt in persona totius Ecclesiæ, et non in persona alicujus particularis. 3.ª q. 64. 1 ad 2.

38. Intentio ministri requiritur ad perfectionem sacramentorum. 3.ª q. 60 8. c. et q. 64. 8. o.

39. Intentio virtualis sufficit ad perfectionem sacramentorum. Sed minister debet conari ad actualem intentionem, licet non totaliter sit in potestate hominis. 3.ª q. 64. 8 ad 3.

40. Intentio Ecclesiæ, expressa in forma sacramenti, sufficit ad perfectionem ejus nisi contrarium exprimatur exterius. 3.ª q. 64. 8 ad 2.

41. Perversitas intentionis, respectu sacramenti expressa, tollit veritatem sacramenti, non autem respectu sequentium. 3.ª q. 64 10. o. et q. 74. 2 ad 2.

42. Sacramenta conferri possunt per malos ministros 3.ª q. 64. 5. o. et 9. c.

43 Quamdiu minister Ecclesiæ qui est in peccato mortali sustinetur ab Ecclesia, subditus ejus debet ab eo sacramenta accipere, quia ad hoc est ei obligatus. 3.ª q. 64. 6 ad 2.

44. T. men, præter articulum necessitatis. non est tutum eum inducere ad aliquid sui ordinis exequendum, durante tali conscientia, quam tamen deponere posset, quia in instanti gratia emundat 3.ª q. 64. 5 ad 2.

45. Hæretici præcisi ab Ecclesia, servantes formam Ecclesiæ; conferunt sacramentum, non autem rem sacramenti. Sed graviter peccant dantes, et recipientes. Si vero non servent formam, nihil conferunt. 3.ª q 64. 9 ad 2 et ad 3. et q. 82. 5. o. et 7 ad 2 et 8. 9 o.

46. Effectus sacramentorum duplex, scilicet principalis, id est, gratia, et secundarius, scilicet character, vel aliquis ornatus animæ, in sacramentis in quibus non imprimitur character. 3.ª q. 62 principio.

47. Quando plures actiones ordinantur ad unum effectum, in illa quæ perficit effectum principalem, consistit essentialiter sacramentum, non autem in eis quæ ad hoc disponunt, vel removent impedimentum, vel ornant, sed sunt sacramentalia. 3.ª q. 60 2 ad 3.

48 Ubi occurrit specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum, quia sacramenta novæ legis ad hoc ordinantur. 3.ª q 72. 1. c.

49. Omne sacramentum producit suum effectum virtute formæ et materiæ. 3.ª q. 86 6. c.

50. Diversa sacramenta diversimode purgant, illuminant, et perficiunt. 3.ª q. 65. 1 ad 3.

51. In sacramento novæ legis est illuminatio gratiæ, cum purgatione. 3.ª q. 66. 1 ad 3.

52. Effectus sacramenti non impetratur oratione Ecclesiæ, vel ministri, sed ex merito passionis Christi. 3.ª q 64. 1 ad 2.

53. Omnis efficacia sacramentorum descendit a Christo. 3.ª q. 60. principio. et q. 66. 6. c. et q. 84. 1 ad 1. et 7. c.

54. Efficacia et virtus sacramentorum est ex Deo, ut a causa principali, sed est ex passione Christi, ut a prima causa meritoria, et ut ab instrumento conjuncto; ex fide vero ut a continuante instrumentum agentis principalis. 3.ª q. 49 1 ad 4. et q. 61. 1 ad 1. et q. 62. 5 o. et q. 6. c. et q 64. 1 ad 2. et 2 o. et 7. c. et q 84. 7. c et q. 86. 1 c. fin.

55 Sacramentum consequitur virtutem spiritualem, ex benedictione Christi, et applicatione ministri, ad usum sacramenti. 3.ª q. 62. 4 ad 3. et q. 63. 6 ad 1.

56. Omnia sacramenta sunt instituta contra aliquem defectum. 3.ª q. 65. 1. c.

57. Nullum sacramentum ordinatur specialiter, contra peccatum veniale. 3.ª q. 65. 1 ad 8.

58. Commune est omni sacramento, quod per illud exhibetur remedium aliquod, contra peccatum, per hoc quod gratiam confert. 3.ª q. 63. 1. c.

59. Per omne sacramentum sanctificatur homo, id est, mundatur a peccato, quod fit per gratiam. 3.ª q. 65. 6 ad 2.

60. Sacramenta Ecclesiæ ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in cultu Dei, et in remedium contra peccatum. 3 ª q. 65. 1. c.

61. Sacramenta veteris legis proprie dicuntur, quæ significabant sanctitatem Christi, non quidem ut in se est, sed ut per eam sanctificamur. 3.ª q. 60. 2 ad 2.

62. Et erant prænuntia Christi venturi 3.ª q. 60. 6 ad 3. et q. 61. 3. b. et 4. c. et q 62. 6 c. fin

63. Passio Christi est causa finalis sacramentorum veteris legis, quia fuerunt instituta ad eam significandam. 3.ª q. 61. 3 ad 1.

64. Sacra et sacramenta veteris legis figurabant sacra et sacramenta novæ legis, et observantiæ veteris legis conservationem populi novæ legis, quæ omnia ad Christum pertinent. 1-2. q. 101 4 ad 1 et ad 4.

65. Sacramenta veteris legis erant plura, propter diversitatem ceremoniarum, et sacrificiorum. 3.ª q. 65. 1 ad 4.

66. Sacramenta veteris legis quoad omnes erant tria, scilicet circumcisio, esus agni paschalis, et purificatio a quibusdam immunditiis, ut expiatio a peccatis. Sed quoad ministros, etiam erant alia tria, scilicet consecratio sacerdotum, oblatio victimarum, esus panum propositionem, et hujusmodi, et ablutio manuum et pedum, et raiio pilorum. 1-2. q. 102. 5. c.

67. Sacramenta veteris legis sanctificabant, mancipando ad divina, non autem emundando, nec confirmando, 3.ª q. 62. 6 ad 2.

68. Et nihil interius efficiebant. Ideo dicuntur justitia carnis. 3.ª q. 72. 5 ad 3.

69. Nec purgabant a culpa, sed ab immunditia, id est, ab irregularitatibus, et impedimentis, quæ multiplicabantur a lege, propter timorem et reverentiam Dei. 1-2. q. 102. 5 ad 4 et ad 5 et ad 6. et q. 103. 2. o. et 3.ª q 37. 4 ad 3. et q. 89. 4 ad 1.

70. Nec diluebant peccata quoad maculam, sed reatum, inquantum erant onerosa, tamen præsupposita gratia. 3.ª q. 62. 6 ad 2.

71. Ratio litteralis et figuralis omnium sacramentorum veteris legis exponitur. 1-2. q. 102. 5. o.

72. Nec justificabant, sed significabant fidem, qua justificabantur patres antiqui. 1 2. q. 98. 2 ad 4. et q. 103. 2. o. et q. 107. 1 ad 3. et 3.ª q. 62. 6. o.

73. Nec habebant in se aliquam spiritualem virtutem operativam spiritualis effectus. 3.ª q. 62. 6. c. fin. et q. 63. 1 ad 3.

74. Sacramentum dicitur tripliciter, non quidem æquivoce, sed analogice, scilicet sacrum secretum, juramentum, et signum rei sacræ. 3.ª q.

75. In quolibet sacramento sunt tria, scilicet origo, perfectio, et finis

duplex, scilicet proximus, id est, sanctificatio, et finis ultimus, scilicet vita æterna 3.ª q. 60. 3. c.

76. Differentia inter sacra, sacramenta, sacrificia et observantias. 1 2. q 101. 4. o.

77. Sacramenta novæ legis conferunt gratiam, non autem sacramentalia, sed removent contrarias dispositiones, et impedimenta. Ideo secundum ea multiplicantur. 1-2. q. 108. 3 ad 2. et 3.ª q. 71. 3 ad 2.

78. Sacramenta et sacramentalia, quæ habent effectum perpetuum, non possunt iterari; quæ vero non habent, possunt iterari. 3.ª q. 66. 3 ad 3. fin. et q. 82 8 ad 2.

79. Sacramenta quatuor dicuntur magna, scilicet Baptismus, ratione effectus, Confirmatio, ratione ministri, Eucharistia, ratione contenti et Matrimonium, ratione significati. 3.ª q. 65. 3 ad 4 et q. 67. 2 ad 3.

80. In sacramentis veteris legis, quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationabili causa. 2-2. q. 102. 5. b.

81. Numerus et sufficientia septem sacramentorum novæ legis. 3.ª q. 65. 1. o.

82. Ordo sacramentorum novæ legis exponitur. 3.ª q. 65. 2. 3. o. et q. 67 2 ad 3.

83. Sacramenta novæ legis tripliciter se habent ad sacramenta veteris legis, scilicet essentialiter, ut matrimonium, pœnitentia, et ordo; figuraliter, ut baptismus, et eucharistia; et neutraliter, ut alia. 1-2. q. 102. 5 ad 3.

1. SACRIFICIUM proprie dicitur aliquid factum ad honorem debitum soli Deo, ad eum placandum. 2-2. q. 81. 4 ad 1. et 3.ª q. 22. 2. c. et q. 48. 3. c.

2. Sacrificium exterius est signum sacrificii interioris, quo quis se offert Deo. 3.ª q. 82. 4. c.

3. Omne quod Deo exhibetur, ut spiritus feratur in Deum, potest dici sacrificium. 3.ª q. 22. 2. c. et q. 48. 3. c.

4. Omnia obsequia proximis facta, inquantum ad Deum referuntur, dicuntur sacrificia. 2-2 q. 188 2. c.

5. Sacrificium nihil aliud est, nisi protestatio interioris devotionis et fidei. 2-2. q. 85. 2. c. et 3.ª q. 22. 2. c.

6. Sacrificium debet offerri soli Deo. 1-2. q. 102. 3. c. et 2-2. q. 84. 1 ad 1. et q. 85. 2 o. et q. 94 2. c. et 3.ª q. 48. 3. c

7. Offerre Deo sacrificium in communi est de jure naturali, sed determinatio ejus est de jure divino, et humano 2-2. q. 85. 1. o.

8. Sacrificia sensibilia instituta sunt, non propter indigentiam Dei, sed ut homo se et omnia sua referat in Deum, ut in finem, principium, et dominum omnium. 1-2 q. 102 2. c. ad 1. et 2-2. q. 30. 4 ad 1. et q. 81. 6 ad 2. et 7. c. ad 2. et q. 85 2. c.

9. Quicumque offert sacrificium, debet esse sacrificii particeps. 3.ª q. 82. 4. c

10. Sacrificium duplex, scilicet interius, et exterius. 2-2 q. 85. 2. c. et 3 ad 2. et 4. c. et 3.ª q. 22. 2. c. et q. 82 4. c.

11. Ad primum omnes tenentur. Ad secundum vero soli subditi legi, nisi necessarii actus virtutum. 2-2. q. 85. 4. o.

12. In quolibet sacrificio considerantur quatuor, scilicet cui, a quo, quid, et pro quibus offertur. 3.ª q. 22. 3 ad 1. et q. 48. 3. c.

13. Homo indiget sacrificio propter tria, scilicet propter remissionem peccati, conservationem gratiæ, et adeptionem gloriæ. Quæ omnia dantur nobis per humanitatem Christi. 3.ª q. 22. 2. c.

14. Homo tripliciter exhibet corpus suum, sacrificium et hostiam Deo, scilicet per martyrium, per austeritatem, et per opera justitiæ et divini cultus. 2-2. q. 85. 3 ad 2.

15. Sacrificia, oblationes, et hu-

jusmodi, ante legem Moysis, erant necessitatis in communi, sed erant voluntatis in speciali. 1-2. q. 103. 1. o. et 3. ᵖ q. 60. 5 ad 3 et q. 61. 3 ad 2. et q. 70 2 ad 1. et 4 ad 2

16. Præcepta de sacrificiis non sunt data Judæis, nisi post idololatriam 1-2. q. 102. 3 c

17. Ratio litteralis et figuralis omnium sacrificiorum in lege veteri exponitur. 1-2. q. 10. 2. 3. o.

18. Lex vetus in multis diminuit cultum corporalem: ideo statuit quod sacrificia non offerrentur de quolibet, nec in omni loco. 1-2. q 101. 3 ad 3. et 4. ad 1 et ad 4. et q. 102. 4 ad 3.

19. Esus adipum, et sanguinis, in sacrificiis Judæorum, erant prohibita; sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris, ad honorem Dei: adeps vero adurebatur igne, et hoc ad evitandum idololatriam. Libabant enim idololatræ sanguinem victimarum, et comedebant adipes. Secundo ad informationem humanæ vitæ, ut horrerent homicidia. Esus autem adipum prohibebatur, ad vitandum lasciviam, et delitias quæ in cibis habetur. 3. ᵖ ratio ad reverentiam Dei, 4. ᵖ quia significabatur effusio sanguinis Christi: adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat, et pinguedinem significat charitatis. 1-2. q 102. 3 ad 8.

20. Sacrificia veteris legis non erant Deo accepta, secumdum se, sed quia figurabant passionem Christi, et sacrificium interius, scilicet, devotionem, et ne offerrent ea idolis. 1-2. q. 102. 3. o et 4 ad 3. et 5 ad 4. princ.

21. Sacrificium in lege veteri erat publica protestatio peccati. Ideo non fiebat pro peccato negligentiæ, nec pro aliis peccatis interiorum actuum, quia erant occulta. 2-2. q. 54. 3 ad 3.

22. Sacrificium triplex in lege veteri, scilicet oblatio pro peccato, holocaustum, et victima, vel hostia. 1-2 q. 102. 3 ad 8 et ad 9.

23. Sacrificia veteris Testamenti significabant passionem Christi, sed oblationes significabant dispositionem Christi patientis, scilicet voluntarie. 3. ᵖ q. 47. 2 ad 1. et q. 48. 3. o.

24. Utraque significabant Eucharistiam, prima quidem quoad significatum, secunda vero quoad numerum, usum 1-2. q 101. 4 ad 1.

25. Primum, scilicet oblatio, pro peccato, convenit pœnitentibus, secundum perfectis, et tertium proficientibus. 1-2. q. 102. 3 ad 8

26. Primum erat de necessitate remissionis peccati, unde incendebatur una pars, et alia erat sacerdotis, quia expiatio fit a Deo, per ministerium sacerdotum. 1-2 q. 102. 3 ad 8.

27. Tertium erat ex debito beneficii vel accepti, vel accipiendi, pro gratiarum actione, vel pro salute et prosperitate offerentium, quorum tertia pars erat, secunda sacerdotum, et prima incendebatur Deo. 1-2. q. 102. 3 ad 8.

28. Sacrificium pro peccato totius populi, vel sacerdotis, totum comburebatur, ne aliquid peccati in eis remaneret. 1-2 q. 102. 3 ad 8

29. Primitiæ erant oblationes, non autem sacrificia, quia nihil sacrum fiebat circa eas. 2-2. q. 85 3 ad 3. et q. 86. 4. o.

30. De iis quæ veniunt in usum hominis de terræ nascentibus sunt cibus, potus, condimentum, et medicamentum. De primo offerebatur in sacrificium panis. De secundo, vinum. De tertio, oleum et sal. De quarto, thus, quod est aromaticum, et consolidativum. Primo, significatur caro Christi. Secundo, sanguis ejus. Tertio, gratia Quarto, essentia. Quinto, oratio. 1-2 q. 102. 3 ad 13

31. Sal offerebatur in sacrificiis, quia impedit corruptionem putredinis. Et significat discretionem sapientiæ, et mortificationem carnis. 1-2. q. 102. 3 ad 14

32. Sacrificium expiationis erat solemnissimum. Et erat præcipua figura eucharistiæ. quoad Christum passum, sicut omnia sacrificia veteris legis. 3. ᵖ q. 73. 6. c.

33. Potissimum sacrificium est, quo Christus se obtulit Deo. Ideo omnia sacrificia veteris legis erant ad figurandum hoc ut perfectum per imperfecta, quorum rationes sumi debent ex eo. 1-2. q. 102. 3. c.

34. Licet in sacrificiis veteris legis non sumeretur caro humana, sed aliorum animalium, tamen caro Christi et verum sacrificium, quadruplici ratione, scilicet quia ex eo quod est caro humanæ naturæ, caro congrue pro hominibus offertur. Et ex eo quod erat passibilis et mortalis, apta erat immolari. Et ex hoc quod erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Et ex eo quod erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta, propter charitatem, suam carnem offerentis, secundum Augustinum. 3.ᵖ q. 48. 3 ad 1.

35. Passio Christi fuit verum sacrificium. 3.ᵖ q 47. 2. c ad 1. et 4 ad 2. et q. 48. 3. o. et 6 ad 3. et q. 49. 4. c. et q. 73. 4. c. ad 3. et q. 83. 1. c.

36. Occisio Christi fuit sacrificium, respectu voluntatis ejus. Non autem quoad voluntatem occidentium, sed gravissimum peccatum. 3.ᵖ q. 22. 2 ad 2. et q. 47. 4 ad 2. et q. 48. 3 ad 3.

37. Sacrificium Christi fuit efficacissimum, ad delendum peccata, ratione deitatis. 3.ᵖ q. 22. 3 ad 2.

1. Sacrilegium est omne quod fit ad irreverentiam rei sacræ. 2-2. q. 99. o. et q. 154. 10 ad 3.

2. Sacrilegium est speciale peccatum, oppositum religioni. 2-2. q. 99. 2. o.

3. Sacrilegium est sine aliis peccatis, quando non est alia deformitas, nisi violatio rei sacræ. 1-2. q. 99. 2 ad 3.

4. Species ejus sunt tres, secundum triplicem rationem sanctitatis, scilicet personarum, locorum, et aliarum rerum. 2-2. q 99. 3. o. et q. 154. 10 ad 3.

5. Et gravius est contra personam quam contra locum. Sed gravissimum est contra sacramenta, secundo contra vasa sacra, tertio contra imagines et reliquias sanctorum, quarto contra ornatus rei sacræ, quinto contra res ministrorum Ecclesiæ. 2-2. q. 99. 2. c.

6. Omne peccatum personæ sacræ est sacrilegium materialiter, non autem formaliter, nisi sit directe contra sanctitatem ejus, puta si virgo Deo dicata fornicetur. 2-2. q. 99. 3 ad 3.

7. Quælibet species luxuriæ, secundum quod violat aliquid pertinens ad cultum Dei, est sacrilegium. 2-2. q. 154. 10. o.

8. Pœna sacrilegii secundum æqualitatem est excommunicatio Sed quia hæc non timetur, additur decapitatio secundum leges, et pœna pecuniaria, secundum canones. 2-2. q. 99 4. o. et q. 154. 10 ad 2.

Sal impedit corruptionem putredinis. 1.ᵖ q. 104. 2. c. et 1-2 q 102. 3 ad 14

1. Salomon non meruit sapientiam in somniis, sed fuit signum præcedentis desiderii. 1-2. q. 113. 3 ad 2. et 2-2. q. 154. 5 ad 1.

2. Somnus Salomonis non fuit naturalis, sed fuit prophetica visio. 1-2 q. 113. 3 ad 2. et 2-2. q 173. 2. c.

1. Salvari nullus potest, nisi per Christum. 3.ᵖ q. 61. 3. c. ad 2 et 4. c. et q. 68. 1. o. et 2. c. et q. 73. 5. c. et q 84. 5 c.

2. Ad salutem venitur dupliciter, scilicet merito Christi, ut pueri, et stulti, et merito proprio, addito ad meritum Christi, per actum fidei. 2-2. q. 124. 1 ad 1.

3. Pueri antiquorum salvabantur in fide parentum. 3.ᵖ q. 34. 3. c. et q. 70. 4 ad 2.

4. In necessariis ad salutem tenemur intellectum nostrum conformare intellectui Dei, ut in iis quæ sunt fidei. 1.ᵖ q. 1. 8 ad 2.

5. In necessariis ad salutem, Deus nunquam deest, nec unquam defuit homini, nisi ex culpa ejus. 1-2. q 98. 2 ad 4. et 2-2. q. 177. 1. c. et q. 178. 1. c.

6. Quodlibet tempore, instructi sunt homines divinitus de agendis, inquantum expediebat ad salutem electorum. 2-2. q. 174. 6. c. fin. ad 3.

7. Ex divina providentia procurantur multæ occasiones salutis hominibus, ut prædicationes, exempla, actus, virtutum pro loco et tempore, ægritudines, flagella, et etiam peccata. 1-2. q. 87. 2 ad 1 et ad 2.

8. Non est de necessitate charitatis, quod aliquis exponat proprium corpus, pro salute proximi, nisi quando tenetur ejus saluti providere, sed est de perfectione charitatis. 2-2. q. 26. 5 ad 3.

1. SAMUEL. Si voluntate Dei, ipsa anima Samuelis, Sauli eventum belli prænunciavit, Deo sibi hoc revelante, pertinet ad rationem prophetiæ. Non autem est eadem ratie de sanctis, qui sunt modo patria. 2-2. q. 174. 5 ad 4.

2. Dici etiam potest quod non fuerit anima Samuelis, sed dæmon ex persona ejus loqueus, quem sapiens Samuelem nominat, et ejus prænunciationem, prophetiam secundum opinionem Saulis et astantium, qui ita opinabantur. 2-2. q 172. 6 ad 2. et q. 174. 5 ad 4.

1. SANCTIFICATIO duplex, scilicet totius naturæ humanæ ab omni corruptione culpæ et pœnæ in resurrectione, et personalis, in sola mente. 3.ᵖ q. 27. 2 ad 4.

2. Sanctificatio duplex, scilicet adultorum per proprium actum, et parvulorum, secundum fidem parentum, vel Ecclesiæ. Prima est perfectior quam secunda. 3.ᵖ q. 34. 3. c. et q 70. 4 ad 2.

3. Sanctificari dicitur tripliciter, scilicet mundari a peccato, confirmari in bono, et deputari ad cultum Dei. Et tantum tertium convenit carenti ratione. 2-2. q. 81. 8. c. et q. 62. 6 ad 2. et q. 63. 6 ad 2.

4. Sanctificatio tabernaculi, et vasorum ejus litteraliter fuit, ut haberetur in reverentiam. Sed figurabatur spiritualis sanctificatio fidelium. 1-2. q. 102 4 ad 9.

5. Sanctificari dicitur triplicit er scilicet ex minus sancto, ex non sancto privative, et ex non sancto negative. Et tantum tertium convenit Christo qui factus est sanctus ex non sancto, secundum hominem, non quidem privative, ut scilicet aliquando fuerit homo, et non fuerit sanctus, sed negative, quia scilicet quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam: et ideo simul sanctus est homo, et sanctus homo. 3.ᵖ q. 34. 1 ad 2.

6. Quæ fiunt præter legem communem, non fiunt principaliter ad subveniendum uni personæ, sed ad insinuationem et commendationem gratiæ, ut sanctificatio in utero. 3.ᵖ q. 27. 6. c.

7. Non est credendum, aliquos esse sanctificatos in utero, de quibus non loquitur Scriptura. 3.ᵖ q. 27. 6. c.

8. Illi præcipue sanctificati sunt in utero, qui immediatius ordinati sunt, ad significandum sanctificationem Christi. 3 ᵖ q 27. 6. o

9. Jeremias et Joannes Baptista non fuerunt sanctificati ante infusionem animæ rationalis. 3.ᵖ q. 27. 2 ad 1.

10. Sanctificati in utero creduntur non peccasse mortaliter de cætero. 3.ᵖ q 27. 6 ad 1

11. Sanctificati in utero debent baptizari, ut suscipiant characterem, quo Christo configurentur, et ita per susceptionem characteris, aliis membris Christi configurarentur, etiam corporaliter, et ut quasi deputentur ad percipienda divina; tertio propter bonum obedientiæ, quia præceptum de baptismo omnibus est datum, et ab omnibus debet impleri, nisi articulus

necessitatis sacramentum excludat. 3.ª q. 68. 1 ad 3.

12 Nazaræi, per quos significantur perfectissimi, sanctificabantur voto 2-2. q. 86. 6. b.

1. SANCTITAS est specialis virtus, scilicet religio, sed est generalis imperio. 2-2. q. 81. 8 ad 1.

2. Sanctitas refert omnia virtutum opera in Deum, vel per hæc disponit ad cultum Dei: ideo differt tantum ratione a religione quæ est circa pertinentia specialiter ad cultum Dei, ut in sacrificiis. 2-2. q. 81. 8 o.

3. Sanctitas importat duo necessaria ad applicationem mentis ad Deum, scilicet munditiam, et firmitatem. 2-2. q. 81. 8 o.

SANCTUS unus præcipue laudatur de una virtute, et alius de alia; propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius virtutis, quam ad actum alterius. 1-2. q. 66 2 ad 2.

1. SANGUIS non est actu pars, sed est totum in potentia. 3.ª q. 31. 5 ad 1. et 6. c.

2. Sanguis est de integritate humanæ, naturæ. 1.ª q. 119. 1. c.

3. Sanguinei sunt amativi. Ideo jecur dicitur cogens amare, quia generat sanguinem. 1-2. q. 48. 2 ad 1.

4. Sanguis in lege veteri effundebatur ad crepidinem altaris, ut Judæi horrerent effundere sanguinem. Et quia vita est a Deo. Et pro effusione sanguinis Christi. 1-2. q. 102. 3 ad 8. et 6 ad 1.

5. Sanguis Christi est pretium redemptionis nostræ, quod Christus obtulit Deo, non autem diabolo. 3.ª q. 48. 4 ad 3 et 5. c. et q. 49 5 ad 1.

6. Totus sanguis Christi, qui ad veritatem humanæ naturæ pertinebat, in passione ejus effusus pro redemptione humani generis, ad corpus Christi rediit, et resurrexit cum eo, triplici ratione, scilicet quia passus est in perfectissima ætate, in quæ maxime ea quæ in homine inveniuntur, ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur, tanquam ad maximam perfectionem adducta, et ex merito passionis, sicut et illæ partes sanctorum martyrum, in quibus passionem pro Christo sustinuerunt, quemdam privilegiatum fulgorem in resurrectione habebunt, et ex ipsa virtute passionis in qua humanum genus sanctificavit, quia humanitas Christi salutiferam virtutem habuit, ex virtute verbi sibi uniti, secundum Damascenum. 3.ª q. 54. 3 ad 1.

7. Sanguis Christi in passione effusus, qui maxime fuit salubris, fuit divinitati unitus: ideo oportuit quod in resurrectione jungeretur aliis humanitatis partibus, sicut et verum corpus ejus. 3.ª q. 52 3 ad 1.

8. Sanguis vero qui in quibusdam Ecclesiis pro reliquiis observatur, fluxit miraculose, de quadam ejus imagine percussa. 3.ª q. 54. 3 ad 3.

1. SANITAS est de prima specie qualitatis, causata ex humoribus adæquatis 1-2. q. 49. 2. c. ad 1. et ad 3. et 4. c. et q. 50. 1. c. fin.

2. Sanitas est tantum in animali. 1.ª q. 16. 6. c.

3. Eadem numero sanitas est in animali, et in aliis, nec alia sanitas est medicinæ, et urinæ, quam sanitas animalis, quam medicina facit, et urina significat. 1-2. q 20. 3 ad 3

4. Christus quemcumque curavit, totum sanavit, scilicet mente, et corpore. 3.ª q. 44. 3 ad 3. et q. 86. 5 ad 1.

5. Dicitur ille non posse sanari, qui non potest de facili sanari. Potest tamen hoc fieri per virtutem divinæ gratiæ, quæ etiam interdum in profundum maris se convertit. 2-2. q. 33. 2 ad 1. et 3.ª q. 86. 1 ad 2. fin.

1. SAPIENTIA qua formaliter sapientes sumus, est quædam participatio divinæ sapientiæ, quæ Deus est. 2-2. q. 23. 2 ad 1.

2. Sapientia, secundum philosophos, est tantum cognoscitiva; secundum theologos vero, est etiam directiva. 2-2. q. 19. 7. c. et q. 45. 2. o.

3. Sapientia judicat de omnibus, et ordinat, quia considerat altissimas causas. 1-2. q. 57. 2. c. ad 1. et q. 66. 5. c. ad 1.

4. Sapiens simpliciter est qui cognoscit altissimam causam simpliciter, sed sapiens in aliquo genere est qui scit altissimam causam in illo genere. 1.ª q. 1. 6. c. et 2-2. q. 9. 2. c. et q. 45. 1. c et q. 47. 2 ad 1.

5. Sapientia simpliciter semper est bona, sed secundum quid est mala, et est triplex, scilicet terrena, animalis, et diabolica. 2-2. q. 45. 1 ad 1. et q. 46. 1 ad 2. et q. 55. 1 ad 3. et q. 113. 1 ad 1.

6. Omnibus sapientia est scientia, inquantum est de conclusionibus, sed differt a cæteris scientiis, inquantum est de principiis. 1-2. q. 57. 2 ad 1 et ad 4. et 2-2 q. 9. 2. c.

7. Sapientia utitur principiis, non solum concludendo ex eis, sicut aliæ scientiæ, sed judicando de eis et disputando contra negantes ea. 1.ª q. 1. 8. c. et 1-2. q. 53. 2 ad 1 et ad 2. et q. 66. 5 ad 4.

8. Sapientia continet sub se scientiam et intellectum. 1-2 q. 57. 2 ad 2.

9. Sapientia est tantum una, licet scientiæ sint multæ. 1-2. q. 57. 2. c. fin.

10. Sapientia est maxima inter omnes virtutes intellectuales, judicans et ordinans eas. 1-2. q. 57. 2 ad 2. et q. 66 5. o. et q. 68. 7. c.

11 Differentia inter sapientiam, scientiam, intellectum, artem et prudentiam. 1-2. q. 57. 2. 3. 4. o.

12. Sapientia in rebus humanis est prudentia. 1.ª q. 1. 6 c. et 2-2. q. 47. 2 ad 1.

13. Prudentia non imperat sapientiæ, sed e converso. Nec est de altissimo, sicut sapientia. Sed imperat de ordinatis ad sapientiam. Ideo est ministra ejus 1-2. q. 66 5 ad 1.

14. Prudentia est de iis, per quæ pervenitur ad felicitatem, sed sapientia est de objecto ejus. Et actus ejus in hac vita non est perfecta felicitas, sed est inchoatio ejus, quia est actus imperfectus, respectu sui objecti principalis, scilicet Dei. 1-2. q. 66. 5 ad 2 et ad 3.

15. Dona sapientiæ et scientiæ nihil aliud sunt quam quædam perfectiones mentis humanæ, secundum quas disponitur ad sequendum instinctum Spiritus sancti, in cognitione divinorum et humanorum. 1-2. q. 68. 5 ad 1. et 2-2. q 8. 5. c.

16. Sapientia data a Deo est donum Spiritus sancti, sed sapientia acquisita per studium humanum est virtus intellectualis 1.ª q. 1 6 ad 3. et 2-2. q. 45. 1. o. et 4 ad 1 et ad 2.

17. Donum et virtus sapientiæ principaliter est de divinis, secundario, vero de aliis, judicando per regulas divinas. 1-2. q. 57. 2. c. et 2-2. q. 9. 2. c.

18. Virtus sapientiæ est tantum speculativa, sed donum sapientiæ est speculativum principaliter, et secundario practicum. 1.ª q. 64. 1. c. et 2-2. q. 10. 7. c. et q. 45. 3. o. et 6 ad 3.

19. Ratio speculativa, quoad apprehensionem, perficitur dono intellectus, et quoad judicium, dono sapientiæ. Sed ratio practica quoad primum perficitur dono consilii, et quoad secundum, dono scientiæ. 1-2 q. 68. 4. c.

20. Donum sapientiæ est in ratione superiori, donum autem scientiæ, in ratione inferiori. 1.ª q. 79. 9. c et 2-2. q. 45. 5. c.

21. Augustinus loquitur de sapientia, quantum ad suam causam, scilicet quantum ad charitatem, ex qua etiam sumitur nomen sapientiæ, quæ est donum, secundum quod saporem quemdam importat. 1.ª q. 43. 5 ad 2 et ad 3. et 2-2. q. 45. 2 ad 1.

22. Talis expositio, scilicet quod sapientia dicitur quasi sapida scien-

tia, non convenit, nisi secundum nomen quod habet sapientia in latina lingua. In græco autem non competit, et forte nec in aliis linguis. Unde potius videtur nomen sapientiæ ibi accipi pro ejus fama, qua a cunctis commendatur. 1.ª q. 43. 5 ad 2 et ad 3 et 2-2. q. 45. 2 ad 2.

23. Donum sapientiæ dirigit hominis intellectum et affectum, ideo ei tanquam directivo correspondent duo dona, scilicet intellectus in intellectu, et timor in affectu. 1-2 q. 68. 4 ad 5.

24. Rectum judicium de divinis ex inquisitione rationis; est virtutis sapientiæ, doni vero ejus secundum connaturalitatem. 1.ª q. 1. 6 ad 3 et 1-2. q. 68. 1 ad 4. et 2-2. q. 45 2 c.

25. Judicium per modum inclinationis est doni sapientiæ, sed per modum cognitionis tantum est theologiæ. 1.ª q. 1. 6 ad 3 et 2-2. q. 45. 2. c

26. Intellectus habet duos actus, scilicet percipere, et judicare, secundum rationes divinas et humanas. Primum est doni intellectus, secundum doni sapientiæ, et tertium doni scientiæ. 2-2. q. 8 6. o. et q. 9. 2. o. et q. 45. 2 ad 3.

27. Donum sapientiæ est excellentissimum inter septem dona Spiritus sancti, sed est inferius charitate 1-2. q. 68. 7. c.

28. Sapientia acquisita potest esse cum peccato mortali, non autem donum sapientiæ, sicut nec charitas, quam præsuponit. 2-2. q. 45. 4. o.

29 Fides assentit veritati divinæ secundum se, sed donum sapientiæ judicat secundum eam: ideo præsupponit fidem. 2-2 q. 45. 1 ad 2.

30. Fides est initium sapientiæ secundum essentiam, timor autem servilis est ut dispositio ejus, sed filialis, ut primus effectus ejus 2-2. q. 19. 7. o. et q. 45. 6 ad 3.

31. Donum sapientiæ quandoque dicitur pietas, et timor Dei, quia sicut pietas quæ pertinet ad cultum Dei ste manifestatio fidei, inquantum per cultum Dei protestamur fidem, ita etiam pietas manifestat sapientiam, et propter hoc dicitur quod pietas est sapientia, et eadem ratione timor: per hoc enim ostenditur quod homo habet rectum judicium de divinis, quod Deum timet, et colit. 2-2 q. 45. 1 ad 3.

32. Donum sapientiæ, quoad suam causam, est in voluntate, sed secundum essentiam est in intellectu. 2-2 q. 45. 2. o

33. Donum sapientiæ, quantum est necessarium ad salutem, est in omni habente gratiam, sed est in pueris et amentibus, habitualiter tantum, sed quoad secreta mysteria, et directionem aliorum, est in paucis, quia est gratia gratis data. 1-2. q. 68. 5 ad 1. et 2-2. q. 45. 5. o

34 Sapientia in divinis semper est essentialis, et nunquam est personalis et propria, sed appropriatur, quia non significatur per modum exeuntis, sicut amor, sed per modum quiescentis in subjecto. 1.ª q. 34. 1 ad 2. et q. 37. 2 ad 1. et q. 39. 7 ad 2.

35. Sapientia in divinis dicitur dupliciter, scilicet essentialis, et genita. 1.ª q 34. 1 ad 2.

36. Sapientia ut supponit pro essentia, non dicitur genita, nec ingeta; sed ut supponit pro hypostasi, dicitur genita vel ingenita, tamen semper significat essentiam. 1.ª q 32. 2. c. ad 1.

37. Sapientia Patris dicitur dupliciter, scilicet essentialis, quæ est in ipso, et quæ procedit ab eo 1.ª q 39. 7 ad 2.

38. Pater est sapiens sapientia essentiali, non autem sapientia genita. 1.ª q 37. 2 ad 1. et q. 39. 7 ad 2.

39. Filius est sapientia Patris. 1.ª q. 39 7 ad 2.

40 Filius est sapiens formaliter, sapientia tantum essentiali; effective vero, sapientia ingenita tantum, sed seipso vel per se, sapientia genita. 1.ª q. 39. 7 ad 2.

Sarabaitæ sunt monachi, sine obedientia, ideo non approbantur, licet sint laboriosi. 2-2. q. 186. 5 ad 3.

1. Satisfactio nulla debet imponi noviter baptizatis, quia sunt totaliter liberati per passionem Christi, et satisfactionem illius, cui configurantur in baptismo, et ideo injuria fieret ejus passioni, quasi ipsa non esset sufficiens satisfactio pro peccatis baptizatorum. 3. ᵖ q. 49. 3 ad 2 et q. 68. 5. o. et 6. c.

2. Pœnitens per satisfactionem consequitur perfectum effectum gratiæ, qua liberatur totaliter a reatu peccati. 3. ᵖ q. 90. 3 ad 2.

3. Ex proposito satisfaciendi gratia confertur, licet satisfactio actualis gratiam præsupponat. 3. ᵖ q. 90 3 ad 2.

4. Homo non potest satisfacere de uno peccato sine alio. 3. ᵖ q. 86. 3. o.

5 Homo potest satisfacere Deo, secundum æqualitatem proportionis, per acceptationem infinitæ misericordiæ Dei, non autem secundum æqualitatem quantitatis offensæ. 3. ᵖ q. 1. 2 ad 2. et q 85 3. o et q. 90. 2 c.

6 Satisfactio in proposito causat gratiam, sed in executione auget eam, sicut et baptismus. 3 ᵖ q. 90. 2 ad 2.

7. Nulla pura creatura potuit satisfacere Deo pro natura humana. 3. ᵖ q. 1 2 ad 2. et q. 46. 1 ad 3. et q. 49. 5 ad 1.

8. Satisfactio pro se, vel satisfactio pro alio, dicitur pretium quoddam. 3. ᵖ q. 48 4. c.

9. Adam et alii sancti patres satisfecerunt pro peccatis suis, secundum quod peccatum corrumpit bonum personale, non secundum quod corrumpit naturam 3 ᵖ q. 49. 5 ad 1. et q. 62. 5 o. et ad 2.

10. Unus homo potest satisfacere pro alio, inquantum sunt unum in charitate. 3. ᵖ q. 14. 1. c. et q 48. 2 ad 1.

11. Nullus potest conteri, vel confiteri pro alio, sicut potest satisfacere, quia hoc est extra; illa vero sunt intra, quia pertinent ad bonitatem gratiæ, vel ad culpam. 3. ᵖ q. 48. 2 ad 1.

12. Passio Christi causavit nostram salutem, per modum satisfactionis. 3. ᵖ q. 43. 1. 3. c. et 4 ad 2. et q. 48. 2. o. et 4. c. et 6 ad 3.

13. Hæc satisfactio fuit superabundans. 3 ᵖ q. 48 2. c ad 2. et 4. c. et q. 49. 3 c. et q. 68. 5 ad 1. et q. 69. 2. c.

14. Christus per mortem suam sufficienter satisfecit pro peccatis humani generis, etiam si essent plura. 3. ᵖ q. 46 6. c. ad 4 et ad 6. et q. 48. 2. o. et q. 49 1. 3. c. et q. 68. 1. c. et q. 69. 7. c. et q 86. 4 ad 3.

15. Christus satisfecit pro tota natura humana sufficienter, non autem efficaciter. 3. ᵖ q. 46. 1 ad 3. et q. 79. 7 ad 2.

16. Una gutta sanguinis Christi fusa in circumcisione, vel quæcumque pœna ejus, plene satisfecit, ratione personæ ejus, non autem secundum genus operis 3. ᵖ q. 46. 6 ad 6.

17. Satisfactio dicitur esse actus virtutis non solum materialiter, sed etiam formaliter, cum suo nomine formam et rationem virtutis implicitam habeat. Suppl q. 12. 1. c.

18. Satisfactio quæ æqualitatem respectu offensæ præcedentis in faciente importat, opus justitiæ est. Suppl. q. 12. 2. o

19. Bona est definitio satisfactionis quam habet Anselmus, satisfacere est honorem debitum Deo impendere. Similiter quam habet Augustinus.

20. Satisfactio est peccatorum causas excidere et eorum suggestionibus aditum non indulgere. Suppl. q. 12. 3. o.

21. Non potest homo Deo satisfacere, si littera (*satis*) æqualitatem quantitatis importet, contingit autem si importet, æqualitatem proportionis. Suppl. q 13. 1. o.

22. Potest quis pro alio pœnam

satisfactoriam explere pro peccatis præcedentibus, ita ut solutio debiti consecutura sit. Suppl. q. 13 2. c.

23. Impossibile est quod homo de uno peccato satisfaciat alio retento, sicut nec homini satisfaceret, qui pro alapa sibi data eum prosterneret, et aliam simul daret. Suppl. q. 14. 1. o.

24 Non potest quis extra charitatem Dei existens, pro peccatis ante contritis satisfacere. Suppl. q. 14. 2. o.

25. Opera extra charitatem facta, per charitatem sequentem non vivificantur, ac per hoc non valet satisfactio præcedens, etiamsi charitas sequatur. Suppl. q. 14. 3. c.

26 Magis concedendum est quod opera extra charitatem facta non sint alicujus meritoria quam quod sint. Suppl. q. 14 4. c.

27. Opera extra charitatem facta, quantum ad hoc quod quis liberetur a pœna, quam jam meruit, pœnam inferni mitigare non possunt, sed quantum ad hoc quod meritum pœnæ impediatur, per opera extra charitatem facta, pœna inferni mitigari potest. Suppl. q. 14. 5. o.

28. Satisfactio sive referatur ad præteritam offensam, sive ad futuram culpam, per pœnalia opera fieri asseritur. Suppl q. 15. 1. o.

29. Flagella et castigationes hujus vitæ, quæ a Deo peccatori infliguntur, si patienter ferantur, nomen satisfactionis habet, alias vindicationis. Suppl. q. 15. 2. o.

30 Opera satisfactoria rite enumerata sunt, scilicet eleemosyna, jejunium, et oratio. Suppl. q. 15. 3. c.

1. SCANDALUM proprie est dictum vel factum minus rectum, præbens aliis occasionem ruinæ. Sed scandalum large sumitur pro quolibet impedimento, alicui præstito in via aliqua, quam prosequi intendit. 2-2. q. 43. 1. o. et 4. c.

2. Scandalon græce, offensio dicitur latine, vel ruina, vel impactio pedis. 2-2. q. 43. 1. o. et 4. c.

3. Scandalum duplex, scilicet activum, id est, omne inductivum peccati, intentum, vel non intentum, scilicet peccatum vel simile ei, et passivum, id est, ruina peccati ex dicto vel facto alterius. 2-2. q. 43. 1 ad 4. et 2. c.

4. Scandalum activum, quandoque est sine passivo, quandoque e converso, et quandoque simul 2-2. q. 43. 1 ad 4. et 2 c.

5. Omne scandalum est peccatum, sed activum quidem dantis, passivum vero sumentis. 2-2. q. 43. 2. o.

6. Scandalum activum per se, id est, intentum est speciale peccatum, non autem per accidens, nec scandalum passivum. 2-2. q. 43. 3. o.

7. Scandalum activum est sine alio peccato, quando factum vel dictum non est peccatum, sed habet speciem mali. 2-2. q. 43. 3 ad 2.

8. Utrumque scandalum, scilicet activum et passivum, est veniale, et quandoque mortale. 2-2. q. 43. 4. o.

9. Scandalum activum vel passivum non convenit perfectis, nisi de veniali, sed imperfectis etiam de mortali. 2-2. q. 43. 5. 6. o

10. Omne scandalum causatur ex aliquo scandalo activo sui, non autem semper ex peccato alterius. 2-2. q. 43. 6 ad 1.

11. Bona spiritualia necessaria non debent dimitti propter scandalum; alia vero debent occultari, vel differri, si sit ex ignorantia, donec doceatur, nisi sit periculum. Non autem post, nec si est ex malitia. 1-2. q. 43. 2. 7. 8. o. et 3.ª q. 42. 2. o

12. Veritas nullo modo deseri debet, propter scandalum passivum aliorum. 2-2. q. 43. 7. ad 2. et 3.ª q. 42. 2. c. ad 1.

13. Bona temporalia propria debent deseri, propter scandalum ex ignorantia vel infirmitate, vel scandalum sedari, non autem si sit ex malitia, nec aliena nobis commissa. 2-2. q. 43. 8. o.

14. Punitio non debet deseri prop-

ter scandalum, nisi sequatur pejus, propter multitudinem peccantium, vel propter potentiam principum. 2-2 q. 33. 6 o. et q. 43. 7 ad 1. et q. 108. 1 ad 5. et 3 ad 1.

SCENOPEGIA erat festum tabernaculorum per dies septem, propter beneficium deductionis, et protectionis in deserto. Et significat peregrinationem sanctorum in hoc mundo. Cui nunc succedit festum consecrationis ecclesiæ 1-2. q. 102. 4 ad 10. et q 103. 3 ad 4.

SEVERITAS est virtus inflexibilis, circa inflictionem pœnarum, quando recta ratio requirit hoc. 2-2. q. 157. 2 ad 1 et ad 2 et q. 159. 2 ad 2.

1 SCIENTIA significat qualitatem simplicem, quam consequitur quidam respectus. 1.ª q. 13. 7 ad 1. et q. 14. 1 ad 1. et 1-2. q. 54. 4 o.

2. Scientia est equalitas simplex, relata ad multa secundum unum. 1 2. q. 54. 4. o.

3. Scientia est assimilatio intellectus, ad rem scitam, per speciem intelligibilem, quæ est similitudo rei intellectæ. 1.ª q. 14. 2 ad 2.

4. Diversæ scientiæ procedunt ex diversis principiis et mediis. 1-2. q. 54 2 ad 2.

5. Omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota, et per consequens visa. 2-2. q. 1. 5. c.

6 Nulla scientia probat principia sua, sed probat alia ex eis. Nec disputat contra negantes ea, præter primam philosophiam 1.ª q. 1. 8. c.

7. Tota virtus demonstrationis dependet ex medio. Ideo diversa media sunt sicut diversa principia activa, secundum quæ habitus scientiarum diversificantur. 1-2. q. 54. 2 ad 2.

8 In diversis conclusionibus unius scientiæ sunt diversa media per quæ probantur Ideo homo potest scire aliquas conclusiones sine aliis, sicut et media. 2-2. q. 5. 3 ad 2.

9. Scientia demonstrativa dicitur judicativa, inquantum per resolutionem in prima principia de veritate inquisitorum dijudicat. 2-2. q 53. 4 c.

10. Idem est subjectum principiorum, et totius scientiæ, quia tota scientia virtute continetur in eis 1.ª q. 1. 7. c. et 1-2. q. 3. 6. c. et 2-2 q. 4. 1. c

11. Omne quod scitur est aliquo modo necessarium 1.ª q. 14. 9. o. et 3.ª q. 10. 3. c.

12 Omne scitum a nobis est necessarium, non autem omne scitum a Deo. 1.ª q. 14. 13 ad 3.

13. Omne scitum est aliquo modo visum per intellectum. 1-2. q. 1. 5. c ad 4.

14. Idem est subjectum principiorum, et totius scientiæ, cum tota scientia virtute contineatur in principiis. 1.ª q. 1. 7. c

15. Subjectum scientiæ sicut et objectum potentiæ duplex, scilicet materiale, et formale 1.ª q. 1. 7. c.

16 Formalis ratio subjecti scientiæ, sicut et objecti potentia duplex, scilicet ex parte rei, et ex parte nostra. 2-2. q. 1. 2. c.

17. Sic se habet subjectum ad scientiam, sicut objectum ad potentiam vel habitum. 1.ª q. 1 7. c.

18. Materialiter scita sunt conclusiones: formalis vero ratio sciendi sunt media demostrationis, per quæ conclusiones cognoscuntur. 2-2. q. 1. 1. c.

19. Scientia est de mobilibus et de contingentibus, secundum quod in eis est aliquid necessarium vel universale 1.ª q. 84. 1. c. ad 3. et q. 86. 3. o.

20. Solæ scientiæ practicæ sunt circa contingentia, inquantum hujusmodi, scilicet in particulari. 1-2. q. 6. principio.

21 De qualibet re ad sciendum an est, oportet uti pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia sequitur quæstionem an est. 1.ª q. 2-2. ad 2.

22. De nulla re sciri potest, an

est, nisi de ea sciatur, quid est, saltem confuse. 1 ᵖ q. 2-2. ad 2.

23. Habitus scientiæ est in intellectu possibili, non autem in intellectu passivo, contra Averroem. 1-2. q. 50. 4. o. et q. 51. 3. c.

24. Scire et discere, per accidens est malum, ex parte scientis dupliciter, scilicet propter occupationem impedientem officium ejus, vel propter contemptum divinorum. Ex parte vero objecti tripliciter, scilicet vel quia inclinat ad malum, ut ars magica, vel quia excedit, vel quia est quid inutile. 1 ᵖ q. 22. 3 ad 3. et 2-2. q. 167 1. o.

25. Quilibet tenetur scire communiter credenda, communia juris præcepta, et ea quæ ad ejus statum, vel ad ejus officium pertinent. 1-2. q. 76. 2. c.

26. Scientia legis Dei sic annexa est officio sacerdotali, quod simul cum eo injungitur. 2-2. q. 16. 2 ad 3.

27. Scientia acquisita est habitus naturalis, quia inest unicuique homini quoddam principium scientiæ, scilicet lumen intellectus agentis, per quod cognoscuntur statim a principio naturaliter quædam universalia principia omnium scientiarum. 1. ᵖ q. 117. 1. c. ad 1. et 1-2. q. 51. 4. c. et q. 113. 10 ad 3.

28 Homo meditando acquirit scientiam. 1. ᵖ q. 62. 9. ad 1. et 1-2 q 51. 3. c. et 2-2. q. 15. 3 ad 1. et q. 49. 1 ad 2.

29. Scientia vel sapientia acquisita per proprium ingenium et studium quod est a Deo, est naturalis. Si vero aliter, ut in apostolis, est miraculosa. 1. ᵖ q. 117 1 ad 1 et 1-2. q. 51. 4. c. et q. 113. 10 ad 3.

30. Modus acquirendi scientiam duplex, scilicet præcipuus per inventionem, secundarius per doctrinam. 1. ᵖ q. 117. 1. c. et 3. ᵖ q. 9. 4 ad 1.

31. Cæcus a nativitate non potest habere scientiam de coloribus. 1. ᵖ q. 84. 3. c. fin. 4. b. et c. fin. et q. 111. 3 ad 1 et ad 2

32 In statu innocentiæ homo non acquisivisset scientiam ex sensibus. 3. ᵖ q. 61. 2. o.

33. Disciplina, quæ est receptio cognitionis ab alio, requiritur ad scientiam. 1-2. q. 4. 1. c. et 2-2. q. 189. 1 ad 4.

34. Nullus unquam per dæmones scientiam acquisivit. 1. ᵖ q 64. 1 ad 5. et 2-2. q 96. 1. c et q. 172. 5 ad 2.

35 Ille qui in aliqua scientia acquirit per primam demonstrationem scientiam conclusionis unius, habet quidem habitum, sed imperfecte. Cum vero acquirit per aliquam aliam demonstrationem scientiam conclusionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus, sed habitus qui prius inerat fit perfectior, utpote ad plura se extendens. 1-2 q. 151. 4 ad 3. et q. 54. 4 ad 3 et q. 63. 1 ad 1.

36 Multi impediuntur a scientia acquirenda tripliciter, scilicet propter indispositionem, occupationes, et pigritiem. 1-2. q. 61. 5 ad 3. et 2-2. q. 2. 4. c. et q. 172. 3 ad 2.

37. Virtutes morales, et præcipue castitas, multum faciunt ad acquisitionem et usum scientiarum. 2-2 q. 15. 3. c. et q. 96. 1 ad 2. et q. 148. 6. c. et q. 180. 2. o.

38. Discursus in acquisitione scientiæ duplex est in scientia nostra, scilicet secundum successionem unius post alterum, ex notis ad iguta procedens, et secundum causalitatem, per unum in alterum. 1. ᵖ q. 14. 7. c. et q. 58. 3. o. et q. 117. 1. c. et 3. ᵖ q. 11. 3. c.

39. Opinio est dispositio ad scientiam, qua acquisita, potest remanere cognitio etiam per syllogismum dialecticum. 3. ᵖ q. 9. 3 ad 3.

40. Scientia quadrupliciter tantum amittitur, scilicet ratione excidente a mente, corrupto sciente, vel scito, vel oblivione. 1. ᵖ q. 89 5. c.

41. Scientia augetur secundum se, per additionem. 1-2. q. 49. 4. c. et q. 52. 4. c.

42. Scientia est una numero, a

subjecto in quo est, sed una est in specie a scibili. 1.ᵖ q. 117 1. c.

43. Unitas scientiæ generica, specifica, vel numeralis, sumitur ab unitate generica, specifica, vel numerali sui medii 1-2. q. 54. 1 ad 2.

44. In scientia contrariorum eadem ratio est cognoscendi utrumque, quia unum per aliud cognoscitur. 1-2. q. 54. 2 ad 1.

45. Intellectus est una potentia, in qua tamen sunt diversarum scientiarum habitus. 1-2 q. 54. 4 ad 1.

46. Quantitas scientiæ attenditur non solum secundum numerum scibilium, sed etiam secundum charitatem cognitionis. 1-2. q. 52. o. et 3.ᵖ q. 10. 2 ad 3.

47. Diversa ratio cognoscibilis inducit diversitatem scientiarum. 1.ᵖ q. 1. 1 ad 2 et 1-2 q. 57. 2. c.

48. Scientia quæ habetur per revelationem, et scientiæ humanitus inventæ, differunt secundum genus. Unde theologica quæ ad sacram Scripturam pertinet, differt secundum genus ab illa theologia quæ pars philosophiæ ponitur 1.ᵖ q. 1. 1 ad 2.

49. Scientia infusa, et scientia acquisita, sunt diversarum rationum. Unde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus physicæ disciplinæ tractant, secundum quod sunt cognoscibiles lumine naturalis rationis, et aliam scientiam tractare, secundum quod cognoscuntur lumine divinæ revelationis. 1.ᵖ q. 1. 1 ad 2. et 3.ᵖ q. 9. 4 ad 3.

50. Consideratio scientiæ speculativæ non se extendit ultra virtutem suorum principiorum, id est, ultra quam cognitio sensitiva ducere potest. 1-2. q. 3. 6. c

51. Contra rectitudinem scientiæ, contingit peccati dupliciter in speculativis, scilicet vel inducendo rationem ad conclusionem falsam, apparentem veram, vel arguendo ex falsis, quæ videntur vera. 2-2. q. 55. 3. c.

52. In speculativis scientiis, demonstrativa scientia dicitur judicativa, inquantum per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum dijudicatur. 2-2. q. 53. 4. c.

53. In speculativis est alia rationalis scientia, ordinata ad inquisitionem inventivam, scilicet dialectica, et alia scientia demonstrativa, determinativa veritatis 2-2. q. 51. 2 ad 3.

54. Omnes scientiæ demonstrativæ continentur sub physica, ut ponitur pars prudentiæ large, ut includit etiam scientiam speculativam. 2-2. q. 48. c. co. 2.

55. Scientia dicitur speculativa vel practica tripliciter, scilicet ratione sciti, modi, et finis. 1.ᵖ q 14 16. c.

56. Scientia de non operabili est speculativa tantum, ordinata vero ad operationem, est practica tantum; speculativa vero, ratione modi vel finis, est secundum quid speculativa et practica. 1.ᵖ q. 14. 16. c.

57. Omnis scientia operativa, tanto perfectior est, quanto magis considerat particularia, in quibus actus est. 1.ᵖ q. 22. 3 ad 1.

58. Scientiarum practicarum illa est dignior, quæ ad ulteriorem finem ordinatur, ut civilis militari. 1.ᵖ q. 1. 5. c.

59. Omnes fines scientiarum practicarum ordinantur ad beatitudinem æternam, sicut ad ultimum finem. 1.ᵖ q. 1. 5 c.

60. Scientia practica triplex, scilicet monastica seu ethica, œconomica, et politica. 2-2. q. 47. 11. b. et q. 48 ad 2.

61. Scientia duplex, scilicet subalternans, et subalternata. Prima procedit ex principiis per se notis, lumine naturalis intellectus; secunda vero, ex principiis per se notis, in scientia superiori. 1.ᵖ q. 1. 2. c. ad 1. et 6 ad 2.

62. Intellectus, qui est habitus principiorum, est nobilior quam scientia conclusionum. 1-2. q. 51. 2 ad 3. et q. 57. 2 ad 2. et q. 63. 2 ad 3. et q. 68. 7. c.

63. Una scientia est dignior alia dupliciter, scilicet ratione nobilioris subjecti, vel quia certior. 1.ᵖ q. 1. 5. c. et 1-2. q. 66. 5 ad 3.

64. Aliqua scientia imperat aliis, tanquam ancillis, eis utendo. 1.ᵖ q. 1. 5. b. et ad 2.

65. Civilis præcipit omnibus scientiis et artibus, sed speculativis quoad exercitium actus, non autem quoad determinationem actus, sicut practicis. 2-2. q. 47. 2 ad 2.

66. Scientia est donum necessarium, ad judicium discernendi credenda a non credendis, sicut donum intellectus, ad sane capiendum credenda. 2-2. q. 8. 6. c. et q 9. 1. o.

67. Scientia quæ est donum, non est discursiva, quia est participata similitudo scientiæ Dei. 2-2 q. 9 1 ad 1.

68. Donum hoc est tantum circa res humanas, vel creatas, quia est certitudo judicii per causas secundas. 2-2. q. 8. 6. c et q. 9. 2. o. et 4 c.

69. Et est principaliter speculativum, et secundario practicum, sicut et fides. 2-2. q. 8. 6. c. et q. 9. 3. o. et q. 52. 2 ad 2.

70. Donum scientiæ est in omnibus habentibus charitatem, non autem prout est gratia gratis data, scilicet ad instruendum fideles, et ad confutandum adversarios. 1.ᵖ q. 1. 6 ad 3. fin. et 1-2. q. 58. 5 ad 1 et ad 2. et 2-2 q. 9. 1 ad 2.

71. Dona intellectus et scientiæ correspondet fidei. 2-2. q. 1. principio. et q 8. principio.

72. Donum scientiæ non directe correspondet prudentiæ, sed per quamdam extensionem, eum adjuvat, donum autem consilii directe respondet prudentiæ, sicut circa eamdem existens. 2-2. q. 52. 2 ad 2.

SCIENTIFICUM et ratiocinativum non sunt idem quod ratio superior et inferior, quia scientificum est tantum speculativum. et est de Deo et de creaturis. 1.ᵖ q. 79. 9 ad 3.

1. SCIRE contingit plura, intelligere vero unum 1.ᵖ q. 85. 4. o.

2. Scire contingit tripliciter, scilicet per revelationem, certitudinaliter per seipsum, et per conjecturas signorum. 1-2. q. 112. 5. c.

1. SCHISMA est separatio, propria sponte et intentione, ab unitate Ecclesiæ, renuens subesse Papæ, et communicare membris Ecclesiæ. 2-2. q. 39 1. o. et 4. c.

2. Schisma per se, id est ex intentione, est speciale peccatum, oppositum unitati Ecclesiæ. Et dicitur a scissura animorum. 2-2. q. 39 1. o.

3. Schisma est maximum peccatorum in proximum 2-2. q. 39. 2 ad 3.

4 Infidelitas secundum se est gravius peccatum schismate, sed per accidens est e converso. Sed in lege veteri, schisma gravius fuit punitum, propter pronitatem, et ignorantiam Judæorum. 2-2. q. 3. 9 ad 2.

1. SCHISMATICI proprie dicuntur, qui propria sponte et intentione separant se ab unitate Ecclesiæ, renuentes subesse papæ et communicare membris Ecclesiæ. 2-2 q. 39. 1. 4 c.

2. Potestas spiritualis duplex, scilicet sacramentalis, et jurisdictionis. Prima manet in hæreticis, et schismaticis secundum essentiam, non autem secundum usum. Ideo possunt ordinare ei consecrare, non autem absolvere, excommunicare, dare executionem ordinum, gratiam, vel indulgentias, quia jurisdictio confertur per simplicem injunctionem hominis. 2-2. q. 39. 3. o. et 3.ᵖ q. 64 9 ad 2 et ad 3.

3. Schismatici convenienter puniuntur duplici pœna, scilicet excommunicatione, et coerceri per potestatem secularem. 2-2. q. 39. 4. o.

SCHISMOS græce, *furor* latine dicitur. Et significat velocitatem iræ, et firmitatem propositi, ad vindictam. Ideo dicit primam et tertiam speciem iræ. 2-2 q. 46. 8 ad 2.

1. Scripturæ principalis auctor est Spiritus sanctus. 1.ᵖ q. 1. 10. c.

2. Scriptura sacra sic debet exponi, quod ab infidelibus non irrideatur. 1.ᵖ q. 1. 9 ad 2. et q. 68. 1. c. princ.

3. Asserere aliquid esse de sacra Scriptura, quod non est, multum nocet. 1.ᵖ q. 68. 1. c.

4. In omnibus quæ Scriptura per modum narrationis historice tradit, est pro fundamento tenenda veritas historiæ, et desuper spirituales expositiones fabricandæ 1.ᵖ q. 102. 1. c.

5. Quod ergo dicitur, quod Deus loquebatur Moysi facie ad faciem, secundum opinionem populi, loquitur Scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo. 1-2. q. 98 3 ad 3

6. Sicut scriptura libri est signum eorum quæ fienda sunt, ita notitia Dei est quoddam signum apud ipsum, eorum qui sunt perducendi ad vitam 1.ᵖ q. 24. 1. c.

7. Pythagoras et Socrates nihil scripserunt, quia puerunt excellentissimi doctores. 3.ᵖ q. 42 4. c.

1. Scurrilitas est jocularitas, ex defectu rationis, non valentis cohibere gestus exteriores. 2-2 q. 148. 6 c.

2. Scurrilitas pertinet ad verba, ratione inhonestatis multiloquium vero ratione superfluitatis. 2-2. q. 53. 5 ad 4. et q. 148. 6. c.

3. Scurrilitas procedit ex actu gulæ, non autem ex actu luxuriæ, sed ex voluntate ejus. Ideo pertinet ad utraque. 2-2 q. 148. 6 ad 3.

Se, est relativum reciprocum. Ideo magis dicit unitatem suppositi, quam ille terminus, idem. 3.ᵖ q. 3. 2 ad 2.

Sebastianus utiliter latitabat sub veste militari, in domo Diocletiani, ut deficientes in tormentis confortaret. 2-2. q. 10. 10 ad 2.

Seculum nihil est aliud, nisi periodus cujuslibet rei, pro quo aliquando ponitur ævum, vel æviternum. 1.ᵖ q. 10. 2 ad 2. et 6 ad 1.

1. Securitas perfecta pertinet ad præmium virtutis. Sed securitas secundum participationem est conditio alicujus virtutis. 2-2. q. 129. 7 ad 3.

2. Securitas non est idem quod fortitudo, sed est conditio ejus, et magnanimitatis, si sit quando, et in quibus debet. 2-2. q. 129. 7 ad 1 et ad 2.

3. Securitas opponitur timori, privative tantum, audacia vero contrarie. 1-2. q. 45. 1 ad 3.

4. Securitas magis opponitur timori quam pertineat ad spem. Nec causat negligentiam, nisi inquantum diminuit æstimationem ardui. 1-2. q. 46. 8 ad 1.

1. Sedere necesse est Socratem, dum sedet. 2-2 q. 49. 6. c.

2. Sedere ad dextram Patris in beatitudine ejus, vel habere regiam et judiciariam potestatem, convenit soli Christo, secundum utramque naturam. 3.ᵖ q. 57 2 ad 3. et q. 58. o.

3. Pater nullo modo sedet ad dexteram Filii, nec ad dexteram Spiritus sancti, nec Filius, sed e converso. 3.ᵖ q. 68. 2 ad 3.

4. Sedere ad dexteram Patris, convenit Spiritui sancto, secundum veritatem, inquantum est æqualis ei. Sed non appropriatur ei æqualitas, nec sessio dextræ, sed Filio. 3.ᵖ q. 58. 2 ad 2

5. Quilibet sanctus est constitutus ad dexteram Dei. Sed non sedet ibi, quia habet beatitudinem, sed non cum dominativa potestate, quasi propriam et connaturalem. 3.ᵖ q. 58. 4 ad 2.

6. Nullus sedet ibi in sinistra, quia ibi nulla est sinistra, id est nulla miseria. 3.ᵖ q. 58. 1 ad 2.

1. Seditio et schisma continentur sub discordia, scilicet partium multitudinis ad invicem. 2-2. q. 42. 1 ad 1 et ad 3.

2. Seditio est speciale peccatum, scilicet mutua impugnatio inter partes

multitudinis, vel præparatio ad pugnam. Rixa vero est unius ad unum, vel paucorum ad paucos. Sed bellum est inter diversas multitudines. Et utrumque est pugna in actu, non præparatio 2-2. q. 42. 1. o.

3. Seditio est semper de se peccatum mortale. Et est gravius rixa. Et principaliter est in procurantibus; secundo in sequentibus, non autem in defendentibus bonum commune. 2-2. q. 42 2. o.

4 Seditio opponitur unitati, et paci multitudinis. 2-2. q. 39. princ. et q. 42. 1. 2. c.

5 Seditio opponitur unitati temporali, et seculari; schisma vero, spirituali. Prima est cum præparatione ad pugnam, non autem aliud. 2-2. q. 42. 1 ad 2.

SEGNITIES est fuga operationis, et ex timore laboris. 1.ª q. 41. 4. o. et q. 44. 4 ad 3.

1. SEMEN, extenso nomine, dicitur non solum sperma, sed etiam menstruum. 1.ª q. 115. 2 ad 3.

2. Semen non fuit pars aliqua in actu, respectu generantis, sed in potentia totum secundum potentiam activam. 1.ª q. 119. 2. o.

3. Semen est de superfluo alimenti. 1.ª q 119. 2. c.

4. Semen est superfluum, respectu nutritivæ, sed est necessarium, quo indiget natura ad generationem. 2-2. q. 153. 3 ad 1.

5 Semen est album, quia est spumosum, ut possit continere spiritum vitalem, in quo est virtus formativa ut forma, sed magis ut motor. 1.ª q. 118. 1 ad 3.

6. Semen masculi non occurrit ad generationem, sicut materia in compositione geniti, sed sicut agens. 3.ª q. 28. 1 ad 5. et q. 31. 5 c.

7. Semen mulieris nihil facit ad generationem prolis: ideo aliquæ concipiunt sine eo. 3.ª q. 31. 5 ad 3. et q. 35. 3 ad 3.

8. Filius est de substantia patris, quia semen secundum potentiam activam est potentia totum, licet non sit actu aliqua pars patris. 1.ª q. 119. 2 ad 1.

9. Virtus animæ, quæ est in semine, per spiritum qui est in semine format corpus in generatione. 3.ª q. 32. 1 ad 1.

10. Virtus formativa seminis dicitur intellectus, quia operatur sine organo. 1.ª q. 118. 1 ad 3.

11. Homines pingues, et animalia magna ut elephas, pauci sunt seminis et paucæ generationis, quia convertitur in pinguedinem et substantiam. 1.ª q. 119. 1. c. fin.

SENARIUS numerus dicitur numerus perfectus, ratione partium, quia consurgit ex omnibus suis partibus aliquotis: ideo congruit perfectioni universi, et operum Dei in sex diebus. 1.ª q. 74. 1. c.

SENES sunt suspiciosi, et amant vinum, propter frigiditatem; sed anus magis, et sunt fabulosi. 2-2. q. 60. 3. c.

1. SENSIBILE duplex scilicet per se, et per accidens; sensibile per se duplex, scilicet proprium, et commune. 1.ª q. 17. 2. c. et q. 78. 3 ad 1.

2. Similitudo sensibilium est in sensu tripliciter, scilicet primo, et per se, respectu sensibilium propriorum, per se, sed non primo, respectu communium, et per accidens tantum, respectu sensibilium, per accidens. 1.ª q. 17. 2. c

3. Sensus in actu est sensibile in actu. 1.ª q. 14. 2. c. et q. 55 1 ad 2.

4. Sensibilium aliqua immutant sensum, spiritualiter tantum, ut color; quædam materialiter, ut gustabile et tangibile; alia vero utroque modo. 1.ª q. 67. 1. c. et q. 78. 3. c.

1. SENSUALITAS. Aliquid pertinet ad sensualitatem dupliciter, scilicet ut præambulum sicut apprehensive

sensitive; et essentialiter, ut appetitive tantum. 1.ᵖ q. 81. 1 ad 1.

2. Sensualitas dicitur a sensu, et est vis appetitiva sensitivæ partis. 1.ᵖ q. 81. 1. o.

3. Sensualitas non nominat simpliciter unam potentiam, sed unam secundum genus scilicet appetitivam sensitivam. 1.ᵖ q 80. 2. c.

4. Sensualitas nominat appetitum sensitivum, ut indistinctus, incomple tus et depressus est: ideo non potest esse subjectum virtutis, sed perpetuæ corruptionis, ideo differt tantum ratione a concupiscibili et irascibili, quia nominant idem, sed opposito modo. 1.ᵖ q. 81. 3 ad 1. et 1-2. q. 74. 3 ad 2

5. Singuli motus sensualitatis sunt in potestate nostra, non autem omnes simul. 1-2. q. 74 3 ad 2. et 2-2 q. 154 5. c.

6. Ratio tripliciter se habet ad motum sensualitatis, de genere peccati mortalis, scilicet ut imperans vel consentiens, ut resistens, et neutraliter: primo modo peccat mortaliter, tertio venialiter, non autem secundo, sed meretur. 2-2 q. 154. 5. c.

7. Sensualitas non potest sanari a corruptione fomitis, nisi per miraculum, quod tamen non fit in hac vita quadruplici ratione, scilicet quia ipse Deus secundum ordinem suæ sapientiæ sic disposuit, et quia donum gratiæ quæ per Christum nobis confertur, quamvis sit efficacius quam peccatum primi hominis, non tamen ordinatur ad removendum corruptionem prædictam, quæ est naturæ, sed ad removendum culpam personæ, similiter etiam hujusmodi corruptio quamvis sit contra statum naturæ primitus institutæ, est tamen consequens principia naturæ sibi relictæ Est etiam homini utile ad vitandum elationis vitium, ut sensualitatis infirmitas maneat post baptismum. 1-2. q. 74. 3 ad 2.

1. Sensus est potentia passiva. 1.ᵖ q. 79. 3 ad 1.

2. Sensus est virtus corporea, ideo est cognoscitivus corporalium tantum, et non spiritualium. 1.ᵖ q. 12. 3. c. et 4 ad 3. et q. 85. 1. c. et 1-2. q. 3. 3. c. et 2-2. q. 46. 3. c. ad 3

3. Non datur sensus agens 1.ᵖ q. 79. 3 ad 1.

4. Sensus est quædam deficiens participatio intellectus. 1.ᵖ q. 77. 7. c.

5. Sensus quandoque sumitur pro judicio rationis. 2-2. q. 46. 3. c ad 3.

6. Sensus dicitur tripliciter, scilicet natura sensitiva, potentia, et actus. 1.ᵖ q. 79. 1 ad 1.

7. Sensus exteriores sunt tantum quinque, secundum quinque modos immutationis ab objectis, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus, et tactus. 1.ᵖ q. 78. 3. o.

8. Sensus interiores, secundum Aristotelem sunt tantum quatuor, secundum quatuor modos operationum, scilicet sensus communis, imaginativa, æstimativa in aliis animalibus, sive cogitativa in homine, et memoria sensitiva, licet sint quinque, secundum Avicennam, scilicet sensus communis, imaginativa, phantasia, æstimativa, et memoria sensitiva. 1.ᵖ q. 78. 4. o.

9. Sensus non apprehendit rationem essendi, nec intentionem entis, nec formam substantialem, nisi per accidens, sed tantum accidentia sensibilia. 1.ᵖ q. 57. 1 ad 2. et q. 67. 3. c. et q. 75 6. c fin

10. Sensus non potest cognoscere substantiam. 1-2. q. 31. 5. c.

11. Sensus non potest cognoscere universalia, quia non potest recipere formam immaterialem, quia semper recipit in organo corporali. 1.ᵖ q. 12. 4. c. et q. 85. 1. c. et 1-2. q. 5. 1 ad 1. et q 19. 3. c. et q. 29 6. o.

12. Nullus sensus discurrit a causis ad effectus, nec e converso, sed tantum intellectus. 1.ᵖ q. 58. 4. 5. o. et q. 85. 5. o.

13. Sensus dupliciter immutatur, scilicet interius, et exterius ab objecto. 1.ᵖ q. 111. 4. c.

14. Sensus exterior apprehendit tantum rem præsentem, interior autem etiam absentem. 1.ª q. 78. 4. c. ad 6. et q. 81. 3 ad 3. et 1-2. q. 15. 1. c. et q. 17. 7 ad 3. et q. 35. 2 ad 2.

15. Objectum sensus communis est ipsum sensibile; quia cum sit una potentia, extendit se ad omnia objecta quinque sensuum exteriorum 1.ª q. 1. 3 ad 2.

16. Sensus communis non est communis ut genus, sed ut radix et principium sensuum exteriorum, vel ut respicit objectum sub universaliori ratione formali 1.ª q. 1. 3 ad 2. et q. 78. 4 ad 1.

17. Sensus communis fertur in omnia sensibilia, secundum unam communem rationem; ad quam nullus sensuum propriorum pertingere potest. 1.ª q. 1. 3 ad 2.

18. Sensus communis cognoscit differentias sensibilium diversorum generum, et intentiones sensuum, non autem sensus proprius. 1.ª q. 14. 2 ad 1. et q. 57. 2. c. et q 78. 4 ad 2.

19. Sensus proprius discernit inter contraria sensibilia, inquantum participat aliquid de virtute sensus communis, sed ultimum judicium et ultima discretio pertinet ad sensum communem, qui judicium aliorum perficit. 1.ª q. 78. 4 ad 2. fin.

20. Sensus formati habent propriam operationem, scilicet judicium de propriis objectis, sed judicium eorum, sensus communis perficit. 1.ª q. 78 4 ad 2 fin.

21. Sentire et intelligere sunt actiones immanentes. 1.ª q. 14. 2. ad 1. et q. 54. 2. c. et 1-2 q. 31. 5. c

22. Sentire non semper accipitur pro actu sensus, sed quandoque pro actu intellectus, secundum quod intellectus quandoque sensus dicitur. 1.ª q. 54. 5 ad 1. et 2-2. q. 46. 3. c. ad 3.

23. Sensus theologiæ duplex, scilicet litteralis, vel historicus, quem voces significant, et spiritualis vel mysticus, quem res habent. Et est triplex, allegoricus, id est figurativus, tropologicus id est, moralis, et anagogicus, id est cœlestis. 1.ª q. 1 10. o. et 1-2. q 102. 2. c.

24. In sacra Scriptura, præter principalem sensum, quem auctor intendit, possunt alii sensus non incongrue aptari. 1.ª q 1. 9 ad 2. et 10 ad 1. et q. 102. 1. c.

25. Nulla alia scientia vel Scriptura, præter sacram Scripturam, habet sensus spirituales, sed tantum litteralem. 1.ª q. 1. 10. c.

26. Multiplicitas istorum sensuum non facit æquivocationem, nec aliquam speciem multiplicitatis. 1.ª q. 1. 10 ad 1.

27. Sensui litterali sacræ Scripturæ nunquam potest subesse falsum. 1.ª q. 1. 10 ad 3.

28. Sensus litteralis est; quem auctor sacræ Scripturæ intendit. 1.ª q. 1. 10. c

29. Sensus spiritualis sacræ Scripturæ fundatur super litteralem, et eum præsupponit. 1.ª q. 1. 10. c. ad 1.

30. In una littera sacræ Scripturæ sunt plures sensus litterales. 1.ª q. 1. 10. c. fin

31. Sensus parabolicus continetur sub litterali, non autem figura ejus. 1.ª q 1. 10 ad 3. et 1-2. q. 102. 2 ad 1.

32. Nihil continetur sub sensu spirituali, necessarium fidei, quod Scriptura non tradat alicubi manifeste per sensum litteralem 1.ª q. 1 9 ad 2. et 10 ad 1.

SENTENTIA est applicatio juris ad particulare factum. 1-2. q 96. 1 ad 1. et 2-2. q. 67. 1. c.

SEPARATIO est delectabilis dupliciter, scilicet inquantum tollitur contrarium perfectioni rei, vel inquantum aliqua unio fit. 1-2 q 36 3 ad 2 et ad 3.

SEPTEMBER est quasi totus solemnis, apud Judæos, sicut et septimus dies. 1-2 q. 102. 4 ad 10.

SEPTENARIUS numerus universitatem significat. 1-2 q. 102. 5 ad 5.

1. SEPULTURA. Mos cujuscumque gentis in sepultura, et in officiis ejus, servari debet. 3.ª q. 51. 2 ad 2.

2. Terra non consecrata in sepulturam potest emi in sepulturam, et sepultura jam consecrata potest vendi ratione materiæ, in necessitate Ecclesiæ, sicut et calix consecratus ratione materiæ, non autem potest vendi ratione consecrationis, vel officii, vel processionis in funere alicujus, ut scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur; tamen non dantes oblationes debitas pro sustentatione, possunt compelli dare secundum consuetudinem, et possunt puniri per sacramentorum substractionem, non per sacerdotem cui sunt oblationes faciendæ, ne videatur pro sacramentorum vel sacramentalium exhibitione aliquid exigere, sed per aliquem superiorem. 2-2 q. 86 1 ad 3. et q. 100. 2 ad 4. et 3 ad 2. et 4 ad 1 et ad 2 et ad 3.

3. Sepultura non confert mortuo quoad spiritum, sed quoad honorem ejus, et pium affectum vivorum; ideo pro ea quidam commendantur. 2-2. q 32. 2 ad 1.

4. Sepulturam non ponit Christus inter opera misericordiæ, sed solum ea quæ sunt evidentioris necessitatis. 2-2. q. 32. 2 ad 1.

5 Christus noluit crucifigi, ubi sepultus est Adam, id est, in Hebron, sed in Calvariæ locum communem damnatorum, ut ostenderetur quod crux Christi est in remedium, contra peccatum totius mundi, et non tantum contra peccatum personale Adæ. 3.ª q. 46. 10 ad 3.

6. Sepultura Christi operata est efficienter nostram salutem, sicut et mors ejus 3.ª q. 51. 1 ad 2. et 2 ad 4.

7. Christus fuit sepultus convenienti modo, et redditur ratio litteralis, et mystica omnium gestorum circa hoc. 3.ª q. 51. 2. o.

8. Christus fuit convenienter sepultus, ad probandum veram ejus mortem, ad spem resurrectionis nostræ, et ad exemplum quod abscondamur a turbis. 3.ª q. 51. 1. o. et 2. 4. c. et q. 52. 4. c.

9. Christus fuit in sepulcro, tantum una die usuali, et duabus nectibus, id est, triginta sex horis. 3.ª q. 51. 4. o. et q. 52. 4. c. et q. 53. 2. c.

1. SERAPHIN interpretantur ardentes, seu accendentes. 1.ª q. 63. 7 ad 1 et 9 ad 3. et q. 180. 5 ad 5. et q. 109. 1 ad 3.

2. Seraphin dicitur ab incendio, secundum tres proprietates ignis, scilicet motus continui sursum, excessus fervoris, et lucis. 1.ª q. 108. 5 ad 5.

3. Seraphin est primus ordo primæ hierarchiæ angelorum, quia in amando est completissima unio ad Deum, quia facit interiora amati penetrare. 1.ª q. 63. 7 ad 1. et 9 ad 3. et q. 108. 5 ad 5. et q. 109. 1 ad 3.

4. Imagines cherubin et seraphin fuerunt in templo Salomonis, non quidem ad cultum, ut adorarentur, sed ad mysterium. 1-2. q. 102. 4 ad 6. c. o. 1. fin.

1. SERMO. In sermone est aliqua gratia datis data, ad efficaciter loquendum, sicut donum linguarum ad posse intelligi a diversis. 1-2. q. 177. 1. o.

2. Gratia sermonis dupliciter subtrahitur, scilicet vel propter culpam auditoris vel prædicatoris, et bona opera utriusque non merentur eam, nisi removendo impedimenta ejus. 2-2. q. 177. 1 ad 3.

1. SERVIRE. Qui servit homini, sufficit quod ei subjiciatur obediendo in licitis; sed qui servit Deo, oportet quod subjiciatur ei interius bonum affectum habendo. 2-2 q. 105. 5. o.

2. Copula carnalis retrahit animum a servitio Dei, propter vehementiam delectationis, et sollicitudinem. 2-2. q. 186. 4 c.

1. SERVITUS Servus dicitur ad dominum; ideo ubi est specialis ratio domini, oportet esse specialem rationem servitutis. 2-2. q. 81. 1 ad 3. et q. 104. 5 o.

2. Relatio servitutis et dominii fundatur super actione et passione, ideo proprie non convenit naturæ sed personæ secundum naturam. 3.ª q. 20. 1 ad 2. et 2 c.

3. Servitus naturaliter refugitur, quia est impeditiva boni usus potestatis. 1-2. q 2. 4 ad 3.

4. Servitus est contra naturam, quoad primam intentionem naturæ, non autem contra secundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, et hoc appetit natura, ut quilibet sit bonus: sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat, ut ex peccato pœnam reportet. Et sic servitus in pœnam peccati introducta est 1-2. q. 94 5 ad 3.

5. Servitus quæ est de jure gentium, est naturalis, non quidem absolute, sed ratione utilitatis consequentis, scilicet quod quis regatur a sapiente, et juvet eum. 1-2. q. 94. 5 ad 3. et 2-2. q. 57. 3 ad 3.

6. Homo est servus alterius hominis secundum corpus, non autem secundum mentem. 2-2 q. 104. 5. c. a 2. et 6 ad 1. et q. 122. 4 ad 3.

7. Vernaculus id est, in servitute natus, vel servus emptus ad servitium Judæorum, si fiat christianus, liberatur a servitute, nullo pretio dato. Si vero infidelis existens sit emptus ad mercationem, tenentur per statutum Ecclesiæ infra tres menses exponere eum venditioni, nec in hoc injuriam facit Ecclesia 2-2. q. 10. 10. c.

8. In spiritualibus est duplex servitus et duplex libertas, scilicet peccati, et justitiæ. 2-2. q. 183 4 c.

9. Servitus triplex, scilicet peccati, hominis, et Dei. 2-2. q. 122. 4 ad 3. et q. 183 4 c.

10. Homo juste relictus est a Deo in servitute diaboli, licet ille injuste invaserit eum. 3.ª q. 46. 3 ad 3 et q. 48. 4 ad 2. et q. 49. 2. c.

11. Servitus peccati est vere servitus, sed est libertas secundum opinionem tantum, servitus autem Dei, est e converso. 2-2. q. 183 4. c.

12. Cum per matrimonium alter conjugum alteri obligetur ad libere reddendum debitum, servitutis conditionem necesse est dirimere matrimonium, dummodo sit ignorata. Suppl. q. 52. 1. o

13. Cum matrimonium ad jus naturæ referatur, potest servus sine domini sui consensu libere matrimonium contrahere. Suppl q 52. 2. c.

14. Vir cum subjiciatur uxori in his tantum, quæ ad actum naturæ spectant, potest alteri se in servum dare, absque suæ uxoris consensu. Suppl. q. 52. 3. o.

15. Proles ac filii matrem potius sequuntur in libertatis ac servitutis conditione, quam patrem: quanquam in quibusdam hoc excipiatur terris, in quibus proles deteriorem sequitur conditionem. Suppl. q. 52. 4. c.

SEXTA dies creationis. 1.ª q. 70. 1. c et q. 72. o. et q. 90. 4. c et q. 91. 4 ad 5.

1. SEXUS. Diversitas sexuum in eodem vel in diversis causatur ex virtute cœlesti, et ex dispositione materiæ. 1.ª q. 115. 3 ad 4.

2. Prophetia potest convenire mulieri, quia attenditur secundum mentem illuminatam a Deo, ex qua non est diversitas sexuum. 2-2. q. 177. 2 ad 2.

SIBYLLA expresse prophetavit de Christo. 2-2. q. 2. 7 ad 3. et q. 72. 6 ad 1.

SICUT, importat similitudinem, non autem æqualitatem. 1.ª q 60. 4 ad 2.

1. SIGNIFICATIO. Terminus singularis idem significat et supponit secundum sophistas, non autem terminus communis. 1.ª q. 39. 4 ad 1.

2. Nomen non significat, nisi mediante conceptione intellectus. 1.ª q. 13. 1. c. et 4. c ad 1. et 9 ad 2.

3. Modus significandi sequitur modum intelligendi. 1.ª q 45. 2 ad 2.

4. Ad proprietatem locutionis requiritur res significata, et modus significandi. 1.ª q. 39. 4. 5. c

5. Variatio dictionis in principio mutat significationem, et variatio in fine mutat consignificationem apud Latinos Sed apud Græcos mutat in verbis, etiam in principio. 1.ª q. 60. 7 ad 3.

1. Signum. Signi potest esse signum, respectu diversorum; et sui ut est in alia specie, non autem in eadem specie. 3.ª q. 48. 3 ad 2.

2. Signum multorum ordinatorum ad unum non est ambiguum et fallax, sed est certum. 3.ª q. 60 3 ad 1.

3. Signum quandoque dicitur causa, scilicet quando est notior effectu Sed sæpius dicitur de effectu, et dividitur contra causam. Tamen ideo potius dicit Scriptura, ut luminaria sint in signa, quam in causas, ut occasionem idololatriæ tolleret. 1.ª q. 70. 2 ad 2

4. Causa principalis non potest proprie dici signum effectus, licet occulti et causa sit sensibilis, et manifesta. sed tantum causa instrumentalis. 3.ª q. 62 1 ad 1.

5. Signum primo et principaliter convenit sensibilibus. Non autem intelligibilibus, nisi ut sunt manifestata per sensibilia. 3.ª q. 60. 4 ad 1.

6. Petere signum a Deo contingit dupliciter, scilicet ad explorandum potestatem Dei, vel veritatem dicti ejus, et ad instructionem. Primum est peccatum tentationis Dei, non autem secundum. 2-2. q. 97. 2 ad 3.

7. Multa signa præcedent diem judicii. Suppl q 73. 1. o.

8. Sol et luna obscurabuntur ad incutiendum terrorem hominibus. Suppl. q. 73. 2. c.

9. Virtutes propter rei novitatem et splendorem movebuntur. Suppl. q. 73. 3. o.

1. Syllogismus. In agendis fit syllogismus, cujus major universalis est intellectus practici, minor vero particularis est rationis particularis, id est, cogitativæ, conclusio autem est in electione operis. 2-2. q. 76. 1. c. et q. 90. 1 ad 2.

2. Syllogismus necessario est in quolibet actu virtutis, et peccati. Sed temperatus et intemperatus syllogizant, ex triplici prepositione; continens autem et incontinens, ex quadruplici propositione, sed diversimode. 1-2. q. 77. 2 ad 4.

Sylvester Papa excommunicavit eos a quibus exulavit, non quidem ex vindicta, sed ex zelo Dei. 2-2. q. 108. 1 ad 4

1. Symbolum. Necesse fuit edere plura symbola, contra diversas hæreses Nec differunt, nisi quod explicatur in uno, est implicitum in alio. 2-2. q. 1. 9 ad 2. et 10 ad 1 et ad 2.

2. Edere novum symbolum, pertinet tantum ad Papam, sicut et cætera pertinentia ad totam Ecclesiam. 2-2. q. 1. 10. o et q. 11. 2 ad 3.

3. In symbolis dicitur, *Credo in Deum*, in persona Ecclesiæ, cujus fides est formata, quæ invenitur in omnibus illis, qui sunt numero et merito de Ecclesia: et ut si qui fideles fidem formatam non habent, ad hanc formam pertingere studeant. 2-2. q. 1. 9 ad 3.

4. In symbolo apostolorum, melius dicitur, sanctam Ecclesiam, quam in sanctam Ecclesiam. Tamen si dicatur, in sanctam Ecclesiam, intelligitur in Spiritum sanctum, sanctificantem eam. 2-2. q 1 9 ad 5.

5. In quolibet concilio compositum est aliquod symbolum, non quidem aliud a præcedenti, sed explicans aliquid implicitum in priori, contra novam hæresim. 1.ª q. 36. 2 ad 2.

6. In symbolo patrum, nihil explicatur de descensu Christi ad inferos, quia nullus error exhortus est contra hoc. 2-2. q. 1. 9 ad 4.

7 Symbolum patrum publice cantatur in missa, quia editum fuit fide jam manifestata, et Ecclesia pacem habente, et est declarans symbolum apostolorum, editum tempore persecutionis, fide nondum propagata. Ideo symbolum apostolorum occulte dicitur in prima, et in completorium, quasi contra tenebras errorum præteritorum et futurorum. 2-2. q 1 9 ad 6.

8. Symbolum patrum dicitur statim post evangelium, quasi expositio ejus Illud autem symbolum Athanasii dicitur in prima, quasi expulsis jam hæreticorum tenebris Et utrumque dicitur tantum in diebus, in quibus homines magis consueverunt venire ad Ecclesiam, et in quibus solemnizatur aliquid de pertinentibus ad articulos fidei. 3 ᵖ q. 83. 4 c

9. Athanasius composuit manifestationem fidei, non quidem per modum symboli, sed per modum doctrinæ, licet auctoritate Papæ habeatur ut regula fidei quia integram fidei veritatem breviter continet 2-2. q. 1. 10. 3 ad 3.

1. Similitudo est relatio æquiparantiæ, non tamen semper denominat utrumque extremorum, sed tantum quando forma est æqualiter et eadem ratione in utroque extremorum. 1. ᵖ q 4. 3 ad 4. et q. 42 1 ad 3.

2. Similitudo duplex, scilicet participationis ejusdem formæ, et proportionis 1 ᵖ q. 4 3 o. et q. 14. 3 ad 2.

3. Similitudo duplex, scilicet repræsentationis, et secundum convenientiam in natura. Prima requiritur inter cognoscens et cognitum, non autem secunda. 1. ᵖ q 85. 8 ad 3. et q. 88. 1 ad 2.

4. Similitudo duplex, scilicet ut principium, et ut principiatum. Prima dicitur exemplar, secunda vero imago. 1. ᵖ q. 35. 1 ad 1.

5. Aliqua dicuntur similia dupliciter, scilicet participando unam formam, et secundum quod unum imitatur alterum, secundum proportionalitatem. Prima sunt composita. Ideo nulla creatura est sic similis Deo, sed solum secundo modo. 1. ᵖ q. 4. 3. o. et q. 44 3 ad 1.

6. Similitudo triplex creaturæ rationalis ad Deum, scilicet secundum esse naturæ, secundum cognitionem, et secundum potestatem operandi ad beatitudinem obtinendam. 2-2. q. 163. 2. o.

7. Primas duas habuit angelus a principio, et tertiam appetiit. Sed homo tantum primam habuit in sua creatione, et reliquas appetit. 2-2. q. 163. 2. o.

8. Verbum, idea, Deus, et quælibet causa, dicitur large similitudo, id est, exemplar creaturæ, et effectus, non autem proprie. 1. ᵖ q 35 1 ad 1. et q. 57. 2 ad 2.

9. Similitudo convenit Verbo inquantum ipsum est quædam similitudo rei intellectæ, sicut genitum est similitudo generantis, sed ad amorem pertinet, non quod ipse amor sit similitudo, sed inquantum similitudo est principium amandi, et ideo genitum, scilicet verbum, est principium amoris. 1. ᵖ q. 27. 4 ad 2.

10. Similitudo in divinis aliter pertinet ad Verbum, et aliter ad amorem 1. ᵖ q. 27 4 ad 2.

11. Similitudo et dissimilitudo in divinis attenditur secundum essentiam, non autem secundum relationes. 1. ᵖ q. 36. 4 ad 3.

12. Similitudo et dissimilitudo attenditur, non solum secundum quilitatem eamdem vel diversam, sed etiam secundum eumdem vel diversum modum participandi. 1-2. q. 52. 3. c.

13. Conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ. 1. ᵖ q. 27. 2. c. fin.

14. Species intelligibilis nostri intellectus non potest esse similitudo

principiorum individualium. 1.ª q. 14. 11 ad 1. et 12. o.

1. Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel ei annexum, 2-2. q. 100. 1. o.

2. Simonia non est peccatum in Spiritum sanctum. 2-2. q 100. 1 ad 2.

3. Simonia est hæresis gravior hæresi Macedonii, quoad exteriorem protestationem, et similitudinem. 2-2. q. 100 1 ad 1.

4. Actus est spiritualis dupliciter, scilicet ratione principii, id est, doni vel officii, et ratione finis. Primum licet vendere, non autem secundum quia simonia esset. 2-2. q. 100. 3. o.

5 Oratio est spiritualis utroque modo. Ideo non debet imponi pro pretio, quia esset simonia. Sed licet dare eleemosynam pauperibus ut orent. 2-2. q. 100. 3 ad 2

6. Licet vendere justum patrocinium, et justum consilium. Non autem verum judicium, id est sententiam, nec verum testimonium, quia ad hæc tenentur judex et testis, non autem advocatus, vel jurisperitus. Ideo esset simonia in causa spirituali, non autem in causa sæculari. 2-2. q 71. 4. o. et q. 100. 3. ad 3.

7. Papa potest incurrere simoniam, sicut et alii. Et gravius est peccatum quanto papa est major, quia non est dominus spiritualium, sed dispensator. 2-2. q. 100. 1 ad 7.

8. Ante collationem beneficii, licet episcopo subtrahere de fructibus ejus, ad pios usus. Sed requirere ab eo cui confert est simonia. 2-2. q 100. 4 ad 3.

9. Si clericus impendat prælato obsequium honestum, id est ad spiritualia, fit dignus ecclesiastico beneficio. Non autem si sit inhonestum, vel ad carnalia, id est ad utilitatem consanguineorum, vel patrimonii ejus, sed est munus ab obsequio, et simonia. 2-2. q. 100. 5 ad 1.

10. Dare aliquid adversariis, ne impediant in beneficio ecclesiastico, ante acquisitum jus, est simonia, non autem post. 2-2. q 100. 2 ad 5.

11. Permutatio vel transactio beneficii ecclesiastici sine licentia, est simonia, quia nomine emptionis et venditionis prohibetur omnis contractus spiritualium non gratuitus Sed cum licentia prælati, et ex causa utili vel necessariæ sunt licitæ. 2-2 q. 100 1 ad 6

12. Accipere aliquid temporale pro sacramentis, est simonia. Nec consuetudo excusat. Non autem accipere ad sustentationem. 2-2. q. 86. 1 ad 3 et q 100. 2. o.

13. Exigere aliquid pro absolutione ab excommunicatione, quasi pretium absolutionis, est simonia, non autem quasi pœnam pro culpa. 2-2. q. 100. 2 ad 3.

14. Exigere aliquid pro consecratione, benedictione, ordinibus, chrismate, oleo sancto, vel alio spirituali, est simonia, nisi accipiantur ut stipendia. 2-2. q. 100. 2 ad 4.

15. Accipere aliquid pro dispensatione, commissione, correctione, doctrina ex officio spirituali, festo faciendo, vel prætermittendo, etiam ad sustentationem, est simonia, quia ex officio ad ea obligantur, et stipendia habent Tamen visitantes possunt accipere procurationes. 2-2. q. 100. 3 ad 3.

16. Statutum de non fienda processione in funere, nisi dentur tot, est illicitum et simoniacum, non autem quod processio fiat, si tot dentur. 2-2. q. 100. 3 ad 2.

17. Dare vel accipere aliquid, quasi pretium, pro prædicatione, prophetia, oratione, officio; et hujusmodi actibus spiritualibus est simonia. Non autem accipere pro sustentatione, secundum ordinationem Ecclesiæ, vel consuetudinem approbatam, non exigendo ab invitis per substractionem spiritualium, sed per superiorem. 2-2. q. 100. 3. o.

18. Hypocrita non videtur esse

simoniacus, quia non dat spirituale propter temporale, sed demonstrat sanctitatem, et furatur laudem. 2-2. q. 100. 5 ad 4

19. Emptores spiritualium imitantur Simonem Magum in actu, venditores autem in intentione, quia voluit emere ut venderet, Giezi vero tantum vendidit. Ideo secundi possunt dici simoniaci, et giezitæ; primi vero, simoniaci tantum. 2-2. q. 100 1 ad 4.

20. Simonia mentalis, et quodlibet aliud peccatum interius, nullam pœnam ecclesiasticam incurrit, sed divinam 2-2. q. 100. 6 ad 6.

21. Simonia et alia peccata tollunt gratiam, et executionem ordinum. Non autem tollunt sacramentum, nec impediunt susceptionem ejus. 2-2. q. 100. 6 ad 1.

22. Emens aliquid simoniace, punitur privatione cujuslibet rei talis. Dantes autem vel mediantes puniuntur infamia et depositione si sint clerici, sed laici excommunicatione. 2-2. q. 100. 6. o.

23. Recipiens beneficium simoniace, tenetur restituere illud, et omnes fructus qui potuissent percipi a diligenti possessore. deductis expensis, licet alius dederit pro eo nesciente, præter fructus consumptos bona fide, nisi fuerit inimicus ejus, ut impediret eum, vel nisi contradixerit, nec post ratum habuerit. 2-2. q. 100. 6 ad 3.

24. Dans pecuniam simoniace, non potest eam repetere, licet recipiens eam teneat injuste. 2-2. q. 100. 6 ad 1.

25. Res simoniaca debet restitui Ecclesiæ, in cujus injuriam data est, nisi totum collegium sit in culpa. 2-2. q. 100. 6 ad 4.

26. Nullus debet ordinari ab episcopo simoniace promoto, etiam occulto, licet præcipiat vel excomunicet. Et si ordinetur, non potest exequi nisi dispensetur, licet ignoraret. Si vero episcopus sit aliter simoniacus occultus, quilibet potest ordinari ab eo. 2-2. q. 100. 6 ad 2.

27. Suscipiens ordinem sacrum simoniace, etiam occulte, suspensus est quoad se, et quoad alios. Sed dans ordinem, vel dans sive recipiens beneficium, vel medians, publici sunt suspensi utroque modo: occulti vero sunt suspensi primo modo tantum. 2-2. q. 100. 6 ad 1 et ad 2

28. Solus Papa potest dispensare, cum promoto simoniace scienter. In aliis autem casibus, episcopus post renunciationem facit quadruplicem dispensationem, scilicet parvam, id est, quoad communionem laicam, magnam, ut sit in suo ordine in alia Ecclesia; majorem, ut sit in eadem in minoribus; maximam vero, ut in eadem Ecclesia in qua aliquid simoniace acquisivit, majores ordines exequatur, non tamen quod prælationes accipiat. 2-2. q. 100. 6 ad 7.

1. SIMPLEX aut totum cognoscitur, aut nihil 1. p. q. 58 5. c. et q. 85 6. c. et 2-2. q. 2. 2 ad 2.

2. Pluralitas rationem non repugnat maxime unitati et simplicitati, nisi quæ reducitur ad diversitatem rei. Ideo convenit Deo, licet sit omnino simplex. 1. p. q. 3 o. et q. 9. 1. c. et q. 25. 1. c. et q. 28. 1. c.

1. SIMPLICITAS ad virtutem veritatis pertinens dicitur simplicitas, quia non tendit in diversa, veritas autem dicitur inquantum signa concordant signatis. Ideo simplicitas et veritas differunt tantum ratione. 2-2. q. 109. 2 ad 4. et q 111. 3 ad 2.

2. Simplicitas est virtus ad quam pertinet directe præservare se a deceptione. 2-2. q. 111 3 ad 2.

3. Simplicitas facit intentionem rectam, non quidem directe, quia hoc facit omnis virtus, sed indirecte, scilicet excludendo duplicitatem, per cujus oppositum dicitur. 2-2. q. 109. 2 ad 4.

1. SIMPLICITER dicitur dupliciter, scilicet absolute, id est, secundum naturam suam, sive sine adjuncto et

totaliter, id est, universaliter sive omnino. 2-2. q. 58 10 ad 2. et q. 109. ad 4. et 3. ᵖ q. 50. 5 c.

2. Unumquodque dicitur simpliciter, ut est in actu, secundum quid vero ut est in apprehensione. 2-2. q. 6. 6. c.

SIMULATIO proprie est mendacium in signis factorum exteriorum. Ideo semper est peccatum. Sed large sumitur pro fictione. 2-2. q. 111. 1. o.

SYNAGOGA fiebat in diversis locis ad doctrinam: templum autem tantum in uno loco, ad sacrificium. Et utrique succedit Ecclesia. 1-2. q. 102. 4 ad 3.

1. SYNDERESIS non est potentia, sed est habitus naturalis primorum principiorum moralium. 1. ᵖ q. 79. 12. o. et 13. c fin et ad 3. et 1-2. q. 94. 1 ad 2 et 2-2. q. 47. 6 ad 1 et ad 3.

2. Actus synderesis est remurmurare malo, et inclinare ad bonum. 1. ᵖ q. 79. 1. c.

SYNESIS est virtus bene judicativa de agibilibus, secundum legem communem; gnome vero, secundum altiora principia, scilicet juris naturalis; ideo est altior. 1. ᵖ q. 22. 1 ad 1. et 1-2. q. 57. 6 o. et 2-2. q. 48. c. fin. et q. 51. 3. 4 o. et q. 53. 2. c.

1. SINISTRUM. Dextra pars mundi est australis; sinistra vero, aquilonaris. 1-2. q 102. 4 ad 6. co. 2.

2. Pars dextra significat bona spiritualia, et sinistra, bona temporalia. 1-2. q. 102. 4 ad 6. co. 2.

SYNONYMA dicuntur nomina significantia idem, secundum eamdem rationem. 1. ᵖ q. 13. 4 ad 1.

SITUS. Quæ pertinent ad situm, dicuntur de Deo metaphorice: ut sedere, et stare. 1. ᵖ q. 3. 1 ad 4.

1. SOBRIETAS proprie est circa potum inebriantem. Large vero, est circa omnen materiam, quia sobrius dicitur, quasi *briam*, id est, mensuram servans. 2-2 q. 143. c. principio. et q. 149 2 o.

2. Sobrietas est specialis virtus. 2-2. q. 149. 2. o

3. Sobrietas est maxime necessaria juvenibus, quia in eis viget concupiscentia. Mulieribus autem, quia in eis deficit robur mentis. Senibus vero et episcopis, omnibus ministris Ecclesiæ et regibus, propter officia, et operationes eorum. 2-2. q. 149. 4. o.

SOCRATES, ditissimus Thebanus, abjecit magnum pondus auri, ut Athenis vacaret philosophiæ. 2-2. q. 186. 3 ad 3.

SODOMIA, id est coitus masculorum, est species luxuriæ contra naturam. 2-2. q. 142. 4 ad 3 fin. et q. 154. 11. o. et 12 ad 4. et 3 ᵖ q 70. 2 ad 1

1. SOL aliqualiter influit in omnia corpora. 1-2. q. 47. 5 ad 2.

2. *Sol*, propter distantiam loci, non eumdem caloris effectum habet in Dacia, quem habet in Æthiopia. 1. ᵖ q. 115. 6 ad 2.

SOLEMNITAS unicuique adhibetur, secundum conditionem ejus, et tantum cum quis totaliter mancipatur alicui rei. 2-2. q. 88. 7. c.

1. SOLERTIA non est virtus, quia se habet ad bonum et ad malum, et magis dependet ex naturali ingenio quam ex assuetudine. 2-2. q 49. 4 o.

2 Solertia est subtilitas quædam, in non perspecto tempore medii, secundum Aristotelem. Vel est habitus, ex repentino inveniens quod convenit. 2-2. q. 48. c.

3. Solertia valet ad bene consiliandum, sed necessaria est in repentinis. 2-2. q. 49. 4 ad 2.

1. SOLLICITUDO est studium adhi-

bitum ad aliquid consequendum, quod majus est, ubi est timor, et minus est, ubi est securitas. 2-2. q. 47. 9 ad 3. et q. 55 6. c.

2. Sollicitus dicitur quasi solers citus, quia ex solertia animi velox est ad prosequendum agenda. 2-2. q. 47. 9. c. et q. 49. 4. c.

3. Sollicitudo pertinet ad prudentiam. 2-2. q. 47. 9. o. et q. 48 ad 5. et q. 53 principio et q. 55. 2. c.

4. Sollicitudo temporalium est illicita tripliciter; scilicet si in eis ponatur finis, vel superfluum studium, vel timor. 1-2. q. 108. 3 ad 5 et 2-2 q. 55. 6. o. et q. 83. 6 ad 2. et q. 188. 7. c.

5. Sollicitudo de futuris prohibetur, nisi immineat tempus eorum. 2-2. q. 55. 7. o. et q. 188. 7 ad 2.

1. Solitarius. Homo potest solitarius vivere dupliciter: scilicet vel quasi societatem humanam non ferens propter animi sævitiam, et hoc est bestiale, vel per hoc quod totaliter divinis rebus inhæret, et hoc est supra hominem, et ideo Philosophus dicit in primo politicorum, quod ille qui aliis non communicat, aut est bestia, aut Deus, id est, divinus. 1-2. q. 51. 1. c. fin. et 2-2. q. 88. 8 ad 5.

2. Si autem absque præcedenti exercitio, solitaria vita assumatur, est periculosissima, nisi per divinam gratiam suppleatur, quod in aliis per exercitium acquiritur: sicut patet de beatis Antonio et Benedicto. 2-2. q. 188. 8. c fin.

Solitudo non est essentia perfectionis, sed est instrumentum congruum contemplationi, non autem actioni. 2-2. q. 188 8. o.

1. Solus removet consortium dupliciter; scilicet vel simpliciter, id est, solitarius, scilicet qui non est cum alio ejusdem naturæ, vel conditionis, vel respectu alicujus: primo modo stat cathegorematice, sed secundo modo syncathegorematice. 1. ℘ q. 31. 3. 4. o.

2. *Solus* proprie determinat tantum subjectum, *solum*, autem, et *tantum*, possunt congrue addi subjecto et prædicato. 1. ℘ q. 31. 3 ad 2. et 4 c.

3. Hæc proprie non conceditur, Pater, vel Trinitas, est solus Deus, nisi ex parte prædicati intelligatur aliqua implicatio. 1. ℘ q. 31. 3 ad 2.

4. Hæc propositio, *solus Deus est Pater*, cathegorematice est falsa, sed syncathegorematice est vera in triplici sensu, et est falsa in uno sensu, scilicet formaliter et communiter. 1. ℘ q. 31. q. 3 ad 3.

5. Hæc propositio, *solus Pater est Deus*, et aliæ similes cathegorematice sunt falsæ, sed syncathegorematice sunt veræ in duplici sensu, et falsæ in uno sensu. 1. ℘ q. 31. 4. o.

6. Hæc propositio, *solus Deus creat*, vel generat, vel est Deus, et aliæ similes, sunt falsæ cathegorematice; sed sunt veræ syncathegorematice, duplici sensu. 1. ℘ q. 31. 3. o.

1. Somnium. Causa somniorum duplex, scilicet interior, id est, præcedens cogitatio, vel dispositio corporis, et exterior, scilicet ars, cœlum, dæmon, et Deus, per angelos. 2-2. q. 95. 6. o. et q. 154. 5. c. et q. 172. 1 ad 2. et 3. ℘ q. 80. 7 c.

2 Somnium quandoque est causa futurorum eventuum, scilicet inducendo ad operandum, et quandoque est signum eorum, scilicet quando idem est causa utrique. 1-2. q. 95. 6. c. et q. 154. 5. c

Somnolentia et otiositas, ut reducuntur ad torporem, sunt filiæ accidiæ. 2-2. q. 35. 4 ad 3.

1. Somnus. In somnis nullus potest mereri, nec demereri, quia tunc non potest haberi perfectum judicium rationis; sed potest esse signum præcedentis meriti, vel peccati. 1 ℘ q. 84. 8. o. et q. 94. 4 ad 4. et 2-2. q. 154. 5. o.

2. Somnus potest esse peccatum mortale, vel saltem occasio peccati mortalis, scilicet quando ex hoc omittitur illud, quod quis facere debet, vel fit aliquid quod inclinat ad malum. 1-2. q. 71. 5. c.

1. SORS proprie dicitur, cum aliquid fit, ut considerato ejus adventu, aliquid innotescat. 2-2. q. 95. 3. 8. c.

2. Sors triplex, scilicet divinatoria, divisoria, et consultoria: prima quæritur cognitio futuri, secunda habendi, tertia fiendi. 2-2. q. 95. 8. c.

3. Sors cujus eventus expectatur ex stellis, est vana et falsa; si autem a fortuna, est vana tantum sors divisoria; si vero a diabolo, est illicita, et prohibetur secundum canones; sed si exspectatur a Deo, non est mala secundum se, licet sit peccatum quadrupliciter; scilicet si fiat sine necessitate, vel sine reverentia, vel in terrenis, vel in electionibus ecclesiasticis. 2-2. q. 95. 8. c.

1. SPECIES duplex, scilicet natura communicabilis pluribus individuis immediate secundum nomen et rationem æqualiter participatam, ut homo, et intentio quiescens in anima, ut species in anima. 1.ª q. 13. 9. o.

2. Unumquodque sortitur speciem secundum actum, et non secundum potentiam, sed secundum formam, in compositis ex materia et forma. 1.ª q. 53. 1. c. et 1-2. q. 1. 3. c

3. Illud secundum quod aliquid sortitur speciem, oportet esse fixum et stans, quasi indivisibile; et quicquid attingit illud sub illa specie continetur, et quicquid recedit ab eo in plus vel minus, pertinet ad aliam speciem perfectiorem vel imperfectiorem. 1-2. q 52 1. c.

4. Nihil prohibet esse aliquam speciem in aliquo genere, quæ aliqualiter operetur in omnibus speciebus ejusdem generis, sicut sol influit in omnia corpora. 2-2. q. 47. 5 ad 2.

1. SPECTACULA de utilibus et necessariis ad vitam, ut venationes, distrahunt animum, et debent vitari a pœnitente, licet sint licita, cum debitis circumstantiis. 2-2. q. 167. 2. c. ad 2.

2. Spectacula turpium vitanda sunt ab omnibus, sed maxime a pœnitentibus. 2-2. q. 102. 6 ad 8. et q. 167. 2 ad 2.

3. Inspectio spectaculorum turpium, et ad peccata provocantium studiosa, est prohibita, et est peccatum, et est mortale quandoque: unde et commixtionem animalium diversæ speciei prohibet lex, ad tollendam universaliter occasionem concupiscentiæ. Animalia enim diversarum specierum non commiscentur de facili, nisi hoc per homines procuretur: et sic in aspectu coitus animalium excitatur homini concupiscentiæ motus: unde etiam in traditionibus Judæorum, prohibitum invenitur, ut Rabbi Moyses dicit, ut homines averterent oculos ab animalibus coeuntibus. 2-2. q. 102. 4. 6 ad 8. et q. 167. 2. c. ad 2.

SPECULATIO dicitur a speculo, non autem a specula: et reducitur ad meditationem, quia est visio causæ per effectum. 2-2. q. 180 habent ibi esse quies. 3 ad 2.

SPECULUM. In speculo fracto resultant multæ imagines, quia habet multas superficies, causantes singulas reverberationes, quia non habent ibi esse quiescens. 3.ª q. 76. 3. c.

1. SPES est virtus. 2-2. q. 17. 1. o.

2. Spes est virtus theologica. 1-2, q. 62. 3. o. et 1-2. q. 17. 5. o. et q. 18 1. b. et 2 ad 4.

3. Spes potest esse informis, id est, sine charitate. 1-2. q. 65. 4. o. et 5 ad 2.

4 Spes informis non est virtus. 1-2. q. 65. 4. o. et 5 ad 2.

5. Objectum principale spei est gloria animæ, non autem gloria corporis, sed objectum secundarium. 2-2. q. 17. 5 ad 1. et q. 18. 2 ad 4. et 3. ᵖ q. 7. 4 ad 1

6. Spes habet duplex objectum, scilicet bonum exspectatum et auxilium Dei. 1-2. q. 40. 7. c. et q. 42. 1. c. et q. 62. 4 ad 3. et 2-2. q. 1. 3 ad 1. et q. 17. 2. 4. 5. c. et 6 ad 3. et 7 c. et q. 18. 2. c. et q. 19. 1. c. et 3. ᵖ q. 7. 6 ad 1.

7. Objectum ejus habet quatuor conditiones, scilicet bonum, arduum, futurum et possibile. 1-2. q 40. 1. o. et 2. 5. 6. 7. 8. c. et q. 41. 2. c. et q. 42. 3. c. et ad 3. et 2-2. q 17. 1. 7. c. et q. 18. 1 ad 1. et 2. c. ad 3. et q. 20. 4 c. et q. 21. 1. c. et q. 144. 1. c.

8. Objectum spei non est possibile, ut est differentia veri, sed ut possibile dicitur secundum aliquam potentiam. 1-2. q. 40. 3 ad 2.

9. Spes potest esse de actu virtutis, qui est in potestate nostra 1-2. q. 42. 3 ad 3.

10. Spes est tantum eorum quæ non habentur a sperante. 3. ᵖ q. 7. 8 ad 2. et 9 ad 1.

11. Spes et præsumptio sunt de malo abusive, pro inordinato timore. 2-2. q. 21. 3 ad 1.

12. Spes directe respicit proprium bonum, non autem bonum alienum, quia significat motus. Motus autem semper est ad proprium terminum proportionatum mobili. 1-2. q. 17. 3. c.

13. Sperare licet in homine, ut in causa secundaria, non autem ut in causa principali, sed tantum in Deo. 2-2. q. 17. 4. o. et 5 c. et q. 25. 1 ad 3.

14. Proprium et principale objectum spei virtutis est beatitudo æterna; secundarium autem sunt alia bona 2-2. q. 17. 2. 4. o. et 5. c. ad 1. et q. 18. 2. c. ad 3.

15. Spes est de beatitudine, ut de ultimo fine, sed est de gratia, ut deducente ad finem. 1-2. q. 69. 2 ad 1. et 3. c.

16 Spes absolute est tantum de bono proprio, sed ut præsupponit amorem, potest aliquis alteri sperare vitam æternam. 2-2. q. 17. 3. c. et q. 18. 2 ad 3. et 3 ad 2. et 3. ᵖ q. 7. 4 ad 3.

17. Nec est in beatis 1-2. q. 67. 4. 5. o. et 2-2. q. 18. 2. o. et 3. c. et q. 19. 11 ad 3.

18. Nec in damnatis, sed tantum in viatoribus hic, vel in purgatorio, vel in limbo patrum. 2-2. q. 18. 3. o.

19. Spes est subjective in potentia appetitiva, non autem in cognoscitiva. 1-2. q 40. 2 o. et 2-2. q. 18. 1. c.

20. Spes est in irascibili subjective. 1. ᵖ q. 59. 1. ad 2. et 1-2. q. 23. 1. 2. c. et q. 40. 1. b. et c ad 3.

21. Spes virtus est subjective in voluntate. 1. ᵖ q. 50. 4 ad 3. et q. 82. 5 ad 2. et 2-2. q. 18. 1. o. et 3. d. 26. q. 1. 5. o. et q 2. 2. c. et Verit. q. 253 ad 5. et Virt. q. 1. c. fin. et 1 ad 2. et q. 4. 2. o.

22. In brutis est spes, passio, et desperatio. 1-2. q. 40. 3. o. et 3. d. 26. q. 1. 1. c

23. Aliquid est causa spei dupliciter, scilicet faciendo aliquid esse possibile, ut divitiæ, fortitudo, et omne augens, potestatem hominis, vel faciendo æstimationem de possibili, ut doctrina et persuasio; sed experientia est causa spei utroque modo, licet sit causa defectus ejus tantum secundo modo. 1-2. q. 40. 5 o. et q. 42. 5 ad 1. et q. 45. 3. c. Amor. 235. Appetitus. 31. Baptismus 12. Concupiscentia 3. Confessio 56.

24. Stultitia et experientia sunt causæ spei per accidens, removendo scientiam, qua vere æstimatur aliquid non esse possibile. 1-2. q. 40 5 ad 3. et 6. c fin. et ad 3. Correctio 3. Enoch. Fides. 101. Fiducia. 7. Misericordia. 43. Oratio. 41. Paulus. 24.

25. Juventus est causa spei, quia parum habet de præterito et memoria et multum de futuro, et multos spiritus: ideo cor ampliatur, et fiunt ani-

mosi, sed parum experti. 1-2. q. 40. 6. o.

26. Senes deficiunt spe, propter experientiam, quæ facit æstimationem impossibilis. 1-2. q. 40. 5 ad 2.

27. In ebriis sunt duæ causæ spei, scilicet inconsideratio et caliditas, et multiplicatio spirituum propter vinum. 1-2. q. 40. 6. o. et q. 45. 3. c.

28. Spes quoad rem speratam est ex gratia et meritis, sed quoad habitum est tantum ex gratia. 2-2. q. 17. 1 ad 2. et 3. d. 26. q. 2. 1 ad 3. et Virt. q. 4. 1 ad 2. Peccatum. 96. Pignus. 1. Præsumptio. 2. 12. Salvari. 7. Sepultura. 1. 13. Timor. 11. 15. 31.

29. Spes præsupponit merita in proposito, non autem in actu. 1-2. q. 62. 4 ad 2. et q. 65. 4. c. et 3. d. 26. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 1. et Virt. q. 41. ad 3.

30. Spes semper procedit ex gratia, vel habita, vel expectata, non autem semper ex habita. 1-2. q. 62. 4 ad 2. et 2. d. 43. 5 ad 4. et 4. d. 2. q. 2. 2 ad 3.

31. Spes præsupponit amorem, et desiderium rei speratæ. 2-2. q. 128 ad 6.

32. Effectus. Spes extendit se in Deum, ratione divinæ largitatis, a quo resilit donum timoris, ex consideratione propriæ pravitatis. 3. d. 26. q. 2. 1 ad 4.

33. Spes per se adjuvat operationem dupliciter, scilicet ratione objecti, et ratione effectus, scilicet delectionis. 1-2. q. 40. 8. o.

34. Spes supra expectationem addit certitudinem. 3. d. 26. q. 1. 3 ad 1. et q. 2. 1. 2. c. Amor. 235. 236. Audacia. 6. 9. etc.

35. Spes addit supra desiderium quemdam conatum et elevationem animi, ad consequendum bonum arduum. 1-2. q. 25. 1. c. et q. 46. 1. c.

36. Spes præcedit gaudium et causat illud. 1-2. q. 25. 1. c. Baptismus. 16. 99. Charitas. 61. 146. 150. 154. Confessio. 18.

37. Spes dividitur contra memoriam, ratione delectationis, quæ est effectus utriusque, non autem secundum essentiam. 3. d. 26. q. 1. 1 ad 2. Consilium. 7.

38. Spes elevat affectum hominis ad summum bonum, ut adipiscendum. Vid. o. 2. 2 ad 5. Correctio. 3. 3. 16. Delectatio. 35. c.

39. Habens spem, sperat Deum consequi, et per ipsum omnia necessaria quantumcumque difficilia obtinere, et omnia nociva quantumcumque difficilia repellere. 3. d. 26. q. 2. 2 ad 2. Expectatio. 8. Fiducia. 7. 8. Ira. 12. 39. 42. 53. 70. Justus. 7. Matrimonium. 128. 132. Miraculum. 5.

40. Spes facit inhærere Deo, ut principio beatitudinis; fides autem, ut principio cognoscendi veritatem, charitas vero, propter seipsum: ideo distinguuntur realiter. 2-2. q. 17. 6. o. et q. 23. 6. c. et 3. d. 26. q. 2. a. 3. q. 1. o. et Virt. q. 2. 3. c. et q. 4. 3 ad 9. Modestia. 8. Mors. 13. 23. Oratio. 16. 41. Pœnitentia. 32. Præsumptio. 13. Religio. 8. 44. 61. Salvari. 7. Tristitia. 14. Præsumptio. 13. Verecundia. 7. Virtus. 59. Visio. 15.

41. Spes et fides de subjectis humanæ potestati non sunt virtutes, sed de iis quæ sunt supra facultatem naturæ humanæ excedunt omnem virtutem, homini proportionatam. 1-2. q. 62. 3 ad 2.

42. Spes directe respicit proprium bonum, non autem alienum, quia significat motum. Motus autem semper est ad proprium terminum proportionatum mobili; sed amor est directe ad alium, quia est unio amantis ad amatum, et unio est distinctorum. 2-2. q. 17. 3. c.

43. Spes proprie ost tantum de bono, nisi forte abusive; timor autem est tantum de malo. 1-2. q. 23. 2. c. fin. et q. 40. 1. c. et 4 ad 1. et q. 42. 5 ad 1. et q. 67. 4 ad 2. et 2-2. q. 21. 3 ad 1. 3 d. 26. q. 1. 3. c.

44. Spei contrariatur desperatio, secundum accesum et recessum a bono; timor autem secundum contrarie-

tatem boni et mali. 1-2. q. 40 4. o. et q. 45. 1 ad 2. et 2-2. q. 128 ad 6. et q 129. 6 ad 2. et 3. d. 26. q. 1. 3 ad 3.

45. Spes est tantum de futuro, sed gaudium est de præsenti. 1-2. q. 40. 1. c. et 3. d 26. q. 1. 3. c.

46. Spes est tantum de arduo, sed desiderium et concupiscentia de bono absolute. 1-2. q. 25. 1. c. fin. et q. 40. 1. o. et 3. d. 26. q. 1. 3. c.

47. Spes est tantum de possibili, desperatio autem de impossibili. 1-2. q. 23. 2. c. fin. et q. 40. 1. c. et ad 3. et 4. o 3. d. 26 q. 1. 1. c.

48. Spes virtus est circa arduum divinum, non autem magnanimitas, sed circa humanum. 2-2. q. 17. 5 ad 4. et 3. d. 26. q. 2. 2 ad 4.

49. Spes respicit arduum assequendum auxilio alterius, sed magnanimitas ut aliquid suæ potestatis, scilicet operationem magnorum. 2-2. q. 17. 5 ad 4.

50. Exspectatio spei dicit respectum ad auxilium Dei, sive speratum differatur, sive non, non autem dicit dilationem, sicut exspectatio longanimitatis. 2-2. q. 17. 5 ad 3.

51. Spes est de principaliori bono quam concupiscentia et delectatio tactus, quæ sunt vehementiores et naturaliores. 2-2. q. 141. 7 ad 3.

52. Spes et desperatio præsupponit desiderium. 1-2. q 40. 1. c. et 4 ad 3. et 7. c. et q 41. 2 ad 3.

53. Spes est media inter præsumptionem et desperationem. 1-2. q. 64. 4 ad 3. et 2-2. q. 17. 5 ad 2.

54. Amor non habiti præsupponit spem, et spes desiderium: ideo spes est media inter utrumque. 1-2. q. 40. 1. c. et 3 d. 26. q. 1. art. 3. q 2. o.

55. Spes est prima passio irascibilis; secunda desperatio; tertia timor; quarta audacia; quinta et ultima, ira. 1-2. q. 23. 4. c. et q. 25. 3. o.

56. Spes est nobilior virtutibus moralibus, quoad objectum, scilicet Deum, non autem quoad modum, sed e converso. 1-2. q. 67. 4 ad 1. et 3. d. 33. q. 1. 4 ad 1.

57. Sicut se habet spes ad magnanimitatem, sic et timor ad fortitudinem. 2-2. q 129. 7. c. et 3. d. 26. q. 2. 2 ad 4.

58. Fides absolute est prior spe. 1-2. q. 62. 4. c. et 2-2. q. 4. 7. c. ad 2 et q. 1. 7. 6 ad 2. et 7. o. et 3. d. 23. q. 2. 5. o.

59. Spes est prior fide, non in esse, sed in proposito: ideo spes dicitur introducere ad fidem. 2-2. q. 4. 7 ad 2. et 3. d 23. q 2. 5 ad 3.

60. Spes et timor ducunt ad charitatem, per modum cujusdam dispositionis. 2-2. q. 27. 3. c. ad 3.

61. Spes est prior charitate, via generationis, sed ordine perfectionis est e converso. 1-2. q. 62. 4. o. et q. 65. 5 ad 2. et 2-2 q. 17. 8. o. et 3. p. q. 26. q. 2. ar. 3. q. 2. o.

Spina. Spinæ et tribuli producti sunt simul cum aliis plantis, sed non fuissent nocivi ante peccatum. 1. p q. 69. 2 ad 2. et 2-2 q. 164. 2. c. ad 1.

1. Spiratio activa est eadem numero, in Patre et Filio. 1. p q. 36. 3 ad 1 et ad 2. et 4 ad 1.

2. Pater et Filius sunt duo spirantes, sed unus spirator. 1. p q. 36. 4 ad 7.

1. Spiritualis substantia dicitur esse in loco dupliciter, scilicet vel per applicationem virtutis limitatæ, ut angelus, vel non limitatæ, ut Deus. 1. p q. 52. 1. c. principio.

2. In substantiis incorporeis non est totalitas quantitatis, nec per se, nec per accidens; nec totalitas secundum perfectam rationem essentiæ. 1. p q. 8. 2 ad 3.

1. Spiritus. Nomen spiritus videtur esse sumptum a respiratione animalium. 1. p q. 36. 1. c.

2. Spiritus dicitur sextupliciter,

scilicet aer vel ventus, corpora beatorum, animæ beatorum, virtus imaginativa, mens, et Deus 1.ª q. 41. 3 ad 4.

3. Spiritus ut nominat subtilitatem naturæ, est commune tribus personis; sed dupliciter convenit tantum Spiritui sancto: primo quidem ex ipsa communitate ejus quod dicitur Spiritus sanctus, secundo vero ex propria significatione: nam nomen spiritus in rebus corporeis, impulsionem et motionem significare videtur; flatum enim et ventum, spiritum vocamus. Est autem proprium amoris, quod moveat, et impellat voluntatem amantis, in amato. Sanctitas autem illis rebus attribuitur quæ in Deum ordinantur; quia igitur persona divina procedit per modum amoris, quo Deus amatur: ideo convenienter Spiritus sanctus, amor et persona hujusmodi nominatur. 1.ª q 36. 1. o.

4. Spiritus sanctus, in vi duarum dictionum, est commune toti Trinitati; sed in vi unius dictionis, est proprium nomen tertiæ personæ ex usu Ecclesiæ, duplici ratione, scilicet ex ipsa communitate ejus quod dicitur Spiritus sanctus, et ex propria significatione spiritus et amoris. 1.ª q. 36. 1. o. et 2-2. q. 14. 1. c.

5. Et ponitur pro relativo, non ex nomine, sed ex usu Ecclesiæ, nisi ut spiratus 1.ª q. 36. 2 ad 2.

6. Spiritum sanctum esse, et non esse creaturam, sed Deum, probatur multipliciter. 1.ª q. 27. 1. c. et q. 41. 3. c. ad 4.

7. Spiritus sanctus subito advenit mentibus hominum. 1-2. q 113. 7. b.

8. Spiritus Domini, in Scriptura, non nisi pro Spiritu sancto consuevit poni: qui aquis superferri dicitur, non quidem corporaliter, sed sicut voluntas artificis superfertur materiæ, quam vult formare. 1.ª q 64. 3 ad 3 et ad 4. et q. 66. 1 ad 5. et q. 74. 3 ad 4.

9. Pater et Filius sunt unum principium Spiritus sancti, unitate notionis communis. 1.ª q. 35. 2. c. et q 36. 4 o.

10. Græci communiter dicunt, Spiritum sanctum esse imaginem Patris et Filii, non autem Latini. 1.ª q. 35. 2. c ad 1.

Auferens sponsam propriam per vim, excusatur a crimine raptus, licet peccet violentiam inferendo. 2-2. q. 154. 7 ad 4.

1. SPONSALIA sunt futurarum nuptiarum promissio. Suppl. q. 43. 1 o.

2. Potest homo in fine primi septennii sponsalia contrahere sicut in fine secundi matrimonium contrahere, ac religionem ingredi, et in fine tertii civiliter se obligare. Suppl. q. 43. 2. o.

3. Dirimuntur sponsalia et cum quis ad religionem confugerit, et cum alter conjugum cum altero matrimonium contrahit, per verba de præsenti, aliter etiam dirimuntur variis casibus secundum judicium Ecclesiæ. Suppl q. 43. 3. c.

STARE significat positionem naturalem hominis cum immobilitate. 2-2. q. 183. 1. o.

1. STATUS proprie pertinet ad libertatem vel servitutem in temporalibus vel spiritualibus, quia significat immobilitatem et obligationem personæ hominis. 2-2. q. 183. 1. o. et 4. c. et q 184. 4. c et q. 186. 6. c.

2. Officium dicitur respectu actus, gradus autem secundum ordinem superioritatis, status vero requirit immobilitatem, in conditione personæ. 2-2. q. 183. 1 ad 3 et 3. o.

3. Diversitas statuum et officiorum est in Ecclesia: quia pertinet ad perfectionem ejus, ad necessitatem operum ejus, ad dignitatem et ad pulchritudinem ejus. 2-2. q. 183. 2. 3. o.

4. Status naturæ humanæ duplex, scilicet naturæ integræ, et naturæ corruptæ. 1.ª q. 94. 2. c. et 1-2. q. 14. 2. c. et q. 109. 2. 8. c.

5. Status hominum triplex, scilicet veteris legis, novæ legis et patriæ. 1-2. q. 101. 1. c. et q. 103. 3 c. et q. 106. 4 ad 1. et 3. ℘ q. 53. 2. c. fin.

6. Status hominis quadruplex, scilicet a principio usque ad septimum annum, secundus a septimo anno usque ad quartumdecimum, tertius a quartodecimo anno usque ad vigesimum primum, et quartus deinceps. In primo statu, nulli contractui homo aptus est; in secundo alicui de futuro, non perpetuo; in tertio alicui etiam perpetuo, quoad propriam personam, sed in quarto alicui quoad omnia, etiam exteriora. 2-2. q. 24. 9. c.

7. Status naturæ humanæ secundum corpus triplex, scilicet corporalis, animalis, et spiritualis. Et status secundum animam quadruplex: scilicet ante peccatum, post peccatum, ante gratiam, sub gratia, et in gloria. 3. ℘ q. 53. 2. c fin.

8. Status animæ distinguitur dupliciter, scilicet secundum diversum modum essendi secundum naturam, scilicet animæ separatæ, et conjunctæ; et secundum integritatem naturæ, et corruptionem. 1. ℘ q. 94. 2. c.

9. Status vitæ spiritualis triplex, scilicet incipientium, proficientium, et profectorum. 2-2. q. 24. 9 o. et q. 183. 4. o.

10. Status post hanc vitam duplex, scilicet ante resurrectionem universalem, et post. 1-2. q. 67. 1 ad 3.

11. In statu gloriæ, nihil erit figurale, ab cultum Dei pertinens, sed solum gratiarum actio, et vox laudis. 1-2 q. 101. 2. c. et q. 103. 3. c. et 2-2 q. 13. 4. c.

12. Status mundi potest variari dupliciter, scilicet secundum diversitatem legis, et secundum diversos gradus perfectionis, sub eadem lege. 1-2 q. 106. 4 c.

13 Christus secundum aliquid fuit in triplici statu, scilicet innocentiæ, peccati, et gloriæ. 3. ℘ q. 13. 3 ad 2.

1. Statutum negativum de non fienda re spirituali, nisi dentur tot, est illicitum et simoniacum. Unde illicita esset ordinatio, si in aliqua ecclesia statueretur, quod non fieret processio in funere alicujus, nisi solveret certam pecuniæ quantitatem. Non autem statutum affirmativum, scilicet quod res spiritualis fiat, si tot dentur: quia primo modo per tale statutum, præcluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi, non autem secundo modo: quia per hoc non præcluderetur via illud aliis exhibendi. Et prima ordinatio habet speciem exactionis, secunda autem habet speciem gratuitæ recompensationis. 2-2. q. 100. 3. ad 2.

2. Si aliquid de se repugnantiam habet, ad jus naturale, non potest voluntate humana fieri justum, puta si statuatur quod liceat furari, vel adulterium committere. 2-2. q. 57. 2 ad 2.

1. Stellæ, secundum Ptolomæum, moventur in suis sphæris, non autem secundum Aristotelem. 1. q. 70. 1. ad 3.

2. Stella apparens Magis in nativitate Christi, non fuit de cœlis, sed fuit Spiritus sanctus, vel angelus in illa specie, vel probabilius de novo creata: non in cœlo, sed in aere vicino terræ, quintuplici ratione, scilicet tum quia nulla alia stella hac via incedit. Hæc enim stella ferebatur a septentrione in meridiem Ita enim jacet Judæa ad Persidem, unde Magi venerunt Tum apparet hoc ex tempore. Non enim solum apparebat in nocte. sed etiam in meridie. Quod non [illegible] virtutis stellæ, sed nec etiam lunæ. Tum quia quandoque apparebat, et quandoque occultabatur. Tum quia non habebat continuum motum, sed cum oportebat ire Magos, ibat; quando autem oportebat stare, stabat. Tum quia sursum manens partum virginis demonstrabat, et deorsum descendens, hoc faciebat. 3. ℘ q. 36. 7. o.

Stipendia principum sunt redditus eorum. 2 2. q. 62. 7. c.

STRUTIO significat militantes Deo, et negotiis sæcularibus se implicantes 1-2. q. 102. 6 ad 1. co. 2 fin.

1. STUDIOSITATIS nomen derivatur ad omnes virtutes inquantum cognitio prudentiæ ad eas pertinet. 2-2. q. 166. 2 ad 1.

2. Studiositas est virtus, cujus principalis materia est cognitio, secundario autem alia. 2-2. q. 166. 2. c. et q. 167. o.

3. Et est virtus moralis, quia principaliter refrenat, et moderatur appetitum cognoscendi. Sed per accidens impellit contra laborem studii. 2-2. q. 166. 2 o. et q. 167. 1. c.

4. Studiositas non est directe circa cognitionem, sed circa appetitum cognitionis acquirendæ. 2-2. q. 166. 2. c. ad 2. et q. 167. 1. c.

5. Studiositas opponitur curiositati. 2-2. q 160. 2. c. et q. 161. princip. et q. 166. princip.

1. STUDIUM importat vehementem applicationem mentis ad aliquid, et principaliter ad cognitionem, secundario autem ad ea in quibus homo per cognitionem dirigitur. 2-2. q. 166. 1. c.

2. Studium sapientiæ summe commendatur. 2-2. q. 188. 1. c.

3. Circa studium contingit per accidens quadrupliciter curiositas, superbia, et alia vitia; licet omne studium secundum se sit bonum scilicet uno modo, inquantum per studium minus utile retrahuntur aliqui a studio quod eis ex necessitate incumbit Alio modo inquantum studet aliquis addiscere ab eo a quo non licet Tertio quando homo appetit cognoscere veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum finem, scilicet ad cognitionem Dei. Quarto modo inquantum aliquis studet ad cognoscendam veritatem, supra proprii ingenii facultatem, quia per hoc homines de facili in errores labuntur. 2-2, q. 167 1. c.

4. Studium et curiositas dicuntur pertinere ad carnem vel ad avaritiam, ratione cognitionis eorum ad quæ illæ inclinant. 2-2. q. 166. 1 ad 2 et ad 3.

1. STULTITIA dicitur a stupore, quia stultus est, qui propter stuporem non movetur. 2 2. q. 46. 1. 2. c.

2. Stultus præcipue videtur, qui deficit in summa judicii, scilicet secundum altissimam causam, non autem si deficiat circa aliquid modicum. 2 2. q. 46. 1 ad 1. et 2 c.

3. Stultitia importat hebetudinem sensus spiritualis; fatuitas autem totalem privationem ejus. Ideo prima opponitur contrariæ sapientiæ, secunda vero privativæ. 2-2. q. 8. 6 ad 1. et q. 46. 1 o.

4. Stultitia duplex, sicut sapientia duplex, scilicet mundi, et Dei. Prima sapientia decipit, non autem secunda. 2-2. q. 46. 1 ad 2 et ad 3. et q. 113. 1 ad 1.

5. Non moveri injuriis, eo quod terrena non sapiant, pertinet ad stultitiam mundi. Si vero ex stupore, pertinet ad stultitiam simpliciter. 2-2. q. 46. 1 ad 4.

6. Stultitia ex immersione sensus in terrenis, est peccatum, non autem si ex defectu naturæ, ut in amentibus. 2-2. q. 46. 2. o. et 3. c.

7. Stultitia opponitur præceptis de contemplatione veritatis. 2-2. q. 46. 2 ad 3.

8. Stultitia est filia luxuriæ, continens odium Dei, et desperationem futuri sæculi, quia fastidiunt Deum, et dona ejus 2-2. q. 46. 3 o.

9. Stultitia ex impedimento corporali causatur ex ira; ex luxuria vero, inquantum est ex immersione sensus in terrenis. 2-2. q. 46. c. 3 ad 3.

10. Hebetudo, stultitia, ignorantia, et præcipitatio differunt, quia prima opponitur intellectui, secunda sapientiæ, tertia scientiæ, et quarta consilio. 2-2. q. 8. 6 ad 1.

STULTILOQUIUM significat perver-

sam sententiam verborum, per quæ quis præfert delectationes luxuriæ aliis bonis. 2-2. q. 153. 5 ad 4

1. STUPOR causatur ex insolita imaginatione. 1 2. q. 41. 4. c. fin.

2. Admiratio est principium philosophandi, sed stupor est impedimentum philosophicæ considerationis quo timetur judicare in præsenti, et inquirere in futuro. 1-2. q. 41. 4. c. fin. ad 5.

1. STUPRUM est illicita virginis defloratio, sub cura parentum 2-2. q. 154. 1. c. et 6 o.

2 Stuprum fit deformius, ex duplici injuria sibi annexa, scilicet virginis seductæ, vel vi oppressæ et patris. Et secundum legem reus tenetur satisfacere utrique. 2-2. q. 154. 6 ad 3.

3. Filia sacerdotis etiam non nupta, deprehensa in stupro, lapidabatur in veteri Testamento, in aliis autem tantum nupta. 3.ª q 29. 1 ad 4.

1. SUBJECTIO. Quælibet res perficitur per subjectionem ad suum superius 1-2. q. 92. 1. c. et 2-2. q. 81. 7. c.

2. Movens necessario causat motum in mobili, totaliter ei subjecto, non autem in aliis. 1.ª q. 82. 2 ad 2. et 2-2. q. 83 1. c.

3. Subjectio mulieris ad virum inducta est in pœnam mulieris, propter peccatum. Vel non est per modum servitutis, sed gubernationis. 2-2. q. 164. 2. c. ad 1.

4. Omnia sunt nunc subjecta Deo et Christo secundum potestatem, sed post judicium, per finalem impletionem voluntatis ejus. 3.ª q. 20. 1 ad 3. et q. 59. 4 ad 2.

5. Prima subjectio hominis ad Deum est per fidem. 2-2. q. 16. 1. c.

6. Homo dicitur esse Dei dupliciter, scilicet per subjectionem potestati ejus, et per unionem charitatis. Secundum desiit per peccatum, non autem primum, nec alio modo. 3.ª q. 48. 4. ad 1.

7. Snbjectio Christi et cujuslibet alterius hominis ad Deum triplex, scilicet secundum gradum bonitatis, potestatem et obedientiam. 3.ª q. 20. 1.

8. Christus fuit subjectus sibi ipsi, secundum naturam humanam, non autem secundum naturam divinam, nec secundum aliam personam. 3.ª q. 20. 2. o.

9. Omnia quæ ponunt subjectionem, vel minorationem Christi, intelliguntur secundum naturam assumptam, vel ad commendationem principii iu Patre. 1.ª q. 42. 4 ad 1. et q. 43. 7 ad 1.

1. SUBJECTUM duplex, scilicet subjectum inhæsionis et subjectum scibile. 1.ª q. 117. 1. c.

2. Subjectum est causa effectiva propriæ passionis, quia proprium fluit a subjecto. 1.ª q. 77. 6 ad 3.

SUBITATIO. Comparatio motus irascibilis, et concupiscibilis quantum ad subitationem. 2-2. q. 156. 4. c.

SUBSANNATIO et irrisio conveniunt in fine. Sed differunt in modo, quia prima fit naso rugato, secunda vero fit ore, id est, in verbo et cachinnis. 2-2. q. 75. 1 ad 1.

1. SUBSISTENTIA dicitur, cujus actus est subsistere, id est, per se existere. 1.ª q. 29. 2. c.

2. Omne subsistens est tantum unum numero 1.ª q. 41. 6. c. et q. 44. 1. c. et q. 54. 1. c et q. 75. 7. c.

3. Subsistens ut nominatur nomine intentionis, dicitur suppositum. Si autem nomine rei, dicitur subsistentia, inquantum subsistit, sed dicitur res naturæ, inquantum naturæ communi supponitur, sed ut substat accidentibus, dicitur substantia vel hypostasis; et inquantum rationalis, dicitur persona. 1.ª q. 29. 2. c.

4. Subsistere convenit Deo, ratione ejus ad quod significandum nomen

imponitur, scilicet per se esse, non autem ratione ejus a quo nomen imponitur, scilicet subesse, nisi secundum quod essentia subest ipsi esse secundum rationem. 1.ᵖ q. 14. 1 ad 1. et q. 29. 3 ad 3. et q. 39. 1 ad 3.

5. Omne quod est in Deo subsistit; et tamen ibi non sunt nisi tres subsistentes. 1.ᵖ q. 30. 1 ad 2. et 2. c. et q. 34. 2 ad 1.

6. Sicut dicimus, in divinis, tres personas, vel tres subsistentias, sic Græci dicunt tres hypostases, non autem tres substantias, propter errorem. 1.ᵖ q. 29. 2 ad 3. et q. 30. 1. c. ad 1.

1. Substantia dicitur dupliciter, scilicet essentia seu quidditas et suppositum. 1.ᵖ q. 29. 2. c. et 3.ᵖ q. 2. 6 ad 3.

2. Substantia, subsistentia, et essentia distinguuntur secundum triplicem actum, scilicet substare, subsistere et esse, quorum esse est commune omni enti: sed substare et subsistere, est commune tantum substantiæ 1.ᵖ q. 29. 2. c

3. Substantia est res habens quidditatem, cui debetur esse per se, et non in alio, scilicet subjecto. 1.ᵖ q. 3. 5 ad 1. et 3.ᵖ q. 77. 1 ad 2.

4. Per se existere non est diffinitio substantiæ, quia per hoc non demonstratur quidditas ejus, quæ non est suum esse. 1.ᵖ q. 3. 5 ad 1.

5. Nulla pars integralis potest dici substantia prima, vel hypostasis. 1.ᵖ q. 29. 1 ad 5.

6. Omne quod est per se in prædicamento substantiæ, est compositum ex esse et essentia, non autem ex materia et forma. 1.ᵖ q. 3. 5. c.

1. Subtilitas est proprietas corporis gloriosi per effectum spiritualis potentiæ. Suppl. q. 83. 1. o.

2. Nullo modo competere poterit corpori glorioso, ut ratione suæ subtilitatis possit esse simul cum corpore non glorioso, nisi ex operatione divinæ virtutis, qua tolletur id quo impediebatur, ne cum corpore glorioso esse posset. Suppl. q. 83 2. c.

3. Fatendum est miraculose fieri posse, ut duo corpora sint in eodem loco. Suppl. q. 83. 3. c.

4. Divina virtute fieri posset ut duo corpora gloriosa essent simul. Suppl. q. 83. 4. c.

5. Necessitas existendi in æquali loco tolli non potest a corpore glorioso ex sua subtilitate. Suppl. q. 83. 5 c.

6. Corpora gloriosa sunt palpabilia. Suppl. q. 83. 6. c.

1. Successio est in succedentibus, sicut ordo in ordinatis. 3.ᵖ q. 75. 4 ad 1.

2. Conversio Eucharistiæ non ponit aliquem actum imperfectum, sed ponit successionem, cujus relatio secundum rem, est in pane, non autem in corpore Christi, nisi secundum rationem 3.ᵖ q 75. 4 ad 1.

3. In damnatis est pœnarum successio. Sed gloria sanctorum est sine successione. 1-2. q. 67. 4 ad 2. et 2-2. q. 18. 2 ad 2.

Sufficiens per se duplex, scilicet non recipiens additionem boni, ut Deus, et continens omnia necessaria, ut beatitudo. 1.ᵖ q. 26. 1 ad 1 et 1-2. q. 3. 2 ad 2. et 3 ad 2. et q. 4. 7 ad 2.

1. Suffragia peccatoris prosunt mortuis, ex opere operato in persona ejus, sed etiam ex opere operante in persona Ecclesiæ, vel ex opere operantis, licet magis prosunt suffragia bonorum. 3.ᵖ q. 82. 6. c.

2. Non potest opus unius alteri prodesse per viam meriti, ad statum beatitudinis consequendum, sed per viam orationis. Suppl. q 71. 1. c.

3. Cum charitas nunquam excidat, opera vivorum mortuis prosunt, ad pœnæ diminutionem, non ad mutationem status mortuorum. Suppl. q. 71 2. o.

4. Suffragia a peccatore facta, quantum ad opus operans ratione sui mortuis non prosunt, ratione vero alterius, sive totius Ecclesiæ personam gerat, sive agat ut instrumentum, eis prosunt; sed semper prosunt ratione operis operati. Suppl. q. 71. 3 e.

5 Suffragium quod pro mortuis fit, facienti prodest, quantum attinet ad vitam æternam, sed inquantum est expiativum pœnæ, ut fiat satisfactio, nullo modo prodest. Suppl. q. 71. 4. c.

6. Cum in inferno nulla sit redemptio, suffragia non prosunt damnatis Suppl. q. 71. 5. o.

7 Suffragia vivorum auxilio sunt iis qui in purgatorio detinentur, cum opera unius possint valere alteri ad satisfaciendum. Suppl q. 71 6. c.

8. Cum per suffragia vivorum status mortuorum mutari non possit, illa pueris in limbo existentibus non prosunt, in quibus oporteret ut status mutaretur, quantum ad meritum essentialis præmii. Suppl. q. 71. 7. o.

9. Cum sancti in cœlo nullius rei indigeant, non juvantur per nostra suffragia. Suppl q. 71. 8. c.

10. Convenienter Augustinus posuit tria præcipua subsidia vivorum pro mortuis, Eucharistiam, eleemosynam et orationem. Suppl. q. 71. 9 o.

11. Simpliciter et directe indulgentiæ non prosunt mortuis. Suppl. q. 71. 10. c.

12. Non per se, sed per accidens cultus exequiarum defunctis prodest Suppl. q. 71. 11. o.

13. Suffragia pro uno defuncto facta, aliis prosunt ratione charitatis, ratione vero intentionis magis ei pro quo fiunt, imo soli, si solum ratio dimissionis pœnæ habeatur. Suppl. q 71 12 c.

14. Suffragia, inquantum sunt satisfactiones ex intentione facientis translatæ in mortuos, magis prosunt ei pro quo singulariter fiunt, quam quæ fiunt pro eo, et communiter pro aliis: inquantum vero accipiuntur ut valent ex virtute charitatis, tantumdem singulis prosunt, ac si pro uno tantum fierent. Suppl. q. 71. 13. o.

15. Quantum attinet ad velociorem absolutionem pœnæ, plus valent specialia et communia suffragia simul, quam communia tantum: quantum vero spectat ad finalem pœnæ liberationem, æque valent communia solum suffragia atque specialia et communia simul. Suppl q. 71. 14. c.

1. Summum malum non datur. 1. 2ª q 49. 3. o. et q. 103. 7 ad 1. et 2-2. q. 172. 6. c.

2 Summum et infimum in vita humana potest accipi dupliciter, scilicet per comparationem status ad statum, tam in spirituali vita quam in sæculari, vel per comparationem graduum, qui sunt perfectio unius hujus. 2-2. q. 189. 1 ad 1.

Super, significat tria, scilicet directum situm, juxta, et post 1-2. q. 89. 2 ad 1.

1. Superbia dicitur dupliciter, scilicet ut supergreditur regulam rationis, et quilibet excessus: prima semper est mala; secunda vero, quandoque est bona. 2-2 q 162. 1 ad 1.

2. Superbia dicitur tripliciter, scilicet inclinabilitas ad superbiendum ex flexibilitate naturæ, vel corruptione fomitis actualis; elatio contra præceptum, vel inordinatus appetitus excellentiæ in quacumque re; et tertio inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor et reverentia; prima est initium vel radix omnis peccati; secunda est generale peccatum; tertia vero est peccatum speciale, et est unum de septem capitalibus 1-2. q. 84. 2. o. et 2-2. q. 162. 2. 8. o.

3. Genus duplex superborum, scilicet efferentium se supra alios, et arrogantium sibi aliquid supra se. 2-2. q. 33. 5. c.

4. Superbia proprie est inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor et reverentia. Vel superbia pro-

prie respicit defectum subjectionis hominis ad Deum, secundum scilicet quod aliquis se extollit supra id quod est sibi præfixum secundum divinam regulam vel mensuram 1-2. q. 84. 2. o. et 2-2. q. 77. 5 c. et 132. 4. c. et q. 162. 1. o. et 2 3. c. et 4. 5. 6. c.

5. Superbia magis est in appetitu excellentiæ quam in æstimatione 2 2. q. 162. 3. o.

6. Species superbiæ sunt quatuor secundum Gregorium, scilicet vel cum aliquis existimat bonum quod habet ab alio, ac si haberet a seipso efficienter, vel meritorie; vel cum aliquis attribuit sibi majus bonum quam habeat; vel prout excellentior aliquis redditur ex hoc quod bonum aliquod excellentius cæteris possidet, et sic aliis despectis singulariter vult videri. 2-2. q. 162. 4. o.

7. Excusatio peccati pertinet ad tertiam speciem superbiæ, præsumptio vero ad quartam. 2-2. q 162. 4 ad 3

8. Gradus superbiæ sunt duodecim secundum Bernardum, oppositi duodecim gradibus humilitatis: scilicet curiositas per quam aliquis curiose, ubique et inordinate circumspicit; levitas mentis, per quam scilicet homo superbe se habet in verbo; inepta lætitia qua homo est facilis et promptus in risu; jactantia non tacens usque ad interrogationem, singularitas per quam scilicet aliquis sanctior aliis vult apparere, arrogantia per quam scilicet homo se aliis præfert, præsumptio per quam aliquis reputat se sufficientem ad majora; defensio peccatorum, simulata confessio, per quam scilicet aliquis non vult subire pœnam pro peccatis quæ simulate confitetur; rebellio despiciens obedire; libertas per quam scilicet homo delectatur libere facere quod vult; peccandi consuetudo, quæ implicat Dei contemptum. 2-2. q. 162. 4. et ad 4.

9. Superbia proprie semper est peccatum. 2-2. q. 162. 7. o.

10. Superbia, secundum se, est speciale peccatum, ratione specialis objecti; sed est peccatum generale, secundum redundantiam duplicem, scilicet finis, et contemptus legis. 2-2. q. 162. 7. o. 5 ad 1. et 8. c.

11. Superbia, secundum genus suum, est peccatum mortale, præter actus ejus imperfectos, id est sine consensu deliberato 2-2. q. 162. 5. o.

12. Superbia est gravissimum omnium peccatorum, ex parte aversionis, non autem ex parte conversionis. 2-2. q. 162 6. o et 7 ad 4.

13. Superbia est initium omnis peccati, ex parte aversionis; concupiscentia vero, ex parte conversionis. 1-2. q. 84. 2. c. 4 ad 4.

14. Superbia est initium omnis peccati, non actu, sed aptitudine. 2-2. q. 162. 2. o. et 5 ad 1. et 7 ad 1.

15. Superbia et avaritia, inquantum sunt specialia peccata, sunt radices omnium peccatorum. 1-2. q. 84. 1. c. ad 2. et 2. c. et 2-2. q. 117. 2. ad 1.

16. Superbia est primum omnium peccatorum, et principium eorum 2-2. q. 162. 7. o.

17. Superbia est regina omnium vitiorum. 1-2. q. 84. 4 ad 4. et 2-2. 132. 4. c. ad 1. et q. 153. 4 ad 2. et q. 162. 8. c.

18. Superbia inordinate appetit excellentiam, sed inanis gloria manifestationem ejus; ideo non sunt idem, sed prima causat secundam. 2-2. q. 132. 4. c. et q. 162 8 ad 2.

19 Superbus anhelat ad superabundantiam fortitudinis; ideo vult videri audax. 2-2. q. 162. 7 ad 3.

20. Superbia opponitur magnanimitati secundum excessum, inquantum tendit ad magna inordinate; sed directius opponitur humilitati, inquantum subjectionem aspernatur. 2-2. q. 162. 1 ad 3. et 5. c.

21. Superbia corrumpit solam humilitatem, per directam contrarietatem; cæteras autem virtutes corrumpit per abusum. 1.ª q. 64. 2 ad 5. fin. et 2-2. q. 22. 2 ad 3.

22. Superbia semper contrariatur dilectioni Dei, et aliquando dilectioni proximi. 2-2. q. 162. 5 ad 2.

23. Superbia est subjective in irascibili; non solum sensitiva, sed etiam in voluntate. 2-2. q. 162. 3. o.

24. Homo superbiit de scientia et potentia: ideo convictus est de ignorantia per idolatriam, et de impotentia, per transgressionem legis. 1-2. q. 89. 2 ad 3. et 6. c.

25. Superbia oritur ex virtutibus per accidens tantum, id est, occasionaliter. 2 2. q. 162. 5 ad 3.

26. Superbia directe impedit cognitionem practicam, non autem speculativam, nisi indirecte. 2-2. q 162. 3 ad 1.

27. Extollentia oculorum est signum superbiæ, excludendo reverentiam et timorem. 2-2. q. 161. 2 ad 1.

28 Deus permittit ruere in luxuriam, ut liberet a superbia. 1-2. q. 79. 4. c et q. 87. 2 ad 1. et q 98. 2 ad 5. et 2-2. q. 162. 6 ad 3.

29 Remedium triplex contra superbiam, scilicet consideratio propriæ infirmitatis, magnitudinis Dei, et imperfectionis propriorum bonorum. 2-2. q. 162 6 ad 1.

Superficies est proprium, et per se subjectum colorum. 1-2. q. 56. 1 ad 3. et 3. p q. 74. 2. c.

Superius habet similitudinem cum inferiori, ut sol cum igne, et in Deo est similitudo omnium rerum et secundum accidens, potest esse aliquid simile substantiæ, similitudine quæ est inter causatum et causam. 1. p q. 57. 2 ad 2.

1. Superstitio est quædam protestatio infidelitatis. 2-2 q. 94. 1 ad 1. et q. 97. 4. c. et q. 100. 1 ad 1.

2. Superstitio est vitium religioni oppositum secundum excessum. 2-2. q. 92. 1. o. et q. 94. 1. c. et q. 95. 1. c. et q. 122. 3. c. et q. 138. 2. b.

3. Species ejus sunt quatuor, scilicet cultus Dei inordinatus, idololatria, divinatio, et observatio vana. 2-2. q. 92 2. o. et q. 94. 1. c.

4. Ad superstitionem pertinet omnis idololatria, et omnis acceptio auxilii dæmonum ad aliquid faciendum vel cognoscendum. 2-2. q. 95. 2. c.

5. Quicquid procedit ex societate dæmonum cum hominibus, superstitiosum est. 2-2. q. 95. 2 b.

6 Omnis superstitio oritur ex aliquo pacto cum dæmonibus inito, expresso, vel tacito: ideo prohibetur primo præcepto. 2-2. q. 122. 2 ad 3. et 3. 4. c.

Suppositio ponitur aliquando in prædicato, tam confusa quam determinata. 1 p q. 36. 4 ad 4.

1. Suppositum In compositis differunt suppositum et natura. 1. p q. 3. 3. c. et q. 29. 2 ad 3. et 3. p q. 16. 5. ad 1.

2. In divinis suppositum dicitur, quasi sub alio positum, non quidem secundum rem, sed secundum modum significandi, quia ibi est res subsistens. 1. p q. 39. 1 ad 3.

3. In Deo suppositum et natura sunt idem re, et differunt secundum modum significandi. 1 p q. 3. 3 o. et 3 p q. 2. 2. c.

4. Persona Filii Dei est suppositum naturæ humanæ. 3. p q. 16. 1. 2. 3. c.

1. Suspicio vitium importat, quæ quanto plus procedit, est magis vitiosa. 2-2. q. 60. 3. c.

2. Suspicio est opinio mali, ex levibus signis. 2-2. q. 60. 3. 4. c.

3. Gradus suspicionis triplex, scilicet levis dubitatio, certa æstimatio, et condemnatio judicialis: prima est peccatum veniale; secunda est peccatum mortale, si est de gravi; tertia est peccatum mortale, pertinens ad injustitiam. 2-2. q. 60 3. o

4. Suspicio contingit tripliciter, scilicet ex propria malitia, ex odio

et ex experientia. 2-2. q. 60. 3. 4. c.

SUSTINERE est difficilius tripliciter quam aggredi; et importat passionem corporis, et actionem animæ. 2-2. q. 123. 6 ad 1 et ad 2.

1. SUSURRATIO est ad separationem amicitiæ; detractio vero, ad denigrationem famæ: ideo differunt fine, sed conveniunt in materia et forma, scilicet in occulta maledictione. 2-2. q. 4. 1. o. et q. 75. 1. c.

2. Susurratio est gravius peccatum detractione et contumelia, quia amicitia est melior quolibet alio bono exteriori. 2-2. q. 74. 2. o.

1. SUUM dicitur alicujus, quod ad ipsum ordinatur. 1.ª q. 21. 1 ad 3.

2. Suum uniuscujusque dicitur, quod ei secundum proportionis æqualitatem debetur. 2-2. q. 58. 11. c.

T.

1. TABERNACULUM Dei significat Ecclesiam militantem, sed domus vel templum Dei significat Ecclesiam triumphantem. 1-2. q. 102. 4 ad 2.

2. Ratio tabernaculi in veteri lege, et distinctio partium ejus, et templi, declaratur. 1-2. q. 102. 4. o.

3. Totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad figurandum mortem Christi. 1-2. q. 102. 4 ad 5.

TABULA secunda post naufragium peccatorum, est pœnitentia et verecundia. 3.ª q. 84. 6. o.

TACERE dicendum, et loqui tacendum, est peccatum. 1-2. q. 73. 1 ad 3.

1. TACTUS est sensus alimenti, gustus autem est discretivus saporum. 2-2. q. 141. 5 ad 1.

2. Tactus, ut est in aliis membris quam in lingua, distinguitur a gustu, et secundum diversam rationem immutationis 1.ª q. 78. 3 ad 3.

3. Tactus est unus genere, et est plures specie, secundum plures contrarietates, vel omnes hujusmodi conveniunt in uno genere proximo, sed innominato. 1.ª q. 78. 3 ad 3.

4. Tactus est fundamentum omnis sensus, et est per totum corpus sicut et organum ejus; et eo dicitur aliquid sensitivum. 1.ª q. 76. 5. c. et q. 91. 1 ad 3. et 3 ad 1.

5. Subtilitas tactus sequitur æqualitatem complexionis: ideo quanto quis est melioris tactus, tanto melioris est intellectus. 1.ª q. 76. 5. c.

6. Organum et medium tactus non possunt denudari suo objecto, sicut in aliis sensibus, quia qualitates tangibiles sunt differentiæ corporis, inquantum corpus. 1.ª q. 91. 1 ad 3.

7. Proles in ventre matris, antequam habeat animam rationalem, sentit per tactum. 3.ª q. 34. 2 ad 3.

8. Tactus duplex, scilicet quantitatis, et virtutis. 1.ª q 75. ad 3. et q. 105. 2 ad 1.

TANTUM. Hoc adverbium *tantum*, cum sit exclusivum, potest poni ex parte subjecti, et ex parte prædicati, possumus enim dicere: *tantum* Socrates currit, id est, nullus aliud currit; et Socrates currit *tantum*, id est, nihil aliud facit. 1.ª q. 31. 3 ad 2.

TARDITAS superflua minus opponitur rectitudini consilii quam præcipitatio, quia oportet consiliari tarde. 2-2. q. 53. 3 ad 3.

1. TEMERITAS. Temere fieri dicuntur, quæ ratione non reguntur, vel propter impetum voluntatis, vel passionis, vel ex contemptu: et hoc proprie est temeritas quæ causatur ex superbia: ideo continetur sub præcipitatione, quæ respicit utrumque, sed magis primum. 2-2. q. 53. 3 ad 2.

2. Temeritas sive præcipitatio est

defectus consilii, et species imprudentiæ. 2-2. q. 53. 2. 5. c. fin.

3. Defectus docilitatis, vel memoriæ, vel rationis, pertinet ad temeritatem, seu præcipitationem 2-2. q. 53 2. c. fin.

1. TEMPERANTIA est virtus, et est virtus specialis si sumatur antonomastice, ut refrenat a maxime allicientibus; sed est virtus generalis communiter. 2-2. q 141. 1. 2. o. et 4 ad 1. et q. 186. 1. c.

2. Temperantia est virtus cardinalis. 1-2. q 61. o. et q 66. 1. 4. c. et 2-2. q 141. 7. o.

3. Temperantia et omnes partes ejus denominantur a defectu, in quo consistit laus earum, sicut fortitudo et omnes partes ejus et laus earum consistit in excessu. 2-2. q. 146. 1 ad 3.

4. Laus ejus magis est in vincendo delectationes quam in persistendo contra impetus earum. 2-2. q. 138 2 ad 3.

5. Temperantia mensuram accipit ex conservatione salutis corporalis, et multo magis ex conservatione salutis spiritualis. 2-2. q. 141. 6 ad 3.

6. Necessitas hujus vitæ est regula temperantiæ, scilicet ut rebus utamur, ad necessitatem vitæ præsentis. 1-2. q. 63. 4. c. et 2-2 q. 141 6. o et q. 142. 1. c

7. Modus temperantiæ et omnium partium ejus est in retrahendo a delectationibus corporis. 2-2. q. 141. 2. 3. c. et q 161 1. 4. c.

8 Partes ejus integrales sunt verecundia, et honestas; partes vero subjectivæ sunt abstinentia, sobrietas, castitas, et pudicitia; partes autem potentiales seu adjunctæ, sunt continentia, humilitas, mansuetudo seu clementia, modestia, bona ordinatio, ornatus, austeritas, parcitas, seu per se sufficientia, et moderatio seu simplicitas. 2-2 q. 143 o. et q. 146. 1 ad 3. et q. 157. 3 o. et q. 160. 1. o. et q. 161. 4 o

9 Verecundia non est pars temperantiæ, quasi intrans essentiam ejus, sed quasi dispositive se habens ad eam. 2-2. q. 144. 4 ad 4.

10. Verecundia principalius pertinet ad temperantiam ratione motivi, scilicet turpis, et non ratione timoris, secundario vero ad alias virtutes. 2-2. q. 144 1 ad 2 et 4 ad 4.

11. Studiositas est pars temperantiæ adjuncta, seu potentialis; et comprehenditur sub modestia. 2-2 q 166. 2. o.

12. Patientia non est pars temperantiæ, quia patientia firmat in bono contra tristitias illatas ab alio, hæc autem circa tristitias tactus, refrenando. 2-2. q. 136. 4 ad 2.

13. Objectum temperantiæ est bonum delectabilium in concupiscentiis tactus, secundum modum rationis, vel legis divinæ. 1-2 q. 63. 4. c.

14. Temperantia principaliter est circa concupiscentias, et delectationes; secundario autem circa tristitiam de absentia delectabilium 1-2. q 35. 6 ad 3. et 2-2. q. 21. 1 ad 1. et q. 23. 4 ad 2. et q 95. 3 ad 2. et q. 141. 3. o et q. 147 2 ad 3.

15. Temperantia directe modificat passiones concupiscibilis, quæ tendunt in bonum, et consequenter omnes alias. 2-2. q. 141. 3 ad 1.

16. Temperantia munditiam operatur, sed non habet rationem sanctitatis, nisi referatur in Deum. 2-2. q. 81 8 ad 2.

17. Propria materia temperantiæ sunt passiones circa delectabilia tactus. 1.ª q. 59. 4 ad 3. et 1-2. q 61. 3. c. et 2-2. q 137. 1. c.

18. Temperantia principaliter est circa delectationes tactus quoad usum, non autem quoad judicium. 2-2. q. 151. 3 ad 1.

19. Temperantia proprie est circa maximas delectationes, scilicet tactus, id est, in cibo, potu, et venereis; secundario autem circa delectationes aliorum sensuum. 1-2. q 60. 5. c. et 2-2. q. 141. 4. 5. o. et 7. c. et q. 143.

c. et q. 149. 1. c et q. 151. 3. o. et q. 153 1 ad 1. et q. 155. 2. c. et q. 156. 2. c. et q. 160. 1. o. et q. 166. 1. c. et 2. c. ad 2.

20 Temperantia principaliter est circa delectationes tactus, secundo gustus, tertio olfactus, quarto aliorum sensuum. 2-2. 141. 5. o.

21. Temperantia est circa delectationes tactus moderando eas, non autem continentia, sed resistendo eis. 2-2. q. 155. 3 ad 1.

22. Temperantia est circa concupiscentias naturalium delectationum, non autem liberalium, quia concupiscentia et delectatio pecuniæ non est naturalis, sed animalis: ideo liberalitas non pertinet ad temperantiam. 2-2. q. 117. 5 ad 2.

23. Temperantiæ est refrenare delectationes sensibiles, non autem amicitiæ, id est, affabilitatis, sed causare delectationes rationis in convictu. 2-2. q. 114. 2 ad 2.

24. Integritas, tranquillitas animi, decor, et honestas maxime conveniunt temperantiæ, inter cæteras virtutes 2-2. q. 141. 2 ad 1. et ad 2 et ad 3. et 8 ad 1. et q 143 c et q. 145. 4. o. et q. 152. 5. c. et q. 180. 2 ad 3.

25. Temperantia est principalior virtus, mansuetudine et humilitate. 2-2. q. 141 7 ad 2 et ad 3.

26. Temperantia et fortitudo, ut virtutes humanæ, non sunt in angelis, sed tantum ut operantur moderate et firmiter. 1.ª q. 59. 4 ad 3.

27. Temperantia est subjective in concupiscibili. 1.ª q. 59. 4 ad 3. et 1-2. q 61. 2. c. et q. 66. 1. c. et q. 85. 3. c. et 2-2. q. 58 5 ad 2. et 9. c.

1. TEMPLUM vel altare soli Deo dedicatur, licet nominetur in honore sanctorum. 2-2. q. 85. 2 ad 3.

2. Templum vel tabernaculum oportuit fieri, non quidem propter Deum, sed propter homines, ut excitaretur devotio, et cognitio Dei. 1-2. q. 102 4 ad 1.

3. Templum fuit ædificatum a Salomone, in loco ostenso Abrahæ. Non autem prius, ne gentes appropriarent illud sibi, vel destruerent: tertia vero ratio est, ne quælibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua, et propter hoc orirentur inter eos lites et jurgia. 1-2. q. 102. 4 ad 2.

4. Gentiles cooperati sunt Judæis, in constructione templi. Non autem in constructione tabernaculi, quia primum significat statum legis novæ secundum vero statum veteris legis. 1-2. q. 102. 4 ad 2.

5. Templum vel tabernaculum erat tantum unum, ad exclusionem idolatriæ, et quia cultus corporalis secundum se non erat Deo acceptus, sicut cultus spiritualis. Ideo multiplicantur ecclesiæ et altaria nunc. 1-2. q. 102. 4 ad 3.

6 Sicut in unitate templi vel tabernaculi repræsentabatur unitas Dei, vel Ecclesiæ, sic in distinctione eorum repræsentabatur distinctio rerum sub Deo 1-2. q. 102. 4 ad 3 et ad 4.

7. Pars orientalis in templo, vel tabernaculo significat mundum corporalem, vel vetus Testamentum Sed pars occidentalis, id est, Sancta sanctorum, significat substantias spirituales, vel patriam cœlestem, vel statum hunc. 1-2. q. 102. 4 ad 4 et ad 5 et ad 6.

1. TEMPORALIA mala infliguntur impiis in pœnam, non autem justis, sed in medicinam. 1-2. q. 114. 10 ad 1.

2. Fides non est de aliquo temporali, ut de objecto, sed ut pertinet ad veritatem æternam. 2-2. q. 4. 6 ad 1.

1. TENTARE est sumere experimentum de aliquo, an sciat, vel possit, vel velit. Quod contingit sextupliciter, scilicet verbis, factis, aperte, occulte, expresse, et interpretative. 1.ª q. 114. 2. o. et 2-2. q. 97. 1. o.

2. Tentatio ad provocandum ad culpam semper est peccatum in ten-

tante, non autem semper in tentato. 1. ℘ q. 48. 5 ad 3.

3. Quanto quis majori tentationi succumbit, tanto minus peccat. 1-2. q. 73. 5. c. et 6 ad 2. et q. 77. 6. b. et 2-2. q. 162. 6 ad 1.

4. Occasio tentationis duplex, scilicet ex parte hominis, id est, propinquare peccato, et ex parte diaboli, scilicet bonum opus. Prima debet vitari, non autem secunda, exemplo Christi. 3. ℘ q. 41. 2 ad 2.

5. Tentatio per se non est appetenda, quia non est utilis, nec bona, nisi per accidens, scilicet per auxilium gratiæ Dei, sed est mala de se. 3. q. 41. 2 ad 2.

6. Tentare Deum expresse, est petere aliquid ab eo, vel aliquid facere ut exploret ejus sapientiam, pietatem, vel potestatem. Interpretative vero est sine necessitate, et utilitate, committere se Deo in factis, vel in petitionibus. 2-2. q. 53. 4 ad 1. et q. 97. 1. o. et 2. c. fin. et ad 3. et 3. ℘ q. 42. 4 ad 1.

7. Tentare Deum, semper est peccatum, quia omnis tentatio procedit ex ignorantia vel ex dubitatione. 1. ℘ q. 112. 2. c. et 2-2. q. 97. 2. o.

8. Tentatio Dei, et quælibet alia irreverentia ejus, opponitur religioni, et est species irreligiositatis. 2-2. q. 97. 3. o.

9. Superstitio est gravius peccatum tentatione Dei, quia magis est contra reverentiam Dei. 2-2. q. 97. 4. o.

10. Adam tentatus fuit a diabolo principaliter, sed a muliere instrumentaliter. Nec fuit pœna, quia sine difficultate poterat resistere. 2-2. q. 165. 1 ad 3. et 2 ad 1.

11. Conveniens fuit quod Deus permitteret hominem tentari a dæmone, in statu innocentiæ, et juvari faceret ab angelis bonis. 2-2. q. 165. 1. o.

12. Ordo tentationis ejus fuit conveniens. 2-2. q. 165. 2. o. et 3. ℘ q. 41. 4. c.

13. Christus voluit tentari, quadruplici ratione, scilicet ut nobis daret auxilium, cautelam, exemplum, et fiduciam. 3. ℘ q. 41. 1. o.

14. Modus et ordo tentationis Christi conveniens fuit. 3. ℘ q. 41. 4. o.

15. Non omnis tentatio Christi legitur facta in deserto, licet quidam hoc asserant, scilicet imaginarie. Alii dicunt Hierusalem dici desertum. 3. ℘ q. 41 2 ad 3.

16. Christus debuit tentari in deserto, quia diabolus magis tentat solitarios, et tendentes ad meliora. 3. ℘ q. 41. 2. o.

17. Christus voluit tentari post jejunium, quia jejunium est arma contra tentationes et occasio, et ostendit infirmitatem humanam, scilicet famem 3. ℘ q. 41. 3. o.

18. Christus fuit tentatus in quadraginta diebus jejunii, præter illas tres tentationes, quas habuit post jejunium. 3. ℘ q. 41. 3 ad 2.

19. Diabolus tentans ostendit Christo regna, signando digito, non autem oculis Christi aliquid repræsentando. 3. ℘ q. 41. 4 ad 7.

20 Christus agebat, ut tunc a nemine videretur, licet diabolus portans, crederet videri Christum ab omnibus. 3. ℘ q. 41. 4 ad 7.

1. Tempus non est numerus abstractus, sed est numerus in numerato. 1. ℘ q. 10. 6. c.

2. Motus est alteratio mobilis, secundum diversa *ubi*, sed tempus est fluxus ipsius *nunc*, secundum quod alternatur ratione. 1. ℘ q. 10. 4 ad 2.

3. Tempus est in primo motu cœli, sicut in subjecto, et primo mensurato. 1. ℘ q. 10. 6. c.

4. Accidit tempori, esse numerum motus firmamenti, inquantum est primus motus, quia si alius motus esset primus, esset numerus ejus. 1. ℘ q. 66. 4 ad 3.

5. Tempus comparatur ad primum motum, ut mensura, et ut accidens ad

subjectum, ad alios autem motus, ut mensura tantum. 1. ᵖ q. 10. 6. c.

6. Tempus est unum, ab unitate motus primi mobilis, non autem ab unitate materiæ primæ. 1. ᵖ q. 10. 6. c et 3. ᵖ q. 75. 7 ad 1.

7. Unitas et pluralitas temporis et instantis accipitur tantum secun dum primum motum cœli, qui est principium omnis motus et quietis. 3. ᵖ q. 75. 7 ad 1.

8. Tempus duplex, scilicet numerus prioris et posterioris in motu cœli mensurans omnem motum continuum habentem ordinem ad motum cœli, et numerus prioris et posterioris in quocumque. 1. ᵖ q. 85. 4 ad 1.

9 Continuitas accidit tempori, ratione motus. Ideo tempus mensurans motum non continuum, nec habentem ordinem ad motum continuum cœli, non est continuum. 1. ᵖ q. 53 3. o. et q. 61. 2 ad 2. et q 63. 6 ad 4. et q. 85. 4 ad 1. et 1-2 q. 113. 7 ad 5.

10. Tempus non mensuratur alio tempore, nec fieri ejus: quia totum esse ejus est in fieri. Ideo incipit in principio temporis, ut in principio; non autem ut in mensurante. 1. ᵖ q. 66. 4 ad 5.

11. Esse corruptibilium non mensuratur æternitate, sed tempore: quia tempus mensurat ea, etiamsi actu non mutentur, sicut et quietem. 1. ᵖ q. 10 4 ad 3. et 5. c.

12. Tempus est per se mensura motus primi. Ideo non mensurat esse, nisi secundum quod subjacet variationi, ex motu cœli. 1. ᵖ q. 10. 4 ad 3 et 1-2 q. 31 2. c

13. Tempus non mensurat, nisi habentia principium et finem sui esse in tempore, quia etiam motus cœli secundum quamlibet circulationem est hujusmodi. 1. ᵖ q. 10. 4. c

14. Scriptura divina creationem rerum, in indivisibili factam pronuntiat dicens: *In principio creavit Deus cœlum et terram*. Quod quidem principium Basilius principium temporis exponit, quod oportet esse indivisibile, ut secundum Philosophum probatur. 1. ᵖ q. 46. 3. c.

15. Omnes et solæ operationes, quæ expectant in futurum aliquid ad complementum suæ speciei, sunt per se in tempore. 1-2 q 31. 2. o

16. Tempus procreationis carnalis et spiritualis est quintuplex, scilicet conceptionis, alitionis, emissionis, lactationis, et ablactationis. 2-2. q. 189. 1 ad 4.

17. Pars nostra intellectiva secundum se est supra tempus Sensitiva vero subjacet tempori. Ideo transmutatur secundum cursum ejus. 1-2. q. 35. 3 ad 3.

18. Intellectioni nostræ adjacet tempus, ratione phantasmatum, quoad secundam operationem intellectus, non autem quoad primam. 1. ᵖ q. 85. 5 ad 2. et 1-2. q. 113. 7 ad 1.

19. Verba omnium temporum vere dicuntur de Deo. 1. ᵖ q. 10. 2 ad 4. et q 13. 1 ad 3. et q. 42. 2 ad 4.

20. Quædam nomina significant tempus, verba vero et participia cum tempore, sed adverbia habitudinem temporis. 1. ᵖ q. 13. 1 ad 3.

TENEBRÆ possunt dici tripliciter, scilicet subjectum lucis, humiditas, et privatio ejus. Primo modo, et secundo, sunt entia et creatæ a Deo non autem tertio modo. 1. ᵖ q. 66. 1. c. ad 5. et 2. c. fin. et q. 68. 3. c. et q. 69. 1. c. et q 74. 3 ad 4.

TENERI. Ad impossibile nemo tenetur. 2-2. q. 79. 3 ad 1. et q. 88. 3 ad 2. et q. 105. 1 ad 3.

TERTIA dies creationis. 1. ᵖ q. 69. 1. 2. c. principio.

TERGIVERSARI est ab accusatione omnino desistere inordinate. 2-2. q. 68. 3. c. ad 3.

TERNARIUS numerus est numerus perfectus. 2-2. q. 70. 2. c. et 3. ᵖ q. 53. 2. o.

1. TERRA. Non est possibile, aliam esse terram, præter istam. Et eadem ratio est de aliis partibus mundi. 1. ℘ q. 47. 3 ad 3

2. Astrologus demonstrat terram esse rotundam, per eclipsim solis et lunæ; naturalis vero per motum gravium ad centrum. 1. ℘ q 1. 1 ad 2. et 1-2. q. 54 2 ad 2.

3. Per opus ornatus tertiæ diei creationis, aufertur duplex informitas terræ, scilicet coopertio per aquas, et defectus plantarum. 1. ℘ q. 66. 1. o. et q. 69. 2. c.

4. Terra sicut dicitur inanis et vacua, quia deerat ei duplex pulchritudo, scilicet una quam habet ex hoc quod est aquis discooperta, alia quam habet ex hoc quod est ornata herbis et plantis, ita ejus formationem expressit Scriptura per hoc quod dicit: *et appareat arida.* 1. ℘ q. 66. 1. c. ad 1 et ad 5. et q. 67. 4. c et q. 68. 3. c. et q. 69. 1. c. ad 1. et 2. c. et q. 74· 3 ad 4.

TERTULLIANUS. Hæresis Tertulliani et Vadrianorum, sive Anthropomorphitarum, qui figurant Deum corporalibus lineamentis. 2-2. q. 188. 1. c.

1. TESTAMENTUM proprie est percipiendæ hæreditatis institutio filiis a patre. Ideo primo pertinet ad promissiones, secundo ad mandata, quæ se habent sicut via ad consequendam hæreditatem promissam. 3. ℘ q. 78. 3 ad 3.

2. Omni tempore fuerunt aliqui pertinentes ad novum Testamentum. 1-2. q. 106. 3 ad 2.

3. Omnes quibus data fuit lex gratiæ, pertinent ad Testamentum novum 1-2 q. 106. 1 ad 3. et q. 107. 1 ad 2 et ad 3. et 2-2. q 108. 1 ad 3. et 3. ℘ q. 8. 3 ad 3.

1. TESTIS esse quilibet tenetur ad liberandum, non autem ad condemnandum, nisi requiratur a suo superiori, et juridice, id est, in manifestis, et de quibus est infamia. 2-2. q. 70. 1. o. et 3 ad 3.

2. Ad testimonium requiruntur duo vel tres testes, et sufficiunt, nisi in episcopis, presbyteris, diaconibus, et clericis Romanæ Ecclesiæ, propter sanctitatem, dignitatem, et adversarios. 2-2. q. 70. 2. o

3. Discordia testium non aufert efficaciam probationis, nisi sit in circumstantiis, quæ variant substantiam facti. 2-2. q. 70. 2 ad 2.

4. Testis debet dicere certum pro certo, et dubium pro dubio. Nec peccat mortaliter errans, præmissa diligentia. 2-2. q. 70. 4 ad 1.

5. Clericus non potest juste cogi ut sit testis in causa sanguinis, quia non convenit ei cooperari ad occisionem hominis. 2-2. q. 70. 1 ad 3.

6. Testis repellitur quadrupliciter, scilicet primo propter culpam, ut infideles, infames, et rei publico crimine, qui etiam accusare non possunt. Secundo propter defectum rationis: ut pueri amentes, et mulieres. Tertio propter affectum: ut inimici, conjuncti, et domestici. Quarto propter conditiones, ut servi, et pauperes, et quibus imperari potest, de quibus probabile est quod de facili possunt induci ad testimonium ferendum contra veritatem. 2-2. q. 70. 3. o.

7. Falsum testimonium habet triplicem deformitatem, scilicet perjurii, injustitiæ, et mendacii. Ideo est peccatum mortale ex prima et secunda deformitate, non autem ex tertia. 2-2. q 70. 4. o.

8. Per prohibitionem falsi testimonii prohibentur omnia peccata locutionis. 2-2. q. 122. 6 ad 2.

9. Testes accipiunt, non quasi pretium testimonii, sed quasi stipendium laboris, expensas ab utraque parte, vel ab inducente. 2-2. q. 71. 4 ad 3.

TETRAGRAMMATON est nomen proprium Dei, impositum ad significandum snbstantiam Dei, ut est incom-

municabilis. 1ª q. 13. 9. c. fin. et 11 ad 1.

THAMAR non excusatur a peccato, nec Judas fornicans cum ea. 2-2. q. 154. 2 ad 3.

THEODOSIUS Augustus misit ad Joannem, in Ægypti heremo prophetam famosum, et certissimum victoriæ nuntium accepit. 2-2 q. 174 6 ad 3.

1 THEOLOGIA est doctrina necessaria homini, præter scientias naturaliter inventas ab eo. 1ª q. 1. 1. o. et 2-2 q. 2. 3. 4. o

2. Theologia est sapientia. 1ª q. 1. 6. o.

3. Theologia est velut quædam impressio divinæ scientiæ, quæ est una, et simplex omnium. 1ª q. 1. 3 ad 2.

4. Theologia est scientia nobis divinitus revelata. 1ª q. 1. 2 ad 2. et 2-2. q. 188. 8. c. fin

5. Theologia est scientia procedens ex principiis per se notis in scientia superiori, scilicet Dei et beatorum. 1ª q. 1. 2. o. et 6 ad 1 et ad 2. et 2-2 q. 1. 5 ad 2.

6 Theologia est una scientia. 1ª q. 1. 3. 4. o

7. Theologia est scientia practica, sed magis et principalius speculativa. 1ª q. 1. 4. o. et 5. c.

8. Theologia est scientia argumentativa. Et maxime proprium ejus est, arguere ex auctoritate sacræ quidem Scripturæ proprie et ex necessitate, aliorum verò sanctorum probabiliter, philosophorum autem, quasi extranee, rationibus vero naturalis rationis ad aliquam manifestationem, non autem ad probandam fidem. 1ª q. 1. 8. o

9. Theologia disputat contra negantes, si aliquid de sacra Scriptura concedat, solvendo tantum rationes eorum. 1ª q. 1. 8 c.

10. Deus est subjectum theologiæ. 1ª q. 1. 7. o.

11. Theologia non tractat de Deo et de creaturis æqualiter, sed de Deo principaliter, de creaturis autem, ut referuntur ad Deum, ut ad principium vel finem. 1ª q. 13 ad 1. et 7. c.

12 Theologia principalius agit de divinis quam de actibus humanis, de quibus agit, secundum quod per eos homo ordinatur ad perfectam Dei cognitionem. 1ª q. 1 4 c. fin

13. Theologia considerat actus humanos tripliciter, scilicet primo ut per eos homo ad beatitudinem ordinatur, secundo ut in eis est bonum et malum, melius et pejus, tertio ut sunt meritorii. 1-2. q. 2. 7. c. ad 3.

14. Theologia non tractat principaliter de singularibus, sed ut sunt in exemplum vitæ, et in commendationem virorum per quos nobis revelata est. 1ª q. 1. 2 ad 2.

15. Ad ea quæ considerantur de Deo in theologia, utimur effectibus ejus, scilicet naturæ vel gratiæ, loco deffinitionis, quia de Deo non possumus scire quid est. 1ª q. 1 7 ad 1. et q. 2. 2 ad 2. et q. 3. princip. et q. 12. c ad 3. et 13 ad 1. et q. 13. 8 ad 2

16. Finis theologiæ, inquantum est practica, est beatitudo æterna. 1ª q. 1. 4. c. fin et 5. c.

17. Finis theologiæ ultimus est contemplatio primæ veritatis in patria. 1ª q. 1. 4 c fin et 5. c

18. Theologia tractat de consideratis in diversis scientiis physicis. 1ª q. 1. 3 ad 2. et 4. c.

19. Theologia est dignor cæteris scientiis. 1ª q. 1. 5 o.

20. Theologia non accipit aliquid ab aliis scientiis, ut a superioribus, sed utitur eis ut inferioribus, propter nos. 1ª q. 1. 5 ad 2. et 8. c

21. Theologia non probat principia aliarum scientiarum, sed judicat de eis, et reprobat quicquid ejus veritati repugnat 1ª q. 1. 6 ad 2.

22. Theologia non accipit principia sua, nec supponit ea ab aliqua scientia humana, sed accipit ea im-

mediate a Deo. 1.ª q. 1. 5 ad 2. et 6 ad 1.

23. Theologia est de rebus, secundum quod cognoscuntur lumine revelationis divinæ: Metaphysica vero secundum quod cognoscuntur lumine rationis. 1.ª q. 1. 1 ad 2.

24. Theologia sacra differt secundum genus a theologia naturali, id est, a Metaphysica. 1.ª q. 1. 1 ad 2.

25. Theologia est magis divina, et magis sapientia, quam Metaphysica. 1.ª q. 1. 6. c.

26. Theologia viæ subalternatur theologiæ beatorum. 1.ª q. 1. 2. c. ad 1.

1. Thomas jubetur tangere Christum, ut sit testis resurrectionis ejus, licet crederet solo aspectu. Magdalena vero prohibetur, quia mulier erat. 3.ª q. 54. 4 ad 2. et q. 55. 6 ad 3.

2. Thomas aliud vidit, aliud credidit. 2-2. q. 1. 4 ad 1. et 3.ª q. 55. 5 ad 3.

3. Thomas Cantuariensis sustinuit scandalum publicum, ut occurreret majori periculo, scilicet libertatis Ecclesiæ, et repetiit res ecclesiarum cum scandalo regis. 2-2. q. 43. 8. d.

1. Thurificatio non cessavit in novo Testamento, quia significat devotionem orationis, non ut futuram, nec ut effectum ejus, sed ut semper habendam. 3.ª q. 83. 5 ad 2.

2. Utimur thurificatione, non ex statuto legis veteris, sed Ecclesiæ, ad reverentiam Eucharistiæ, et ad repræsentationem effectus gratiæ: ideo primo fit altari, quod significat Christum, secundo omni homini per ordinem, quia gratia derivatur a Christo ad fideles, officio ministrorum. 3.ª q. 83. 5 ad 2.

1. Thus offerebatur in sacrificiis veteris legis, ad significationem devotionis necessariæ offerentibus, et bonæ famæ, quia pingue et odoriferum est. 1-2. q. 101. 3 ad 14.

2. Nec ponebatur in sacrificio zelotypiæ, quia non procedebat ex devotione, sed magis ex suspicione. 1-2. q. 102. 3 ad 14.

Timiditas est peccatum levius intemperantia, ratione peccantis, triplici ratione et objecti sive materiæ necessarioris, scilicet quia timidus est minus compos suæ mentis, et peccatum ejus est minus voluntarium dupliciter, scilicet cum principium ejus sit ab exteriori impellente, atque minus circa singularia, et minus de facili potest contra timiditatem remedium adhiberi. 2-2. q. 142. 3 o.

1. Timor inter cæteros animæ motus, post tristitiam, magis obtinet rationem passionis, et est specialis passio. 1-2. q. 41. 1. 2. o.

2. Timor est tristitia, non quidem essentialiter, sed ratione objecti tristantis, si sit præsens. 1-2. q. 41. 2 ad 3.

3. Timor non est virtus theologica, quia non habet Deum pro principali objecto, sicut amor, sed malum. 2-2. q. 19. 9 ad 2 et ad 3.

4. Timor pertinet ad appetitum sensitivum. 1-2. q. 41. 1. c. et 2-2. q. 7. 1. c.

5. Timor nullo modo est in concupiscibili, sed in irascibili. 1-2. q. 25. 1. c. et q. 41. 2 ad 3. et q. 42. 3 ad 2. et q. 43. 2 ad 3.

6. Vis appetitiva perficitur contra concupiscentiam inordinatam delectabilium dono timoris: ideo timor correspondet temperantiæ. 1-2. q. 68. 4. c. fin. et ad 1 et ad 4 et 2-2. q. 141. 1 ad 3.

7. Decertantes non timent propter potentiam decertandi, sed propter defectum ejus. 1-2. q. 43. 2 ad 3.

8. Decapitandi non timent, quia non habent spem evadendi, quæ requiritur ad timorem. 1-2. q. 42. 2. c. fin. et q. 43. 2. c. ad 2. et 3.ª q. 15. 7. c.

9. Timor nullo modo est in Deo, quia Deus non habet superiorem. 2-2. q. 19. 11 ad 2.

10. Habitus et actus doni timoris, et passio ejus, fuit in Christo, secundum quod appetitus ejus refugiebat læsionem corporis, non autem incertitudo futuri, nec vitium timiditatis actu, nec habitu. 3.ª q 7. 6. o. et q. 15 7. o.

11. Timor filialis est in beatis, quoad actum reverendi Deum, non autem quoad actum timendi separationem a Deo, nec timor servilis, id est, de pœnis, est in eis. 1-2. q. 67. 4 ad 2. et 2-2. q. 19. 11. o.

12. Timor est in damnatis, propter successionem pœnarum, non tamen proprie, quia sunt sine spe. 1-2. q. 67. 4 ad 2.

13. Objectum timoris est malum futurum, difficile, cui resisti non potest. 1-2. q. 41. 1. o. et 2. 4 c et q. 42. 2 3. 5. c. et q. 43. 1. c. et q. 44. 2. c. ad 3. et 2-2. q. 19. 11. c. et q. 123. 4. c. et q. 144. 1. c. et 2. c.

14. Timor primo et per se respicit malum, ut proprium objectum: bonum autem, ut habet respectum ad malum duplex, scilicet privans bonum, vel inflictum a bono 1-2. q. 42. 1. o. et q. 43 1 ad 1.

15. Timor respicit duo, scilicet malum quod refugit, et bonum quod sua virtute potest infligere malum. 1-2. q. 40. 2 1 c. et q 43. 1 ad 1. et 2-2. q. 19. 1. c et 3.ª q. 7. 6. o.

16. Deus timetur non quidem ut malum, sed quia infligit malum pœnæ. 1-2. q. 42. 1. c. et 2-2 q. 19. 1. o. et 9 ad 2.

17. Deus est objectum timoris, ratione justitiæ, spei vero ratione misericordiæ. 2-2. q. 19. 1 ad 2.

18 Timor est de malo naturæ, non autem proprie de malo culpæ, nisi ratione exterioris causæ, scilicet seductionis et hujusmodi 1-2. q. 42. 2. 3. o. et 2-2. q. 144. 1. c.

19. Malum naturæ dupliciter non timetur, scilicet quando est multum distans, vel quando est inevitabile. 1-2 q. 42. 2 o. et 6 ad 2.

20. Insolita et repentina, maxime timentur, quia videntur esse majora mala, et minus remediabilia. 1-2. q. 42. 5 o. et q 48. 3 ad 3.

21. Quæ non habent remedium, quando sunt in præsenti, maxime timentur de futuro, non autem si carent remedio, dum sunt futura. 2-2. q. 42. 6 o

22. Malum quod timetur, semper est a causa extrinseca 1-2. q. 42 3. c. ad 2. et 4. c.

23. Timor ut est a causa extrinseca, id est, ut est passio consequens phantasiam mali imminentis, potest timeri, non autem secundum quod subest voluntati. 1-2. q. 42. 4. c.

24 Timor oritur ex fuga mali, quæ oritur ex desiderio boni: ideo timor dicitur desiderium. 2-2. q. 41. 2 ad 3.

25. Timor per se nascitur ex amore, sed per accidens causat amorem. 1-2. q. 43. 1 ad 1. et 2 2. q. 123. 4 ad 2. et q. 25. 2. c. et q 126. 1. c. et q. 175. 2 ad 3.

26. Amor est causa timoris, dispositive, et materialiter, sed illativum mali, est causa timoris effective 1-2. q. 43. 1. o. et 2. c. et 2-2. q. 19. 9 ad 3.

27. Defectus est causa timoris, dispositive, et materialiter ex parte timentis, sed ex parte ejus qui timetur, virtus et robur est causa per se, per accidens autem defectus, scilicet ignorantia, injustitia, læsio, vel timor læsionis 1-2. q. 43. 2 o

28. Sensus non apprehendit futurum, sed ex apprehensione præsentis, animal movetur instinctu naturali, ad timendum, vel sperandum futura. 1-2. q. 41. 1 ad 3.

29 Timor consequitur desperationem vincendi 1-2. q. 25. 3. c.

30. Mites, et astuti, occultant iram et nocent improvisos: ideo magis timentur quam acuti; quia qui habent iram acutam, non occultant eam, et ideo nocumenta ab illis illata, non ita sunt repentina, quin prævideantur. 1-2. q. 42. 5. ad 2.

31. Timor causat contractionem caloris, et spiritus, ab exterioribus ad interiora; sed propter frigus causatum ex imaginatione, refugiunt a corde, et a superioribus ad inferiora; sed ira facit e converso, propter calorem et subtilitatem spirituum: ideo timor supra fugam et abominationem mali addit quamdam depressionem animi, propter difficultatem vincendi; sed ira facit promptos, et audaces ad invadendum. 1-2. q 25 1. c. et q. 44. 1. 3. o et q 45. 4 ad 1 et ad 3.

32. Timor impedit operationem exteriorem, ex parte membrorum, propter defectum caloris, sed confert ei ex parte animæ, per sollicitudinem, nisi perturbet rationem, propter excessum. 1-2. q. 44. 4. o.

33. Timor facit tacere, quia contrariatur formationi vocis. 1-2. q. 44. 1 ad 2.

34 Timor facit pallere, sed verecundia, rubere: quia objectum primi opponitur naturæ, et appetitui animali; objectum autem secundi opponitur secundo tantum. 1-2. q 44 1 ad 3. et 3.ᵐ q 72 9. c

35. Timor causat sitim, solutionem ventris, remissionem urinæ et seminis, propter contractionem ventris et testiculorum. 1-2. q. 44. 3 ad 1.

36. Timor Dei operatur ad vitationem omnis peccati, etiam negligentiæ. 2-2. q 54. 2 ad 4.

37 Timor qui est secundum rationem, excusat totaliter a peccato, non autem timor inordinatus, sed diminuit peccatum, inquantum est involuntarius. 2-2 q 125 4. o.

38 Timor duplex, scilicet naturalis, id est, de malo corruptivo, et non naturalis, id est, de malo contristativo non repugnante naturæ. 1-2. q. 41. 3. o.

39 Species timoris sunt sex, scilicet segnities, erubescentia, verecundia, admiratio, stupor, et agonia. 1-2. q. 41. 4. o. et 2-2 q 19. 2 ad 1.

40. Timor duplex, scilicet filialis, et servilis. 1-2. q 67. 4 ad 2 et 2-2. q. 7. 1. c. et q. 22. 2. o.

41. Timor quadruplex, scilicet humanus vel mundanus, servilis, initialis, filialis, sive sanctus seu castus. 2-2. q. 19. 2. c.

42. Timor et tristitia habent convenientiam in malo; sed differunt, quia primum est de futuro et arduo, secundum autem de præsenti et absolute. 1-2. q. 42. 3 ad 2. et 3.ᵐ q 15. 7. c.

43. Timor magis respicit rationem difficilis quam spes. 1-2 q. 44. 2 ad 3.

44. Ea quæ augent spem, diminuunt timorem, ut experientia, et omne augens potestatem. 1-2. q. 42. 5 ad 1.

45. Timor qui est inordinatus mortis tantum, id est, timiditas, opponitur fortitudini, non autem timor qui est secundum rationem; nec timor inordinatus aliarum rerum, quia includitur in quolibet peccato. 2-2. q. 125 2. o.

46. Timor initialis et filialis differunt secundum status, sicut imperfectum et perfectum, non autem essentialiter. 2-2. q 19 8. o.

47. Timor mundanus et humanus pro eodem computantur, quia conveniunt in una ratione avertendi a Deo. 2-2. q. 19. 2 ad 5.

48. Timor mundanus vel humanus respiciunt pœnam avertentem a Deo, sed timor servilis et initialis pœnam trahentem ad eum, servilis principaliter, alius secundario. 2-2. q. 19. 2 ad 4

49. Timor servilis et filialis non sunt idem secundum substantiam, sed differunt essentialiter et specifice. 2-2. q. 19. 2 ad 3. et 5. o

50. Timor filialis non contrariatur virtuti spei, sed sibi mutuo cohærent, et se invicem perficiunt. 2-2. q. 19. 9 ad 1.

51. Timor servilis ex amore sui causatur. 2-2. q. 19 6. c.

52. Timor servilis manet cum charitate, quoad susbtantiam ejus, non quoad servilitatem. 2-2. q 19. 6. o. et 8 ad 2. et 10. c.

53. Timor servilis secundum suam

substantiam est bonus, sed servilitas ejus est mala. 2-2 q. 19. 4. o. et 7. 9. c.

54. Timor non est peccatum secundum se, sed ut est inordinatus; et tunc est peccatum mortale, et quandoque veniale. 2-2. q 125. 3. o et 4. c. et q 126. 1. o.

55. Timor mundanus semper est malus, quia causatur ab amore semper malo, scilicet ab amore mundano. 2-2. q 19 3. o. et 9. c.

56. Timor filialis et timor castus, sunt idem 2-2. q. 19. 2 ad 3.

57. Timor filialis habet duos actus, scilicet revereri Deum, et timere separationem ab eo. 1-2. q. 67. 4. ad 2.

58. Timor filialis augetur, aucta charitate; servilis vero diminuitur secundum actum ejus, non autem secundum substantiam. 2-2. q 19. 10. o.

59. Timor filialis, sive castus, est primum donum inter septem dona Spiritus sancti, non autem timor mundanus vel humanus, nec servilis, licet sit a Spiritu sancto. 2-2. q. 19. 9. o. et 12 ad 1.

60. Actus doni timoris in beatis est habere reverentiam ad Deum. 1-2. q. 67. 4 ad 2.

61. Donum timoris eminentius retrahit a malis, propter reverentiam Dei, quam virtus moralis. 1-2. q 68 4 ad 1.

62. Donum timoris datur contra superbiam; nec tamen est humilitas, sed est principium ejus. 2-2. q. 19. 9 ad 4.

63. Donum timoris correspondet spei. 2-2. q. 17. principio. et q. 19. principio.

64. Donum timoris principaliter correspondet spei, secundario autem temperantiæ. 2-2 q. 141. 1 ad 3.

1. TYRANNUS Regnum faciliter degenerat in tyrannidem, propter magnam potentiam ejus, ex crudelitate et avaritia, nisi regis sit perfecta virtus. 1-2. q. 105. 1 ad 2.

2. Tyranni civitates desolantes, sacra prædantes, id est, magna per vim auferentes, sunt injusti, non autem illiberales, quia illiberalitas est circa mediocres pecunias. 2-2. q. 118 6 ad 4.

3 Perturbatio regiminis tyranni-ci non habet rationem seditionis, nisi sic inordinate fiat, quod majus detrimentum sequatur; sed tyrannus est magis seditiosus. 2-2 q. 42. 2 ad 3.

4 Non licet occidere, vel invadere tyrannos, nisi per publicam potestatem, licet principatus eorum sit injustus. 2-2. q. 42. 2 ad 3.

TORNEAMENTUM, id est, inordinata et periculosa exercitia, prohibentur privatione sepulturæ ecclesiasticæ, non autem castiludia. 2-2 q. 40. 1 ad 4.

1 TOTUM triplex, scilicet quantitativum rationis vel essentiæ, totum potentiale vel virtutis; secundum et tertium convenit formis per se; primum vero, per accidens tantum. 1.ª q. 76. 8 c.

2 Totum homogeneum nihil includit quod non includat quælibet pars ejus, nec differt secundum identitatem earum et totius, nec per consequensa suis partibus 1.ª q. 11. 2 ad 2.

3. Totum substantiale est in qualibet parte totum, sicut tota natura et species aquæ est in qualibet parte aquæ, non autem totum quantitativum, sed pars in parte, sicut locatum in loco. 1.ª q. 8. 2 ad 3.

4. In substantiis incorporeis, non est totalitas per se, nec per accidens, nisi secundum perfectam rationem suæ essentiæ 1.ª q. 8 2 ad 3. et q. 10. 1 ad 3. et q. 76. 8. c.

5. Virtus totius potentialis est in una parte ejus complete, in aliis autem diminute. 1.ª q. 77. 1 ad 1. et 1-2. q. 57. 2 ad 2

TRAGOEDUS verus est falsus Hector, secundum Augustinum. 1.ª q 17. 1 ad 1.

1. TRAHERE. Multi trahentes unam navim faciunt unam actionem ex parte operati, sed multas ex parte agentium. 1.ᵖ q. 76. 2. c.

2. *Te tua fata trahunt*, ut poeta dixit. 1.ᵖ q. 116. 2 ad 3.

1. TRANSFIGURATIO Christi convenienter facta est, ostensione gloriæ, non autem mutatione formæ, vel naturæ. 3.ᵖ q. 45. 1 o.

2. Testes ejus fuerunt convenientes, scilicet Moyses, Elias, Petrus, Joannes, Jacobus, et Deus Pater. 3.ᵖ q. 45 3. 4. o.

3. Moyses tunc non reassumpsit proprium corpus, sed alium sicut angeli; Elias autem habuit proprium corpus, et venit illuc de paradiso terrestri, non autem de cœlo empyreo. 3.ᵖ q. 45. 3 ad 2.

1. TRANSGRESSIO proprie est agere contra præceptum negativum; et est communis omni peccato materialiter; sed formaliter est speciale peccatum dupliciter, scilicet ut dicit contemptum præcepti, et ut differt ab omissione. 2-2. q. 79. 2. o. et 3 ad 3. et 4 ad 3.

2. Transgressio et omissio proprie sunt peccata mortalia, sed large, id est, præter præcepta, sunt venialia. 2-2. q. 79. 4 ad 3.

3. Transgressio, simpliciter et absolute, gravior est omissione, licet aliquando sit e converso 2-2. q. 79. 4. o

4. Transfiguratio contrariatur actui virtutis, cujus omissio dicit simplicem negationem. 2-2. q. 79. 4. c. ad 2.

TRANSITUS. Omnis transitus est determinatio ad determinatum. 1.ᵖ q. 46. 2 ad 6.

TRANSMUTATIO organi sensus duplex, scilicet intentionalis seu spiritualis, et naturalis: prima requiritur per se ad actum potentiæ sensitivæ apprehensivæ, secunda vero per accidens; sed requiritur per se, ad actum appetitus sensitivi. 1-2. q. 22. 2 ad 3. et 3. c.

1. TREMOR est effectus timoris, propter debilitatem virtutis, ex defectu caloris. 1-2. q. 44. 1 ad 2 et 3. o.

2. Cor timentibus maxime tremit, et quæ connectuntur pectori, ut vox, labium inferius, mandibula inferior, brachia, manus: quia calor deserit cor, et descendit ad inferiora, vel quia hæc membra sunt mobiliora, sicut et genua. 1-2. q. 44. 3 ad 3.

1. TRIBULATIO. Misericordes quandoque tribulantur, ad eorum correctionem, vel humiliationem, vel probationem 2-2. q. 108. c. fin.

2. Tribulationes quibus Deus punit peccatores, sunt meritoriæ et satisfactoriæ, si patienter acceptentur, non autem aliter. 1-2 q. 87. 6. c. fin.

3 Nullus est sic crudelis, qui tribulatis et humiliatis noceat, sed parcit, quia canis etiam non mordet hominem jacentem. 1-2. q. 47. 4. a 1.

TRIDUO Christus fuit totus in sepulcro, non autem totum. 3.ª q. 52. 3 o.

1. TRINITAS. Trinitatem non esse in divinis, est impossibile. 1.ᵖ q. 31. 1 o.

2. Nomen Trinitatis significat unitatem essentiæ in recto, et numerum personarum in obliquo, quoad etymologiam, sed quoad significationem, est e converso. 1.ᵖ q. 31. 1 ad 1.

3. Nomen collectivum significat multitudinem simpliciter, id est, divisorum per essentiam, et unitatem minimam, scilicet unitatem ordinis, sed trinitas e converso. 1.ᵖ q. 31. 1 ad 2. et q. 39. 5 ad 6.

4. Per rationem naturalem non potest veniri in cognitionem trinitatis personarum. 1.ᵖ q. 32. 3. o. et q. 39 7. c. et q. 93. 6 ad 4.

5. Bonitas Dei per effectus potest intelligi, sine trinitate personarum,

non autem in visione beata. 2-2. q. 2. 8 ad 3.

6. Trinitas non est trina, quia essent tres trinitates. 1.ᵖ q. 31. 1 ad 5.

7. Trinitas est in unitate, et e converso, id est tres personæ sunt in una essentia, et e converso. 1.ᵖ q. 11. 1 ad 4.

8. Deus est trinitas, contra Porretanos. 1.ᵖ q. 39. 6 ad 1.

9. Pater non est trinitas. 1.ᵖ q. 3. 1 ad 1. et q. 39. 6 ad 1.

TRIPLICITAS non convenit Deo, quia non significat absolute numerum sicut trinitas, sed significat comparationem inæqualitatis, quia est species proportionis inæqualis. 1.ᵖ q. 31. 1 ad 3.

1. TRISTITIA est passio animalis, media inter duas passiones irascibilis, quia sequitur timorem, et prior est ira, quam etiam causat. 1-2. q. 25. 1. c. et q. 42. 3 ad 1.

2. Tristitia est dupliciter mala, scilicet secundum se, quæ est de malo apparenti, et vero bono, et secundum effectum, scilicet, de vero malo, sed immoderata impediens bonam operationem. 2-2. q. 35. 1. c.

3. Species ejus secundum applicationem ad extraneum sunt quatuor, scilicet misericordia, invidia, anxietas vel angustia, et accidia. 1-2. q. 35. 8. o. et q. 41. 4 ad 1. et 2-2. et q. 35. 4 ad 3.

4. OBJECTUM tristitiæ est malum proprium præsens. 2-2. q. 35. 8. c. et q. 36. 1. c ad 1.

5. Tristitia est de bono alterius, inquantum est malum sibi quadrupliciter, scilicet nocendo, carendo, excedendo, et quia est indignus. 2-2. q. 36. 1. 2. c.

6. Dolere est de repugnante ad naturam corporis, apprehensio per tactum, incipiens in læsione corporis, et terminatus in apprehensione: ideo est in sensu subjective, et est passio corporalis; sed tristitia est de repugnante appetitui apprehensio interius, incipiens in apprehensione, et terminatur in affectione, et est in appetitu sensitivo, et est passio animalis. 1-2. q. 42. 3 ad 2. et 1.ᵖ q. 15. 6. c. et q. 46. 6. c.

7. Tristitia est subjective in concuspiscibili. 1-2. q. 23. 1. c. ad 1. et 2. c.

8. Nulla tristitia secundum stoicos est utilis ad aliquid; ideo quælibet tristitia secundum eos est vitanda. 3.ᵖ q. 46. 6 ad 2.

9. Vera tristitia fuit in Christo. 3.ᵖ q. 45. 6. o. et 7. c. ad 2. et 9. c et q. 46. 6. o.

10. Tristitia fuit in ratione inferiori Christi, non autem in ratione superiori, nisi secundum quod radicatur in essentia animæ. 3.ᵖ q. 46. 8 o.

11. Omnis defectus corporalis disponit ad tristitiam. 2-2. q. 35. 1 ad 2.

12. Ex spe et memoria malorum causatur tristitia, sed non tanta, quanta a sensu præsentium. 2-2 q. 30. 1 ad 3.

13. Tristitia, inter omnes animæ passiones, maxime corpori nocet. 1-2. q. 37. 4. o. et q. 41. 1. c.

14. Tristitia impedit omnem operationem, de qua, sed auget eam operationem. cujus est principium. 1-2. q. 37. 2. 3. et q. 39. 3 ad 3. et q. 59. 3 ad 2.

15. Contemplatio veritatis mitigat tristitiam et dolorem, etiam in cruciatu, ratione delectationis. 1-2. q. 38. 4. o.

16. Virtus moralis directe mitigat tristitiam interiorem, constituendo medium in ea, non autem dolorem exteriorem, quia non obedit rationi, sed sequitur naturam corporis, sed mitigat indirecte, per redundantiam. 3.ᵖ q. 46. 6 ad 2.

17. Amici condolentes mitigant tristitiam, quia videntur comportare tristitiæ onus cum illo, et quia in eo se percipit ab eis amari, quod est delectabile; delectatio autem omnis mitigat tristitiam. 1-2. q. 38. o.

18. Somnus, balneum, et omnia recreantia, mitigant tristitiam. 1-2. q. 38 5 o.

19. Omne animal naturaliter fugit tristitiam 2-2 q. 34. 6. c.

20. Passio concupiscibilis, importans quietem in malo, scilicet tristitiam, media est inter duas passiones irascibilis, sequitur enim timorem. Cum enim occurrerit malum quod timebatur, causatur tristitia. Præcedit autem motum iræ. Quia, cum ex tristitia præcedente aliquis insurgit in vindictam, hoc pertinet ad motum iræ. 1-2. q 25. 1. c

THRONI dicuntur propter quatuor convenientias ad sedes materiales, quia elevantur super terram, firmantur, sedentem suscipiunt, et aperte sunt desuper. 1 ᵖ q. 108. 5 ad 6.

TURPELUCRUM est species avaritiæ. 2-2. q 118. 8 ad 4.

TURPILOQUIUM est filia luxuriæ, quia luxuriosi quorum est cor turpibus delectationibus plenum et concupiscentiis, de facili ad turpia verba prorumpunt. 2-2. q. 153. 5 ad 4.

1. TURPITUDO duplex, scilicet voluntaria et involuntaria. Prima est vitiosa, non autem ardua; sed secunda est pœnalis et ardua, scilicet vituperium. 2-2. q. 144. 2 c.

2. Turpitudo duplex, scilicet inhonestatis et exterioris defectus. Secunda est in humilitate et mendicitate, non autem prima. 2-2. q 187 5 ad 4.

1. TURTUR est melior pullis ejus; in columbis autem est e converso. 1-2. q. 102. 3 ad 3.

2 Turtur et columba erant sacrificia pauperum in holocaustis, propter volatus altitudinem, et in hostiis pro peccato, non autem in pacificis, quia non erant necessitatis. 1-2. q. 102. 4 ad 9. et 3. ᵖ q. 37. 3. c. ad 4.

3. Turtur et columba sunt in copia in Judæa. Et significant conjunctionem duarum naturarum in Christo, castitatem et charitatem. 1-2. q. 102. 3 ad 2. et 3. ᵖ q. 37. 3 ad 4.

4 Turtur solivaga significat contemplationem et secretas orationum lacrymas. Sed columba gregalis vitam activam et orationes Ecclesiæ publicas. 3. ᵖ q 37. 3 ad 4.

5. Turtur significat prædicationem et confessionem fidei, per suam loquacitatem. Sed columba significat simplicitatem et mansuetudinem. 3. ᵖ q. 37. 3 ad 4.

V. U.

VACUUM non fuit ante creationem nec post; quia vacuum non est tantum negatio sed privatio, id est, spatium capax corporis sine corpore. Nec fuit possibile, nisi potentia creantis. 1. ᵖ q. 46. 1 ad 4.

1. VAGATIO mentis in oratione tollit fructum ejus. Et est peccatum ex proposito tantum. 2-2. q. 83. 13 ad 3.

2. Et est filia accidiæ. 2-2. q. 35. 4 ad 2 et ad 3.

VAPOR non ascendit ad cacumina quorumdam montium. 1. ᵖ q. 68. 2. c fin.

VARRO, secundum Augustinum, dixit quod est Deus anima mundi, motu et ratione mundum gubernans 1. ᵖ q. 1. c.

1. VAS quandoque dicitur instrumentum operandi aliquid 3 ᵖ q. 62. 3 ad 1.

2 Vasa sacra, in necessitate Ecclesiæ, quoad materiam tantum, possunt vendi integra ad usum Ecclesiæ. Si autem vendantur ad alium usum, frangantur, præmissa oratione. Non autem vendi possunt, ratione consecrationis; ut scilicet pro ea aliquid

plus exigatur, quia simonia esset. 2-2. q 100. 4. c. ad 2. et ad 3.

UBIQUE esse convenit soli Deo. 1.ª q. 8. 2. 4. o. et q. 16. 7 ad 2. et q. 52. 2. c et q. 112. 1. c.

VELLEITAS, quæ secundum quosdam est voluntas incompleta, est de impossibili, quia scilicet aliquis vellet illud, si esset possibile. Voluntas autem completa non est nisi de possibili, quod est bonum volenti. 1-2. q. 13. 5 ad 1 et 3.ª q 21. 4. c.

Motus naturalis est velocior in fine et tardior in principio, motus autem violentus e converso. 1-2. q 34. 6. c. ad 2.

1 VELUM templi duplex, scilicet interius ante sancta sanctorum et exterius Secundum scissum est in passione Christi, non autem primum. 1-2. q. 102. 4 ad 4.

2. Velum templi habebat quatuor colores, per quos quatuor elementa designantur, quæ nos impediunt a divinis, scilicet byssum per quod designatur terra, quia byssus, id est linum, de terra nascitur; purpuram, per quam significatur aqua: fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchis, quæ inveniuntur in mari; hyacintheum, per quam significatur aer, quia habet aereum colorem; et coccum bis tinctum, per quem designatur ignis. Vel per colores ejus quatuor designantur quatuor virtutes, scilicet quia velum erat ornatum bysso, ad designandum carnis puritatem; purpura autem ad figurandum passiones, quas sancti sustinuerunt pro Deo; cocco bis tincto, ad significandum charitatem geminam, Dei et proximi. Hyacintho autem significabatur cœlestis meditatio. 1-2. q. 102. 4 ad 4 et ad 8.

VENATIO, aucupium et piscatio sunt a natura Ideo sunt secundum se licita. 1.ª q. 96. 1. c. et 2-2. q. 64. 1. o.

1. VENDERE. Pretium rerum venalium consideratur secundum usum hominis, non autem secundum gradum naturæ rerum. 2-2. q. 77. 2 ad 3.

2. In illis est peccatum, quæ bis vendunt, quod patet in iis quorum usus non est aliud a re ipsa. In quibus rebus, qui rem vendit, vel mutuat cum in hujusmodi transeat dominium ad accipientem, vel rem bis vendit, et est in venditionibus ad credentiam, dum plus pro dilatione volunt accipere, vel vendunt quod non est. Et utrumque est usurarium et peccatum 2-2. q 78. 1. o.

3. In domo autem sunt duo, scilicet substantia et usus. Sed aliud est habere domum, et aliud uti domo. Unde separatim possum usum vendere, sine domus venditione, et ita in omnibus aliis hujusmodi. Unde si aliqua sunt, quæ consistant in ipso usu tantum, et usus eorum est distractio, non potest fieri id quod de domo 2-2. q. 78. 1. o.

4. Denariis vero utimur distrahendo, et frumento consumendo, et ideo si usum vendis, bis vendis 2-2. q. 78. 1. o.

5. Vendere ad terminum secundum justi pretii quantitatem, non est usura. Si autem, cæteris paribus, fiat ultra justi pretii quantitatem propter temporis expectationem, est peccatum usuræ 2-2. q. 78. 1. o. et 2 ad 7.

6. Vendens scienter rem quæ deficit in specie substantiæ, quantitate, vel qualitate, peccat. Non autem vendens ignoranter. Sed cum sciverit, tenetur recompensare. 2 2. q. 77. 2. o.

7. Vendere carius quam emit est licitum, meliorando rem, vel si mutetur pretium ratione loci vel temporis, vel propter periculum transferendi vel faciendi fieri. 2-2. q. 77. 4 ad 5

8. Illa superabundantia quæ ex justa permutatione seu venditione accidit, non habet vitium inæquitatis Alias non fuisset venditio vel permutatio justa. 2 2. q. 77 4 ad 1.

9. Vendere rem plus notabiliter

quam valeat simpliciter sibi, vel ipsi vendenti, non licet, quamvis lex humana permittat citra dimidium. 2-2. q. 77. 1 o.

10. Vendens non tenetur dicere publice vitium rei, nec in particulari, nisi propter damnum, vel periculum. 2-2. q. 77. 3. o.

11. Venditor non tenetur dicere ementibus abundantiam venalium futuram per adventum aliorum mercatorum, nec minuere pretium. 2-2. q. 77. 4 ad 3.

12. Mensuras venalium oportet esse diversas in diversis locis, et eas institui publica auctoritate vel consuetudine. 2-2. q. 77. 2 ad 2.

VENTER adulteræ, potantis aquam zelotypiæ, semper intumescebat. 1-2. q. 103. 2 ad 3

1. VENUS agit ex insidiis, et furatur intellectum multum sapientis 2-2. q. 55. 8 ad 1.

2. Venus dicitur ab Aristotele dolosa, et corrigia ejus varia, secundum quandam similitudinem, inquantum scilicet hominem subito surripit, sicut et in dolis agitur, non tamen per astutias, sed magis per violentiam concupiscentiæ et delectationis. Ibidem.

VERBERARE hominem, nulli licet, nisi habenti potestatem supra eum, ut pater supra filium et dominis supra servum. 2-2. q. 65. 2. o. et q. 72. 2 ad 2.

VERBOSITAS, curiositas, importunitas, inquietudo, et instabilitas loci vel propositi, pertinent ad evagationem mentis. Ideo oriuntur ex accidia. 2-2. q. 35. 4 ad 3.

1. VERBUM proprie importat rationem formæ exemplaris, quia est ars. 1. ᵖ q. 3. 82.

2. Verbum cordis importat aliquid procedens ab intellectu, ut constitutum per operationem ejus 1. ᵖ q 27. 1. c. fin. et q. 28. 4 ad 1. et q. 34. 1. c.

3. Verbum est ipsum intellectum, et id quod concipitur 1. ᵖ q. 2-2. 1. c. et q. 28. 4 ad 1 et q. 34. 1. c.

4. Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, scilicet verbum. 1. ᵖ q. 27. 1 c.

5. Verbum in anima, sine actuali cognitione esse non potest. 1. ᵖ q. 93. 7. c. ad 3.

6. Verbum cordis significatum verbo oris, est conceptio rei intellectæ, ex vi intellectiva proveniens, vel ex ejus notitia procedens. 1. ᵖ q. 27. 1. 2. c. et q. 28. 4 ad 1. et q. 34. 1. o. et q. 107. 1. c. et 1-2. q. 93. 1 ad 2.

7. Nihil implicans contradictionem, potest dici verbum 1. ᵖ q. 25. 3. c. fin.

8. Verba tenent præcipuum locum inter signa, quibus homo aliquid significat alteri 2-2. q. 55. 4 ad 2. et q. 110. 1 ad 2. et 3. ᵖ q. 60. 6. c. ad 1 et ad 2.

9. Verbis utimur ad hominem, ut ei manifestemus nostros conceptus; ad Deum autem, ut nos vel alios excitemus. 2-2. 91. 1. c

10. Verba ut signa inferunt multa damna, et in verbo homo facile delinquit. Sed secundum suam essentiam, id est ut soni, non nocent nisi auditui, scilicet clamando 2-2. q. 72. 1 ad 1. et q. 89. 2. c fin.

11. Verbum nostræ mentis manet, non autem verbum vocale. Sed neutrum subsistit. Verbum vero divinum manet et subsistit. 1 ᵖ q. 37. 1 ad 2.

12. Verbum Dei est tantum unum perfectum, et idem quod essentia, ideo est Filius. Non autem verbum nostrum, nisi metaphorice, quia est multiplex, imperfectum, et accidens. 1. q. 27. 2 ad 2 et q. 33. 2 ad 3. et q. ᵖ 34. 2 ad 1. et 3. c.

13. Diversitas objectorum diversificat speciem verbi et amoris. 1. ᵖ q 93. 8. c.

14. Verbum duplex, scilicet verbum vocale, et verbum mentale. Primo respondet spiritus corporalis, secundo vero spiritus intimi amoris. 1. ᵖ q. 27. 1. c.

15. Verbum triplex, scilicet verbum cordis, vocis, et habens imaginem vocis 1. ᵖ q. 27 1 c.

16. Verbum proprie dicitur tripliciter, scilicet conceptus mentis, vox significativa ejus, et imaginatio vocis. Improprie vero dicitur verbum, res significata vel effecta verbo. 1. ᵖ q. 34. 1. c.

17. Verbum, ut significat conceptum mentis, est in Deo proprie; secundum alias vero significationes ejus, est in Deo metaphorice tantum. 1. ᵖ q. 34. 1. c. ad 1. et q. 36. 2 ad 5.

18. In divinis est tantum unum verbum. 1. ᵖ q. 27. 5 ad 3. et q. 34. 3. c et 1. ᵖ q. 41. 6 o.

19 Verbum in divinis proprie dicitur personaliter tantum, non autem essentialiter. 1. ᵖ q. 34. 1. o. et 1-2. q. 93. 4 ad 2.

20. Verbum est in divinis ab æterno, et non tantum ratione incarnationis ejus 1. ᵖ q. 34. 3 ad 2.

21. Verbum in divinis proprie convenit soli Filio, figurative autem convenit Spiritui sancto, inquantum manifestat Filium. 1. ᵖ q. 34. 2. o

22. Deus eodem modo dicit se, et omnia alia, etiam creaturas. 1. ᵖ q. 34. 2 ad 3. et 3. c. q. 37. 2. c. ad 3.

23. Verbum Dei, respectu non entium, est expressivum tantum, sed respectu entium est etiam factivum. 1. ᵖ q. 34. 3 ad 5.

24. Verbum Dei respectu creaturarum est expressivum, et operativum, sed respectu eorum quæ sunt in Deo, est expressivum tantum. 1. ᵖ q 34. 3. c.

25. Verbum principaliter refertur ad Patrem, et quasi per se, sed ad creaturas refertur consequenter, et quasi per accidens. 1. ᵖ q. 34 3. o.

26. Verba significantia aliquid devotionis excitant mentes, et præcipue minus devotas. Sed verba pertinentia ad alia distrahunt mentem, et impediunt devotionem. 2-2. q. 83. 12 ad 2.

27. Verba et participia dicuntur de Deo, ratione æternitatis quæ continet omne tempus. 1. ᵖ q. 13. 1 ad 3.

1. Verecundia non est virtus proprie, sed large, inquantum est passio laudabilis 2-2. q. 144. 1. o.

2. Verecundia est timor turpitudinis exprobabilis. Et principaliter respicit vituperium. Sed respicit culpam consequenter. Et hoc dupliciter, scilicet cessando et celando 2-2. q. 116. 2 ad 3. et q. 144 1. c. ad 2. et 2 o et 4. c.

3. Verecundia non est timor de ipso actu peccati, sed de turpitudine vel ignominia, vel convitio, vel opprobrio. 1-2. q. 41 4. c ad 2 et ad 3. et q. 42. 3 ad 4

4. Homines maxime verecundantur de actibus venereis, etiam in matrimonio, et de signis eorum. 1-2. q. 151. 4. c.

5. Verecundia non est de operibus virtutum, nisi per accidens, ratione falsæ opinionis, vel propter notam præsumptionis vel simulationis, 2-2. q. 144. 2 ad 3.

6. Verecundia est ab iis, quorum testimonium est majoris ponderis propter certitudinem ex rectitudine judicii, scilicet a sapientibus et virtuosis, vel ex cognitione, scilicet a notis et conjunctis, vel propter effectum nocentis vel juvantis. 2-2. q. 144. 3. o.

7. Aliqua peccata graviora sunt minus verecundabilia, quæ tamen sunt minus turpia, vel quia se habent in excessu temporalis boni 2-2. q. 116. 2 ad 3. et q 144. 2 ad 4.

8. Verecundia est principium emendationis, quia in principio erubescimus oculos hominum, in fine vero oculos rationis et Dei. 2-2. 144. 4 ad 4.

9. Verecundia celat turpem actum,

sed erubescentia cessata turpi actu. Vel utraque propter timorem vituperii. 2-2. q. 144 2. c fin.

10. Verecundia facit prima temperantiæ fundamenta, secundum Ambrosium, inquantum scilicet incutit horrorem turpitudinis. 2-2. q. 144. 4 ad 4.

11. Ex sæpius verecundari causatur virtus, qua vitantur turpia, non autem virtus qua quis verecundetur, tamen sic disponit, quod verecundaretur, si turpia ageret. 2-2. q. 144. 1 ad 5.

12. Verecundia non est in pessimis, quia peccatum non reputant ut turpe. Nec est in virtuosis et senibus, quia non apprehendunt illud possibile sibi, nec est difficile eis ad vitandum. 2-2. q. 144. 4. o.

13. Verecundia convenit senibus et virtuosis conditionaliter tantum, scilicet quia verecundarentur, si aliquid turpe agerent. 1.ᵖ q 95. 3. c fin. et 2-2 q. 144 4 c. 1 ad 5 et 4. c.

14 Carent verecundia homines, in peccatis profundati, quibus sua peccata non displicent, sed magis de eis gloriantur 2-2. q. 144. 4 c.

Vereri. Quidam sunt qui non verentur alios contristare. 2-2. q. 116. 1. c.

1. Veritas octupliciter deffinitur. 1.ᵖ q. 16. 1. c fin.

2. Ratio veritatis consistit in adæquatione rei et intellectus. 1.ᵖ q. 21. 2 c.

3. Ratio veritatis prius est in intellectu quam in rebus. 1.ᵖ q. 16. 1. o.

4. Veritas magis fundatur in esse rei quam in essentia rei. 2-2. q. 109 1. c.

5. Veritas dicit relationem, qua esse ordinatur ad intellectum, sicut bonitas ad appetitum. 1.ᵖ q. 16. 1. 3. c.

6. Veritas dicitur primo intellectu; de enuntiatione vero, inquantum est signum ejus; de re autem, ut de causa ejus 1.ᵖ q. 16. 7. 8. c.

7. Veritas non entium, ut chimeræ, vel aliorum hujusmodi, est tantum in intellectu, et ab eo causatur 1 ᵖ q 16. 3 ad 2. et 5 ad 3 et 7 ad 4.

8. Ad veritatem locutionum requiritur res significata et modus significandi. 1.ᵖ q. 39. 4. 5. c.

9. Veritas enuntiabilium non est aliud quam veritas intellectus, quia enuntiabile, ut est in intellectu, habet per se veritatem, sed in voce est verum, quia significat veritatem intellectus, non autem per veritatem in enuntiabili existentem. 1.ᵖ q 16. 7 c.

10. Eadem est veritas et rectitudo communium principiorum apud omnes, et æqualiter nota; sed in ratione speculativa, eadem est, non autem æqualiter nota in conclusionibus; in practica vero ratione, nec est eadem, nec æqualiter nota 1-2. q. 94. 4. c.

11. Veritas triplex, scilicet cognitionis naturalis, infusæ et acquisitæ. 1.ᵖ q 60. 1 ad 3.

12. Homo pertingit ad cognitionem veritatis tripliciter, scilicet capiendo a Deo, ab homine et per studium: primo est necessaria oratio, secundo auditus, tertio meditatio. 1-2. q. 180. 3 ad 4

13. Veritas quadruplex, scilicet vitæ, doctrinæ, justitiæ et locutionis. 1.ᵖ q. 16. 4 ad 3. et q. 21. 2 ad 2. et 2-2. q 109 3 ad 3.

14. Veritas est in intellectu Dei proprie et primo, sed in intellectu nostro est proprie et secundario; in rebus autem est secundario et improprie. 1.ᵖ q. 16. 7. 8. c.

15. Deus est veritas. 1.ᵖ q. 16. 5. o. et 1-2. q. 3. 7. c.

16. Deus est summa, maxima et prima veritas. 1.ᵖ q. 16. 5. c

17 Veritas in divinis sumitur dupliciter, scilicet proprie, id est, æqualitas intellectus Dei ad essentiam

ejus principaliter, et ad creaturas consequenter, et metaphorice, id est, summa imitatio principii; primo modo dicitur tantum essentialiter, secundo autem personaliter, et convenit soli Filio. 1.ᵖ q. 16 5 ad 2. et q. 39. 8. c

18. Anima non judicat de omnibus rebus secundum quamcumque veritatem, sed secundum primam veritatem, inquantum resultat in anima sicut in speculo, secundum prima intelligibilia. 1.ᵖ q. 12. 11 ad 2. et q. 16. 6 ad 1. et q. 84. 5. c. et q. 88. 3 ad 1. et 1-2. q 93. 2. c. et 2-2. q. 173 1 ad 2.

19. Omnis veritas est a Deo. 1.ᵖ q. 16. 5 ad 3

20. Veritas prima est finis omnium desideriorum et actionum nostrarum. 2-2. q 4. 2 ad 3.

21 Omnes res sunt veræ una veritate, scilicet Dei, sicut principio effectivo et exemplari, sed multis formaliter. 1.ᵖ q. 16. 6. o. et 1-2. q. 93 1 ad 3.

22 Quælibet veritas, præter primam, est aliquo modo mutabilis. 1.ᵖ q. 16. 8. o.

23. Veritas qua quis dicit verum, et qua verax dicitur, est virtus, non autem qua verum dicitur, sed est objectum et finis virtutum. 1.ᵖ q. 16. 4 ad 4. et q. 17. 1. c. et 2-2. q. 109. 1. o.

24. Hæc virtus non est virtus theologica, nec virtus intellectualis, sed est virtus moralis, et medium ejus est inter superfluum et diminutum, et hoc dupliciter, scilicet ex parte actus et ex parte objecti. 2-2. q. 109. 1 ad 3.

25. Et est specialis virtus 2-2. q. 109. 2. o

26. Ad virtutem veritatis pertinet, talem se exhibere exterius per signa exteriora, scilicet per verba et facta, qualis est 2-2. q. 109. 1. c. ad 3. 2. c. et 3 ad 1 et ad 3. et q. 110. 1. c.

27. Hæc virtus est pars annexa justitiæ, quia utraque est ad alterum, et utraque æqualitatem constituit, sed justitia secundum debitum legale, veritas autem secundum debitum morale. 2-2. q. 109. 3. o.

28. Et declinat plus in minus quam in majus, non quidem negando verum, sed affirmando. 2-2. q. 109. 4 o. et q. 129 3 ad 5

29. Veritas vitæ est communis ad quamlibet virtutem. 2-2. q. 109. 2 ad 3.

30. Veritas amatur per se, sed oditur per accidens 1-2. q. 29. 5. o. et 2-2. q 15 1 ad 3.

31 Veritas creata est major anima, secundum quid, ut perfectio ejus, non autem simpliciter. 1.ᵖ q. 16. 6 ad 1.

32. VERUM dicitur dupliciter, scilicet verum veritate essentiæ, et verum veritate proprietatum. 1.ᵖ q 68. 4. c. et 2-2. q. 77 2 ad 1.

33. Ens est de ratione veri, non autem e converso: ideo verum non potest intelligi non intellecto ente, sed bene e converso, non autem vero non existente. 1 ᵖ q. 16. 6 ad 3.

VESPERTILIO circa terram volat; ideo significat præditos scientia sæculari, qui sola terrena sapiunt. 1-2 q. 102. 6. 1. fin.

1. VESTIGIUM TRINITATIS attenditur secundum appropriata, per quæ veniri potest in trinitatem personarum. 1.ᵖ q. 45. 7 ad 1.

2. Tres partes ejus diversimode assignantur a diversis, quæ tamen reducuntur ad principium, medium et finem. 1.ᵖ q. 5. 5. o.

3. Et repræsentat causam ut causam tantum, imago autem repræsentat etiam quoad formam causæ. 1.ᵖ q. 45. 7 c et q 93 6 c.

4. Vestigium trinitatis est in creatura secundum quod imitatur perfectionem Dei, seu consequitur esse perfectum. 1.ᵖ q. 5. 5. o. et q. 45. 7. o.

5. Vestigium trinitatis est in qualibet creatura, inquantum est creata, habens formam et ordinem, licet proprie sit tantum in individuis substantiæ. 1. q. 45. 7. o. et q. 93. 6. c.

1. Vestis. In usu vilium vestium potest esse peccatum inanis gloriæ et avaritiæ, et virtus humilitatis, signum contemptus mundi, pœnitentiæ et tristitiæ. 2-2. q. 169. 1. c. ad 2. et q. 187. 6. o.

2. Vitiosum est quod vir vestiatur veste mulierum, vel e converso ad lasciviam, sed potest esse sine peccato, propter aliquam necessitatem; sed prohibetur in lege veteri propter idololatriam. 1-2. q. 102. 6 ad 6. et 2-2. q. 169. 2 ad 3.

Vexatio. Redimere suam vexationem licet, juris ordine non prætermisso. 2-2. q. 66. 5 ad 3. et q. 100. 4 ad 3.

Ugo de Sancto Victore non est auctoritatis. 1.ª q. 1. 10 ad 2. et 2-2. q. 5. 1 ad 1. et 3.ª q. 45. 2. c. et q 50. 4. c.

1. Via. Non oportet quod qui vadit per viam, in quolibet passu cogitet de fine viæ 1-2. q. 1. 6. ad 3

2. Homini datur longior via quam angelo, quia magis distat a Deo per cognitionem. 1.ª q. 52. 5 ad 1.

Vicem Dei gerunt homines, in commissis hominum jurisdictioni: non autem quoad omnia, ut in institutis a solo Deo, sicut in matrimonio et hujusmodi. 1-2 q. 100. 8 ad 3. fin.

Vigilantia est idem quod sollicitudo, et pertinet ad prudentiam. 2-2. q. 47. 9. o.

Vigilare. Cum aliquis vult diu vigilare de sero, ex quo sequitur quod non vadat hora matitunali ad Ecclesiam, tunc actus iste interior vel exterior per accidens se habet ad peccatum omissionis. 1-2. q. 71. 5. c.

Vigiles et cursores, et alii hujusmodi, de suo labore viventes, intelliguntur de labore manuum suarum vivere. 2-2. q. 187. 3. c.

1. Vindicatio est virtus specialis, quia ad hoc natura inclinat. 2-2. q. 108. 2 o.

2. Vindicatio consistit in medio duorum vitiorum, scilicet crudelitatis et sævitiæ, secundum excessum; et remissionis, secundum defectum. 2-2. q. 108 2 ad 3.

3. Naturalius est homini appetere vindictam injuriarum illatarum, quam ab hoc deficere, quia vix alicui nimis parvæ videntur injuriæ sibi illatæ, secundum Sallustium. 2-2. q. 157. 2 ad 2.

4. Vindicatio et inflictio pœnæ peccanti est licita, si sit propter bonum, scilicet vel emendationis, vel cohibitionis; vel quietis aliorum cum aliis debitis circumstantiis, non autem si it ex odio, vel principaliter intendatur malum peccantis. 2 2. q. 108 1. o. et 3. c. et q. 158. 1. c ad 3. et 2. c. et 3 o. et 3.ª q. 15. 9. c.

5 Fortitudo disponit ad vindictam, removendo prohibens; zelus autem importat primam radicem ejus, quia actus cujuslibet virtutis procedit ex radice charitatis 1-2. q. 105. 2 ad 10. et 2-2. q. 108. 2 ad 2.

6. Vindicatio debet fieri per privationem eorum quæ peccans diligit, scilicet per mortem, verbera, talionem, vincula, carcerem, servitutem, damnum, exilium, ignominiam, et hujusmodi. 2-2. q. 108. 3. o.

1. Vinum vitis est proprie vinum, alia vero per similitudinem ejus. 3.ª q 74. 5. c. ad 1.

2. Vinum calefacit et lætificat 2-2. q. 147. 8 ad 1. et 3.ª q. 74. 5. c.

3. Usus vini est illicitus per accidens tantum, scilicet vel propter con-

ditionem ejus, qui faciliter læditur ex eo, vel propter excessum, vel votum, vel scandalum. 2-2. q. 149 3. o.

4 Vinum antiquitus mulieres apud Romanos non bibebant secundum Valerium. 2-2. q. 149. 4. c.

VIOLARI quæcumque non licebat, dicebantur antiquitus *sancta*, vel *sacrosancta*, ut muri civitatis, et personæ in dignitate constitutæ. 3.ª q. 60. 1 ad 2.

1. VIOLENTIA est a principio extrinseco, nil conferente eo quod vim patitur, ut scilicet sic patiatur: id autem fit quantum ad inclinationis finem, ut si lapis projiciatur sursum, qui inclinatur deorsum ferri: secundo quoad modum tendendi, ut si lapis velocius quàm sit ejus inclinatio projiciatur deorsum. 2-2. q 175 1. c.

2. Violentia nemini convenit, nisi per publicam potestatem 2-2. q. 68. 8. c.

1. VIRGINITAS est specialis virtus. 1-2. q. 64. 1 ad 3. et 3 ª q. 152 1 ad 1 et 3 o. et q. 155. 1. c. ad 5.

2. Virginitas dicitur a *virore*, quia importat immunitatem a concupiscentiæ adustione, circa delectationes venereas 2-2. q. 152. 1. c.

3. Virginitas, secundum Augustinum, est in carne corruptibili, incorruptionis perpetua meditatio. 2-2. q. 152. 1 ad 1.

4. Virginitas quoad suum materiale, id est, pro incorruptione signaculi, vel irresolutione seminis propter delectationem, est a natura, sed quoad suum formale, id est, pro habitu quo quis proponit seu eligit perpetuo servare integritatem mentis et corporis vel sine voto, vel præcipue cum voto, est ex gratia Dei. 2-2. q. 152. 3 ad 1.

5. In delectatione venerea sunt tria, scilicet violatio signaculi virginalis, resolutio seminis delectationem causans, et propositum hujus; remotio primi se habet ad virginitatem per accidens; remotio secundi se habet ad eam materialiter; remotio tertii se habet ad eam formaliter et completive. 2-2. q. 152. c. ad 3 et 3. o.

6 Virginitas perdita non potest reparari ratione præteriti, sed bene quoad omnem integritatem operante Deo, et quoad virginitatis propositum: nulla tamen potentia fieri potest, ut quæ corrupta est, corrupta non fuerit. 1.ª q. 25. 4 ad 3. et 2-2. q. 152. 3 ad 3.

7. Corruptio triplex scilicet corporalis tantum, id est fractio signaculi virginalis, vel resolutio seminis, quocumque modo; et corruptio mentis tantum, id est consensus in rem veneream sine opere, et utraque simul: in tertia amittitur virginitas irreparabiliter, in secunda reparabiliter, in prima vero nullo modo. 2-2. q. 152 1. o. et 3 ad 3.

8. Virginitas et pudicitia sunt in anima essentialiter, in carne vero materialiter. 2-2 q. 152. 1 ad 2.

9. Virginitas se habet ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem. 2-2. q. 152. 3. c. fin. et ad 5. et q. 155. 4. c.

10 Virginitas est illustrior portio gregis Christi, secundum Cyprianum, et supremum decorem sibi vindicat, secundum Ambrosium, quia est supremus gradus temperantiæ, et est virginum sublimior gloria, per comparationem ad viduas et conjugatas. 2-2. q. 152. 5. c. ad 1.

11. Virginitas est maxima, non quidem simpliciter, sed in genere castitatis, scilicet castitatis virginalis, conjugalis, et vidualis, non autem est maxima virtutum simpliciter, quia est minor virtutibus theologicis et religione quarum actus est ipsa occupatio circa res divinas: et ideo præferuntur virginitati. 2-2. q. 152. 3 c. ad 5. et 4. 5. o. et q. 153. 2 ad 2. et q. 155 1. o. et 4. c. ad 1. et q. 185. 4. o.

12. Conjugatus potest esse melior virgine dupliciter, scilicet si habeat

animum magis paratum ad virginitatem si oporteret, licet non eam habeat in opere, sed in solo habitu, et propter aliquam aliam excellentiorem virtutem. 2-2. q. 152. 4 ad 1. et ad 2.

13. Virginitas non opponitur luxuriæ sicut extremum, sed sicut medium 2-2. q. 152. 2 ad 2.

14. Virginitas, ut virtus, non potest amitti sine peccato, quia firmata est per votum. 2-2. q 152. 3 ad 4.

15. Virginitas, quoad suum formale, potest reparari per pœnitentiam, et semper est cum cœteris virtutibus, non autem quoad materiale ejus. 2-2 q. 152 3 ad 2 et ad 3. et 3.ᵉ q. 89. 3 ad 1.

16. Fractio signaculi virginalis quocumque modo, sine proposito delectationis, non magis præjudicat virginitati quam fractio manus vel pedis. 2-2. q 152 1 ad 3.

17. Virginitas ad vacandum liberius Deo, et contemplationi ejus, non est vitiosa, sed est licita et laudabilis. 2-2. q. 152. 2. o. et 3. 5. c.

VIRILITAS est idem quod fiducia; ideo est pars potentialis fortitudinis. 2-2. q. 128. ad 6.

1. VIRTUS nominat perfectionem potentiæ, quia de ratione virtutis est quod ponat potentiam in ultimo quoad actum, quoad objectum, et quoad modum agendi. 1-2. q. 55. 1. 2. 3. c. et q. 56. 1. c et q. 66. 3. c. et 2-2. q. 51 ad 12. et q. 129. 2. c.

2. Virtus quandoque sumitur pro omni quod potest esse principium operationis, vel motus. 1-2. q. 26. 2 ad 1. et q. 41. 1 ad 1.

3. Virtus importat directe dispositionem habentis se convenienter, secundum modum suæ naturæ, sed consequenter importat bonitatem. 1-2. q. 71. 1. o.

4. Virtus est dispositio perfecti ad optimum, inquantum dicit operationem, per quam res finem suum consequitur. 1-2. q. 110. 3. c. et 2-2. q. 23. 7. c.

5 Omnis virtus humana potentiæ rationalis est habitus; sed potentia naturalis est sua virtus. 1-2. q. 55. 1. o. et q 56. 3. c.

6. Quandoque virtus dicitur, id ad quod est virtus, scilicet vel objectum virtutis, vel actus ejus, sicut fides dicitur quandoque id *quod* creditur, quandoque vero ipsum *credere*, quandoque autem ipse *habitus quo* creditur 1-2 q 55 ad 1.

7. De ratione virtutis humanæ est habitus operativus, et bonus. 1-2. q. 55. 2 3. o. et q. 56. 1. c. et q. 71. 1 ad 2. et 2-2. q. 58. 1. c.

8. Principale in virtute est electio 2-2 q 134. 3 ad 4.

9. Ubi est speciale impedimentum rationis, ibi oportet esse specialem virtutem. 2-2 q. 149. 1. 2. c.

10. Virtus est bona seipsa, et non per aliam virtutem 1-2 q 55. 4 ad 1.

11. Virtus duplex, scilicet virtus vera, et virtus falsa vel simulata. 2-2. q 23. 7 ad 3.

12. Virtus dicitur dupliciter, scilicet virtus vera, et virtus ficta. 2-2. q. 23. 1. c.

13. Virtus duplex, scilicet virtus propria, et virtus aliena. 3.ᵉ q. 43. 3 o.

14. Habitus moralis habet rationem virtutis, inquantum rationi conformatur. 1-2. q 58. 2. c. fin.

15. Virtus simpliciter dicta dicitur amor, secundum Augustinum, quia dependet a voluntate, cujus prima effectio est amor. 1-2. q. 56. 3 ad 1. et q. 62. 2 ad 3.

16 Virtus, secundum Augustinum, est ordo, vel ordinatio amoris, quia per eam amor in nobis ordinatur. 1-2. q. 55. 1 ad 4. et q. 62. 1 ad 1.

17. Virtus, secundum Augustinum, est bonus usus liberi arbitrii, quia virtus ordinatur ad eum sicut ad proprium actum. 1-2. q. 55. 1 ad 2.

18. Virtus, secundum Augustinum, est bona qualitas mentis qua recte vivitur, qua nullus male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Quæ deffinitio tantum virtutis rationem complectitur; et convenit cuilibet virtuti præter ultimam partem quæ convenit virtuti infusæ tantum. 1-2. q. 55. 4. o et 2-2. q. 168 2 ad 2.

19. Virtus ut est in concupiscibili vel in irascibili, nihil aliud est quam quædam habitualis conformitas earum ad rationem. 1-2. q 56. 4. c. fin. et q. 92. 1 c.

20. Virtus universaliter est quæ bonum facit habentem, et opus ejus reddit bonum; et hoc dupliciter, vel materialiter tantum, ut virtutes intellectuales; vel formaliter, ut virtutes morales. 2-2. q. 17. 1. c. et q. 47. 4. c. et q 58. 1. c.

21. Virtus dicitur ultimum potentiæ, quia ad illud potentia ordinatur, scilicet ad objectum, quia ibi virtus sumitur pro objecto. 1-2. q. 55. 1 ad 1. et 3 c. et 2 2. q 23. 3 ad 2.

22. De ratione virtutis est, quod se habeat tantum ad bonum. 2-2. q. 1. 3 ad 1. et q 4. 5. c. et q. 23. 7. c. et q. 51. 1. 2. c. et q. 81. 4. c. et q. 117. 6. c. ad 2 et 3.^m q 7. 6. ad 1.

23. Objectum cujuslibet virtutis est bonum circa propriam materiam. Sed virtutes nominatæ ab aliqua generali conditione virtutum, illam sibi materiam specialiter vindicant, in qua difficillimum et optimum est, conditionem hujusmodi observare: sicut fortitudo pericula mortis, temperantia delectationes tactus, et sobrietas mensuram circa delectationes cibi et potus. 1-2. q 63. 4 c. et 2-2. q. 149. 1. c. principio.

24. Virtus vera et simpliciter ordinat ad principale bonum. Sed virtus vera et secundum quid, et imperfecta, ordinat ad particulare bonum. Falsa vero virtus abducit a principali bono. Sicut non est vera virtus avarorum prudentia, qua excogitant diversa genera locellorum, et avarorum justitia, qua gravium damnorum metu contemnunt aliena, et avarorum temperantia, qua luxuriæ, quæ sumptuosa est, cohibent appetitum, et avarorum fortitudo, qua, ut ait Horatius, per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes. 2-2. q. 23. 7. c.

25. Virtutes et vitia sortiuntur speciem ex eo quod est per se intentum, non autem ab eo quod est intentum per accidens, et præter intentionem 2-2. q. 109. 2 ad 2. et q. 110. 2. c. ad 1.

26. Species virtutum distinguuntur secundum objecta. 1-2 q 96. 3. c. et 2-2. q. 18. 2. c et q. 19. 3. 4. 5. c. et q. 31. 4. c. et q. 47. 5. c.

27. Materia virtutum moralium duplex, scilicet materia propinqua, id est, passiones ut plurimum, et materia remota, id est, objecta passionum. 1-2. q. 60. 5. c. et 2-2 q. 31. 1 ad 2. q. 32. 1 ad 4. et 117. 2 3. o. et 6. c.

28. Objecta passionum diversarum potentiarum, comparata ad appetitum sensitivum, causant diversitatem passionum; ad rationem vero comparata, causant diversitatem virtutum. 1-2. q. 60. 5. c.

29. Objecta passionum diversarum potentiarum semper causant diversas species virtutum moralium. 1-2. q. 60. 5. c.

30. Nihil potest esse subjectum virtutis simpliciter dictæ, nisi voluntas vel potentiæ, ut motæ ab ea. 1-2. q. 55. 2 c. et 4 ad 3. et q 56. 3. o. et q. 57 1. c.

31. Nulla virtus est in voluntate, respectu boni sibi proportionati, sed tantum respectu Dei vel proximi 1-2. q. 52. 3 c. ad 1. et q. 56. 6. o

32. Intellectus non potest esse subjectum virtutis, nisi vel secundum quid, id est, virtutum intellectualium, vel simpliciter, id est, inquantum movetur a voluntate 1-2. q. 56. 3. o.

33. Virtutes perficientes intellectum excludunt totaliter falsum, non autem virtutes perficientes appetitum. 2-2. q. 1. 3 ad 1.

34. Omnis virtus et vitium est habitus voluntatis et mentis causaliter, non autem subjective. 1-2. q. 56. 3. o.

35. Virtutes perficiunt nos, ad prosequendum debite inclinationes naturales. Ideo ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam ordinatur aliqua specialis virtus. 1-2. q. 108. 2. c.

36. Una et eadem virtus potest esse in diversis potentiis. 1-2. q. 56. 2. c.

37 Nulla virtus proprie est in corpore, sed tantum in anima. 1-2. q. 35 2. c. et q. 56. 4 ad 3.

38. Omnis virtus circa passiones est in appetitu sensitivo. 1-2. q. 56. 4 ad 4.

39. In Deo est potissime virtus. 1.ª q 3. 6 ad 1. et q. 4. 2 ad 2.

40. Virtutes circa actiones, et virtutes in voluntate, vel virtutes in intellectu practico vel speculativo, sine imperfectione, sunt proprie in Deo. Non autem virtutes circa passiones in bonum spirituale, nisi metaphorice. Sed virtutes circa passiones in bonum corporale, nullo modo. Nec virtutes vitæ activæ, ut eam perficiunt. 1.ª q. 21. 1 ad 1. et 1-2. q. 61. 5. c ad 1.

41. Virtus ordinata ad bonum, secundum regulam rationis humanæ potest causari in nobis ex actibus nostris, non autem quæ secundum regulam divinam. 1-2. q. 51 2. 3. 4. o. et q 55 4 c ad 6. et q. 63. 2. 3. o. et q 65 2. c. et q. 92. 1 ad 1.

42. Virtutes insunt nobis a natura, secundum aptitudinem et inchoationem, non autem secundum perfectionem, præter virtutes theologicas, quæ sunt totaliter ab extrinseco, scilicet a Deo 1-2. q. 51. 1. o c et q. 63. 1 o. et 2 ad 3. et 3. c. et q. 71. 2 ad 1. et q. 85. 1. c. et q. 95. 1. c. et 2-2. q. 47. 1. 5. o. et q. 80. 2. c. et q. 123. 1 ad 3. et q. 141. 1 ad 2.

43. Virtutes quædam præter theologicas causantur in nobis a Deo immediate, ad finem supernaturalem. 1-2. q. 51. 4. o. et q. 63 3. o.

44. Virtutes infusæ causantur in nobis a Deo, sine nobis agentibus, non autem sine nobis consentientibus. 1-2. q. 55. 4 ad 6.

45. Determinatio actus virtuosi, ad proprium et per se objectum virtutis, est sub necessitate præcepti, sicut etiam actus virtutis. Non autem ad ea quæ accidentaliter et secundario se habent ad proprium et per se virtutis objectum. 2-2. q. 2 5. c.

46. Actus virtutis et virtus eodem nomine quandoque nominatur. 2-2. q. 137. 1 ad 2.

47. Ex hoc actus est virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. 2-2. q. 147. 1. c.

48. Virtus proprie non potest dici actus, nisi sicut habitus nominantur per actus, quia virtus semper includit respectum ad illud cujus est principium. 1-2 q. 70 1 ad 3.

49. Aliqui actus sunt aliquibus virtuosi, tanquam eis proportionati et convenientes, qui tamen aliis sunt vitiosi, tanquam eis non proportionati. 1-2. q. 95. 3 ad 3.

50 De ratione actus virtuosi sunt quatuor, scilicet quod operans sciat, quod eligat, propter bonum, et immobiliter. 1-2. q. 100. 9. c. et 2-2. q. 58. 1. c.

51. Actus virtutis dicitur dupliciter, scilicet materialiter et formaliter. Primus potest esse sine virtute, non autem secundus. 1-2. q. 93. 3 ad 2. et 2-2 q 32. 1 ad 1.

52. Adjunctio actuum virtutum secundariarum, ad actus et virtutes principales, magis est secundum convenientiam in modo qui est quasi forma earum, quam secundum materiam. 2-2. q. 157. 3 ad 2. et q. 161. 4. o.

53. Actus interior et exterior non requirunt diversas virtutes. 2-2. q. 31. 4. b.

54. Quælibet virtus principaliter

est interius in anima, sed actus exteriores debent moderari secundum debitas circumstantias. 2-2. q. 161. 3 ad 3.

55 Actus interiores maxime pertinent ad virtutes. 1-2. q 54. 2 ad 3.

56. Actus exteriores sunt proprie actus illarum virtutum, ad quarum fines secundum speciem suam ordinantur. 2-2. q 3. 1. c.

57. Quælibet virtus moderans amorem aliquorum bonorum moderatur etiam ex consequenti timorem contrariorum malorum. 2-2. q. 123. 4 ad 2.

58. Actus exteriores sunt illius virtutis, cujus est movere ad eos. 2-2. q. 32. 1. c.

59. Diversi actus ejusdem bonitatis pertinent ad eamdem virtutem; si autem sint diversæ bonitatis, pertinent ad diversas. 2-2. q. 51. 2 c.

60. Diversitas virtutum est ex diversitate actuum, quorum est diversa ratio bonitatis. 2-2. q. 51. 2. 3 c. et q. 161 2 ad 3.

61. Actus unius virtutis ut elicientis potest attribui alteri virtuti ut imperanti. 1-2. q. 114. 4 ad 1. et 2-2. q. 32 ad 2. et q 85 3. c. et q. 88 6. c. et q. 147. 2 ad 2.

62. Virtutes non sunt æquales, sed una virtus est major alia, et in diversis speciebus virtutum, et in eadem specie: non quidem secundum se, sed ex parte ejusdem hominis in diverso tempore, vel ex parte diversorum hominum propter majorem assuefactionem, vel meliorem dispositionem naturæ vel rationis, vel propter majus donum gratiæ Dei. 1-2 q 66 1. o et 2. c. et q 73 2 ad 3. et q. 112. 4. c. et 2-2 q. 5. 4. o.

63 Virtutes quæ simpliciter ordinant nos in bonum, sunt simpliciter digniores virtutibus retrahentibus nos a malo. 2-2. q. 157 4. c.

64 Quælibet virtus tanto excellentior est, quanto ad altius bonum ordinatur. 1-2. q. 111. 5 c. et q. 112. 4. c. et 2 2. q. 117. 6 c. et q. 156. 2. c.

65. Omnes virtutes in eodem sunt æquales secundum proportionem, quia æqualiter crescunt. 1-2. q. 63. 1 ad 1. et q. 73. 2 ad 3

66. Virtutes theologicæ sunt cæteris virtutibus nobiliores 1-2. q. 68. 8. o. et 2-2 q. 9. 1 ad 3. et q. 19. 9. ad 4. et q. 23. 6. c. et q. 104. 3. c. et q. 111. 6. c. et q. 141. 8. o. et q. 161. 5. c.

67. Virtutes theologicæ sunt priores cæteris virtutibus. 2-2. q. 4. 7. c. et q. 10. 1 ad 1.

68. Virtutes theologicæ sunt causa cæterarum virtutum. 1-2. q. 63. 3. c. et 2-2. q. 161. 4 ad 1.

69. Virtutes theologicæ habent ultimum finem pro objecto; aliæ autem virtutes sunt circa ea quæ sunt ad finem. 2-2. q. 4. 7. c. et q. 81. 5. c.

70. Virtutes theologicæ non sunt virtutes humanæ, sed superhumanæ vel divinæ Et conveniunt homini, prout per gratiam participat naturam divinam. 1-2. q. 58. 3 ad 3. et q. 61. 1 ad 2. et q 62. 1. c. ad 1. et 2. 3. o.

71. Virtutes habentes pro objecte bonum spirituale, scilicet virtutes theologicæ et virtutes intellectuales, sunt simpliciter nobiliores virtutibus habentibus pro objecto bonum corporale, vel aliquid ei adjunctum. 2-2. q. 136. 2 c

72. Una virtus est prior alia secundum actus, licet simul infundantur omnes a Deo secundum habitus. 1-2. q. 62. 4. c. et 3. ª q. 85. 6 c.

73. Virtutes naturales sunt nobiliores virtutibus acquisitis, sed sunt minus nobiles virtutibus infusis. 1-2. q 63 2 ad 3.

74. Virtutes intellectuales sunt simpliciter nobiliores virtutibus moralibus, propter nobilius objectum, sed est e converso secundum quid, scilicet, ut virtutes, et respectu actuum. 1-2. q. 61. 1 ad 3 et q. 66. 3. o. et q. 68. 7. 8. c et 2-2. q. 23 6 ad 1. et q. 161. 5. c.

75. Virtutes intellectuales et mo-

rales perficiunt intellectum et appetitum in ordine ad regulam et mensuram creatam; virtutes vero theologicæ, ad regulam et mensuram increatam 1 2. q. 62. 2 ad 1. et q. 64. 4 ad 2.

76. Virtutes morales sunt permanentiores virtutibus intellectualibus propter exercitium, sed e converso propter objectum. 1-2. q. 53. 1 ad 3. et 2-2. q. 66. 3 ad 1.

77. Virtutes morales sunt necessariores ad vitam humanam, virtutibus intellectualibus 1-2. q. 60. 3 ad 1.

78. Una virtus alteri virtuti non contrariatur aut repugnat, sed vitio; quia, secundum Philosophum, bonum non est bono contrarium. 2-2. q. 101. 4. c.

79. Vitium non tantum opponitur virtuti perfectæ, sed etiam imperfectæ in genere virtutis, scilicet habilitati naturali ad bonum, et dispositioni ad virtutem. 1-2. q. 73. 2 ad 2. et q. 73 1 ad 2.

80. Omne vitium quod magis opponitur virtuti, nominatur ex defectu virtutis. 2-2. q 107. 2. c.

81. Cum virtus magis opponitur uni extremo vitiorum quam alteri, illud vitium magis oppositum nominatur nomine passionum, ad quam refrenandam virtus principaliter ordinatur 2-2. q. 21. 3. c. et q. 53. principio.

82. Vitia, inquantum sunt contra bonum rationis, contrariantur virtuti. Inquantum autem sunt contra instinctum divinum, contrariantur donis. 1-2. q. 68 1 ad 2.

83 Multa vitia opponuntur uni virtuti dupliciter, scilicet secundum diversam habitudinem ad virtutem, et secundum diversas circumstantiarum corruptiones. 2-2. q. 10. 5. c. et q. 92. 1 c et 2 ad 1.

84 Non oportet quod principale vitium opponatur principali virtuti. 1-2. q. 84 4 ad 1. et 2-2 q. 34. 5 ad 1. et q. 118. 7 ad 1. et q. 142. 3 ad 1. et q. 162. 6 ad 2. et 7 ad 3.

85. Multa vitia opponuntur secundum diversos actus eidem virtuti. 2-2. q. 29 4 ad 3.

86. Virtuti ut sic, opponitur vitium. Sed ut bonitati, opponitur malitia. Peccatum autem opponitur ei, ut operativæ boni. 1-2 q. 71. 1. o.

87. Actus vitii potest esse cum habitu virtutis, et e converso, nisi actus excludat causam habitus. 1-2. q. 63. 2 ad 2. et q. 71 4. o. et q. 73. 1 ad 2. et q. 77. 2 ad 3. et 2-2. q. 24. 12. o.

88. Vitium directe opponitur virtuti. Non autem peccatum, nisi secundum actum, sed opponitur actui virtuoso. 1 2. q. 71. 4. o.

89. Directa oppositio vitiorum ad virtutes non attenditur secundum causas, quia contingit unum vitium oriri ex diversis causis. Sed attenditur secundum speciem actus 2 2. q 116. 1 ad 2. et q. 127. 2 ad 1 et q. 133. 2. c. et q. 138 2 ad 1.

90. Nec etiam attenditur secundum effectus 2-2. q 127. 2 ad 2. et q. 132. 2 ad 3. et q. 133. 3. c.

91. Habitus virtutis et vitii corrumpuntur per judicium rationis, vel in contrarium moventis, vel ex ignorantia, vel passione, vel electione. 1-2. q. 53 1. c fin.

92. Diversitas finium diversificat virtutes. 1-2. q. 54 2 ad 3.

93. Virtutes theologicæ differunt specie a virtutibus moralibus et intellectualibus. 1-2. q 62 2. o.

94 Virtus infusa differt specie a virtute acquisita dupliciter, scilicet ratione diversæ regulæ, et ratione diversi finis. 1 2. q. 63 4 o.

95 Virtutes morales differunt subjecto a virtutibus intellectualibus. Sed virtutes theologicæ differunt objecto ab utrisque. 1 2. q. 58. 2. o. et q. 62. 2. o

96. Objectum virtutum moralium et intellectualium est proportionatum naturæ hominis. Non autem objectum virtutum theologicarum, sed est supra rationem et supra naturam. 1-2. q. 58.

3 ad 3. et q. 62. 1. c. et 2 3. o. et q. 63. 3. o.

97. Homo secundum virtutes morales dicitur simpliciter bonus, non autem secundum virtutes intellectuales. 1 2. q. 56. 3. c et q. 68. 3 ad 2. et 2-2. q 23. 7 ad 5.

98. Virtus sumitur triplicitur, scilicet pro habitu, pro objecto, et pro actu ejus 1-2. q. 55. 1 ad 1.

99. Virtus pro habitu dividitur in diversa genera virtutum analogice, quia bonum rationis non est in omnibus secundum eumdem ordinem. 1-2. q. 61. 1 ad 1.

100. Genus virtutum triplex, scilicet genus virtutum theologicarum, intellectualium, et moralium 1-2. q. 68. 8. c.

101. Virtus humana sufficienter dividitur per virtutes intellectuales et morales. 1-2 q. 58. 3. o.

102. Virtus dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, id est, quæ facit recte operari, ut virtutes morales, et secundum quid, id est, quæ facit facultatem recte operandi, ut virtutes intellectuales. 1-2. q. 56. 3. o. et q. 57. 1 o. et 3. 4 c et q. 61. 1. c. et q. 66 3. c.

103. Partes quæ singulis virtutibus assignantur, non sunt partes integrales, sed partes subjectivæ, vel potentiales. 1-2. q. 54. 4 ad 2.

104. Virtus dicitur esse aliquorum dupliciter, scilicet ut objectorum, et ut actuum. 1-2. q. 57. 1 ad 2.

105. Aliquid potest procedere ex radice virtutum dupliciter, scilicet directe, id est, actus ejus, et indirecte, id est, occasionaliter, scilicet peccatum 2-2. q 20 1 ad 2.

106. Aliquid impedit virtutem dupliciter, scilicet vel quoad communem statum ejus, scilicet tantum peccatum, vel quoad perfectum statum, scilicet aliquid minus bonum. 2-2. q. 153. 2 ad 1.

107. Virtutes aliquas oportet esse theologicas, ad acquirendum beatitudinem supernaturalem. 1-2. q. 62. 1. o. et 2. 3. c.

108. Virtutes theologicæ dicuntur, quia habent Deum pro objecto, tantum a Deo infunduntur, et tantum per revelationem Dei in sacra Scriptura traduntur 1-2. q. 63. 1. c. et 2-2 q. 17 5. 6. c.

109. Virtutes theologicæ sunt, quibus mens humana Deo conjungitur. 1-2. q. 61. 8 c. et q. 104. 3. c. et q. 151. 2. c.

110. Virtutes theologicæ habent idem pro objecto et fine, scilicet Deum. 1-2. q. 62. 1. 2. c. et q. 107. 1 ad 1. et 2-2. q 4. 1 7. c. et 17. 5. 6 c. et q. 19. o ad 2. et q. 20. 3 c et q. 23. 6. c. et q. 81. 5. o. et q. 161. 4 ad 1. et 5. c.

111. Virtutes theologicæ habent duplicem regulam seu mensuram, scilicet Deum, et capacitatem nostram. 1-2. q. 64. 4. c.

112. Virtutes theologicæ non sunt virtutes exemplares, quia non dicuntur theologicæ, quod Deus eis sit virtuosus, sed nos efficimur ad Deum, et a Deo 1-2. q. 62. 1 ad 2.

113. Virtutes theologicæ sunt tantum tres, scilicet fides, spes, et charitas. 1-2. q. 62. 3. o. et 2-2. princip. et q. 17. 6. o.

114. Virtutes theologicæ, secundum habitus sunt simul, sed secundum actus, via generationis, fides est prima, spes secunda, et charitas tertia. Sed ordine perfectionis, est e converso 1 2. q. 62. 4. o. et 2-2. q. 17. 7. 8. o.

115. Sapientia non est virtus theologica, quia non est de Deo immediate, et secundum quod in se est, sicut fides, sed est de Deo per effectus ejus. 1-2 q. 62. 2 ad 2.

116. Virtutes intellectuales sunt eorum per quæ homo fit beatus, vel sicut virtus actuum, et hoc dupliciter, scilicet meritorie et inchoative, vel sicut virtus objectorum, non autem sicut virtus subjectorum, nisi forte effective. 1-2. q. 57 1 ad 2.

117. Virtutes intellectuales sunt tantum tres speculativæ, scilicet sa-

pientia, intellectus, et scientia, et duæ practicæ, scilicet prudentia et ars 1-2. q. 57. 2. o. et q. 68. 7. c. et 2-2. q. 4. 8. c. q. 47. 5. c.

118. Omnis virtus intellectualis speculativa est tantum circa necessaria, practica vero, est tantum circa contingentia. 1-2. q 57. 5 ad 3. et q. 66. 3 ad 3. et 2-2. q. 4. 8. c. et 47. 5. c.

119. Bonum virtutis intellectualis est verum, speculativæ quidem absolute, practicæ vero secundum conformitatem ad appetitum rectum. 1-2. q. 57. 2 ad 3 et q. 64. 3. c.

120. Virtutes intellectuales non sunt connexæ ad invicem. 1-2 q 65. 1 ad 3.

121. Virtutes intellectuales speculativæ præferuntur virtutibus intellectualibus activis. 1-2. q. 68. 7. c.

122. Virtutes speculativæ non ex æquo distinguuntur ad invicem, sed ordine quodam, sicut in totis potentialibus, quorum una pars est perfectior altera. 1-2. q. 57. 2 ad 2.

123. Virtutes morales possunt esse sine virtutibus intellectualibus, præter prudentiam et intellectum. et e converso, præter prudentiam. 1-2. q. 58. 4. 5. o.

124. Nulla virtus moralis est passio, quia passio est motus, et est indifferens ad bonum et ad malum, habens principium in appetitu et terminum in ratione. Sed virtus est e converso. 1-2 q. 59. 1. o.

125. Non omnis virtus dicitur moralis, sed tantum illa quæ est in vi appetitiva. 1-2. q. 58. 1. o. et q. 68. 8. c.

126. Virtus moralis non est una tantum, sed multæ secundum speciem. 1-2 q 60. 1. o.

127. Multæ sunt virtutes morales circa operationes humanas, secundum diversas rationes debiti, quæ tamen omnes habent rationem justitiæ. 1-2. q. 60 3. o.

128. Virtutes morales sunt connexæ. 1-2. q. 95. 1. o et 2. c. q. 66. 2. c. et q. 68. 5 ad 3. et q. 73. 1. o. et 2-2. q. 129. 3 ad 2. et q. 134. 1 ad 1. et q. 146. 4. o. et q. 147. 2 ad 1. et q. 152. 3 ad 2. et q. 171. 4. c. et 3. ᵖ q. 85. 6 c.

129. Finis cujuslibet virtutis moralis est attingere medium in propria materia, quod determinatur secundum rectam rationem prudentiæ. 1-2. q. 66. 3 ad 3.

130. Habitus virtutum moralium causantur in potentiis appetitivis, secundum quod moventur a ratione. 1-2. q. 51. 2. c. ad 3. et 3. c. et q. 53. 1. c. fin.

131. Finis virtutum moralium est bonum humanum, scilicet esse secundum rationem. Ideo oportet finis earum in ratione præexistere. 2-2. q. 47. 6. c. et q. 123. 11 ad 2. et q. 136. 1. 2 c.

132. Omnis virtus moralis est circa delectationes et tristitias consecutive, non autem objective. 1-2. q. 59. 4 ad 1. et q. 60. 2. c. et 2-2. q. 58 9 ad 1.

133. Omnis virtus moralis habet aliquas operationes bonas, quarum est productiva, et aliquas passiones similiter, ut delectationem vel tristitiam, quæ sunt passiones. Tamen oportet alias virtutes esse circa operationes, et alias circa passiones. 1-2. q. 60. 2. o.

134. Virtus moralis potest esse cum passione et tristitia, et sine passione. Nec quælibet est circa passiones. 1 ᵖ q. 95. 2 ad 3. et 1-2. q. 95. o. et 2-2. q. 58. 9. o.

135. Multæ virtutes morales sunt circa passiones. Tamen eadem virtus potest esse circa multas passiones, propter contrarietatem, vel propter eamdem rationem repugnandi rationi. 1-2. q. 60. 4. o et 8. c.

136. Virtutes morales circa passiones sunt undecim, secundum Aristotelem, scilicet fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, philotimia, mansuetudo, amicitia, veritas, eutropelia, et justitia.

Sed sunt duodecim cum justitia quæ est circa operationes. 1-2. q. 61. 5. c. fin.

137. Eadem virtus moralis, scilicet temperantia, est circa omnes passiones concupiscibilis, quia se consequuntur, et ordinantur ad idem. Non autem circa passiones irascibilis. 1-2. q. 60. 4. o.

138. Eadem est virtus moralis circa contrarias passiones. 1 2. q. 40. 4. c. ad 2.

139. Ubi in actibus hominis est specialis ratio bonitatis, oportet esse specialem virtutem. 2-2. q. 109. 2. c. et q. 114. 1. c et q. 137. 1. c. et q. 149. 1 c. princip. et 3.ᵖ q. 85. 2 c.

140. Ubicumque est aliquis actus hominis bonus, oportet quod respondet alicui virtuti humanæ. 2-2. q 17. 1. c. et q 81. 2. c. et q 104. et q. 109. 1. c. et 3.ᵖ q. 85. 1 2. c.

141. Inter virtutes morales, tanto aliqua virtus est potior, quanto majus aliquid contemnit, ut Deo inhæreat. 2-2. q. 61 5. c. et q. 104 3. c.

142. Virtutes morales manent post hanc vitam in beatis, quoad suum formale, scilicet quoad ordinem rationis, non autem quoad suum materiale, scilicet quoad inclinationem appetitus ad passiones, vel ad operationes hujus vitæ. 1-2 q 67 1. o. et 2. c. ad 3. et 4 ad 1 et q. 68. 6. c. et 2-2. q. 52. 3 ad 2. et q. 136. 1 ad 1. et q. 181. 4 ad 1.

143. Omnes virtutes morales reducuntur ad quatuor virtutes cardinales 2-2. prolo fin.

144. Et dicuntur virtutes cardinales principales, quia sunt circa potissimum in materia virtutum. Cardinales vero dicuntur, quia sunt fundamenta aliarum virtutum. Et sunt virtutes generales virtualiter. 2-2. q. 129 5 c. et q 131. 4 c. et q 137. 2. c. et q. 141. 7. c et q. 143. c. et q. 160. 1. c.

145. Solæ virtutes morales et prudentia dicuntur virtutes cardinales et principales, non autem intellectuales, nec theologicæ. 1-2. q. 61. 1. o. et q. 66 4. c.

146. Et sunt tantum quatuor, scilicet prudentia, justitia, fortitudo et temperantia. 1-2. q. 61. 2. 3. o. et q. 66. 1. 4. c. et 2-2. princ. et q. 123. 11. o. et q. 141 7. o.

147. Et capiuntur dupliciter, scilicet ut quatuor conditiones cujuslibet virtutis, scilicet discretio, rectitudo, firmitas et modus, et ut determinantur ad principales materias. Primo modo sunt virtutes generales; secundo vero modo sunt virtutes speciales et realiter distinctæ. 1-2 q. 61. 2. 3. 4. o. et q. 65. 1. c. et q. 66 2. c. et 2-2. q. 54. 8 ad 2. et q. 12. 3. 2. 11. c. et q. 189. 1. c. principio

148. Et sunt quadruplices, scilicet exemplares, politicæ et purgatoriæ et purgati animi. 1-2. q 61. 5 o.

149. Solæ virtutes infusæ sunt perfectæ et simpliciter virtutes. 1-2 q. 65 2. c et 2-2. q. 23. 7. c

150. Virtus acquisita disponit ad naturam humanam, sed virtutes infusæ disponunt hominem altiori modo, ad altiorem finem, et ad altiorem naturam, scilicet ad naturam divinam participatam. 1-2. q q. 23 7 c. 110. 3. c et 2-2.

151. Virtutes infusæ augentur per actionem Dei, acquisitæ vero per actus nostros, qui etiam disponunt ad augmentum infusarum. 1-2. q. 92. 1 ad 1.

152. Virtutes acquisitæ sicut perficiunt hominem ad ambulandum secundum quod congruit homini naturalis rationis, sic virtutes infusæ perficiunt hominem, secundum quod congruit lumini gratiæ. 1-2. q. 110. 2. c.

153. Virtutes infusæ non auferunt contrarias dispositiones, sicut virtutes acquisitæ; ideo patiuntur difficultatem in operando, non autem virtutes acquisitæ. 1-2. q. 65. 3 ad 2 et ad 3. et 3.ᵖ q. 89. 1. c.

154. Virtutes infusæ auferuntur per quodlibet unum solum peccatum mortale, non autem virtutes acquisitæ. 1-2. q. 63. 2 ad 2. et q 65. 3. c. et q. 71. 4. c. et q. 73. 1 ad 2. et

2-2. q 24. 1 2 c. et q. 133. 1 ad 2.

155. Quilibet actus disponit ad generationem virtutis acquisitæ, sed non complet eam, nisi ultimus actus perfectior aliis, agens in virtute omnium actuum præcedentium. 2-2. q. 24. 6 ad 2.

156. Finis virtutis acquisitæ est bonum civile, ad quod dirigit; finis vero virtutis infusæ est beatitudo cœlestis. 1-2. q. 63. 4. c.

157. Virtus acquisita diminui potest per cessationem actus ejus, non autem virtus infusa, quia virtus acquisita dependet ab actu suo, non autem virtus infusa. 2-2. q. 24. 10. o.

158. Virtutes morales acquisitæ non manent post hanc vitam, nec virtutes infusæ, quoad actus circa propriam materiam, sed tantum quoad actus circa finem. 2-2. q. 181. 4 ad 1.

159 Virtus naturalis est determinata ad unum, virtus autem rationalis se habet ad multa. 1-2. q. 49. 4 ad 2. et q 50. 1. c. et q. 55. 1. c. ad 5.

160. Virtutes naturales agunt ex necessitate naturæ. Ideo peccatum non potest esse in actibus earum, si sint virtutes integræ Non autem virtutes animæ agunt ex necessitate. 1-2. q. 71 4. c. ad 3.

161. Quælibet virtus completa, vel virtus instrumentalis, est complete in omnibus simul concurrentibus ad unam actionem, sed est in singulis incomplete. 1.ª q. 76. 2. c.

Vis. Secundum jura, vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ. 2-2. q. 147.

1. Visio. Nomen visionis extenditur ad significandum omnem cognitionem sensuum et intellectus propter dignitatem visus et certitudinem ejus. 1.ª q. 67. 1 c. et 1-2. q. 67. 5 ad 3. et 2-2 q 177 2 ad 1.

2. Videri dicuntur quæ per se movent intellectum, vel visum, ad sui cognitionem. 2-2. q. 1. 4. 5. c.

3. Visio triplex, scilicet corporalis, imaginaria, et intellectualis, quarum quælibet potest esse supernaturalis. 1.ª q. 93. 6 ad 4 et 2-2. q. 174. 1 ad 3. et q. 175. 3 ad 4.

4. Visio corporalis et intellectualis triplex, scilicet per essentiam, per similitudinem acceptam a re immediate, et per speculum. 1.ª q. 56 3. c.

5. Principium visionis intellectualis triplex, scilicet, lumen naturale, lumen habituale, et primum intelligibile, per quod homo intelligit alia. 2-2. q 15. 1. c.

6 In visione corporali et imaginaria est quædam trinitas, sed imperfecta, sicut et in visione intellectuali, quia deficit consubstantialitas, et coæternitas. 1.ª q. 93 6 ad 4.

7. Ad visionem sensibilem et intellectualem duo requiruntur, scilicet visus et unio ejus cum visibili. 1 ª q. 42. 2 c.

8. Unio intellectualis est excellentior visione corporali et imaginaria sola, non autem cum visione intellectuali 3.ª q. 30 3 ad 1.

9. Occupatio exterior facit minus videre in speculabilibus, et clarius in agilibus, propter experientiam et attentionem. 1-2. q. 40 5 ad 1. et 2-2. q. 181. 2 ad 2.

1. Visus habitus per generationem naturalem, et visus cæci illuminati per miraculum, sunt ejusdem speciei; ideo non possunt esse simul in eodem oculo, sicut duo accidentia, vel duæ formæ ejusdem rationis, non possunt esse simul in eodem subjecto. 1.ª q. 94. 3 ad 1. et 1-2. q. 63. 4 ad 3.

2 Utimur pertinentibus ad visum in intellectualibus, quia visus spiritualior et subtilior est cæteris sensibus, ratione objecti, et ratione immutationis. 1 ª q. 67. 1. c.

3 Sensibilia communia percipiuntur præcipue per tactum, et plus per visum. 3.ª q. 55. 6 ad 4.

1. VITA. Hoc nomen vita, sumi-

tur ab apparenti exterius, scilicet a movere se, sed imponitur ad significandum naturam cui hoc convenit. 1.ª q. 18. 2. c.

2. Vita quandoque pro essentia rei ponitur, ut Augustinus dicit. 1.ª q. 54. 1 ad 2.

3. Vita primo manifestatur per hoc quod aliquid movet se: Ideo omne movens se quocumque motu, vivit proprie, et nihil aliud, nisi metaphorice. 1.ª q. 18. 1. o. et 2. 3. c. et 2-2. q. 179. 1. c.

4. Vita manifestatur duplici opere, scilicet cognitione et motu. 1.ª q. 85. 1. c.

5. Vita non se habet ad vivere, sicut essentia ad esse: sed sicut cursus ad currere, quorum unum significat actum in abstracto, et aliud in concreto: unde non sequitur, si vivere sit esse, quod vita sit essentia: licet quandoque vita pro essentia ponatur, secundum quod Augustinus dicit, quod memoria et intelligentia et voluntas sunt una vita, et sic non accipitur a Philospho cum dicit quod actio intellectus est vita. 1.ª q. 18. 2. c. et q. 54 1 ad 2. et 2 2. q. 179. 1 ad 1.

6. Vita sive vivere, potest accipi tripliciter, scilicet pro esse viventis, pro operatione vitali, et pro principio directivo artium seu operationum vitalium. 1.ª q 18. 2 c ad 1. et 4 ad 4. et q. 54 1 ad 2. et 1-2. q 3. 2 ad 1. et q. 56 1 ad 1. et 2-2 q. 19 7. c.

7. In Deo est perfectissime et maxime vita. 1.ª q 18. 3 o.

8. Vita Dei est essentia ejus. 1.ª q. 18. 4 ad 1.

9. Deus est suum vivere, ideo non habet principium vivendi. 1.ª q. 18. 3 ad 2.

10. Vivere Dei, est suum intelligere. 1.ª q 18. 3. c ad 2. et 4. c.

11 Omnia creata sunt vita in Deo, quia quicquid est in Deo ut intellectum, est ipsum vivere Dei, est vita ejus 1.ª q. 18. 4. o.

12. Deus est vita animæ effective, et mediante gratia, sed anima est vita corporis formaliter et immediate. 1-2. q. 110. 1 ad 2. et 2-2. q 23. 2 ad 2.

13. Quæ secundum nullum tempus sunt, possunt dici esse vita in Deo, secundum quod vivere nominat intelligere tantum, non autem ut nominat principium operationis. 1.ª q. 18 4 ad 2.

14 Mala non sunt vita in Deo, quia non sunt ab eo creata, nec conservata, nec habent rationem propriam in Deo: cognoscuntur enim a Deo per rationem bonorum. 1.ª q. 18. 4 ad 4.

15. Vita rerum attribuitur Spiritui sancto, inquantum res moventur a Deo; sed vita rerum appropriatur Verbo, inquantum sunt in Deo, ut cognitæ ab eo. 1.ª q. 18. 4. b.

16. Christus non debuit eligere vitam solitariam, sed conversari familiariter cum hominibus, ut doceret publice, liberaret, et attraheret eos. 2-2. q. 25. 6 ad 5 et 3.ª q. 40. 1. o. et 2. c. ad 3.

17. Christus non vixit semper in publico, sed quandoque solitarius propter exemplum, quietem, orationem, et ut vitaret favorem et ostentationem. 3.ª q. 40. 1 ad 3.

18 Christus elegit vitam activam, non quidem corporalem, sed spiritualem, scilicet doctrinæ et prædicationis, quia est optima. 3.ª q. 40. 1 ad 2. et 2 ad 3.

19. Christus non debuit ducere vitam austeram, sed conformem aliis in cibo et potu. 3.ª q. 40. 2. o. et q. 41. 3 ad 1.

20. Vita naturalis pertinet ad substantiam hominis; ideo non suscipit magis et minus. 1-2. q. 112. 4 ad 3.

21. Vita uniuscujusque hominis est id in quo maxime homo delectatur, et cui maxime intendit. 1.ª q. 18. 2 ad 2. et 2-2. q. 81. 1 ad 5. et q. 179. 1. c

22. Vita hominis duplex, scilicet corporalis et mentalis: secundum vitam secundam, est nobis communicatio

cum Deo et angelis, hic quidem imperfecte; sed in patria perfecte, non autem secundum primam. 1. ᵉ q. 95 1 ad 1. et 2-2. q. 23. 1 ad 1.

23. Vita hominis triplex, scilicet practica, speculativa, et voluptuosa: prima proprie est humana, secunda angelica, sed tertia bestialis. 1-2. q. 3. 2 ad 1. et 2-2. q. 179. 2 ad 1. et ad 3.

24. Vita abstinentium in solitudine, et vita communis in communi conversatione, approbantur exemplo Christi, et Joannis Baptistæ. 3. ᵉ q. 40. 1 ad 1.

25. Vita in universali non dividitur per vitam activam et contemplativam, sed tantum vita hominis. 2-2. q. 179. 1 ad 2 et 2. c.

26. Vita igitur hominis sufficienter dividitur per vitam activam et contemplativam. 2-2. q. 179 o.

27. Vita activa est tantum in hac vita. 1. ᵉ q. 20. 4 ad 3. et 1-2. q. 67. 1 ad 2. et q. 68. 6 ad 3. et 2-2. q. 81. 4. o.

28. Vita activa consistit in omnibus agibilibus, sed principaliter in iis quæ ad alterum sunt, sicut optimo agibili, scilicet in actibus justitiæ. 2-2. q. 181. 1 ad 1.

29. Omnes actus virtutum moralium pertinent essentialiter ad vitam activam, etiam actus prudentiæ. 2-2. q 180. 2. c et q. 181. 1 2 o.

30. Cognitio practica agibilium pertinet essentialiter ad vitam practicam, non autem cognitio factibilium; sed cognitio speculativa æternorum præexigitur ad vitam practicam, tantum ut causa, non autem essentialiter. 2-2 q. 181 2. o.

31. Vita activa duplex, scilicet interior et exterior: prima adjuvat vitam contemplativam, non autem secunda, sed impedit eam. 2-2. q. 182. 3. o.

32. Vita activa disponit ad vitam contemplativam, quam nullus potest assequi perfecte, nisi prius sit perfectus in vita activa. 2-2 q. 181. 1 ad 3. et q. 182. 1 ad 2 et 4. c.

33. Vita contemplativa directius et immediatius est ad dilectionem Dei quam proximi, sed vita activa est e converso. 2-2. q. 182. c. et q. 188. 2. c.

34. In vita contemplativa, homo convenit cum Deo et angelis, sed in vita activa cum animalibus, licet imperfecte 1-2 q. 3. 5. c.

35. Vita contemplativa habet Deum familiariorem, sed vita activa est fructuosior: ideo prima significatur per Joannem, propter hoc prædilectum a Christo, secunda vero per Petrum. 1. ᵉ q. 20. 4 ad 3.

36. Vita contemplativa secundum suum genus est simpliciter nobilior, et majoris meriti, et prior quam vita activa. 1-2. q. 57. 1. c. et 2-2. q. 152 2. 4 c. et q 153. 2 ad 1. et q. 182. 2. o. et q 188. 5. o et 3. ᵉ q. 40. 1 ad 2.

37. Opus activæ vitæ duplex, scilicet spirituale, ut prædicare et docere: et opus corporale, ut recipere hospites, et servire infirmis: primum est melius quam sint opera vitæ contemplativæ, non autem secundum. 2-2. q. 188. 6. c. et 3 ᵉ q. 40. 1 ad 2.

38. Vita activa in præsenti durabilior est quam vita contemplativa, ex defectu nostro, non autem secundum se. 2-2. q. 181. 4 ad 3.

39. Ambæ possunt esse simul in eodem. 2-2. q 182. 1 ad 1. et ad 3

40. Quidam sunt aptiores ad vitam activam, quam ad vitam contemplativam, quidam autem e converso. 2-2. q. 182. 4 ad 3.

41. Prædicatores et prælati debent esse perfecti in vita activa et contemplativa. 2-2. q. 182. 1 ad 1.

42. Vita speculativa est supra hominem. 1-2. q. 51. 1. c. et q 188. 8 ad 5.

43. Vita contemplativa est tantum in intellectu. 2-2. q 180. 1. o. et 2 ad 1. et 7 ad 1.

44. Vita contemplativa principaliter consistit in contemplatione divinæ veritatis, sed dispositive consistit

in contemplatione cujuslibet veritatis. 2-2. q. 180. 4. o. et 7. c. et q. 181. 4 ad 2. et q. 182. 2. c.

45. Vita contemplativa habet unum actum principalem, scilicet contemplationem veritatis, in quo maxime perficitur veritatis contemplatio. et habet multos actus secundarios. 2-2. q. 180. 3. 4. c.

46. Ad eam quatuor pertinent, scilicet virtutes morales, aliqui actus, contemplatio effectuum Dei, et Dei contemplatio. 2-2. q. 180. 4. c.

47. Et est diuturna dupliciter, scilicet secundum se, id est, ratione objecti, scilicet Dei, et quia caret contrario, et quoad nos, quia est in intellectu, et sine labore. 1.ª q. 20. 4 ad 3. et 2-2. q. 180. 8. o.

1. VITIUM uniuscujusque rei videtur esse, quod non sit disposita secundum quod convenit suæ naturæ. 1-2. q. 71. 1. 2. c.

2. Vitium est habitus aut affectio animi, in tota vita inconstans, et a seipsa dissentiens, secundum Tullium. 1-2. q. 71 1 ad 3.

3. Vitium intantum est contra naturam hominis, inquantum est contra ordinem rationis. 1-2. q. 71. 2. c. fin.

4. In plus se habet vitium, quam ægrotatio vel morbus, tam in anima quam in corpore; sicut etiam virtus in plus se habet quam sanitas; et ideo virtuti convenientius opponitur vitium, quam ægrotatio vel morbus; et vitium potest esse sine eis, et non e converso. 1-2. q. 71. 1. 3. fin. et 2. c. princ.

5. A vitio nomen vituperationis detractum creditur, secundum Augustinum. 1-2. q. 71. 2. c.

6. Vitia sumunt speciem a fine proximo; genus autem et causam, a fine remoto. 2 2. q. 11. 1 ad 2. et q. 111. 3 ad 3

7. Non est contra rationem vitii capitalis, quod unum capitale oriatur ex altero, quia invidia manifeste oritur ex vana gloria. 2-2. q. 36. 4 ad 1. et q. 118. 7 ad 3. et q. 132. 4 ad 1. et q. 153. 4 ad 2.

8. Non oportet filias alicujus vitii capitalis, esse ejusdem generis cum eo. 2 2. q. 118. 8 ad 1. et q. 153. 5 ad 2.

9. Vitia opposita virtutibus theologicis non reducuntur ad vitia capitalia, sicut nec virtutes theologicæ ad virtutes cardinales 2-2. q. 10. 1 ad 3.

10. Vitia carnalia intantum magis extinguunt judicium, quantum longius abducunt a ratione. 2-2. q. 43. 6 ad 3.

1. VITUPERATIO creditur trahere nomen a vitio, secundum Augustinum, quia de hoc quælibet res vituperatur. 1-2. q. 71. 2. c.

2. Vituperium debetur soli culpæ, sed respicit quemcumque defectum, secundum opinionem humanam. 2-2. q. 44. 2 o et 3. c.

3. Virtuosi contemnunt vituperium, sed imperfecti verecundantur. 2-2. q. 144. 2 ad 1. et 4 ad 3.

1. VIVERE, sumitur dupliciter, scilicet pro esse viventis, et pro operatione ejus. 1.ª q. 18. 2. c. ad 1. et q. 54. 1 ad 2. et 1-2. q. 3. 2 ad 1. et q 56. 1 ad 1. et 2-2. q. 19. 7. c.

2. Vivere dicitur esse viventis, quia per hoc quod habet esse per suam formam, tali modo operatur. 2-2. q. 179. 1 ad 1.

VIVIFICARE effective est perfectionis simpliciter; ideo convenit Deo, non autem vivificare formaliter. 1.ª q 51. 1 ad 3. et 3.ª q. 2. 5 ad 2 et q. 5. 3 ad 2. et q. 50. 2 ad 2. et 2 d. 8. 1 ad 4.

1. VIVUM sive animatum est superius ad hominem et ad animal. 3.ª q. q 50. 4. b.

2. Vinum non est prædicatum accidentale, sed essentiale. 1.ª q. 18. 2. c. et 3.ª q. 50. 5. c.

1. ULTIMUM rei duplex, scilicet in

re, et extra rem. 1-2. q. 2. 7. ad 3.

2. Ultimum dicitur tripliciter, scilicet simpliciter, in genere, et in specie. 1-2 q. 1. 1 ad 2. fin. et q. 2. 7 ad 3. et q. 3. 5 ad 3. et q. 5. 8. c.

UMBRÆ, et picturæ, et somnia, dicuntur esse falsæ, inquantum non subsunt res, quarum habent similitudinem 1.ª q 17. c. ad 2. fin.

1. UNCTIO. Oportet quod materia sacramenti Extremæ unctionis sit consecrata triplici ratione, scilicet quia efficacia sacramentorum a Christo descendit, propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur, et ex hoc quod effectus ejus corporalis, scilicet sanatio corporalis, non causatur ex materia naturali proprietate; et hæc consecratio fit ab episcopo tantum. 3.ª q. 72. 3. c

2. Effectus principalis ejus est remissio peccatorum quoad reliquias, sed consequenter quoad culpam mortalem vel venialem si inveniat, nec recipiens ponat obicem. 3.ª q 65. 1 c.

3. In ultima unctione infunditur gratia, quæ effectum sacramento præbet. 3.ª q. 87. 3. c.

4. Et remittit peccatum quoad maculam, per gratiam quam infundit, et quoad reatum pœnæ, fortificando subjectum, et quoad reliquias, id est, quoad debilitatem mentis, non autem dispositiones et habitus causatos ex actibus peccatorum. 3.ª q 65. 1. c.

5. In Extrema unctione confertur perfecta sanitas spiritualis. 3.ª q. 84. 1 ad 1.

6. Hoc sacramentum immediate disponit hominem ad gloriam: ideo non debuit figurari per aliquod sacramentum veteris legis; nisi remote, per omnes curationes ejus 1-2. q. 102. 5 ad 3. et 3.ª q. 65 1 ad 4.

7. Unctio baptizatorum in vertice significat eminentiam dignitatis tripliciter, scilicet regalis, sacerdotalis, et collatæ. 3.ª q 72. 11 ad 3.

8. Unctio chrismatis non propter digniorem partem capitis, sed propter potiorem effectum, episcopis reservatur. 3.ª q. 72. 11 ad 3 fin.

9. Unctio chrismatis qua signatur baptizatus in summitate capitis per sacerdotem, per episcopum autem in fronte, ut in priori unctiones significetur super ipsum Spiritus sancti descensio, ad habitationem Deo consecrandam; in secunda quoque ut ejusdem Spiritus sancti, septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis et scientiæ, et virtutis, venire in hominem declaretur. 3.ª q. 72 11 ad 3.

UNIGENITUS est Christus, quia solus est naturalis filius; sed dicitur primogenitus, quia sunt alii filii Dei, sed adoptivi. 1.ª q. 33. 3 c. ad 2. et q. 41. 3. c.

1. UNIO triplex, scilicet ex integris et perfectis, ex transmutatis, et ex imperfectis. 3.ª q. 2 1. c.

2. Unio animæ et corporis est de ratione hominis. 3.ª q 50. 4. c.

3. Prima unio hominis ad Deum est per fidem, spem, et charitatem. 1-2. q. 68. 4 ad 3. et ad 4.

4. Unio hæc est aliquid creatum, scilicet relatio existens in natura humana realiter, in Deo autem secundum rationem tantum, quia prout est in Deo non est aliquid secundum rem, sed secundum rationem tantum. 3.ª q. 2. 7. o. et 8 c.

5. Unio verbi Dei facta est in persona divina, et non in natura contra Eutichetem. 3.ª q. 2. 1. 2. o. et 6. c. et 1-2. ad 1. et q. 3 1. c. et q. 9. 2 ad 1. et q. 13. 1. c. et q 18. 1. c. et q. 46. 12. c. et q. 50. 2. o et q. 53. 1 ad 2.

6. Hæc unio facta est in supposito, seu in hypostasi 3.ª q. 2. 3. o. et 6. c. et q. 16. 1. c.

7. Natura humana non est unita Verbo accidentaliter. 3.ª q. 2. 1. c.

8. Anima et corpus in Christo uniuntur. 3.ª q. 2. 5. o. et q. 16. 1. c.

9. Natura divina unita est non

solum animæ, sed etiam corpori Christi. 3.ᵖ q. 2. 10 ad 2.

10. Hæc unio est maxima ex parte ejus in quo facta est, non autem ex parte unitorum. 3.ᵖ q. 2. 9. o.

11. Unio, quomodo potest dici naturalis Christo ex ipsa nativitate, non autem ex principiis naturæ humanæ in ipso. 3.ᵖ q. 2. 12 c. et ad argumenta. 3.ᵖ q. 7. 13 et ad 2. et q. 34. 3 ad 2.

1. Unitas. Quælibet res est una, per essentiam suam. 1.ᵖ q. 6. 3 ad 1. et q. 114 ad 3. et q. 76. 7. c.

2. Substantia habet per se unitatem vel multitudinem, sicut et esse, non autem accidentia, sed habent a subjecto. 1.ᵖ q. 39. 3. c.

3. Ubicumque non est unitas speciei, ibi non est unitas numeralis: nisi idem suppositum subsistat in duabus naturis, scilicet in Christo 3.ᵖ q. 50. 5 ad 2.

4. Ex multis fit unum tripliciter, scilicet ordine tantum, ordine et compositione, et per commixtionem. 3.ᵖ q. 2. 1 c

5. Unum dicitur dupliciter, scilicet unum quod est principium numeri, et unum quod convertitur cum ente. 1.ᵖ q. 11. 1 o. et 2. c. et q. 30. 3 o

6. Unum numero dicitur dupliciter, scilicet unum unitate naturæ, et unum unitate personæ. 3.ᵖ q. 3. 6 ad 1. et 7 ad 2.

7. Unum numero dicitur tripliciter, scilicet primo indivisibile in potentia, vel secundum quantitatem, vel secundum essentiam, vel secundum utrumque. Secundo indivisibile in actu et in potentia cum situ, ut punctus. Tertio, nihil importans nisi indivisionem, scilicet unitas quæ est principium numeri, quæ tamen inhæret alii, scilicet suo subjecto. 1.ᵖ q. 11. 1 ad 2

8. Unum numero dicitur tripliciter, scilicet vel indivisibile actu et potentia, vel actu tantum, vel unum perfectione. 3.ᵖ q. 73. 1. c.

9. Quod convenit multis, non convenit eis secundum unam naturam communem, nisi sit univocum et positivum. 1.ᵖ q. 65 5. c.

10. Unum, quantum ad illud quod ponit, constituit multitudinem, sed quantum ad negationem quam addit supra ens, opponitur ei privative. 1.ᵖ q. 11. 2 ad 2.

11. Multum, absolute sumptum, opponitur uni, sed ut importat excessum, opponitur pauco. 1.ᵖ q. 11. 2 ad 3.

12. Unum ponitur in deffinitione multitudinis, non autem e converso. 1.ᵖ q. 11 2 ad 4. et q 85. 8 ad 2.

13. Unum non removet multitudinem, sed divisionem. Nec multitudo removet unitatem, sed indivisionem eorum ex quibus constat. 1.ᵖ q. 30. 3 ad 3.

14. Multitudo potest immediate procedere ab uno simplici. 1.ᵖ q. 77. 6 ad 1.

15 Aliqua possunt esse unum et multa diversimode, non autem eodem modo, quia opponuntur. 1.ᵖ q. 11. 1 ad 2. et 2 ad 1. et 1-2. q. 17. 4. o.

16. Unum quod est principium numeri, opponitur multitudini relative, ut mensura mensurato, non autem unum quod convertitur cum ente, sed opponitur privative 1.ᵖ q. 11. 2. c.

17. Deus est unus. 1.ᵖ q 11. 3. o. et q. 103 3. o

18 Deus est maxime unus. 1.ᵖ q. 11. 4. o. et q. 28. 3. c. et q. 30. 1 ad 2. et q. 39. 2. c.

19. Deum esse unum, potest ratione demonstrari, et potest fide teneri. 1.ᵖ q. 2. 1. o.

20. Deus est unus per suam essentiam, et est sua unitas. 1.ᵖ q. 103. 3 o.

21. Deus est unus secundum quod unum convertitur cum ente, non autem secundum quod unum est principium numeri. 1.ᵖ q. 11. 3 ad 2. et q. 30. 3 ad 2.

22. Unitas divinæ personæ est major unitate quæ est principium nu-

meri, quia est per se subsistens, completa, et habens in se quicquid pertinet ad rationem unitatis 1.ᵖ q. 11. 4 ad 2. et 3.ᵖ q. 2. 9 ad 2.

23. Unitas divinæ personæ est major unitate naturæ et personæ in nobis, et unitate animæ et corporis 3.ᵖ q 2. 9 ad 3.

24. Pater et Filius in divinis sunt unum, non autem unus. 1.ᵖ q. 31. 2 ad 4.

25. In Patre et Filio non est discrepans, sed una divinitas, ut dicit Ambrosius. 1.ᵖ q. 31. 2. c.

26. Omnia entia sunt unum propter Patrem tripliciter, scilicet quia in Patre primo unitas invenitur, et ratio principii primi, et ab ejus unitate est, quod una natura in omnibus propagetur. Et omnia entia sunt æqualia propter Filium tripliciter, scilicet quia æqualitas est in Filio inquantum Filius, inquantum Verbum, et inquantum est imago. Et omnia entia sunt connexa propter Spiritum sanctum tripliciter, scilicet quia procedit ut amor, amor autem est connexio duorum: quæ connexio requirit tria, scilicet duo connexa, et unum connectens. 1.ᵖ q 39. 8. c.

1. Universale triplex, scilicet universale in re, id est, natura communis in particularibus, universale post rem, id est, abstractum ab eis, et universale ante rem, id est, formæ universales rerum in mentibus angelorum. 1 ᵖ q. 55. 3 ad 1 et ad 3.

2. Universale sumitur dupliciter, scilicet pro natura rei cum intentione universalitatis, et pro natura ut est in particularibus. Primo modo universale est posterius, sed secundo modo universalius est prius minus universali, via generationis, et temporis, sed est e converso ordine perfectionis, et intentionis naturæ. 1.ᵖ q. 85. 3 ad 1. et 1-2. q. 29. 6. c.

3. Universale quoad naturam est in singularibus, sed quoad intentionem universalitatis est in intellectu. 1.ᵖ q. 85. 2 ad 2. et 1-2. q 20. 6 c.

4. Universale pro natura est principium formale essendi et cognoscendi singularia; sed universale pro intentione universalitatis, est principium cognoscendi tantum. 1 ᵖ q. 85. 5 ad 4.

5. Cognitio universalis duplex, scilicet ex parte objecti, et ex parte medii 1 ᵖ q. 55 3 ad 2

6. Universale dicitur esse semper, et ubique, vel secundum diversa esse, vel negative, quia non determinat sibi locum, nec tempus. 1 ᵖ q. 8. 4 ad 1 et ad 2. et q. 16. 7 ad 2.

7. Universalius continet plura in potentia, et pauciora in actu, quam minus universale. 1.ᵖ q. 85 3 ad 2.

8. Universale est commune multis, secundum rem. 1.ᵖ q. 13. 9. c.

Universum. Totum universum est unum, unitate ordinis, secundum quod inferiora reguntur per superiora. 1.ᵖ q. 103. 3. o.

Vocatio dicit auxilium Dei moventis interius, et excitantis mentem ad deserendum peccatum. Ideo non est remissio peccatorum, nec justificatio, sed causa ejus. 1-2. q. 113. 1 ad 3.

1. Voluntarium importat quod motus et actus sit a propria inclinatione, id est, quod agere sit a principio intrinseco, et propter finem. 1.ᵖ q. 105 4. c. et 1-2. q. 6. 1. o. et 2. c. et q. 71. 5 ad 2.

2. Ad rationem ejus requiritur aliqua cognitio finis. 1-2. q. 6 2. c. et 3 ad 3. et 5. c. et 7 ad 3. et 8. c.

3 Voluntarium dicitur quod procedit a voluntate vel directe, scilicet a voluntate agente, vel indirecte, scilicet a voluntate non agente 1-2. q. 6. 3. o. et 7 ad 3. et q. 77. 7 c.

4. Voluntarium dicitur, quod est secundum inclinationem voluntatis. Et hoc dupliciter, scilicet ad agendum, et patiendum. 1.ᵖ q. 82. 1. c. et 1-2 q. 6. 5 ad 2.

5. Aliquid est voluntarium dupliciter, scilicet secundum se, et secundum causam suam. 1-2. q. 77. 7. c. et 2-2. q. 46. 2 ad 2 et q. 64. 8. c. et q. 79. 3 ad 3

6. Principium intrinsecum actus voluntarii, scilicet vis cognoscitiva et appetitiva, est principium primum; non quidem primum simpliciter, sed primum in genere motus appetitivi, licet moveatur appetitus hominis ab aliquo exteriori, secundum alias species motus. 1.ª q. 105. 4 ad 2 et ad 3. et 1-2. q. 6. 1 ad 1. et ad 2. et q. 9. 4 ad 1.

7. Voluntarium potest esse sine actu exteriori et interiori, et aliquando est cum actu interiori, sine actu exteriori. 1-2. q. 6. 3 o. et q. 71. 5 ad 2.

8. In non habentibus usum rationis, non est voluntarium, nec involuntarium. 1-2. q. 6. 7 ad 3. et q. 10. 3. c.

9. Voluntarium secundum rationem perfectam, soli naturæ rationali convenit, brutis autem convenit secundum rationem imperfectam. 1-2. q. 6. 2. o.

10. Voluntarium est maxime in actibus hominis, quia maxime cognoscit finem sui operis, et movet se. 1-2. q. 6. 1 o.

1. VOLUNTAS est appetitus rationalis. 1.ª q. 78. 1 ad 3. et q. 80. 1. o. et q. 81. 1. c. et q. 87. 4. c. et 1-2. q. 6. principio. et 2 ad 1. et q. 8. 1. c. et q. 26. 1. c et q. 46. 4 ad 1 et q. 56. 5 ad 1. et q. 59. 4. c. et 2-2. q. 24. 1. c. et q. 27. 1. c. et q. 58. 4 ad 1.

2. Voluntas est media inter rationem et concupiscibile, et movetur ab utraque, scilicet a ratione in continente, et a concupiscibili, in incontinente. 2-2. q. 155. 3 ad 2.

3. Voluntas est rationalis per participationem. 1-2. q. 56. 6 ad 2 et q. 59. 4 ad 2. et q. 61. 2. c. fin ad 2 et 2-2. q. 58. 4 ad 3.

4. Voluntas humana potest aliquid velle ex judicio rationis, non sequendo passionem appetitus sensitivi. 1.ª q. 111. 2 ad 3. et q. 115. 4 c. fin. et 1-2. q. 10. 3 o.

5. Voluntas antecedens et secundum quid potius est velleitas quam absoluta voluntas. 1.ª q. 19. 6 ad 1. fin.

6. Voluntas duplex, scilicet voluntas ut natura, et voluntas ut voluntas id est voluntas deliberata. 1.ª q. 83. 4. o

7. Voluntas ut natura, et voluntas deliberata, non differunt essentialiter secundum potentias, sed ut consequuntur cognitionem naturalem, et cognitionem per inquisitionem. 1.ª q. 83. 4. o et 1.ª q. 18. 3. c. ad 1.

8. Voluntas, ut voluntas, est ad utrumlibet, sed voluntas ut natura, vult aliquid naturaliter et determinate 1.ª q. 41. 2. c. et 1-2. q. 10. 1. o.

9. Voluntas hominis duplex, scilicet voluntas naturalis qua appetit bonum secundum se homini, inquantum est homo, et voluntas deliberata, scilicet de bono propter aliud. 1.ª q. 41. 2 ad 3 et 3.ª q. 18. 1 ad 3. et 3. o. et 4. 5 c et q. 21 3. c.

10. Voluntas triplex, scilicet accedens, concomitans, et antecedens. 1-2 q. 5. 7 c

11. Regula voluntatis humanæ duplex, scilicet una propinqua et homogenea, id est, ipsa humana ratio, alia vero remota et heterogenea, id est, prima regula, scilicet lex æterna quæ est quasi ratio Dei. 1-2. q. 21. 1. c. et q. 71. 6 c.

12. Aliquid esse, vel aliquid fieri voluntate, contingit dupliciter, scilicet vel voluntate concomitante, vel voluntate ut principio. 1.ª q. 41. 2. c.

13. Aliquis vult aliquid tripliciter, scilicet appetitu naturali; sicut omnes homines volunt esse et vivere. Alio modo per electionem ex aliqua præmeditatione. Alio modo non per se, sed in causa sua, sicut eum velle infirmari dicimus, qui comedit nociva;

et velle sanari eum qui medicinam acceperit. 2-2. q. 30 1. c.

14 Aliquid potest esse volitum nunc et non prius dupliciter, scilicet vel quia incipit esse bonum vel quia incipit esse cognitum. 1. ᵖ q. 19. 7. c

15. Objectum voluntatis est bonum. 1. ᵖ q. 48. 5. c. et q. 51. 2. c. et q. 105. 4. c. et q 106. 2. c et 1-2. q. 1. 6. c. et q. 5. 8. c. et q. 8. 1. o. et 2. c. q 9. 2. c. et q 10. 2. e. et q. 20. 1. c. et q. 60. 1 ad 1.

16. Objectum voluntatis est bonum universale. 1. ᵖ q. 59. 4 c. et q. 80. 2 ad 2 et q. 82 4. c. ad 1. et 1-2. q. 105. 4. c. et 1-2. q. 1. 2 ad 3. et q. 2. 7. 8. c. et q. 9. 1. c. ad 3. et 3. 6 c. et q. 10. 1. c. ad 3. et 2-2. q 24 1. c. et q. 25. 2. c. et 3. ᵖ q. 19. 3. c.

17. Objectum voluntatis est bonum apprehensum. 1. ᵖ q. 80. 2 c. ad 1 et q 82. 3 ad 2. et 4. c. et 1-2. q. 8 1. o. et q. 13. 5 ad 2. et q. 19. 1 ad 3. et 3. o. et 5. 10. c. et q. 20. 1 ad 1. et q. 27. 2. o. et q. 76. 1 ad 3. et 2-2. q. 4. 7 c. et q 7. 1. c. et 2 ad 1. et q. 8. 4. c et q. 82. 3. c.

18. Bonum et finis est objectum voluntatis. 1-2. q. 1. 1. c et 2 ad 3 et 3. c. et q. 5. 4 ad 3. et q 11. 1. c. et 2-2. q 4. 1. 3 c.

19. Voluntas potest velle aliquid in ordine ad aliud, quia fertur in suum objectum consequenter, ad apprehensionem rationis 2-2 q. 58. 4 ad 2.

20. Finis est objectum voluntatis. 1. ᵖ q. 48 1. ad 2. et 1-2 q. 1. 1 ad 2. et q. 7. 4. c. et q. 9 3. c. et q 58. 6. 7. c. et q 19. 2 ad 1. et q. 20. 1. c et q. 72. 1 ad 1. et 3 c. et q. 73. 6. c. et 2-2 q. 8. 8. c. et q. 23. 7. c. et q 110. 1. c. et q 122. 2. c. et q. 180. 1. c.

21. Bonum in communi, ultimus finis, et omne naturale volenti, est volitum naturaliter. 1-2. q. 10. 1. o. et 2-2. q. 34. 1. c

22. Cujuslibet voluntatis volitum est duplex, scilicet principale, id est, finis et secundarium, id est, ea quæ sunt ad finem. Sed volitum principale est causa finalis voluntatis distincte realiter ab eo, non aliter nisi secundum modum significandi, non autem volitum secundarium 1-2. q. 8. 2. 3. o

23. Bonum et malum sunt objectum voluntatis. Primum quidem ad prosequendum, secundum autem ad fugiendum 1. ᵖ q. 20. 1. c. et 1-2. q 8. 8 ad 1. et q. 74. 2 ad 2.

24. Qui vult bonum propter indebitum finem, vult bonum sub ratione mali. 1-2. q. 19. 7 ad 2. et ad 3.

25. Voluntas tendit tantum in bonum existens, vel in bonum apparens, et sic tendit in non ens sub ratione boni. 1. ᵖ q. 19. 9. c. et q. 82. 2 ad 1. et 1-2. q 6. 4 ad 3. et q 8 1. o. et q. 18. 4 ad 1. et q. 19. 1 ad 1. et q. 27. 1 ad 1. et q. 29 4. c. et ad 3. et q. 74. 1 ad 1. et q. 77. 2. c. et q. 80. 1. c.

26. Operatio voluntatis, scilicet velle, nihil aliud est, nisi inclinatio volentis, in objectum voluntatis. 1. ᵖ q. 82. 2 c. et q. 87. 4. c. et q 105. 4. c. et q. 106. 2 c. et q. 111. 2. c. et 1-2. q. 6. 4. c.

27. Voluntas pro facto reputatur. 1. ᵖ q 61. 2 ad 3. et 1-2. q 20 4 c. et 3. ᵖ q. 68 2 ad 2. fin.

28. Sufficit bona voluntas ubi deest facultas, quia laus virtutis in voluntate consistit, non autem in potestate. Et ideo deficere ab æqualitate quæ est medium justitiæ, propter defectum potestatis, non diminuit laudem virtutis si non fuerit defectus ex parte voluntatis. Et etiam in baptismo, apud Deum voluntas pro facto reputatur, ei qui non habet tempus operandi. 2-2. q. 81 6 ad 1. et q. 106. 3 ad 5. et q. 107. 1 ad 2. et 3. ᵖ q. 68. 2 ad 3. fin.

29. Omne illud cujus principium est voluntas, quantum in se est, potest esse et non esse, et potest esse tale vel tale, et potest esse tunc vel nunc. 1. ᵖ q. 41. 2. c.

30. Actus voluntatis et cujuslibet

appetitus tendit in bonum et in malum, sicut in proprie subjecta; sed in bonum tendit prius et per se, in malum vero secundario, et per aliud, inquantum opponitur bono. 1. ᵖ q. 20. 1. c.

31. Actus voluntatis est ad bonum, prosequendo illud, sed est ad malum fugiendo tantum Primus dicitur voluntas, secundus vero dicitur nolunta. 1-2. q. 8. 1 ad 1. et ad 2.

32. Bonitas et malitia actus voluntatis dependet ex objecto tantum, ex ratione, et ex lege æterna. 1-2. q. 19. o. et q 21. 1. o.

33. Actus voluntatis discordans a ratione recta, vel a ratione errante, vel concordans cum ratione errante, est malus. 1-2. q. 19. 5 6. o.

34. Voluntas potest moveri dupliciter, scilicet ab exteriori, id est, ab objecto, vel a repræsentante illud, et ab intrinseco, id est, vel a se vel a causante eam. 1 ᵖ q 105. 4. o. et q. 106. 2. c. et q. 111. 2. c. et 1-2. q 9. 4. o. et q. 80. 1. c.

35. Aliquid movet voluntatem ex parte objecti tripliciter, scilicet ipsum objectum, proponens vel offerens objectum voluntati, et persuadens rationi. 1-2. q. 80. 1. c.

36. Voluntas movetur ab appetitu sensitivo ex parte objecti, quod videtur convenire vel disconvenire secundum dispositionem hominis per passiones. 1-2. q. 9. 2. o. et 5. c. fin. et q. 10. 3. o. et q. 75. 2. c. et q. 77. 1. o.

37. Oportet quod voluntas moveatur ab aliquo exteriori dupliciter, scilicet ab objecto, et quoad exercitium primi actus ejus. 1-2. q. 9. 4. o. et q. 17. 5 ad 2. et q. 103. 8 ad 1.

38. Nec movetur necessario ab aliquo objecto, quoad exercitium actus, sed quoad determinationem actus, movetur ab aliquo objecto, non autem ab omni objecto, nec a passione, nec a Deo, sed tantum ab ultimo fine. 1. ᵖ q. 82. 1. 2 o. et 1-2. q. 10. o. et q. 80. 1. c

39. Voluntas movetur a se, quia inquantum vult finem, est in actu, sed respectu eorum quæ sunt ad finem, est in potentia. 1-2. q. 9. 3. o et 4. c. q. 17. 5 ad 1. et q. 74. 1 ad 3. et 2-2. q. 82. 1 ad 1.

40. Voluntas distinguitur contra naturam, sicut una causa contra aliam, licet habeat modum naturæ, inquantum fundatur in natura. 1-2. q. 10 1 ad 1. et q. 51 1 ad 1.

41. Voluntas hominis, nec a natura, nec ex necessitate movetur ab appetitu inferiori. 1-2. q. 10. 3. b.

42. Voluntas non est determinata ad unum sicut natura quia voluntas sequitur formam universalem, natura vero sequitur formam particularem. 1. ᵖ q. 41. 2. c. et 1-2. q. 10. 1 ad 3. et q. 13. 1 c. et q 50. 5 ad 3.

43. Voluntas determinatur ad unum per consilium rationis, non autem necessario per aliquod agens extrinsecum. 1 2. q. 50 2 ad 3. fin.

44. Voluntas dicta per essentiam, est in ratione dicta per essentiam, est voluntas participative sumpta est in ratione per participationem. 3. ᵖ q. 18. 2. c. ad 1.

45. Voluntas etiam a Deo cogi non potest, etsi possit ab illo de necessitate mutari, operando in illa sicut in natura. 1-2 q. 6. 4 ad 1. et q. 9. 6. c. et q. 104 o.

46. Voluntas a nulla re creata cogi potest, neque necessario moveri. 1-2. q 6. 4 c

47. Passiones animi non possunt cogere voluntatem, licet aliter moveant inclinando affectum. 1-2 q 6. 7. c. ad 2. et q. 9. 2. o.

1 Vomitus potest sine culpa procurari, de consilio medicinæ, in remedium languoris. 2-2 q. 148. 6 ad 2. et q. 150 2 ad 3.

2. Multum comedere vel bibere propter vomitum, secundum consilium medicinæ, non est peccatum, licet ebrietas non excusaretur a peccato. 2-2. q. 150. 2 ad 3.

3. Vomitus per ebrietatem, vel vo-

racitatem est vitiosus, non autem si contingat infirmitatis causa. 3.ª q. 83. 6 ad 7

1. Votum dicitur a voluntate, quasi a primo movente rationem, ad promittendum. 2-2. q. 88. 1 ad 2.

2. Vovere est actus latriæ seu actus religionis, licet actus aliarum virtutum sint materia ejus. 2-2. q. 88. 5. o. et 6. c. ad 2. et q. 189. 2 c.

3. Votum est promissio Deo facta de meliori bono, quod videlicet non cadit sub necessitate absoluta, neque sub necessitate finis, sed de actibus virtutum, qui Deo placere noscuntur. 2-2. q. 88. 1. o. et 2. 4. c. et 5. c. ad 1. et 7 12. c. et q. 189. 3. c

4 Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ debet fieri Deo, de iis quæ Dei sunt. 2-2. q. 88. 1. c. fin. et q. 189. 3. c.

5. Ad votum tria de necessitate requiruntur, scilicet deliberatio, propositum, et promissio, in qua promissione perficitur ratio voti, sed quandoque superadditur pronuntiatio oris, et testimonium aliorum, ad quamdam confirmationem voti.. 2-2. 88. 1 o.

6 Votum fit soli Deo, licet sit de eo quod aliquando fit sanctis. 2-2. q. 88. 5 ad 3.

7. Sub voto non cadunt peccata, nec indifferentia, nec necessaria absolute, nec propter finem, nisi ut voluntaria, sed votum debet semper fieri de meliori bono. 2-2. q. 88. 2. o. et 10. c.

8. Expedit vovere, quia votum firmat voluntatem in bono, nec tamen libertatem diminuit nec est periculosem de se, sed est culpa mutantis voluntatem, sed assimilat beatis. 2-2 q. 88. 4. o.

9. Homo est sic liber, quod potest aliqua vovere et facere, etiam contra præceptum Papæ. 2-2. q. 88. 12 ad 2.

10 Vovere numquam convenit Christo, quia Deus erat, et habebat voluntatem firmatam, ut comprehensor 2-2. q. 88. 4 ad 3.

11. Votum singulare duplex, scilicet votum simplex, et votum solemne. primum est promissio sola, secundum vero est promissio et datio. 2-2. q. 189. 2 ad 1. et 5. c.

12 Votum solemnizatur dupliciter tantum, scilicet per susceptionem Ordinis sacri, et per professionem certæ regulæ 2-2. q. 88. 7. o et 9. c.

13. Votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, non tamen potest petere debitum sine dispensatione Ecclesiæ auctoritate apostolica: votum vero solemne facit utrumque. 2-2. 88. 7. b et q. 189. 8 ad 3.

14. Opus ex voto est laudabilius, et magis meritorium quam opus sine voto 1-2. q 88. 6 o. et q. 189. 2. c. et 3. ª q. 28. 4. c.

15. Opus ex voto, displicens, cum voluntate implendi illud, est magis meritorium quam opus placens sine voto, cæteris paribus. 2-2. q. 88. 6 ad 2.

16. Virtus voti est obligatio ejus quæ est major in voto solemni quam in voto simplici, et quoad Deum, et quoad homines. 2-2. q. 88. 7 ad 1.

17. Votum obligat secundum intentionem voventis, scilicet ad reddendum statim, vel ad certum tempus, vel cum conditione 2-2. q. 88. 3 ad 3 et q. 189. 3 ad 2. et 4. c.

18. Observare votum, est de lege naturali, durante obligatione ejus, quæ cessat vel ex se, vel auctoritate superioris, in iis quæ in dubium vertuntur dispensantis vel commutantis. 2-2. q 88 10 ad 2. et 12. ad 2

19. Omne votum rite factum obligat: ideo transgrediens illud, peccat mortaliter. 2-2. q. 88. 3. o. et q. 189. 3. c.

20. Perdens virginitatem quam voverat, tenetur facere quod potest, scilicet tenetur continere, et pœnitere si perdidit ex culpa sua: et similiter in aliis, 2-2. q 79. 3 ad 2. et q. 88. 3 ad 2.

21. Nullus potest se ex voto fir-

miter obligare, ad id quod est in potestate alterius tantum. 2-2. q. 88. 8. o et 9. c. ad 2. et q. 189. 5. o

22. Non habentes usum rationis, ut amentes, et pueri ante annos pubertatis, non possunt vovere. 2-2. 88. 9. c. et q. 189. 5. c

23. Puer ante usum rationis non potest se obligare ad aliquid ex voto: quo usu rationis habito, potest se obligare, sed omne votum ejus etiam votum religionis ante annos pubertatis, id est, ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella potest irritari a parentibus et a tutoribus, non autem post annos pubertatis. 2-2 q. 88. 8 ad 2.

24. Filius etiam post annos pubertatis non potest aliquid vovere, quoad res domesticas, sine consensu patris. 2-2. q. 88. 8 ad 2. et q. 189. 5. c.

25. Vovens illud quod non est in potestate sua, non peccat, quia in ejus voto intelligitur debita conditio, scilicet si suis superioribus placuerit, vel si non contradicant: qua conditione exstante, tenetur implere votum. 2-2. q. 88. 8 ad 1 et ad 4 et 9. b. et ad 2. et 12 ad 2 et q. 189. 5 ad 4.

26. Fractio voti est quædam infidelitatis species, et ad fidelitatem pertinet servare promissa. 2-2. q. 88. 3. c.

27. Omne votum temporale factum in sæculo, etiam votum crucis in subsidium Terræ sanctæ, solvitur per ingressum religionis, sine alia dispensatione, quia votum religionis includit omnia vota, ratione perpetuitatis et obedientiæ, nec singularitas convenit ei, et onus religionis sufficit, et est quodammodo magis ampliatio voti quam voti commutatio. 2-2. q. 88. 12 ad 1. et q. 185. 8 ad 2. et q 189. 3 ad 3 et 7 c.

28. Siquis vovendo, prius cogitavit de religione communiter, et post elegit unam, tenetur simpliciter ad religionem; ideo si non potest recipi in religione a se electa, tenetur aliam quærere, si autem e converso, intelligitur si velit. 2-2 q. 88. 3 ad 2. et q. 189. 3 ad 2.

29. Nullum votum religiosi est firmum, nisi de consensu prælati, quia nullum tempus est, in quo prælatus non possit eum in aliis occupare. 2-2. q. 88. 8 ad 3.

30. In votis potest dispensari, inquantum in aliquo casu, illud quod cadit sub voto, est simpliciter malum, vel inutile, vel impeditivum majoris boni, non autem inquantum illud est de jure naturali vel divino. 2-2. q. 88 10. o.

31. Dispensatio voti est, cum absolute determinatur non esse servandum; commutatio autem voti est, cum pro eo aliquid aliud imponitur. 2-2. q. 88. 10. c

32. Votum potest ex causa rationabili commutari in aliud melius, vel in aliud minus periculosum, sicut et dispensari. 2-2 q. 88. 10 c. fin. et ad 1.

33. In utroque autem requiritur auctoritas Ecclesiæ, in persona Dei 2 2 q. 88 2. ad 3. et 12. o.

34. Votum vergens in periculum personæ debet frangi secure, si dispensatio non possit haberi. 2-2 q. 88 2 ad 3. et 12. ad 2.

